GEORGII MELCHIORIS DE LUDOLF,
ARCHI-DICASTERII IMPERIALIS CAMERÆ ADSESSORIS.

SYMPHOREMA CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM.

2 Ded. 233 m – 1,1/3

GEORGII MELCHIORIS DE LUDOLF,
ARCHI-DICASTERII IMPERIALIS CAMERÆ ADSESSORIS.

SYMPHOREMA CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM.

SYMPHOREMA CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM.

IN QUIBUS
CAUSARUM PLURIMUM ILLUSTRIUM
ALIARUMQUE INSIGNIUM HISTORIA RECENSETUR, CUM ADDITA DEDUCTIONE ET DECISIONE JURIDICA.

ACCESSERE

SYMPHOREMATA ALIA DUO

SENTENTIARUM
AUGUSTI JUDICII CAMERALIS
RECENTIORUM MAXIMEQUE NOTABILIUM,

ET

MISCELLANEORUM JURIS PUBLICI
QUÆ AD FORENSIA NEGOTIA PERTINENT RARIORUM.

OPUS

DOCTRINA VARIA JURIS CUM PUBLICI TUM PRIVATI, FEUDALIS AC STATUTARII GERMANICI, TUM ET FORENSI ET HISTORICA NOTITIA INSTRUCTUM.

CUM ARGUMENTIS MATERIARUM INDICIBUS ET PRÆFATIONE,

EDITUM
STUDIO ET CURA

GEORGII MELCHIORIS DE LUDOLF,
ARCHI-DICASTERII IMPERIALIS CAMERÆ ADSESSORIS.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
APUD JOAN. BENJAM. ANDREÆ ET HENRIC. HORT.
ANNO MDCCXXXI.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Bayerische
Staats

AD
AUGUSTUM
COLLEGIUM
CAMERALE
EPISTOLA DEDICATORIA.

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO DOMINO JUDICI

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO DOMINO PRÆSIDI

PERILLUSTRIBUS DOMINIS ASSESSORIBUS atque COLLEGIS,

DOMINIS, DOMINIS, omni, qua par est obsequio, honore atque observantia suspiciendis

Georgius Melchior de Ludolf.

GRavis injustitiæ culpam ego contracturus essem mihi, si non ad VOS DOMINI, DOMINI, quod origine sua vestrum esse puto, debite referrem. Græcorum & Romanorum moribus, quos imitatæ sunt gentes aliæ, Principum sum-

summorum nomina conspiciebantur in fronte librorum, quibus facta eorum heroica, resque bello & pace præclare gestæ essent descriptæ: Ita enim ad fontem quæque suum reducenda esse credidere. In opere præsente forenses historiæ, negotiaque judicialia labore debito evoluta, digesta, atque ad Justitiæ tramitem deducta recensentur, quarum lucubrationum principium movens fuit Imperialis Cameræ Collegium, cumprimis vero TU ILLUSTRISSIME EXCELLENTISSIME DOMINE JUDEX, *quo dirigente laborum ab initio officii mei Senatorii exantlata est pars maxima, atque ex ea pensa nonnulla ex pluribus delecta hoc libro continentur. Quæ cum Vestro DOMINI, DOMINI, jussu, monitione, incitantibus etiam exemplis vestris, & Antecessorum egregiis, suscepta, composita, deliberata vobiscum peractaque fuerint, quidquid hisce in rebus proficisci potuit ab obsequio meo atque industria, ad VOS jure redire debuit. Oceani vastiissimi aquæ per meatus subterraneos edulcoratæ regurgitant clariores, tum vero in rivos ac flumina exeuntes, seque longe lateque diffundentes ad principium revertuntur suum. In hoc Supremo Judicio Imperiali forensium negotiorum inexhaustum est mare, controversiæ implicatissimæ laboribus Senatorum veluti rivis secundis, patientia obfirmata enodantur, ad claritatem perducuntur, conjunctis tandem consiliis Senatus definitæ in varias orbis Germani partes diffunduntur. Et ea quidem à me abest longissime cogitatio ambitiosa, ac si ex rivulis meis, quos perquam esse tenues agnosco & Collegarum fluminibus inferiores, quidquam auctoritatis privatæ ad VOS defluere posset, cum à VOBIS potius derivanda sit conclusionum omnium vis atque potestas. Non est alius instituti*

mei

mei finis quam qui esse potest studiorum privatorum, adplicatorum pro ingenii modulo ad causas forenses in hoc opere recensitas, quæ omnes jam dudum sunt decisæ & finitæ vel executione rerum judicatorum, vel transactionibus sententiam subsecutis: Plurimæ etiam à litigantibus ipsis, prout quisque expedire credidit sibi, typis evulgatæ. Ex istis ergo laboribus si ad publicam rem, quod sperare mihi licet, utilitatis aliquid accedere potest, non meum hoc, sed VESTRUM *esse volo. Proinde ut VOS* **DOMINI, DOMINI,** *tentamina mea qualiacunque suscipere dignemini animo propitio, humanitate & benevolentia quâ estis insigni, omniaque interpretari quam optime, ego VESTRUM observantissimus peto. Wetzlariæ VII. Aprilis Anno MDCCXXXI.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

INgenii humani eam fere naturam eſſe obſervamus, ut qua quis fiducia laborum & exercitatione prædítum ſe eſſe exiſtimat, tanto capiatur deſiderio, ut plurium uſui eſſe queat opera ſuâ optetque, ne, quæ elaborata fuere & prudentibus non improbata, tradantur oblivioni vel intereant. Et hoc quidem eſt virtutis non fucatæ à vana gloria diſcrimen inſigne, quod profani homines, vitæ qua fruuntur brevitatis conſcii, memoriam ſui quam maxime longam efficere velint, atque ad hoc, tanquam felicitatis humanæ faſtigium, ſumma ope nitendum eſſe ſuadeant; * Qui vero ſpe meliore æternorum bonorum afficiuntur,

 glorio-

* *Salluſtius Bello Catilinar. Præfat.*

gloriolam illam in hoc orbe terrarum ſuam faciant quam minime, ſed ad ſupremum potius veræ felicitatis fontem referant, laboresque omnes fragilis hujus vitæ, ſtudia etiam privata, ad utilitatem publicam conferre ſatagant. Equidem non neſcio Viros præſtantiſſimos, qui cognita ſcientiarum in rebus humanis doctrinarumque amplitudine, lucubrationes ſuas, dignisſimas licet, recondi malint quam tempeſtatibus ſive judiciis hominum jactari, cujus conſilii cauſas habere poteſt quisque ſibi; Iidem vero animo æquo ferre ſolent, ſi quis alius ingenio utatur ſuo, atque ad uſum hominum multorum facientia publicæ expoſuerit luci, procul ab inerti vitio nonnullorum, qui ſecuritate ſui nimia & immatura, nihil putant deeſſe ad ſatisfaciendum deſideriis humanis & ſcientiis, quam operam ſuam, omniaque quibus nominis famam concilient ſibi qualemcunque, ſive probentur a Viris doctis, ſive contemtui habeantur, producere non verentur: Sed ea potius verecundia, ut auctoritatis privatæ præſumtione nulla ductus, ſententiam ſuam dicat absque ullius detrimento; eos vero, qui modeſte & amice docuerint meliora, audiat libenter & ſequatur. Hanc eſſe meam ſemperque fore mentem, hanc animi integritatem, hoc publicæ utilitatis augendæ deſiderium, hanc denique ab omni acceptione ſiniſtra innocentiam, profiteor in veſtibulo Operis præſentis *Conſultationum & Deciſionum Forenſium.* De cujus inſtituto, ſi reddenda foret ratio, ſufficere poſſent Anteceſſorum, in Cameræ Imperialis Judicio, & Jurisprudentiæ Germanicæ Patrum, exempla, qui laborum & ſtudiorum laudem perennem non in patria ſolum, ſed etiam apud exteras gentes reportarunt. Quotusquisque enim eſt, qui neſciat MYNSINGERUM, GAILIUM, MEICHSNERUM, Senatores olim in Camera Imperiali celeberrimos? quorum honos nomenque nonniſi cum ipſa Juris doctrina extinguetur. *Ille* (*a*) Jurisprudentiæ Came-

(*a*) *Joachimus Mynſingerus à Frundeck*, antea Profeſſor in Academia Friburgenſi, Officium Aſſeſſoratus ingreſſus eſt Anno ætatis 30. An. 1546. Circuli Sup. Rhenenſis

Cameralis, hoc est, quæ pluribus aliis Judiciis & Legum Interpretibus exemplo esse solet, Illustrator fuit primus, editis Observationum Centuriis, nec non Responsis, in quarum parte prima Consultationes & Decisiones in Camerali Dicasterio prolatas comprehendi, alii jam dudum animadverterunt, & ipse in Præfatione indicavit. *Iste*, (*b*) priore non inferior, si non major, gravissimo judicio, industriaque insigni, praxin forensem a Mynsingero sparsis veluti floribus ostensam, ad principia & fundamenta revocavit in Observationibus aliisque opusculis, singulasque fere propositiones exemplis rerum decisarum confirmavit. (*c*) *Hic*, (*d*) Actorum Cameralium vastissimæ molis Summas sive Extractus cum Votis, non suo tantum, sed etiam Senatorum reliquorum, quatuor Tomis comprehensas, usui publico tradidit. Antecessoribus hisce celeberrimis tametsi ego me inferiorem libenter agnoscam, confido tamen piaculo mihi duci non posse, si exempla eorum imitari quodammodo conarer, annotando & observando quæ viginti annorum Assessoratus mei spatio occurrebant

 mihi,

nensis nomine præsentatus, & continuavit hoc officium annis octo, in quo elaboravit *Commentarium ad Institutiones Justinianeas*, testibus Elogiis poëticis Assessorum Operi præmissis, & Auctoris Præfatione: Transiit deinde ad Ministerium Ducis Brunsuicensis & Lüneb. Elucubratæ fuere *Observationes* tempore Assessoratus. Earum Pars edita An. 1563. & Opus totum An. 1584. *Responsorum Decadibus decem prioribus* An. 1574. editis continentur Relationes Camerales. Reliquæ in sequenti Auctoris officio fuerunt elaboratæ de causis variis ad Cameram Imperialem non deductis.

(*b*) *Andreas Gailius*, Assessor Cameræ ab Archi-Episcop. Trevirensi præsentatus & receptus Anno 1558. continuavit officium annis undecim, postea Consiliarius Aulicus Maximiliani II. & Rudolphi II. Imperatorum. Relicta Aula, factus Cancellarius Electoris Coloniensis Anno 1587. *Observationes practicas* conscripsit in officio Assessoratus, postea Viennæ expolivit, & editionem curavit fieri Coloniæ in patria sua An. 1578. editas cum Tractatibus reliquis, de *Pace Publica*, de *Pignorationibus* & de *Arrestis*.

(*c*) Non alia sunt Opera *Gailii*, quam hæc recensita. Mentitus enim est nomen *Gailii*, qui Consiliorum Volumen A. 1662. Francofurti edidit. Esse enim Auctorum aliorum docent & Species Facti præmissæ, & Allegationes *Gailii Observationum*, aliorumque JCtorum, qui Gailio fuere posteriores. *Part.* 1. *Cons.* 6. refertur Casus ex An. 1640. *Cons.* 8. ex Anno 1636. *Cons.* 9. ex An. 1614. & 1616. *Cons.* 15. ex Anno 1631. *Part.* 2. *Cons.* 3. videtur tractari Controversia exorta in Familia Saxonica Altenburgensi & Vinariensi. *Part.* 3. *Cons.* 3. casus recensetur, qui accidit An. 1624. & ita in aliis pluribus non congruunt anni cum tempore, quo vixit *Gailius*, qui defunctus Anno 1587.

(*d*) *Jo. Meichsnerus*, Assessor Cameræ Circuli Franconici A. 1572. continuavit officium per Annos 25. Editionem *Decisionum*, quam ipse, ut curaret, morte fuit impeditus, *Nicol. Tesmero* reliquit, quarum prima An. 1603. secunda Francofurti prodiit An. 1688.

mihi, tum vero elaboratarum caussarum partem aliquam, in ordinem formamque redigendo, ut plurium utilitati esse posset.

Fuere quidem post redditam CAROLO QUINTO Cæsare Imperio pacem politicam & Ecclesiasticam, tempora Judicii Cameralis foecunda satis Operum Forensium usque ad Seculi XVII. Annos aliquot priores; Gliscentibus autem novis in Republica turbis, quæ mox in flammam eruperunt, Pacificatione celeberrima Osnabrugensi & Monasteriensi demum sopitam, quievit eo in studiorum genere Senatorum Cameræ Minerva. Non quod cessaret Judicii cursus, sed quod decrescente Senatorum numero multum fuerit sufflaminatus. Et ubi cum calamitatibus publicis privatisque est colluctandum, debile esse solet ad lucubrationes privatas incitamentum. Confirmato deinde restituta Imperio pace, & mox condita Lege publica An. 1654, quæ dicitur Recessus novissimus, Judicii Imperialis progressu, spes esse poterat, rediturum florem ejus pristinum, imo auctum iri, si etiam in collatione mediorum, quibus sustentantur Themidos Ministri, tanta extitisset alacritas, quæ fuerat in Consiliis. (e) Tametsi vero ad eum Senatorum numerum, quem tunc temporis in Tabulis Pacis & Recessu Imperii statutum legimus, nunquam pervenerit Collegium Camerale; non defuere tamen unquam viri præstantissimi industrii & rerum periti, quibus in magna laborum publicorum messe, temporis angustia, quorundam etiam ætas & valetudo, ad privata studia non sufficiebat. Nemo igitur mirari debet, si, quod Dominis Assessoribus Cameræ honori ducebatur olim, cessantibus iis, occuparent inferioris ordinis viri, quisque pro doctrinæ suæ & experientiæ gradu. (f) Est

(e) Dictum hac de re in Opere nostro Historiæ sustentationis Cameralis Judicii An. 1721. edito, post consumta per incendium Bibliopoliis Francofurtensibus funestum libri exempla, fortassis mox repetendo, cum Supplementis necessariis.

(f) Huc pertinent Libri *Blumiani* de Processu Camerali, Collectiones Supplicarum & Sententiarum: *Rodingii* Pandectæ. *D. Hofmanni* Supplicationes Præ-

Est enim inter eos differentia magna: Alii tyrocinia scribere voluere, ipsi forte in hac palæstra tyrones, & tamen nescio quo utentium gustu aut consuetudine opera ista, ceu fontes totius doctrinæ forensis, respiciuntur & allegantur: Alii in castigandis priorum erroribus fuere occupati. Singularia capita Processus tractavere alii. Fuere etiam, qui inconditas notas consarcinando, & aliorum Commentationes exscribendo, atque ad officinas librarias protrudendo, celebritatem nominis affectarunt. Scilicet, cum essent & scriberent *Mynsingeri, Gailii, Meichsneri, Kochii, Cisneri, Denaisii, Tennagelii, Benderi* Assessores (g) quisque pro instituto suo, venerabantur hos, & Germaniæ JCti, & extranei. Nunc vero varii generis scriptorum de forensibus rebus Judicii Cameralis laboramus multitudine, adeo ut pluribus operibus priorem numerum augere, superfluum existimare quis posset. Sciendum est autem, forensium negotiorum in Camera Imperiali, sive casuum multiplicium raritatem spectes, sive modum tractandi, inexhaustum esse mare, ut subinde exoriri videamus nova, alia levioris operæ, alia fortiorem & ampliorem laborem desiderantia.

Præceteris vero Opera *Dekherri*, *Vindiciarium*, sive Castigationum ad Blumium. Ejusdemque *Monumenta Lectionis antiquæ & alia*. Dixi de iis in Præfatione ad *Commentationem meam Systematicam de Jure Camerali*. *Christophorus Swvancmannus* & *Petrus Fridericus*, vulgo *Mindanus*, scripsere in fine Seculi XVII. & annis proxime sequentibus. Alios Scriptores recenset *Dekherrus* in Bibliotheca Vindiciis præmissa. Recentiores quosdam prætereo. Titulis autem vel fama librorum, sive veterum sive novorum, affici nemo debet, sed de Auctoris officio, experientia, & quæ sunt reliqua, edocer, danturi enim, qui Speciminis Academici gratia aliquid commentantur cum Scriptoribus usu rerum exercitatis non-comparandi. Facile autem accidit iis cumprimis, qui Jurisprudentiæ Forensi Camerali, tanquam sibi non necessariæ, perfunctoriam saltem dant operam, ut Auctores existimationis levioris pari numero habeant cum præstantioribus. Quod etiam in Introitu eruditi Operis de *Vita Justiniani* celeberrimi *Ludvvigii* factum esse animadverti, ubi *Blumium* sociavit *Mynsingero* & *Gailio*, quem honorem auctoritatemve is à Dekherro non retulit, neque ab aliis unquam.

(g) De *Mynsingero*, *Gailio*, *Meichsnero* dixi supra. *Kochii* duo fuere, alter *Casparus*, alter *Wernerus*, uterque An. 1548. Assessores, de quorum Scriptis à *Pseudonymo* quodam, *Juliano Magenhorst*, editis agit *Dekherrus* pag. 39. De *Cisnero* pag. 45. *Denaisius* vixit circa finem Seculi XVI. Is Leges Camerales ad modum Indicis alphabetici, latinis verbis, qua erat humaniorum literarum doctrina præditus, eleganter reddidit. De *Tennagelio* & *Bendero* vide Dekherrum pag. 49. Omnes hi ad Annos postremos Seculi decimi sexti, & priores decimi septimi, sunt referendi. Dedimus Nos Seriem Assessorum ab initio Judicii Cameralis ad nostra usque tempora cum insertis passim Annotationibus in Catalogo Editioni novissimæ Commentationis de Jure Camerali annexo.

Nemo etiam putare debet, Voluminum quibus Responsa, Consilia, Decisiones, Quæstiones JCtorum continentur, copiam esse adeo abundantem, ut dari non possit casus, qui antea non extiterit decisus. Quis vero in tanto librorum istiusmodi numero, in quorum uno forte latet aliquid ad materiam substratam faciens, evolvet volumina ad unum omnia? Quanta erit in perlustrando aliqua saltem temporis jactura? Accidit vero plerumque, ut in multorum perquisitione frustra expectatum fuerit auxilium. Si inveneris etiam casum in terminis, ut ajunt, opinione JCti cujusdam definitum, non sane is sequendus erit protinus, rationes enim, non auctoritas hominis in decisione controversiarum, cumprimis in supremis Judiciis, valere debent. Actionum itaque humanarum varietas infinita multiplices parit controversias & decisiones. Deinde notandum, quod maxima pars negotiorum forensium decisionem exposcit non ex fontibus juridicis specialibus, vel auctoritatibus JCtorum anxie conquisitis, sed ex ipsa facti historia ad fines suos diligenter redacta, qua in re præcipua Judicis cujusvis sita est dexteritas. Non ita in Actis Judicialibus causarum merita proposita inveniuntur, prout ea ordine proponit Referens: Ex Scriptis sæpius confusissimis Advocatorum, narrationibusque non cohærentibus vel ad rem nihil facientibus elaborandum est causæ Systema, adeo ut in sola facti dispositione accurata omne sit artificium. Ceterum fertilissimas existere in Judicio hoc Imperiali supremo materias, in quibus Juris Germanici publici & privati adplicatio fiat vera & solida in ipsis rerum argumentis, nemo nisi inexpertus dubitaverit. Hinc tanta semper fuit inter JCtos, eos cumprimis, qui forensibus rebus consulendo, respondendo vel patrocinando dant operam; (de iis quorum studium fuit in reformanda Jurisprudentia Judiciaria Germanica, non loquimur) Cameralium negotiorum cura & auctoritas. Non *Mynsingerus*, non *Gailius* & *Meichsnerus*, ad usum vocantur

cantur soli, sed etiam qui ficto nomine in hoc Judicio causarum ventilatarum circumstantias & decisiones memoriæ prodiderunt. *Adriani Gylmanni, Tilemanni de Benignis, Hermanni Esaiæ Rosacorbii* nomina sunt adscititia editorum incertorum, *(h)* quos ideo latere voluisse creditur, quod materia ad ipsorum manus titulo non justo pervenisset, in quibus etiam alter alterum exscripsit strenue. Eorum tamen ad confirmandas theses usus esse quandoque solet, si vel rationes veterum quærantur, vel rerum judicatarum exempla. Reperiuntur quidem in iis nonnulla de quorum veritate dubitant prudentes, pleraque tamen conficta non sunt, & si recte adhibeantur, inprimis utilia. *(i)* Et quid de *Klokio* dicam, qui alienos labores adoptare fuit solitus in operibus à se editis? Relationes quæ prodiere An. 1680. sunt pleræque Assessorum Cameræ in causis arduis circa finem Seculi XVI. agitatis: Nonnullæ Consiliariorum in Judicio Imperiali Aulico: Aliquæ, decem circiter, à Candidatis Assessoratus elaboratæ, quæ à prioribus facile discernuntur ex stylo & votis totius Senatus, quæ illis, non his sunt adjunctæ. *(k)*

 In

(*h*) *Adriani Gylmanni*, nomen est adscititium editoris Symphorematis incerti, quæ prodierunt A. 1602. & pars aliqua A. 1610. Eodem circiter tempore editum est Volumen Relationum Assessorum per Pseudonymum, nescio an priorem an alium confictum, *Adrianum Gylmannum*. Crediderim esse veras non fictas, sed non omnes à Senatu Camerali adprobatas, cujus rei exemplum est in Part. II. Decis. XXVII. De Auctoribus istarum Relationum, quos titulus libri præfert, nihil est certum. Sententiæ ad istas Relationes conclusæ in Opere desunt, tantoque minus de decisionibus ipsis causarum constare potest, neque habent alium usum vel auctoritatem, nisi quatenus legibus vel ratione sunt innixæ. *Tilemanni de Benignis*, nomen est fictitium, & consarcinatum parvæ & sublestæ fidei, judice *Deckherro pag.* 44. *Rosacorbii* nomen nuspiam alias notum, adscititium esse credimus. Opus ipsum Observationum inter antiqua monumenta rerum Cameralium referendum est non contemnendum, sed cum pleraque pertineant ad ea tempora, quibus de violata Pace publica plures erant quam hodie in Camera querelæ, hinc tempore magis pacifico rarior est libri usus.

Scipionis, nescio cujus, Decisiones ex aliis plerumque sunt exscriptæ. Hinc Editorem merito puduit libro nomen verum præfigere suum.

(*i*) Hunc usum esse istarum Collectionum recte judicavit *Deckherrus*. Jurisprudentiam Cameralem restaurandam & excolendam ex veteribus aggressos esse plures, neminem præter *Adrianum Gylmannnum*, quisquis ille fuerit, tam copiose reliquisse.

(*k*) Judicium *Deckherri pag.* 60. de hoc libro mihi non probatur, esse Relationes non ab Assessoribus, sed ab extraneis in lucem prolatas, posseque Illustrem Ordinem

In Collectione *Thulemariana* Speciminum eximiorum à Candidatis elaboratorum, reperiuntur etiam aliquæ Relationes Aſſeſſoriæ. In *Dekherriana* ſolæ fortaſſis Candidatorum. Omnia hæc opera ab eruditis & forenſium rerum cupidis in pretio habentur. Quamvis enim ad cauſarum deciſionem nihil faciant Specimina Candidatorum, quantacunque diligentia ſint compoſita, continent tamen controverſiarum verarum & diſputationum compendia, cum adjuncto auctoris voto, quod quo majore induſtria eſt elaboratum, tanto majore laude eſt dignum. Ut adeo habere poſſint uſum & hiſtoricum & juridicum. Et debetur Collectoribus iſtis, notis & ignotis, gratia, quod per eos conſervata ſint monumenta rerum geſtarum antiqua, quibus alias eſſet carendum. Quantus vero ſit eorum uſus, hoc ſciunt illi, quibus ad cauſarum novarum deciſionem opus eſt evolutione veterum. *(l)* Nam ab urbis Spirenſis, priſtinæ Judicii Cameræ Sedis, devaſtatione hoſtili, & Archivi diſſipatione, actorum antiquorum deperdita ſunt Volumina plurima. Quæ conſervata ſunt vel integra vel in fragmentis, ob pallorem ſcripturæ vel ductum literarum tunc ſolitum aliaque accidentia facta ſunt lectu uſuque difficilia, adeo ut ad ea, quæ in typis extant monumenta, ubi opus eſt, recurramus libenter. Per hanc funeſtiſſimam, aliasque præcedentes Judicii mutationes

dinem has, ut ſuas, vel agnoſcere, vel, ut alienas aut non authenticas, rejicere. Poſſe harum auctoritates à potentiore manu abrogari. Equidem neque *Klockius* neque alius unquam ſtatuit, eſſe has Relationes Collegii totius, vel Senatus. Quis vero unquam, præter Deckherrum, aſſerere auderet, eſſe ſuppoſititias? Certe Sententiæ ſubjectæ fictæ eſſe non poſſunt. De iis loquor, quæ ſunt ad Vota Senatus concluſæ, non vero de iis, quæ Speciminis gratia à Candidatis fuerunt concinnatæ, & hæc quidem ſunt in opere toto pauciſſimæ. Quid vero, ſi abrogarentur? Alias & magis authenticas quis producet? Hoc, quousque fiat, præſumtio erit pro veritate, quia Sententiæ Votis reſpondent.

(*l*) De *Meichsneri* Deciſionibus verba *Deckherri* ſunt ſequentia: Exhibentur in illis occulto quodam beneficio Statuum Imperii quorundam privilegia, prætenſiones inter ſe, harum fundamenta rariſſima, jura & conſuetudines Germanorum ex recondita antiquitate huc delatæ; Ut taceamus de aliis libri commodis, quæ majora quam ſpondet, in edocto ſtylo & methodo Acta Cameralia extrahendi, ex factis extractis referendi & judicandi, quæ maximæ artes Judicis referentis ſunt, præſtat. Eo majori cultu honorandus *Meichsnerus*, quo magis ſplendidiora ex illo *Wehnerum* in Obſervat. Pract. ſuas derivaſſe, & ad Germaniæ uſus applicaſſe, deprehenſum eſt.

tationes factum est, ut ne quidem sententiarum antiquo tempore pronunciatarum notitia foret superstes, nisi eam ad Annum usque 1588. conservassent volumina *Seileri* & *Barthii* Assessorum, (*m*) iis exceptis quæ fortassis in Archivis Statuum Imperii, vel diligentia privatorum fuerunt custoditæ. Et quam multæ ex Seculo XVII. usque ad Ann. 1688. pronunciatæ restitui debuerint, hoc docet Actorum magno cum labore, multorum tamen nondum satis redintegratorum copia. Taceo defectum Protocollorum, & Consultationum, quæ in excidio urbis Spirensis perierunt. Ab Anno MDCCXI. demum fieri cœperunt Protocolla nova, idque cura Notariorum, quibus traduntur Dominorum Assessorum vota, prout res exigit in compendio, vel ad calamum dictantur. Quæ ex præcedenti tempore Assessorum quorundam manuscripta extant, sunt perpauca. Integras Relationes Assessorum defunctorum, vel quibus officii mutatio placuit, in Archivo reponi Leges volunt, ad usum fortassis futurum utiles, si etiam ita sint exaratæ, ut cum lucro majore temporis, patientia quoque leviore capi ex iis informatio possit necessaria, quam ex Actorum judicialium evolutione. Non est autem omnibus viris eruditis consuetudo pingendi literas eleganter. Neque ii qui à juventute artem scite scribendi didicere per negotiorum multitudinem vel ætatem retinere possunt manus suæ firmitatem. Cui vero usui tandem erunt labores Assessorum in cistis reconditi *Ord. Cam. P.*1. *tit.*24. §.5. si vel vetustate, aut ipsius chartæ scriptoriæ vitio corrumpuntur, & à mucore & arrosione conservari non possunt. De periculo conflagrationis nihil dico. Res est in omnium oculis, cui ut ab Imperii Statibus remedium adferatur, ut qui possunt, hoc etiam serio & cum effectu velint, optamus, speramus, expectamus. Præstaret itaque opinione mea, ut memoriæ perpetuæ traderen-

 tur

(*m*) De his dixi in Præfatione Collectioni novæ sententiarum ab An. 1588. usque 1688. publicatarum præmissa, Anno 1715.

tur ab interitu ſecura monumenta potiora rerum in Supremo Imperii Dicaſterio curate elaboratarum & matura deliberatione deciſarum. Sic etiam conſtaret publice, ab Anteceſſorum induſtria non receſſiſſe Aſſeſſores modernos, defungi eos labore non levi & tranſitorio, ſed cum meditatione matura & maxime ardua: Ab errore revocarentur hoc modo qui exiſtimaverint forte, in hoc Supremo Dicaſterio fieri apud Judices quæ nuſpiam apparent in ſcripturis neque in Acta referuntur, quod generaliter de forenſibus controverſiis ſcripſit Auctor celebris *Codicis Juris Gentium Diplomatici* in operis præfatione, ſimilitudine quadam, ſed valde diſſimili, cum negotiis, pactis & fœderibus inter potentes. Exprobrationem vero metuendam eſſe non puto, quam *Mynſingero* factam fuiſſe olim Apologia Obſervationibus præfixa teſtatur, ac ſi arcana Judicii propalarentur contra *Ord. P.* 1. *tit.* 16. *§.* 6. *Receſſ. Viſit. noviſſ. §.* 88. *ſeqv.* Quemadmodum enim in ſecretioribus Principum Conſiliis magna eſt differentia inter negotia, de quibus deliberatur, & ea quæ poſt deliberationem ad effectum perducuntur: Illa ut ſilentio tegantur, neceſſarium: Hæc vero involvi amplius non poſſunt. Ita in rebus forenſibus, & quidem judiciariis, Dicaſterium Camerale odit curioſitatem litigantium noſcendi cauſarum referentes, ſunt enim qui malo conſilio id affectant. Ad arcana refertur, ſi quis expiſcari ſtudeat vota Aſſeſſorum in Senatu, dum de aliqua cauſa deliberatur; nec non qualis ſententia fuerit concluſa, quandoque ad impediendam, ſi fieri poteſt, ejus publicationem. Alia porro ſunt, quorum notitia foret ob circumſtantias perſonarum nociva, & garrulitas omnis inter viros bonos intolerabilis. Publicata vero aliqua ſententia, hæc ipſa non poteſt non innoteſcere omnibus. Contradictorium foret inter arcana cenſeri ſententias, publice & valvis apertis pronunciatas. Ad cavendas ſuſpiciones & obtrectationes litigantium nonnullis ſolitas, averſamur explorationem votorum Senatus, ex quibus ſen-

tentia

tentia fuit conclusa, vel eorum qui fortassis dissensere. Sunt tamen aliquæ causæ ita comparatæ, ut post longas disputationes in utramque partem, tractatione sæpius prolixiore, quam opus est, (quarum multas typis mandare solent litigantes ipsi) rationes Decisionum ex sequentibus sententiis haud difficulter colligantur: Vel, ut earum notitia nulli homini sit periculo. Sunt causarum genera, in quibus publicæ utilitatis foret rationes sententiarum scire, quo magis litigatores inconsulti ab istiusmodi litigiis absterreantur. Sunt aliæ causæ ad finem ita perductæ, ut metus non sit à nova litis instauratione: sunt aliæ interventu transactionis post sententiam finitæ. In omnibus his per rationum decidendi aliqualem notitiam nemini futura est injuria. Neque si in ejusmodi causis post aliquot lustra nomen referentis tandem innotuerit, quidquam commodi vel incommodi inde metuendum, cum à solius referentis voto nullius sententiæ sit auctoritas. Major quidem incumbit referenti labor, sed voti ipsius non habetur ratio potior in numero, quam uniuscujusque ex Senatoribus reliquis. Nihil ergo mali ab editione votorum quorundam, dummodo observetur ea in re semper τὸ πρέπον. Neque male huc adplicabitur proverbium vetus, una vocula hic mutatum: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε περὶ πάντων. Rationes decisionum ut exponantur omnes publice, & omni tempore, & de causis omnibus, dignitas Judiciorum & auctoritas non permittit. Aliquas, & temporis ratione habita atque circumstantiarum, & de causis ad hunc finem delectis, hoc fecerunt laudabili instituto Antecessores pristini. Quod enim *Deckherus* in Bibliotheca Camerali cap. 8. laudando & commendando Meichsneriana Decisionum Volumina addit: *Assessores veteres præter Gailium & Mynsingerum non fuisse solitos communicare relationes suas bono publico, ratione singulari politica ex qualitate status Reipublicæ Germanicæ, quæ talia avthentice à Collegio publicari vetaret*: De Collegio Camerali recte

 intel-

intelligitur, à quo non eduntur rationes decidendi, non tamen ex ratione Status Reipublicæ, ſed peculiari cujuscunque Supremi Judicii. De ſingulis Aſſeſſoribus ſiniſtre acciperetur iſte auctoris diſcurſus, qui ipſe Aſſeſſorum opera talia magni fecit. Neque *Gailius*, *Mynſingerus*, *Meichsnerus* Status Reipublicæ patriæ adeo fuerunt ignari, ut, quæ publicari vetaret prudentia, typis publicis mandarent ipſi, vel ut fierent ab aliis curarent. Votum referentis non eſt Collegii vel Senatus: Ab hoc, non ab illo ſolo ſententiæ vis dependet. Vires relationum, quod alio loco ad *Caſp. Klokii* compilationem obſervavit *Deckherus*, ab acceſſoriis rationibus multum differunt. Multa adducit interdum referens pro ſtabilienda opinione ſua, quæ tamen à Senatu aut univerſo Collegio per averſionem, ut aiunt, non acceptantur pro rationibus decidendi. Plura interdum vident plures quam unus. Liberum eſt referenti cuique votum ſuum exigente materia dilatare, quo recitato, rationibusque decidendi in ſummam contractis, quilibet dicit pro libertate ſua, ut ex omnium votis demum fiat concluſio ad ſententiam publicandam. Perperam ergo uterentur relationibus Aſſeſſoriis olim publicatis, & quæ hic eduntur ſtudio noſtro, qui ſingulas periodos pro principiis deciſionum arriperent ipſi, vel alios ita docerent. Intolerabile foret Senatui, ſi quis ei opinionem cujuscunque JCti, Anteceſſoris, vel etiam Collegæ, pro cynoſura judicandi obtrudere voluerit. Neque auctor quicunque præſens importunam ejusmodi allegationem laturus eſſet patienter. Non recte utentur hoc opere qui deciſiones ad materiam ſubſtratam directas transferret ad cauſas alias absque cautione. Sunt enim caſus alii aliis in circumſtantiis valde diſſimiles. Quantacunque etiam ſit rerum judicatarum auctoritas, nunquam tamen eſt tanta exemplorum ſingularium, quæ *præjudicia* vocantur, ut rationes vincant meliores, faciantque in aliis, ſpecie externa ſimilibus, tempore ſtatuque rerum publico diverſis, judicandi regulam.

gulam. Nemo ſapiens ſententiam quoque ſuam corrigere & amplecti meliorem erubeſcit. Ingrata foret allegatio, ſi quis pro ratione retulerit ſeſe ad ſententiam quam olim fuiſſet amplexus. Hæc quæ dixi eo pertinent, ut oſtenderem, quam minime peccaretur vel incommodum ſit metuendum, ſi negotiorum forenſium & Conſultationes & Deciſiones ederentur plurimæ. Quantæ vero ſit utilitatis, hoc res ipſa docet. Multos equidem Aſſeſſorum non ſolum veterum, ſed & recentioris ætatis ea in re fuiſſe retinentiores ſcio, non tamen exiſtimo fuiſſe rationes ſtatus Reipublicæ, ſed cauſas alias. Quarum *una*, quod vel materiarum vel temporis circumſtantiæ, vel etiam vita & valetudo id non permiſerint: *Altera*, & quidem potiſſima, quod diſcrimen ſit magnum inter laborem, quo ſatisfacere aliquis poteſt, laudabiliter etiam, officio ſuo, & eum, qui in publicum editur. Viri præſtantiſſimi opera ſua plerumque conſcribere conſuevere non eo modo, forma & fine, ut etiam uſui aliorum eſſe poſſint. Sufficit recitata relatio quacunque forma conſcripta, hinc inde correcta, ſuppleta. Rationum pondera deciſionem efficiunt, non ubertas tractationis. Sermonis emendati cura, qua Lectoribus ſatisfieri poteſt, hic non requiritur. Sunt enim qui ſola mentis ſolertia & ingenii æquitate finem propoſitum attingunt feliciter, cum alii ſubſidiis, quæ à juventute reddiderunt ſibi familiaria, veluti ſcala in rebus peragendis utantur. (*n*) Illuſtrationes Votorum aliis placent, aliis modus brevior. Et ita ſuum cuique pulchrum. Porro, plerorumque ea non eſt patientia

(*n*) Non inelegans eſt ſimile, quod ex *Noltenii* Oratione *de Sermonis latini cultu negligentiore* hic repetimus, paucis verbis mutatis: Qui ſine linguarum humaniorumque diſciplinarum uſu curatiore, mentis ſolertia ad res magnas gerendas, divinitus adſpirante fortuna, emergunt, comparari iis qui corpore à natura habili, flexuoſo & tereti præditi membrorum agilitate, ſicubi ſcalam in promtu non habent, ad ſumma arborum nituntur cacumina, quod tamen tentare non audeant ex æquo omnes; His vero, qui ſcala admota ramis, minori cum formidine lapſus, gradatim adſcendere malunt, adſimilantur ii, qui in ſapientiæ ſtudiis certos quosdam gradus conſtituunt ſibi, eaque ſubſidia in juventute reddunt familiaria, quorum ope & beneficio doctrinam ſuam per totum vitæ ſecuturæ ſpatium alant, augeant, & in rebus gerendis finem propoſitum conſequantur.

neque rationes privatæ, ut post recitatas relationes & publicatas sententias relectioni Votorum vacare, easque ad usum publicum polire & ordinare velint; Per multæ enim iisdem verbis, quibus sunt recitatæ, nullis resectis circumstantiis, edi neque possunt neque debent. Id quod in iis etiam, quæ in hoc opere continentur, Consultationibus observatum fuit. Tandem sunt Viri doctrina & officio præstantes, qui tamen scriptis inclarescendi desiderio non tanguntur, celebritate nominis & laudabiliter gesti muneris contenti. Horum omnium sive defunctorum sive viventium virtutes, prudentiam Juris, & in officio dexteritatem ego nunquam non laudibus sum mactaturus, vicissim ab iis, quibus Collegis me uti gaudeo & libenter ab iis disco, instituti mei in editione præsentis operis acceptionem benevolam mihi polliceor, tanto magis, quod non dubitem, quin ab ipsis proficisci possint, dummodo voluerint, meliora, confidamque consilii mei rationes hucusque indicatas, iisdem esse apertas. In quo etiam facta decenter communicatione cum aliis, quorum ea in re potissimum est arbitrium & auctoritas, gratiosissime fui confirmatus. Ipsis vero Dominis Assessoribus, quibus hæc legere placuerit, injucundum non erit invenire res cum ipsorum, vel Antecessorum juncto consilio tractatas decisasque, juvandæ fortassis memoriæ & labori futuro, si in aliis similibus materiis utile quidpiam dictum fuerit.

Jam de totius operis ordine usuque ulterius mihi est præfandum. Titulus *Symphorematum* indicat, contineri in ea Consultationes delectas, quas ita ordinatas & digestas esse confido, ut neminem putem fore, qui decerpere queat ansam ullius offensionis. Earum omnium ego me Auctorem, cum non sim, haberi nolo. Omnes causæ sunt decisæ in Judicio Imperiali & finitæ: Unam si exceperis, quam ego in priori meo officio, Austregalis Judicis nomine, elaboravi. Paucissimæ sunt, in quibus non fuerint rescissæ periodi & circumstantiæ, quas tamen in Relatione ipsa præterire non

opor-

oportebat. Summas, sive Extractus, Actorum omittendos esse putavi, quia fuerunt, uti esse solent, plerumque juxta seriem Actorum & scriptorum amplitudinem prolixiores, neque eorum lectio magis quam ipse excerpendi labor gratior. Facti narrationes, qua in re magnum consistit studium, exactissime elaboratas esse dubitare nemo debet. In aliquibus ut nomina partium mutarem, vel solis literis designarem, consultum duxi, adeo, ut qui fuerint litigantes, vix illi, quorum fuit causa propria, & hi ne quidem absque meditatione & repetitione actorum domesticorum sint intellecturi. In nonnullis ut vera nomina retinerem ipsa rei vel materia poposcit, & nullius hominis periculo id fore certus fui. Quænam ex omnibus sint auctore eodem elaboratæ, quæ ab aliis & quidem diversis, hoc attentioni lectoris relinquimus. Tanto minus vero constabit publice, quis in qualibet causa fuerit referens. Equidem non dubito futuros, quorum expectationi satis non fecisse existimabor, quod causas aliquas non satis dignas magnorum virorum lectione interseruerim, cum in promtu fuerint multo plures aliæ à me ipso & aliis Dominis elaboratæ. Hi, si meminerint non omnibus omnia scribi, alia placere aliis, & diversas esse lectorum conditiones, facile credent, variorum hominum utilitati accommodari opus debuisse. Legent hic historiarum forensium cupidi atque admirabuntur varias rerum scenas atque vicissitudines, & quod interdum causa justissima per Advocatorum in judiciis inferioribus industriam, vel etiam negligentiam, aut imperitiam, tenebris obscurari queat, nonnisi multo labore in Supremo Judicio dissipandis. Invenient Domini territoriorum, quibus ex causis, occasionibus, mediis, viis subditi ad lites incitari, easque tenacissime prosequendas animari queant. Observabunt, inquam, Domini, quid ipsis sit cavendum: Animadvertent Advocati tricas varias processuum, quidquid etiam lucri attulerint, cursum Justitiæ celerem sufflaminare quidem potuisse,

ſed in fine non impedire. Attendant, inquam, & moneantur, officio Advocatorum nobiliſſimo per artes mercenarias gravem inuri maculam. Obſcurum non erit cuique, cauſam maximam & potiſſimam, ſed quæ evitari in Judicio ſupremo non poteſt, multitudinis litium & earum protelationis eſſe à cauſidicorum ſtudio. *Conſultationum* & *Deciſionum forenſium* nomen placuit. Uniuscujusque enim Senatoris votum non aliter redditur, quam conſultationis cauſa, ut ex omnium, vel plurium, conſenſu fiat deciſio. Primum ergo Referentis votum maxime dici poteſt conſultativum, quia ab eo præcipue & labore domeſtico compendium actorum, deinde cauſæ ſyſtema in facti narratione juxta ordinem naturalem rerum geſtarum formandum eſt, cum ſignificatione quæſtionum decidendarum, ad quas tandem voti elaboratio pro re nata brevior vel diffuſior dirigitur. Errant graviſſime, qui putant à narratione vel opinione Referentis dependere cauſarum fata & Deciſiones. Errabunt qui hæc legent, ſi exiſtimaverint in ſingulis cauſis omnes periodos votorum & quæ pro re nata illuſtrationis gratia dicta ſunt, rationes fuiſſe decidendi, etiam ſi ſententia reſpondeat concluſioni Referentis. Fieri enim poteſt, ut alii Domini ex rationibus diverſis, vel non omnibus quas Referens adduxit, in eandem tamen conſpirent cauſæ definitionem. In facto quidem ex actis producto, compoſito & demonſtrato, diſſenſus exoriri facile non poteſt. Tantum abeſt, ut ſi etiam plurium diſſenſio in re clara exiſtere poſſet, per majora album fieri poſſit nigrum, ex facto non factum, ex luce tenebræ, & vice verſa. In adplicatione Juris in factum, vel interpretatione, in omnibus judiciis frequenter exiſtit opinionum conflictus. Cum enim, Ulpiano teſte *l.* 17. §. 16. *π. de recept. arb.* naturalis ſit hominum ad diſſentiendum facilitas, quid mirum ſi hæc etiam ſe oſtendat in cauſarum deciſionibus? Prudentis ergo eſt, ſi ad conſenſum perduci nequeant, ferre votorum diſſenſum. In contemplatione

tione picturæ cujusdam, aliis videtur expressa magis, aliis vero minus, effigies personæ, vel historiæ, quam repræsentare pictor voluit. Pari modo in contemplatione facti secundum leges dijudicandi diversitas adspectuum dissensum facit in adplicatione juris. Ergo si res alia ratione exitum habere nequeat, necessarium est & plane naturale, ut per majorem votorum numerum fiat conclusio. Boni viri & prudentis esse ait *Quintilianus Instit. Orat. L. XII. cap.* 3. ut in oratione sua dirigat se ad id quod optimum natura esse putat, non vero commoveatur si quis dissentiat, cum diversas opiniones Jurisconsultis inter se tueri concessum sit. Hoc ipsum testantur Consultationes aliquæ præsentes, & sententiarum publicatarum formulæ, quæ summam continent decisionum. In his si aliquæ cum voto præmisso non conveniant per omnia, existimandum est, plurium votorum conspiratione hoc esse factum. Neque enim hic producuntur vota Dominorum, qui Senatui interfuerunt, sed unius saltem cum sententia consensu votorum vel omnium unanimi, tales autem sunt pleræque, vel plurium publicatæ. Ceterum diversitatem methodi tractandi causas non mirabitur, cui ignotum non est, pro cujusque causæ natura formandum esse systema, recteque fungi officio referentem quemcunque, qui distinctas & claras ideas format primo sibi ipsi, deinde vero aliis auscultantibus eadem claritate in scriptis, vel etiam viva voce, scit exponere. Primam eloquentiæ virtutem perspicuitatem dixit *Quintilianus Instit. Orat. L. II. c.* 3. In forensium negotiorum decisionibus eloquentia non est quidem necessaria, sed plurimum valet ratio, quæ doctissimo cuique est planissima, perspicuitatem tamen omnino requiri existimo, cum frustraneus sit labor, si quis ex difficultibus causæ expedire se nesciret, & ideis confusis fastidium faceret auscultantibus. Tandem & iis occurrendum est, qui incusabunt Consultationum quarundam prolixitatem, ut tractatus potius videantur, quam judiciales decisiones. His sciendum est, diffusas aliquarum causarum circumstantias diversasque periodos vel scenas ampliorem postulasse &

facti historiam & votorum deductionem. Eam vero negotii qualitatem breviori methodo & simul perspicuo tradi non potuisse. Studium est quandoque referentis ut occurrat dubiis omnibus quæ existere possunt à materiæ substratæ circumstantiis, involutis partium Advocatorumque vel data opera vel imperitia: Quandoque à diversis principiis quibus unusquisque est imbutus. Tandem in causis aliquoties per novam scenam recurrentibus possibile non est, ut omnes Domini, qui ab initio præsentes fuere decisioni, circumstantias & momenta rerum sic retineant, ut nova introductione à referente facienda non sit opus. Accidunt etiam quandoque Senatorum mutationes, quibus danda est cum repetitione circumstantiarum informatio plenior. De Utilitate istiusmodi Consultationum non opus est ut dicam pluribus verbis. Jurisconsultorum Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, Sabaudiæ disceptationum, controversiarum, decisionum, resolutionum innumera volumina accepta fuerunt Germaniæ Jurisconsultis. Ergo æquali saltem favore, si non majore, dignæ erunt lucubrationes Germanorum, cumprimis in Archi-Dicasterio versantium. *Mynsingerus* & *Gailius* apud extraneos in magna fuere existimatione. Decisionum *Mevianarum* sive Dicasterii Wismariensis celebritatem quis nescit? Ex judiciis Saxonicis res judicatas magna cum utilitate & procul ab omni invidia & livore publicarunt *Carpzovius*, *Richterus*, *Lynckerus*, *Bergerus* & alii. Taceo reliquorum Germaniæ Jurisconsultorum celebriorum nomina. Taceo Consilia vel Responsa infinita, quorum tamen usus non potest esse tantus, quantus est rerum in Dicasteriis judicatarum. Consilia enim vel Responsa petentibus dantur ad facti narrationem transmissam Collegio juris peritorum, vel etiam Doctori cuidam privato. Decisiones in Dicasterio fiunt, & effectum juris inter litigantes habent. Liberum cuique est consilia petere periculo suo & judiciis exhibere. Errant autem qui credunt, in Archi-Dicasterio Imperiali istiusmodi Consiliorum ullam haberi rationem in decisione causæ,

adeo ut risum mereantur, qui consilia sua ad formam relationis cujusdam Cameralis pro sublevando, ut existimant, labore referentis, obtrudunt.

Est itaque usus Consultationum præsentium varius. Primo utilitatem præstent nonnullæ historicam, ubi agitur de familiarum illustrium pactis & successionibus, in quem finem addita sunt pro meliore illustratione Consultationum nonnullarum Schemata Genealogica, & Documenta ex publicatis ab ipsis litigantibus scriptis desumta. Deinde de Regionum quarundum Germaniæ statu antiquo. Aliæ usum habent juridicum, fontium juris cum publici tum privati in ipsis rerum argumentis adplicatorum. Horum indagitio rectusque usus Juris consultos facit. Reperiet Lector materias Juris primogenituræ: Filiarum nobili prosapia natarum: Feudales: Fideicommissorum: Testamentarias: Familiæ herciscundæ: Dotales: Jurisdictionales & territoriales: Protectionis & Advocatiæ: Tutelares: Hypothecarias, aliasque plures, petitorii Judicii & possessorii ex vario Jure, publico, privato, & statutario decisas. Si cui videantur argumenta aliqua doctrinæ gratia adscita, relinquat libere & sequatur meliora, recipiat vero ea quæ sunt planiora.

Dicendum etiam est nonnihil de Usu Relationum methodico. Ex auctoribus qui de modo referendi scripserunt, si non fuere ipsi in Archi-Dicasterio versati, instructior doctiorque mea opinione non fiet judicio præditus lector. (o) Sed nec omnium, qui Collegii hujus illustris membra fuerunt, consuetudo referendi fuit eadem. Antiquam methodum scio secutos esse veterum Antecessorum multos, non malam quidem, sed quæ causarum generibus quibusdam obscuritatem infert magis, quam perspicuitatem. In libris Systematicis, vel etiam disputationibus, placet aliis methodus methaphysica per genera causarum, aliis arbitraria. In forensibus negotiis sunt qui putant male se functos officio, si relationem non dispescant in capita de actionis genere instituto, probato, de elisione sive exceptionibus, & quid pronunciandum. Divisio est bona, sed torquet interdum adplicatio. Placuit nobis semper methodus non coacta, sed liberior pro ratione causarum & actorum, ita tamen, ut præcipua illa ad definitionem causæ requisita capita non negligantur, quæ licet non conspiciantur in fronte periodorum, prudens tamen lector observabit, omissa non esse. Clarum ut faciat sibi

 intel-

(o) Vide notuias nostras ad libellum *J. A. Gerhardi* patrio idiomate editum olim, cui titulus: Gründlicher Unterricht von beyden Höchsten Reichs-Gerichten ꝛc. recusum Wetzlariæ Anno 1720.

intellectum unusquisque Referens, & bene diſtinguat *τὰ κρινόμενα*, hæc princeps debet eſſe cura; deinde ut res conceptas verbis luculentis enunciare ſciat. Hanc magis naturalem neque ad regulas ſpeciales adſtrictam methodum qui ſequetur cum judicio, recte faciet, & melius, quam ſi præſcripta aliqua NORMA (*p*) torquere voluerit & materiam de qua agitur, & ſe ipſum.

Parte ſecunda Symphorematis ſententias à reſtituto A. MDCCXI. Camerali Judicio usque huc publicatas videbit Lector, non omnes, (quod aliud requireret inſtitutum) plurimas tamen admodum notabiles. Non diffiteor multo plures publicatas obſervatione eſſe dignas. Accidit vero ſæpius, ut ſententiarum vim & poteſtatem non obſervent auſcultando eas qui Senatui non interfuerunt. Et omnes promiſcue colligendi ſtudium non eſt omnium, magnumque requireret volumen. Si quæ reperiantur intermixtæ anteriores, factum id eſt, ut Deciſionum in una eademque cauſa ſeries facilius intelligeretur. Hæc etiam eſt cauſa, quod præſentem collectionem in Faſciculos diſtribuerim, quorum aliqui unius cauſæ ſententias, alii miſcellaneas continent, univerſum vero Opus ſententiarum aliquot centurias, ex quibus pauciſſimæ ordinis gratia, vel quod maxime ſint notabiles ex prioribus collectionibus ſunt deſumtæ. Uſum vero explicavi in Præfatione Collectionis meæ A. 1715. editæ.

Tertium Symphorema complectitur Miſcellanea rerum memorabilium pro illuſtranda Jurisprudentia publica & forenſi, & ea quidem ſelecta ad operis totius deſtinatam formam. Plura ſunt in ſcriniis meis & tanto numero, ut ex his ſolis aliquot poſſent fieri volumina, quæ tamen aliud requirunt conſilium, operam, ſtudium, vitam etiam valetudinemque firmiorem, quam à me poteſt expectari. Indices ut fierent unicuique Symphorematis parti accommodati, cura mea, fuit quidem & inſpectio, ſed non labor, cum ab officio tanta vacatio mihi non fuerit. Tandem ut exprimeretur opus absque mendis typographicis ſollicitus quidem fui, ſed quæ eſt typothetarum in hac regione vel imperitia, vel bibliopolarum feſtinatio, hæc elegantia & ne Catalogum erratorum adjiciendo erubeſceret liber, obtineri non potuit.

His igitur omnibus utere Lector candide, & fruere. Nihil hic dictum volo, imo indictum opto & expunctum, quod in cujusquam vergere poſſit detrimentum. Ad privata ſtudia, quod iterum iterumque moneo, pertinet hoc meum opus & reliqua omnia. Publicæ rei & illuſtri Senatorum Ordini ejusque auctoritati nihil demtum eſſe volo. Induſtriæ laudem nullam mihi tribui cupio, niſi quæ adprobatione nititur Mœcenatum, virorumque prudentum. Denique ſuam cuique ſentiendi libertatem ego relinquo benevolentiam æqualem ab omnibus mihi polliceor.

(*p*) Prodiit An. 1711. cum Judicium Cameræ adſcitis Aſſeſſoribus pluribus novis reſtituendum eſſet Auctoris non incerti quidem, ſed qui Schediaſmati nomen inſcribere noluit: *Norma Examinis Candidatorum ad Aſſeſſoratum*: Ubi de *Muneribus ſeu Virtutibus Candidatorum, nec non de Relatione Actorum Cameralium.* Maneat laus ſua Auctori. Nobis videtur comparari poſſe iſtiusmodi *Normas Relationum* faciendarum cum *Euclidis* Mathematicorum principis Elementorum libris poſterioribus, quorum diligentiam Mathematicarum diſciplinarum Profeſſores recentiores laudant, ſed prioribus ſex tantum, & ne his quidem in omnibus propoſitionibus utentes, reliquas deſerunt, cum via longe faciliore magis que naturali propoſitiones demonſtrare noverint.

INDEX
CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM,
Quæ in hoc Symphoremate continentur.

Consultatio I. De Jure filiarum in illustrissima familia Dominorum Comitum de Pappenheim, Mareschallorum Imperii, occasione Processus cujusdam: *Mandati de servando & exacte adimplendo pacta jurata, edendisque fideliter urbariis rationibus & universis Documentis eo pertinentibus, cum clausula:* Cum annexo *Mandato de lite pendente non solvendo, neque extradendo, S.C.* pag. 1.

Consultat. II. Status feudalis pagi Bechtheim/ cujus sunt Domini Comites de Leiningen, nexum feudalem nihil adimere Juri territoriali ostenditur. Inobedientia subditorum coërcita. pag. 65.

Consultat. III. De Jure Retractus gentilitii inter familias illustres: Cujus fines explicantur; in specie de Objecto Dynastiæ immediatæ Wittem in Circulo Westphalico. pag. 83.

Consultat IV. Fundata Jurisdictione Judicii Imperialis supremi in causa Actoris mediati contra Comitem Imperii immediatum per viam Mandati C. C. Genus Actionis ex Interdicto recuperandæ, ejusque probatio ob factum dejectionis ex possessione per prohibitionem redituum ostenditur & contra Reum causa deciditur. pag. 87.

Consultat. V. Feudi alicujus Scultetici, Schulden-Lehen, in patria Monasteriensi qualitas examinatur, idque ad Dominum feudi reversum esse dicitur, adjectis variis Sententiis Cameralibus. pag. 101.

Consultat. VI. De statu Ordinum in Principatu Essensi: De pactis cum Domina Abbatissa: Et hac occasione de contributionibus Imperialibus & Provincialibus. pag. 149.

Transeo igitur ad actionis probationem. Nihil enim moror sententias paritorias, jam pridem in hac causa latas 17. *Jul. & 26. Oct.* 1703. quia fuere in contumaciam latæ, & suspensæ per petitam restitutionem in integrum contra lapsum termini, v. protoc. 25. Octobr. 1702. & per productas 13. Decembr. 1702. exceptiones sequentemque actoriam sententiam 20. Dec. 1702. admissas, deinde replicas [22] & præcedente alia actoria 16. Jul. 1703. etiam dupl. [38] triplicasque [78. 79] in sequentibus nova actoria 19. Dec. 1703. & quadrupl. [92. 93] quibus & actor Quintupl. extrajudicialiter opposuit, in eum statum res fuit deducta, ut vis omnis paritoriarum sit enervata, causaque jam ex integro rractanda. Pergo itaque ad Actionis probationem.

Probandum erat Actori:

1) Se fuisse in possessione prædiorum oppignoratorum & redituum perceptionis.

2) Se

2) Se fuisse ex ea per Dominum Reum, vel quos ipse jam defendit, suumque facit factum, Consiliarios, injuste dejectum.

Hæc & non alia in hoc judicio inprimis privilegiato *v. Posthium dec.* 428. 436. esse probanda, victoremque existere, qui probatione bene fuerit defunctus reservato tamen reo actione petitoria, jure quo utimur, est constitutum Civili Romano, §. 6. *Inst. de interd. addo Posth. dec.* 461. & 586. ubi hæc duo extrema accurate collocat, & passim in decisionibus aliis. *Mev. p.* 7. *dec.* 159.

Canonico tit. decret. de restit. Spoliat. & ibi DD. juris Pont.

Jure Camerali, hoc est communi Imperii, *O. C. p.* 2. *tit.* 8. Wie und vor welchem Richter Entsetzung halber die nicht Fried-brüchig &c. qui textus de foro Austregali quidem agit, sed simul actionem ejusmodi in Imperio constitutione publica receptam esse ostendit. Junge *p.* 3. *Ord. tit.* 55. qui in *Concepto est* 64. & adde Commentatores Jur. Cam. *Gail. p.* 2. *O.* 71. *num.* 13. Rod. *L.* 1. *Cap. singulari post tit.* 17. *num.* 44. & alios complures.

Et cum versemur in processu Mandati pœnalis h. e. executivo, probatio plenior non pertinet reguláriter ad Actorem, sed ad Reum in causalibus. *Rec. Imp.* 1594. §. 80. & *Rec. Imp.* 1654. §. 81. cujus rei ratio non est obscura, quia mandatum C. C. non decernitur, nisi præsumtionem pro se habeat actor. *v. Swanem. proc. Cam. p.* 2. *c.* 15. *n.* 15. adde *Frid. de Mand. L.* 2. *c.* 7. §. 5. Hic tamen actorem, quæ probanda erant, plenissime probasse, nullus dubito.

1) Per contractum cum Administratoribus comitatus Wedani [5] h. An. 1697. accedente consensu domini Electoris Palatini tanquam sequestri Cæsarei [6] & confessione jam defuncti Comitis Friderici de facta in rem versione. [7]

2) Per locationes prædiorum ab actore factas an die Hoff-Leuthe [8.9] & perceptionem redituum.

3) Non deest etiam Rei confessio, nam omnia illa argumenta quibus possessio actoris impugnatur, factum possessionis confirmant ut mox audiemus; certe perceptio redituum nullibi fuit negata, neque credibile Prælatum post initum contractum adeo fuisse negligentem, ut de actuali perceptione non fuerit sollicitus.

4) Probatur dejectio ex possessione per prohibitionem Consiliariorum, ne actori imposterum solverentur reditus, quos etiam ex eo tempore percepit der Keller zu Neuwied v. [10.11] accedit productum ab ipso domino reo [76] & [77] ex quo privatio redituum facta probatur.

Hisce probationibus opponitur à domino reo sequens argumentatio v. dupl. f. 6. seq. & f. 47. [38] *repetatur extractus.* Der Kläger ist in locum primi creditoris succedirt, dieser hat die Höffe nie im Besitz gehabt, und nie elocirt; Ergo hat der Successor solches auch nicht thun können. Notetur vox **können**, quæ de jure intelligitur, sed hic quæritur de facto.

Altera illatio.

[24] Die Provisores der Armen-Cassa hätten hypothecam antiquiorem auf diesen Höffen,

A und sey ihnen das Pacht-Geld bezahlt worden. Ergo seyen sie ihrer Possession durch den Contract mit dem klagenden Prælaten nicht entsetzt, sondern dieser pro turbatore zu achten. Ex contractu vitioso nullam dari possessionem, agenti ex spolio, opponi posse exceptionem injustitiæ notoriæ.

Contra probationem spolii opponitur à Reo, daß die Cantzley nicht tanquam pars, sondern als Judex verfahren inter partes, dahero wann der Kläger gravirет, hätte er appelliren, nicht aber viam mandati ergreiffen sollen. Dupl. f. 53.

Omnis præterea opera à domino Reo collocatur in eo, ut causam petitorii commisceat cum possessorio; Actor contra, de possessione jam non quæri, sed de spolio ait, huncque articulum urget. Enimvero cum causa proprietatis & possessionis, jure, quo utimur, sint distinctissimæ, facile est judicatu, malam esse B illationem de potestate elocandi, cum hic quæratur de restitutione spolii.

Neque obstat, quod tradunt JCti complures non esse restituendum spoliatum, ubi constat de jure spoliantis, *v. Mev.* 7. *Dec.* & *p.* 7. *d.* 299. *p.* 9. *d.* 10. *Lynk. dec.* 931. 655.

Nam Mevius & alii JCti de eo casu loquuntur ubi spoliatus ipse in culpa fuit, *v. Mev. p.* 9. *d.* 10. vel ubi jus spoliati est nullum, spoliantis v. manifestissimum, ut tum demum regula illa obtineat; dolo facit, qui petit, quod mox est restituturus. *l.* 173. §. 3. *de Reg. Jur. C.* 59. *de R. J. in VI.* v. inprimis *Stukium Cons.* 27. *n.* 577. 630. *sqq.* Cujus regulæ applicatio, ut in nostro casu fieri queat tantum abest, ut potius certum sit, multis adhuc dubiis quæstionibus, cum facti, tum juris, causam petitorii implicari.

Hoc ad primam objectionem erat monendum.

Altera illatio de hypotheca antiquiore & possessione provisorum, neque in facto, neque in jure, recte sese habet.

Diversa sunt omnino habere jus hypothecæ constitutum & habere ipsius rei possessionem; potest enim creditori priori con- C stitutio fieri, & alteri res tradi. Hic vero de jure prælationis non est quæstio, sed de spolio.

Possessores nunquam habuere rei possessionem, unde & prædia elocare non potuerunt. Actor possessionem fuit consequutus, per administratores Comitatus sequestrati.

Ergo minime sequitur antiquior est provisorum hypotheca; ergo Prælatus est turbator possessionis Provisorum.

Quæ de contractu vitioso adducuntur, & in exceptionibus occurrunt pluribus verbis, ad petitorium pertinent, non item ad hoc interdictum recuperandæ possessionis.

Tandem ne provisoribus videatur infligi injuria, actor objectioni huic de hypotheca antiquiori satisfecit plenissime in duplica contra intervenientes, (89) negando non tantum factum immissionis, sed & offerendo provisoribus quietam redituum perceptionem pro rata crediti, cum hypotheca & illis & sibi sufficiat. Quo ipso clarissime ostenditur, daß die interventio der provisorum ein bloßer Deckmantel sey, bevorab da auch in der provisorum obligation selbst, der vorgehenden hypothec der Pfeil. Erben, in welche der

Prælat succedirt, expresse gedacht wird, und also die Provisores nicht einmahl antiquiorem hypothecam haben.

Dixi de probata actoris possessione titulo satis probabili innixo, venio ad probationem spolii.

Dominum Comitem se ipsum in possessionem der Höffe constituisse negatum non fuit, Ergo dejectio s. spolium est probatum. Ne vero quis putet, verum esse quod paulo ante audivimus ex Domini Rei exceptionibus, Consiliarios Wedanos considerandos fuisse non tanquam partes, sed tanquam judices: Sciendum est, omne id quod in Cancellaria Wedana hac in causa actum fuit eum finem habuisse, ut privatum interesse obtegeretur. Man wollte gern die Höffe einziehen, und doch einen Nahmen der Thätlichkeit nicht haben, so müssen die Provisores der Armen-Cassa zu Neuwied sich darstellen und ex antiquiore hypotheca die Renthen suchen. v. (26) qui extractus protocolli bene considerandus.

Der Prælat schickt einen Geistl. des Closters B nacher Neuwied, um sich zu erkundigen, warum die Gefälle in Verbott gelegt worden, und um Relaxation zu bitten, auch das Original der Provisorum Verschreibung zu inspiciren, nicht aber vor der Cantzl. tanquam judicio competente sich einzulassen, wie auch nicht geschehen, sondern vielmehr protestirt worden. [31] Darauß will nun ein actus judicialis und præventio inferirt, auch geschlossen werden, daß die Wiedische Cantzley als judices inter partes verfahren hetten, da doch das Protocollum [26] gantz nichts von ordentl. cognition meldet, und vermutlich post litem in Camera cœptam erst gemacht, die Provisores jussu der Cantzley in Camera interveniren müssen, da sich doch Prælatus offerirt sie bey ihren Gefällen pro rata des geringen Capitals von 2 mahl 500. Rthlr. ruhig zu lassen. Die gantzen Höffe wurden zur Gräffl. Kellerey gezogen, und gibt man nun vor, es gelte gleich viel, ob die Provisores ihr Interesse auß der Kellerey oder auß dem Hoff immediate erhebten. Dieses soll nun ein Actus judicialis und richtiger Spruch inter partes gewesen seyn; C Exhinc liquet Consiliarios Wedanos judices non fuisse, neque etiam ob exceptionem fori privilegiati, (quæ removenda erat ante omnia v. [32.] ubi privilegium Ferdin. II Imp.) esse potuisse, sed tanquam partes se gessisse, actorem sub specie processus ex possessione dejecisse. *v. Mev.* 8. *dec.* 8. adeoque spolii esse reos. Quem actum cum modernus Dn. Comes defendendo approbet, actionem contra eum sufficienter probatam esse concludo. Transeo ad exceptiones reliquas Domini Rei, quas cum ad petitorium magis pertineant, quam ad interdict. recuperandæ, poteram transire, non invita jurisprudentia judiciaria, verum ne prætermisisse videar consulto, recensebo eas ex duplicis satis confuse compositis in summam contractas, addito desuper meo tenui judicio. Omnes autem eo tendunt, ut adstruatur, creditum, in quod successit actor Prælatus esse illiquidum, imo nullum, proinde obligationem illegitime acquisitam, quam Dominus Comes agnoscere non teneatur, sed juste apprehenderit possessionem der Höffe, & actorem à fruitione redituum excluserit.

1. Debitum primum der Pfeilischen Erben zu Cölln non esse verum, neque liquidum, Ergo der surrogirte creditor itziger actor kein verus creditor. dupl. f. 78.

Quæstio hæc cum sit de facto, probare vult Dominus Reus suum assertum exinde, quod *Joh. Wilhelmi* Comitis primi debitoris linea fuerit extincta Anno 1638. cujus successor *Fridericus* non agnoverit debitum, neque ad agnoscendum fuerit obstrictus, cum per pacta familiæ ultra 10000. flor. onerare Comitatum non licuerit. Mox contradicit sibi Reus, dum ait, Comitem *Fridericum* ad agnoscendum id debitum ex errore fuisse inductum, quo pertinent multæ circumstantiæ allegatæ, cum documentis variis ad factum involvendum, quæ tamen omnes ad decisionem præsentem nihil faciunt meo judicio. f. 9. 10. 11, f. 12. 13. 14.

2. Culpam esse creditorum priorum, quod hæredes primi debitoris, non excusserint, quibus proinde obstet præscriptio, quam etiam agnoscat actor objiciendo malam fidem quæ non præsumatur. Et non ferire hanc replicationem Comitem *Fridericum* qui debitum non contraxerit, adeoque præscriptionem inchoare potuerit. f. 15. 16,

3. Exceptio Anatocismi, indem die Haupt-Summ 1600. Rthlr. geweßt, und gleichwohl zu deren Bezahlung 5000. Rthlr. aufgenommen worden. f. 18.

4. Defectus requisitorum in alienando prædio Comitis minoris, quæ alienatio idcirco sit nulla, revocabili pretio non refuso. f. 22.

5. Subdelegatos administratores fuisse homines corruptos, juramenti immemores, turpis lucri cupiditate omnia habuisse venalia. f. 24.

6. Non factam esse versionem in utilitatem Comitatus, administratores hätten verfahren, wie jener ungerechter Haußhalter scribendo 5000. Rthlr. an statt 1000. Rthlr.

Ad hoc demonstrandum congeruntur plures circumstantiæ, quibus per adjuncta fidem vult facere, dominus Reus a f. 26. 31.

7. Tutore Comite Lippiæ inconsulto omnia fuisse gesta, qui post emancipationem judicialem moderni Comitis autoritatem interponere debuerit. Falsum autem esse, quod tutor ratihabitionem promiserit omnium quæ administratores gesserint. f. 33.

8. Rescriptum Electorale Palatinum ad suggestiones administratorum falsas esse datum. f. 36. 37. 38.

9. Nihil autem facere pro actore consensum *Friderici* com: quia ei fuerit bonis interdictum, quia se ipsum An. 1698. omni administratione exuerit. (74) f. 42.

10. Comes modernus habe beym Antritt seiner Regierung sich quævis competentia reservirt, alle creditores citiren lassen, sub pœna perpetui silentii, der Herr Prälat hat sich nicht gemeldet; ergo nec jam audiendus. Quadr. f. 19.

Hæ sunt exceptiones in summam contractæ, quarum ex pleniore extractu antea prælecto, Domini meminerunt. Num vero ex singulis vel uni-

universis conclusio sequatur illa quam infert dominus Reus. *Ergo jure meritoque, apprehendi possessionem & actorem spoliari*: Dubitare omnino mihi licebit, cum multa adhuc in facto sint contradicta, & altioris indaginis, in processu spolii non discutienda.

(1.) Resp. ad Nimirum quæ (1.) de falsitate debiti adducuntur, refelluntur ex agnitione confessa Comitis Frider. patris moderni Comitis & ex allegatis Rei, daß die Schuld mit 1000. fl. habe getilgt werden können, E. necesse est ut fuerit debitum verum.

(2.) Quod de excussione debitorum primorum & præscriptione adfertur, ex eadem agnitione Friderici Comitis refutatur. Nam quid opus erat excussione hæredum *Joh. Wilhelm* cum Fridericus debitum suum faceret: hinc & cadit exceptio præscriptionis. Error v. allegatus nondum fuit probatus & altiorem requirit inquisitionem.

(3.) Anatocismi exceptio Prælatum nequaquam ferit, cum is bona fide 5000. Rthlr. crediderit, cum Administratoribus contrahens, adeoque mutata sit persona creditoris. *v. Mev.* 5. *d.* 54. *n.* 7. 8. *d.* 232. *Franzk.* 2. *Ref.* 13. *n.* 14. *& Resol.* 10. neque anatocismus dicatur nisi studium usurariæ pravitatis accedit: *Lynk. dec.* 414.

ad (4.-9.) Momenti aliquid habere videntur, neque enim, ut verum fatear, existimo administratores officio suo debito esse functos, gravissimis sane contra eos v. [57. 58. 59. 61.] [68. 69. 70] [71.] existentibus præsumtionibus & querelis. Sed hæc omnia nihil ad Prælatum quem b. f. contraxisse, autoritatemque Administratorum secutum esse non dubito.

Nam quod ad requisita alienationis attinet, prædia ista non alienabantur de novo, sed erant jam pridem oppignorata, mutabatur tantum creditor, ut proinde quæ de prædiis minorum sine decreto non alienandis proferuntur in thesi vera, ad hypothesin male adplicentur.

Delicta administratoribus objecta, sane gravissima, honestatem famæ maxime suggillantia, (quorum defensionem ego non suscipio, ipsi, si sunt adhuc in vivis, videant, quomodo se liberare queant, ab inculpationibus,) sed tamen actori Prælato objici nequeunt. Quis enim collusionem cum Administratoribus, cujus insimulatur, probavit? sane hæc omnia in petitorio à Domino Comite erunt probanda & evincenda.

Quod de auctoritate tutoris adfertur, sciendum est, instrumentum obligationis datum esse Anno 1697. & à Comite *Friderico* adprobatum eodem Anno v. [5. 6. 7.] accedente etiam consensu Electoris Palatini tanquam sequestri, sed abdicatio facta demum Anno sequente 1698. quo ipso Anno confirmatio in Camera fuit decreta v. [74.] Et quanquam tutor jam antea Anno 1693. fuerit in Cam. confirmatus [94.] tamen hoc ad administrationem Comitatus pertinere non poterat, cum pater nondum abdicaverat. Tutor autem personæ datur non rei. §. 4. *J. qui testam. tutor.* Non obstat etiam sequestratio Comitatus facta Anno 1688. cum plenaria administrationis in sequestrem translatione [39.] Etsi enim vis ac potestas administrationis esset penes sequestrem, nihilominus accedere poterat aliqualis consensus, nimirum honorarius Comitis *Friderici*, quem etiam ab omni concursu non fuisse remotum, testantur acta, tempore sequestrationis gesta v. [75.] & ipsum documentum [7.]

Porro quod de rescripto Electorali per subreptionem vel suggestionem administratorum impetrato dicit Dominus Reus, ulteriore opus habet disquisitione, tantum abest, ut ex nuda hac facti præsumtione licitum fuerit Domino Reo propria autoritate sine ulla juris forma actorem ex possessione adepta dejicere. Tandem in consensu Comitis Friderici intentio actoris principaliter, ut ego arbitror non fundatur, qui consensus si rei gestæ autoritatem non tribuit, potest tamen esse testimonii loco, verum fuisse debitum, à Comite *Friderico* dudum agnitum.

Quæ vero novissime adducit Dominus Comes Reus de reservatione juris competentis, valere possunt, si jure suscipiantur, non vero via facti. Citatio omnium creditorum sub pœna perpetui silentii actus erat in potestate Domini Comitis minime situs. Namque si ejusmodi citatione à creditoribus liberari possent Magnates, facilis foret modus sese ab ære alieno exonerandi.

Inquirendum foret ante omnia, an debitores qui jus habent quæsitum, perpetuo silentio possint puniri: an debitores, qui hypothecæ insistunt ad ejusmodi citationem comparere teneantur, & permittere, ut ipsis volentibus quæstio de jure crediti moveatur. Certe actor judicem in ea causa Dominum Comitem minime agnoscit, neque vitio ei vertendum, quod non comparuerit, multo minus credito suo ideo defraudandus, opus habuit actor propterea Mandato Camerali, & nunc rejectis exceptionibus, per quas actionem minime elisam esse existimo, ad parendum mandato condemnandus Dominus Reus cum expensis.

Reservato tamen ei mea sententia jure suo in petitorio, & quidem in hoc Imperiali judicio persequendo, qua reservatione exceptionem fori ab actore tentatam, removeri posse puto, qui prætextu privilegii non poterit defugere judicem in petitorio, quem in possessorio elegit, cum & utraque causa possessorii & petitorii recte coram eodem judice terminetur. *Gail. L.* 1. *O.* 32. *n.* 11.

Quantum ad intervenientes Provisores der Armen-Cassa, cum actor Prælatus obtulerit iis quietam perceptionem pensionum pro rata crediti, puto hanc oblationem esse acceptandam in sententia, atque hac ratione interventioni satisfaciendum.

Salvis Majoribus.

Senten-

Sententia publicata 1. Mart. 1715.

In Sachen weyl. Caroli, jetzo Johannis Abten des Gotteshauses Rommersdorff Klägern, wider verordnete Räthe zur Gräffl. Wiedischen Vormundschaffts Regierung, jetzo Herrn Friedrichen Wilhelm Graffen zu Neuwied und Consorten Bekl. Mandati restitutorii & manutenentiae C.C. wie auch Interventionis der armen-Provisoren zu Neuwied, ist Dr. Hoffmann sein der except. fori praeventi und Austregarum halber beschehenes Suchen, als unerheblich und unstatthafft abgeschlagen, sondern allem vorbringen nach zu Recht erkandt, daß Hn. Beklagten nicht gebühret Klägern den Genuß der verschriebenen Gefälle in denen Höffen **Melßbach** und **Auch** geklagter massen zu entziehen, sondern daran zu viel und Unrecht gethan, derohalben Herr Beklagter dem Kläger solchen Genuß Inhalts der Verschreibung samt allem von Zeit der Entsetzung erhobnen Gefällen, dazu die Gerichts-Kosten an diesem Kayserl. C. G. derentwegen aufgeloffen, nach rechtlicher Ermäßigung zu restituiren, und zu bezahlen schuldig, und dazu zu condemniren und verdammen. Kläger auch bey gedachten Höffen, biß zu Abtragung des vorgeschossenen Capitals der 5000. Rthlr. oder weitern Rechtl. außführlichen Inhalts der Verschreibung, **so lange biß Herr Beklagter gegen ihn ein anders rechtlich wird außgeführt haben**, zu manuteniren und zu schützen, und die Hoff-Leuthe an ihn zu weisen seyn. Als Wir Herrn Beklagten hiemit zu solchem allem condemniren und verdammen, Klägern aber manuteniren und schützen. Dann wofern Herr Beklagter den Kläger wegen besagter Verschreibung Spruch und Forderung zu erlassen nicht gemeynt, bleibt ihme solches, ohngehindert der in derselben Verschreibung versu. Tertio, **wenn gegen alle Zuversicht. &c. &c.** enthaltenen Clausul, an diesem K. C. G. wie recht auszuführen, unbenommen, sondern vorbehalten.

Endlich so viel die intervenirende armen-Provisores anbelangt, läst man es bey des Klägers Erbiethen, sie pro rata ihrer Forderung zu befriedigen, doch daß er solchem Erbiethen würcklich nachkomme, hiemit bewenden. Dann ist Hn. Beklagten zu würcklicher Vollziehung dieser Urthel Zeit 3. ☽ pro T. & P. V a. angesetzt. Formula executorialium consueta.

Publicata hac sententia tota lis inter partes transacta fuit.

Consultatio & Decisio V.

In qua Feudi alicujus *Scultetici*, **Schulten-Lehn**/ in Patria Monasteriensi qualitas examinatur, idque ad Dominum feudi reversum esse deciditur, adjectis Sententiis variis Cameralibus.

Narratio Historica.

§. 1.

In der Stadt Münster ist neben dem hohen Dom-Stifft auch ein ander Stifft, so man den **Alten Dom** nennet, dessen Probst, Decanus und Capitulum in diesen Proceß wider die Adeliche Familie **Valken zu Rochel** ohnweit Münster, in prima instantia Kläger, in appellationis instantia appellati sind.

§. 2.

Dieses **Alten Doms** Capitulum hat unter anderen bonis Ecclesiae von Alters her eine gewisse *Curtem* sive *mansum*, **Ampt-Hoff/ Burg-Hoff**/ quae appellationes in documentis occurrunt, im Dorff Laar der **Nunnighoff** genannt, mit verschiedenen Höfen, Häusern, Leuthen, und anderen Zugehörungen an Wördern, Kampffen und Ländereyen, deren Zahl im Münsterischen nach dem **Maaß der Aussaat** pflegt gerechnet zu werden: Und ist besagte Curtis, Nunnighoff cum pertinentiis, vom zeitlichen Probsten des alten Dom-Stiffts bey 300. Jahre her denen **von Valcke** (Vide Litt. K. [67]) Jure Villicationis als ein **Schulten-Lehn**/ *Feudum Sculteticum*, gegen jährliche praestationes sub lege conservandi & tuendi eingegeben worden.

§. 3.

Weil nun in Lehn-Sachen ex litteris investiturarum & reversalium von eines jeglichen Lehns-Qualität zu judiciren, also ist ferners zu wissen, daß das Stifft als Lehn-Herr behauptet, es succediren in solchen Lehen weder Descendentes, noch weniger collaterales ex sanguine primi adquirentis, sondern, es müsse so offt die Lehn gebrochen, die Belehnung ex nova gratia erlangt werden, inmassen bey jedem Fall das Lehn dem Stifft heimgefallen seye.

§. 4.

Dieser Satz, ob er gleich von beklagten **Valcke** in responsionibus ad artic. position. fol. act. 27. geleugnet worden, so haben sie es doch in weiterem Verfolg weder in prima instantia noch in Camera wiederstritten, sondern vielmehr ex ea hypothesi ihre exceptiones gezogen, quod non teneantur factis & confessis antecessorum in puncto pertinentiarum: Vid. act. prior. fol. 79. fol. 101. fol. 117. 118. 123. & 127. Non teneri restituere plus, quàm acceperunt. fol. 91. Vasalli werden allzeit ex nova gratia investirt. Libell. grav. fol. 169.

Es

Es wird aber gedachter Satz der Heimfälligkeit ex litteris investiturarum & reversalium bewiesen.

Von welchen documentis theils per Appellantes theils per Appellatos verschiedene producirt worden. Vid. Litt. invest. Hermann Valcken de Anno 1443. [16.] Heinrich Valcken seines Sohns 1470. [17.] Johann Valcken Henrici Filii Anno 1511. [18.]

Formula der Lehen-Brieff ist folgende

Es belehnet der Probst N. Valcken mit dem **Ambt-Hof** zu Lahr, anders geheissen dem **Nunnighof** belegen im Kirchspiel Lahr, mit Höfen und Häuser darin hörendt, und alle Zubehörungen zu Schulten-Lehns Rechten, wie sein Vatter N. Valcke es zu Lehen gehabt, darauf er nach gewöhnlicher Huldigung von Schulten-Lehn mit aufgerichteten Fingern gelobt und geschwohren den **Burg-Hof**, Hof, Hauß darinn hörendt mit den Leuthen, und allen Zugehörungen wohl, als ein trewer Schulte zu halten, zu hüten, zu vertheidigen, und nach all seiner Macht zu bewähren, und zu der Kirchen Recht sonder **Schitting und Schattung** und sein Schulte vom **Burg-Hof** Höfen und Häusern zu rechter Zeit zu bezahlen nach Recht oder nach Gnaden, sonder Arglist.

Hieraus ist wahrzunehmen:

1. Daß das Schulten-Lehn nicht pro hæredibus ex sanguine gegeben worden.
2. Daß Vasallus solches bewahren, hüten und vertheidigen solle zu der Kirchen Rechten.
3. Daß jährliche præstanda darvon zu præstiren.
 Vid. illa præstanda fol. act. 73. & in actis camer. [89.] [90.] wobey zu notiren, daß das pretium der Früchte nach einem gewissen Preyß angeschlagen wird, welcher juxta tempora variret, das höchste ist in besagten numeris 161. 151. Rthlr. gewest.
4. Daß das Haupt-Stück des Lehens nicht ein schlecht Bauren-Hauß, oder Hof, sondern ein ansehnlicher **Ambt-Hof / Burg-Hof /** curtis seyn müsse, weil viel andere Höffe, Häuser und pertinentiæ besage der Lehen-Brieff darzu gehört.

Formula reversalium ist *in puncto* der **Heimfälligkeit gantz ausdrücklich**

Ich N. Valcke bekenne, daß ich vom Herrn Probsten empfangen habe zu einem rechten Schulten-Lehn den **Ambt-Hof** zu Lahr anders genannt Nunnighof mit den Höffen und Häusern darinn hörend, und mit allen Zubehörungen, wie solche mein Vatter N. Valcken empfangen und besessen hatte, und meinem Herrn Probsten, und der Kirche verfallen, und verlediget war nach Tode meines Vatters und wie darvon mitbelehnte Schulten-Lehn rc.

1. Vid. reversales *Henrich Valcken* 1418. Berendts Sohns
2. *Hermann Valcken* Henrici Sohns 1443.
3. *Henrich Valcken*, act. prior. f. 47 Hermann Sohns 1470.
4. *Joannis Valcken* Henrici Sohns 1511. [51.] [52.] [53.] [54.]
5. *Ludecke Valcken* Johannis Sohns 1533. [31.]
6. Tutoris *Andreæ Valcken* Ludecke Sohns 1549. [32.]
7. *Caspar Valken* Andreæ Bruders 1567. [33.]
8. *Caspar Valcken* Caspari filii 1610 [34.]
9. Ejusdem *Caspari*, als per mortem des Probsten die Lehen gebrochen war 1624. [35.]
10. Und endlich *Stephani Valcken*, qui fuit nepos ex fratre Casparis ultimi, pater appellantis, & avus moderni Friderich Jost Valckens.

Aus welchen reversalien zu mercken, das allezeit die Letzte sich auf vorhergehende Possessionem des Vorfahren referirt: und dann der Satz, das dieses Lehen, so offt die Lehen gebrochen wird, ad Dominum revertire, und ex nova gratia müsse erhalten werden, seine ungezweiffelte Richtigkeit hat.

Es wird noch weiter bewiesen ex actu mit *Caspar Valcken* Anno 1624. 31. Aug. als er Abwesend die Lehn nicht gesonnen, dessen Frau aber solches hat wollen gethan haben, da er dann die neue Belehnung mit 450. Rthlr. hat redimiren müssen besage der Appellanten eigenen producti sub (98) Welches zwar in alium finem producirt, wie hernach wird gesagt werden, jedoch der Satz der Heimfälligkeit sattsam beweiset. Adde Litteras responsorias capituli præcedentis 9. Aug. 1624. [106]

§. 5.

Wie nun aus obgedachtem Lehen-Brieffe und reversalen erscheinet, daß der Shulte sich verpflichten müsse das Lehen cum pertinentiis zu bewahren, und zu der Kirchen-Rechten zu vertheidigen, so haben des Stiffts Probst und Capitulum bey einigen Fällen, nach denen pertinentiis, ob sie auch allesamt verhanden gefragt, und die Schulten zu der förmlichē und solennen consignation adstringirt, *vid. Paris de Puteo tr. de redintegr. feudor. cap.* 24. inmassen bey Joanne Valcken geschehen Anno 1511. welcher das fol. act. 9. usque 14. sub Lit. A. befindliche solenne Bekänntnuß von sich gegeben über alle die pertinentien, des curtis sive Mansi Nunnighof, pro se & hæredibus suis, prout relatione quorundam senum & ex antiquis inventis charteculis didicit & informari potuit, prout etiam Parentes, Proavi, & majores sui progenitores res illas tenuerunt & possederunt, & ipse eas tenet & possidet. Dieses ist das **Haupt** *Document* gegenwärtigen Streits, welches zwar die Appellantes vor eine alte nichts würdige Scarteke in actis Cameralibus halten, haben aber veritatem documenti in actis prioribus nicht contradicirt, auch ist solches in originali in prima instantia produciret, und an dessen Richtigkeit kein Zweiffel.

Legatur totum documentum.

Et observetur circa finem clausula: *salvo casu, quo constare posset, reum aliter se habere, jure corrigendi errorem*, daraus Appellantes fundamentum exceptionis nehmen.

Observetur etiam clausula, quam appellati urgent: *peto à vobis mihi ulteriores pertinentias dicti mansi sive curtis, si quas noveritis ultra*

ultra præexpressa esse , edi & exhiberi intra mentis spatium proxime futurum &c.

Die pertinentias zum Schulten Lehn Nunnighoff in dieser Designation de Anno 1511. bekennet Joannes Valcke, daß er sie, gleichwie seine Vorfahren habe und besitze, alle folgende Lehen-Brief, reversales, Vorfallen Zufällen, und Bekanntnüsse auch des letzten Belehnten *Caspar Stephani Valcken* 1655. [42.] referiren sich auf die Zubehörungen, wie sie der Antecessor besessen, ergò, sagt Capitulum, muß dieselben gegenwärtiger Possessor herbey schaffen.

Dieses ist kürtzlich des Streits à parte actorum des capituli Haupt-Fundamentum.

§. 6.

Nun hat sich begeben, das 1594. zu Zeiten Caspar Valcken junioris, welcher des appellantis Caspar Stephani Groß-Vatters Bruder gewest, und welchen Ludolf Valcke geerbet

Joannes

Ludecke uxor Clara Freytags

Caspar

Caspar Ludolf

Stephanus

Caspar Stephan

Friderich Jost Ludolf Valcke.

Capitulum die Lehens Zubehörungen in Augenschein nehmen wollen. vide [67.] [68.] da dann Caspar Valcke eine Designation der pertinentien unter seiner Hand übergeben: welche der alten de Anno 1511. fast gleich kommt, ausser daß darinn der Nunnig-Hof oder die **Schulte-Lehn** *Curtis* selbst ermanglet dafür der Bauren-Hof **Noddemanns** angegeben worden, item ermanglen einige Wortstetten sive superficies aut areæ, quæ à rusticis inhabitantur, darvon Heuer-Zinß gegeben wird, so dann die mansa **Ostkampf Hüppelswick / Zimmerhauß /** und Länderey auf 1. Malter 2. Schöffel Einsaat, dahero Capitulum dargegen protestirt, und sich an die alte Designation de Anno 1511. gehalten, und solte diese Specification jedem Theil zu seinem Recht unschädlich seyn; vid. dict. (67.) (68.)

§. 7

Als aber nach des zweyten Caspari Todt seines Bruders Sohn Stephanus die Lehn unter gleichmässigen reversalen juxta formulam antiquam empfangen: Nach dessen tödtlichem Hintritt auch dessen Wittib tutorio nomine ihrer Kinder die Lehn gesonnen, und Capitulum die Lehns-Designation verlangt, so hat die Valkische Wittib eine Designation, welche An. 1566. solle seyn gemacht worden, heraus gegeben, darvon quod bene notandum, nicht einmahl ein Original vorhanden, sondern nuda copia copiæ producirt, act. prior. fol. 14. usque 17. sub Lit. B. welche Designation dann in actis undique vor die wahre und richtige Designation angegeben, dabey behauptet werden will, daß Capitulum selbige von Anno 1566. her acceptirt, und investiendo Vasallos Scultetos solche vor richtig gehalten, mithin von der alten Designation de Anno 1511. abgegangen wäre, dahero auf diese weiter nicht, sondern auf die jenige de Anno 1566. allein zu gehen, die jetzige possessores auch an die alte Designation nicht gebunden wären, in Ansehung die darinn enthaltene pertinentien Stücke nicht in rerum natura, und ihme nicht tradirt, und Capitulum deren existenz erweisen, und solche anweisen müsste, reperiuntur hæc in actis f. 27. 45. 56. 76. 79. 118. 121. 146. act. Cam. libell. f. 167. 169. & [46.] passim. der Johann Valcke habe sich Anno 1511. geirret, die Designation aus Einfalt von sich gestellet, und detecto errore seye die andere de Anno 1566. gemacht worden.

Welches Angeben, ob es wohl durch die neuere von *Caspar Valcken* gemachte Designation de Anno 1594. die wie oberwehnt von der ältesten nicht viel differiret, augenscheinlich zerfället, und über diß durch verschiedene Bekanntnüsse der Beklagten seu Appellanten wiederlegt wird, in specie, da sie agnosciren fol. act. 80. junct. fol. 73. daß sie mehr Pacht-Zinß würcklich entrichteten, als die in designatione de Anno 1566. specificirte Ländereyen ertrügen, item daß es der Wortstädde halber noch heut zu Tage keine differentz seye, act. prior. f. 64 & act Cam.

B [46.] item das sie sich auf die Ausmessung der Aecker beruffen, wann dann das Maaß i.e. nach der Einsaat sich befinden solte, so hätte es damit seine Richtigkeit, so hat gleichwohl die Beklagte Wittib, hernachmahls ihr Sohn Appellans, und wieder dessen Wittwe, vermuthlich auf Anstifftung ihres Advocati, sich nimmer anerbotten ein Jurament zu schwöhren, daß die geforderte pertinentien Stücke in rerum natura nicht wären, noch ihnen ie tradirt worden, dahero sie ad impossibile adstringiret werden wolten, dargegen Capitulum auf die Bekänntnüsse, und daß pertinentiæ vom Wind nicht hätten können Sententia à

weggewehet worden seyn, sich beruffen, darauf qua fol. act.

dann Anno 1684. 28. *Jan:* die *Definitiv*- 154.

Urthel pro capitulo erfolgt, darinn die Designation de Anno 1566. (**darvon wie vorerwehnt kein *Original* jemahls zum Vorschein kommen war / auch *in actis Cameralibus* nicht beygebracht worden:**) verworffen, die Beklagten der alten Designation de Anno 1511. einzufolgen, auch nach solcher die ihnen NB. zur *custodi* **und**

C **Verwahrsam** anvertraute Gühter dem klagenden Capitul anzuweisen, condemniret worden cum expensis. Von welcher Urthel Caspar Stephan ad Cameram appellirt und processus erhalten Anno 1685.

§. 8.

Anno 1687. Ist zu Speyer ein interlocutori-Urthel ergangen, darinne beyden Theilen eydliche Beybringung aller Lehen-Brieffe, Lager-Bücher, Pacht und Hebung-Regist. (welcher Punct vorhin in sententiam à qua auch mit eingeflossen war,) dem klagenden Capitulo aber zu beweisen auferlegt worden, daß Appellanten Joannis Valcken Erben wären.

Wiewohl nun meines Bedünckens diese Beweisung nicht nöthig war, cum sufficeret agnitio in investituris & reversalibus facta à possessoribus bonorum Ecclesiæ, so ist doch nebst Producirung verschiedener Documentorum ex parte actorum gedachter Beweiß vollkommentlich geschehen per documentum [36]

Auf beygebrachten Beweiß und ziemlich klare reversales, hätte nun schon sententia confirmatoria

ria gefället werden können, es hat aber auf be-A ständiges, wiewohl denen andern confessionibus und probationibus zu wieder lauffendes Vorgeben der Appellanten, das einmahl die geforderten pertinentien nicht in rerum natura, noch in ihren Händen, ein mehrers, als die Designatio de Anno 1566. in sich hielte, jemahls
Anno 1700. gewesen, dem damahligen Senatui gefallen, noch weiter zu interloquiren, und des appellantis Wittwen ein expurgatori Ayd, darneben utrique parti noch fernere documentorum productionem per sententiam aufzulegen: Als nun Vidua sich zu solchem Ayd per Procuratorem anerbothen, und klagendes Capitulum commissionem ad suscipiendum juramentum ab ipsa Vidua gebethen, zumahlen aus der Wittib eigenem zugleich producirten Hebungs-Register erschiene, daß sie verschiedene pertinentias ex antiqua designatione würcklich im Besitz hätte: vid. des Capituls Remonstration (66.) so ist solche Commissio 23. Novembr. 1700 nicht allein, sondern auch, als Capitulum ferner einige special Umstände und Stücke, deren possessionem vidua nicht ableugnen würde können, angegebē, die begehrte extensio commissionis am 23. *Novembr.* 1701. erkannt. Legantur sententiæ.

§. 9.

Es hat aber die Valckische Wittib coram commissariis am 4. April 1701. besage rotuli producti (77.) die angegebene Stücke und pertinentias nicht abgeleugnet, mithin sich in der That und nach vorigen assertis nicht expurgirt, sondern, daß sie solche Stücke, und in specie die ermanglende Aecker-Zahl und Ländereyen auf 18. Malter oder 216. Scheffel Einsaat besitze ausdrücklich bekannt, und dabey nur gesagt, sie glaubte nicht, daß es pertinentiæ des Schulten-Lehns wären, da doch die auferlegte Expurgation ratione der corporum selbsten, nicht aber dahin gegangen, als ob es genug wäre de credulitate ista zu schwöhren, wann sie schon ipsa corpora in Besitz hätte, quod fuisset absurdum.

Gleichwohl will der Wittib Sohn jetziger Appellans approbando omnia ante acta, da er mit dem vorherigen Ableugnen existentiæ pertinentiarum in ejus possessione nicht mehr fortkommen können, gedachtem Urthel diese absurdität andichten, als ob es mit dem abgestatteten juramento credulitatis genug wäre, und müsse nunmehro nothwendig sententia absolutoria erfolgen.

Welcher Meinung wohl niemand, der die Justitz liebet, und dergleichen Gefährlichkeiten hasset, wird seyn können, da zumahl die Beklagte und Appellanten selbst so wohl in actis prioribus als Cameralibus passim sich nicht gescheuet existentiam corporum, sive partium, so viel in der gerühmten Designation de Anno 1566. nicht stunde, und daß ihre liebe Vor-Eltern jemahls mehr tradirt bekommen, zu verneinen und hierüber mit reinem Gewissen wie die liebe Sonne, sich zu offeriren, hernach aber selbst gestehen müssen, daß sie die Wordstätte hätten, item: wann bey Ausmessung der Aecker Zahl heraus käme, so hätte es darmit seine Richtigkeit ferner in jurata responsione und in ihrem eigenen Hebungs-Register (63.) den Besitz der corporum und das quantum deficiens der Ländereyen samt denen Anno 1594. desiderirten mansis nemlich auf 18. Malter Einsaat wircklich eingestanden, mithin wie so gar gefährlich und wider gewissen das Jurament offerirt, also noch gefährlicher solches abgestattet worden, aus dieser acten-mässigen Erzehlung zu erkennen ist.

§. 10.

Endlichen ist der Appellantische Theil auf eine exceptionem Transactionis gefallen, damit aber sehr schlecht bestanden, indeme das jüngsthin 6. Julii 1714. producirte document [98.] juncto [106.] nichts anders, als einen Vergleich über die versaumte Lehns-Gesinnung sive impetrationem novæ gratiæ geschehen, mit nichten aber über der Designation de Anno 1566, welche durch solcherley Vergleich, und gegen so geringe Summ anzunehmen, mithin die Kirchen-Güther Anno 1511 designirt auff dergleichen Arth zu alieniren, in der transigenten Mächten nicht würde gestanden seyn: Das andere
B Document sub (100) meritiret als ein unglaubhafftes Stück gar keine Reflexion.

§. 11.

Diesemnach möchte aus dieser Geschichts- und Acten Erzehlung contra confitentem reum anders nichts als confirmatoria sententia prioris judicati, so viel solches ratione editionis der Register und Lehen-Brief in Camera nicht schon erfüllet, und zwar ad petita Libelli und der in Camera übergebenen Schrifften mit der fernern Erklährung erfolgen, daß Appellanten denen Appellaten die Rückständige præstationes, wie auch erweißliche deteriorationes im Ostkampf zu entrichten und zu ersetzen, nicht weniger auf
C den Fall die Appellaten denen Appellanten das Schulten-Lehn ferners in custodi und Verwahrsam zu lassen nicht gemeinet, diese jenen solches abzutretten, und sich dessen zu mässigen schuldig seyn, welches alles in einen weitläufftigern Voto, bey vorhin gantz klarer Sache, mit rationibus juris per 15. quæstiones mehr zu eigener Information und Versicherung des Urthels und Spruchs in casu satis raro, als aus Nothwendigkeit ausgeführet habe, davon ich allhier Summam erzehlen will, indeme mir die Sache so klahr vorkommt, daß überflüssig wäre sich darmit aufzuhalten, da zumahl auch, diejenige Dinge, worüber allbereiths erkannt, nach der C. G. Ordnung nicht weiter in Discussion zu bringen. Nun ist über der quæstione qualitatis hæreditariæ Anno 1687. wie oberwehnet, wircklich geurtheylet, und demnach Anno 1700. das Juramentum expurgationis keinen andern Verstand haben kan, als, quod esset confirmanda sententia, si appareret, existere corpora petita in possessione appellantium.

Dieses aber ex responsione jurata und vielen andern obgemelten Bekanntnüssen genugsam am Tage ist, also daß es meinem Bedüncke nach dergleichen Ayds-Auflegung nicht gebraucht hätte, da confessio partis reæ & appellantis schon vorhandē war, negationi aperte contraria weil aber von

H 2 denen

alten Herren Senatoribus niemand mehr vorhanden, die völlige acta vor nicht aufs neue gelesen und elaboriret worden, so wird nicht wieder die Ordnung demnach nicht unangenehm noch undienlich sein, die gantze Ausführung abzulesen mit Anweisung aller angeführten Stellen ex actis, so viel nicht allbereit geschehen und verlesen worden.

De formalibus appellationis post plures sententias interlocutorias in hac causa latas non erit jam laborandum.

De actione qualis fuerit ab actricibus instituta, & negotio huic conveniat, sententia pristini Domini Referentis fuit Anno 1687. esse actionem ad exhibendum & redintegrandum feudum: Quæ cùm detur, inquit, contra Vasallum, multò magis contra nudum usufructuarium & administratorem bonorum Ecclesiæ, qualem esse dicunt appellantem nostri actores & appellati.

Vid. votum Domini referentis 18. April 1687. in senatu redditum, ubi etiam *probatam esse* actionem asserit non solum ex jure feudali & Praxi quotidiana, sed etiam ipsos Nobiles *Valckios* ad talem demonstrationem feudique custodiam & conservationem se teneri esse confessos, etsi de pertinentiis & designatione sit aliqua controversia.

Voto huic celeberrimi assessoris, quod ille authoritate legum & Doctorum illustrare opus non esse existimavit, meum jam addere Epiphonema, cum de definitiva sententia agatur, oportebit.

Respexit Dominus Referens, ut puto, ad ea quæ tradit *Rosenthalius cap. 5. de feud. conclus.* 32. ubi materiæ hujus de redintegratione feudi est sedes. Addi potest *c.* 10. *conclus.* 45. *n.* 36. *usque* 45. *Et cap.* 12. *conclus.* 14. *num.* 49. *usque* 54. quibus locis infinitum numerum veterum juris feudalis interpretum, quos pro confirmanda sententia citat, reperies.

Petitum libelli prioris instantiæ si consideretur ita est conceptum, ut vidua *Valcken* Tutorio nomine liberorum condemnetur den Abgang juxta designationem de Anno 1511. Lit. A. fol. 9. zu ersetzen, und so lange des Schulten-Guths sich zu müssigen: Cum itaque medium concludendi sit tale, Capitulum habe nicht Dominium utile sondern nur administrationem an die *Valcken* übertragen, obwohl ein administrator bey verspührter übler Verwaltung à Domino bonorum selbst entsetzet werden könte, auch sonst ein Vasall etiam in feudo proprio alienando vel deteriorando rem feudalem sich dessen verlüstig gemacht, so hätten doch Klägere den Weg Rechtens eingehen wollen, petendo ut supra dictum. Non itaque petitur simpliciter, ut condemnetur vidua ad derelinquendum feudum sculteticum das Schulten-Guth, sed tantum cousque, donec pertinentias redintegraverit. Quæ conclusio repetitur act. prior. fol. 58. & act. cam. (78.) postmodum vero (57.) ita interpretantur actores petitum, ut feudum dicant caducum, & super caducitate pronunciari petunt. Quod in sequentibus scriptis repetitur. Quæ mutatio cum petito primo an sit eadem vel diversa, & quatenus attendenda, ad quæstionem, quid sit pronunciandum, sum dicturus. Certe sententia à qua petitum hoc in puncto des Müssigens adhuc distulit.

Interim actionem in jure feudali bene fundatam esse & probatam, ego cum priore Domino Referente firmiter statuo, & ex narratione mea facti satis patefeci. Idem Dominus Referens *binas exceptiones* sive exceptionum summa capita duo retulit. *Unam*, quod plures pertinentiæ quam Anno 1566. per *Casparum Valcke* essent designatæ, ignorarentur offerendo juramentum. *Alteram* quod *Valckius*, *Stephanus* scilicet, cujus vidua erat rea, ceu ex nova gratia investitus antecessorum, in specie *Johannis* non esset factus hæres, adeoque facto ejus non teneretur. *Primum* fundamentum exceptionis vacillare existimavit Dominus Referens, quia confessiones Joannis Valckii & successorum obstarent. *Alterum* verò robur habere, accedente cum primis Capituli negligentia, quod nunc demum Anno 1672. litem possessoribus moverit. Proinde interloquendum esse putavit, scilicet, ut sunt verba voti: *quia rei Valkii assertum*, quod non sint hæredes Joannis Valckii specifice non probaverint, ideo actoribus injungit probationem, quæ legitur in sententia 6. Julii 1687. Dr. Seiblin solle darthun, daß ietzige Appellanten hæredes allodiales Joannis Valcken vel hæredes hæredis gewesen. Addit in fine voti Dominus Referens, si actores hanc probationem præstiterint, quod tunc vellet sententiam à qua confirmare, tamdiu suspendens judicium. Et habuit assentientes Dominos Assessores præsentes, quorum Vota ipse annotavit.

Itaque si nihil aliud jam considerandum foret quàm hæc quæstio, an probata sit qualitas Hæredum facilis foret decisio, nam appellati sententiæ satisfecerunt perfectissime Quod Dominus Referens in glossa sua ad [36.] testatur. *Ex quo documento qualitas hæredum plene probatur.* Et annotavit Dominus Referens subsequenti suo voto Anno 1700. mutatis tunc assessoribus reddito, hæc verba in margine: *de ob motavel negata qualitate hæreditaria appellantis* seiner vorigen *antecessorum nihil dico, quia successio illius in allodialibus licet Caspar Valcke ex collaterali linea proveniat satis est probata.* Quærebatur de successione hæreditaria *Joannis Valcken*, qui dederat designationem pertinentiarum des Schulten-Guths, sicut ipse eas possideret Anno 1511. Hic verò fuit familiæ Valkianæ Parens communis. *Stephanus Valke*, de quo erat Quæstio, an esset hæres, erat *Caspari* junioris ex fratre nepos. *Caspar* verò in recta linea descendebat à Joanne; Ergo etiam *Stephanus* erat ex descendentibus Joannis.

Ut igitur plenius & distinctius circa hanc materiam procedamus, dispescui omnia in Quæstiones pro rei exigentia, ex quarum resolutione decisio causæ fluet prono alveo.

Quæ-

Quæstio I.

Quænam sit feudorum Sculteticorum origo & natura.

Resolutio.

ESt observatio theorica magis, quam ad decisionem hujus causæ faciens necessario. Frustra de ea re pervolvi juris feudalis interpretes. Itaque meo oportuit uti ingenio. Denominatio quidem feudi sculteticl, **Schultheissen** vel **Schultzen-Lehn** invenitur apud auctores, & in *text. juris Sax. provinc. L.* 1. *art.* 55. *Weichbild a.* 47. **Es sind zweyerley Richter, etliche sind belehnte Richter, Fürsten, Graffen, Schultheissen.** item **der Schultheiß soll auch belehnt seyn mit des Gerichts Rechten Lehn,** quo sensu feudum Sculteticum esset merum aliquod officium jurisdictionale, quando v. g. Dominus jurisdictionis aliquem subofficialem in aliqua Villa sibi constituit, & de hoc munere investit. *vid. Schilt. J. F. Alemann cap. ult.* §. 1. ad quam speciem feudi accedunt in J. F. Longobardico feuda *Guardiæ & Guastaldiæ* 1. F. 2. ubi *Bitschius in Commentar.*

Qualia feuda pro ratione limitum & potestatis concessæ dignitatem aliquam eminentiorem habent, vel non habent, dantur enim feuda Scultetica rusticorum, de quibus *Hornius jur. Feud. cap.* 4. §. *fin.*

Quemadmodum è contrario in Imperio officia Sculteterum in civitatibus Imperialibus dignitatem & potestatem eminentiorem habent.

Talia feuda jure feudali Germanorum ad filios transmittuntur, ita in *jure feud. Sax. cap.* 41. §. 1. feudum in Villa ad Scultetum collatum, hæreditat Scultetus in suum filium, quamvis scuto bellico careat, Feuda Guardiæ & Guastaldiæ non item, sed morte Domini vel Vasalli finiuntur, 2. feud. 10. Schilt. J. F. Alemann. pag. 133. §. 5.

Verum hæc omnia, quid ad feuda Scultetica, de quibus nobis sermo est, faciant, nondum satis est in propatulo, nisi simul naturam bonorum Ecclesiasticorum consideremus.

Res Ecclesiæ alienari non posse tritum est ex *Tit. decret. de rebus Eccles. non alien.* Cum enim clerici tantum sint administratores, non poterunt plus juris transferre, quam ipsi habent, adeò ut alienatio sit ipso jure nulla, & revocari possit à quolibet clerico, etiam extra Ecclesiam. *Dessel. in Erot. ad dict. tit. decret. & Lynckerus in analectis.* Exceptiones vero probandæ erunt ab allegante, hinc neque in feudum eas dare licet, tale scilicet, quo Dominum utile transfertur. *Dessel. tit. decret. de feudis quæst.* 3. De rebus infeudari solitis alia est inspectio, in qua hypothesi, talique objecto nos non versamur.

Eadem plane est ratio de rebus, quæ alienatæ aliquando fuere pleno jure ad Ecclesias reversæ, si agitur de iis rursus alienandis. Ita si alicujus A rei administratio in feudum concessa, ea lege, ut mortuo vel Vasallo vel Prælato res revertatur ad Ecclesiam, alienatio aliter facta non procedet, nisi adhibitis solennitatibus sine vitio nullitatis. Neque præscriptio hic locum habebit etiam immemorialis propter initium vitiosum. *Harprecht* in resp. 57. n. 87.

Hinc vero existimo in nonnullis locis introductum esse, ut bona Ecclesiastica, quarum administratio clericis erat gravis, certis personis, sub Lege non solum conversationis, tuitionis & certæ pensionis, sed etiam tali sub cautione conferantur, ut morte vel Prælati vel Administratoris resolveretur contractus. Et quamquam ista collatio ad modum feudi fieri possit, tamen revera de feudorum natura talis collatio nihil participat, quàm nomen & investituræ jura, sed potius ad locationem temporariam vel administrationem adpropinquat: Et tales Vasallos existimo vocatos fuisse Sculteto, feuda verò B **Schulten** sive idiomate superioris Germaniæ **Schultheissen-Lehn**/ Scultetos verò nudos esse administratores. Vid. *Rosenthal cap.* 2. *concl.* 68 *seqq.* ubi ex *Schradero de feudis p.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. feuda, quæ ob laborem conceduntur, neque ad hæredes transeunt, cum iis confert, quæ Guardiæ appellantur. Sanè modus hic infeudandi proxime accedit ad ea feuda Longobardica, quæ, ut supra dixi, nominata fuere *Guardiæ* & *Guastaldiæ*. Vide 2. *feud.* 10. add *Schilt. J. F. Alemann.* consult. *ad cap.* 14. §. 5. qui etiam ad *cap.* 112. hanc materiam plenius illustrat, ostendendo ex vocis origine **Gast** & **Alden** sive **halten**, talem Vasallum esse feudi conservatorem, adeoque teneri, ut in præsentis causæ documentis legitur, **als ein treuer Schulte zu halten, zu hüten, zu vertheidigen, und nach aller seiner Macht zu bewahren zu der Kirchen-Recht, sonder Schlittung und Schattung**, hoc est, sine diminu- C tione vel damno, **und seine Schulten**, hoc est pensiones **vom Burg-Hoffe, Häusern und Höffen zu rechter Zeit zu bezahlen, nach Recht oder nach Gnaden**, hoc est prout debet, vel prout ei fuerit facta remissio gratuita, **sonder Argelist,** adeoque non falli existimo **das** Capitulum **des alten-Doms zu Münster**, dum in positionibus hoc feudum pro tali, quale dicitur olim fuisse *Guastaldiæ*, habet, *act. priora fol.* 7. Ego non aliam originem feudorum Sculteticorum, quam eam, de qua disserui hucusque, esse puto.

De successione & probatione aliqua adhuc monenda sunt ex veteri jure. Officia Scultetica quandoque ad beneplacitum Domini conferebantur, quandoque per modum feudi ad dies vitæ vel Domini vel Vasalli; utriusque generis exempla reperies apud *Schilterum J. F. Alemann. ad cap.* 112. §. 3. 4. Guastaldi curtes providentes, si aliquid proprio nomine acquisiverint, tamen id aliter non sit stabile, nisi à Domino

confirmatum. Jure Longobardico dicitur 1. *feud*. 2. §. 1. Si Guastaldi aliquid nomine proprio possederint, hoc est, non jure administratorio, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per Pares curtis, vel breve testatum potuerint probare, se antequam Guastaldi essent vel postquam desierint esse, investituram accepisse scilicet nomine proprio *add*. 1. *Feud*. 4. §. 3. ubi si Dominus probaverit datum fuisse aliquod Prædium ad Guardiam, tunc si Vasallus proprium esse dixerit, tenebitur Vasallus titulum suum probare. *Jure Sax. feud.* similia traduntur *cap*. 23. §. 1. vid. *Schilterum d. l.* Igitur certum est, feudum Guastaldiæ sive Guardiæ successionem nisi ex nova gratia non admittere. Et si Dominus probaverit, aliquid fuisse olim de feudo Guardiæ, tunc si Vasallus Sculteтus id possideat & suum esse dicat, teneri ad probationem sui Tituli, alias obstrictus erit ad restituendum. Quemadmodum verò ex investiturarum litteris & reversalibus natura cujusque feudi propius cognoscitur, ita in Camerali judicio casus extitisse memini feudorum sculteticorum etiam Ecclesiasticorum, quæ ex antiqua consuetudine ad hæredes fuere devoluta, perinde ut feuda promiscua, nihilque commune cum reliquis feudis Sculteticis, de quibus hucusque verba feci, habent, quàm præstationem annui canonis. Tale exemplum præbuit Processus ille celebris *Boymer contra Hervord* appellationis, in quibus actis multa inveniuntur documenta investiturarum pro hæredibus concessarum. Ita ut de feudis Hervordensibus Sculteticis plane aliud sit dicendum quam de feudis Monasteriensibus Sculteticis, speciatim de eo, quo de præsens est controversia inter Valkios & capitulum veteris Ecclesiæ cathedralis des Altenthums zu Münster, hic enim investiturarum Litteræ & reversales satis clare diversitatem notant.

Quæstio II.

Quænam sit natura hujus Feudi in specie.

Resolutio.

HAnc quæstionem in facti narratione §. 4. jam occupavi, & ex investiturarum litteris junctis reversalibus demonstravi, esse feudum maxime improprium, Sculteтum nudum administratorem sive Guastaldum bonorum tuitorem & conservatorem, proinde juxta clarissimam litteram investiturarum & reversalium hoc feudum esse personale, hæredibus non concessum, nisi ex nova gratia, sed ad capitulum & Ecclesiam reversum per mortem cujuscunque vel Vasalli vel Præpositi in capitulo, qui conferre solet investituram, quod etiam in actis confitentur rei *Valckii* appellantes. Vid. act. prior. f. 118. f. 119. verso fol. 123. verso f. 127. & in Libell. gravam. fol. 169. consectarium est 1. quod capitulum non sit obstrictum investire hæredem *Valkii*, si nolit, si hic novam gratiam non impetraverit. 2. quod teneatur hæres restituere bona capitulo cum pertinentiis, si capitulum ea repetat.

Quæstio III.

An hæres possessoris teneatur ad præstandum factum defuncti circa hoc feudum ex nova gratia collatum?

Resolutio.

NIsi hæc quæstio in actis esset ventilata, ego eam in medium proferre erubescerem & vererer, ne quis mihi salutem diceret, qualem Celsus JCtus Domitio Labeoni *L. 29. ff. Qui test. facere possunt*. Feudum collatum est ex nova gratia, ergò si casus existit, quo Dominus feudum repetit, hæredes ultimi possessoris & antecessorum non tenentur præstare factum defuncti. Sanè plus, quam ridiculum mihi videtur dubitare de obligatione hæredis. Sed, ait appellans, ego non succedo in feudo, & catenus non sum hæres, adeoque ad ea facta, quæ antecessor circa feudum gessit, non teneor; allegans textum *L. cum à matre, Cod. de R. V.* Mera est cavillatio. Textus apertè loquitur de cohæredibus, quod onera hæreditaria ipso jure inter cohæredes dividantur. Consoni sunt Textus, quos etiam allegat appellans *L. 1. Cod. si certum pet. L. 6. Cod. de hæredit. act. & L. 7. Cod. de bonis auth. Jud. possit.* Duo ultimi textus sunt ab iisdem Imp. eodem dato ad eundem, verba plane eadem.

Quæ-

Quæstio IV.

Num *Stephanus* *Valke* hæres fuerit Caspari Valken sui Patrui & per consequens hæres hæredis Joannis Valken?

Resolutio.

CAsparus *Valcke* in linea recta descendit à *Joanne*, quod testantur Litteræ investiturarum & reversalium in Specie Facti recensitarum: nullum unquam dubium, quod Liberi Parentum facti fuerint hæredes. Unica erat quæstio de *Stephano*, qui erat ex linea collaterali Caspari, sed tamen ex descendentibus Joannis. Actores igitur injunctam probationem perfecerunt plenissime.

1. Per instrumentum captæ possessionis judicialiter productum, in quo fatetur *Stephanus*, post mortem *Caspari* Anno 1646. se ex Testamento & pacto gentilitio Casparo successisse. Productum fuit hoc documentum coram OfficialiMonasteriensi contra capitulum des alten Thumbs, cum possessionem des Schulten-Lehns vellet apprehendere, ipse verò Stephanus in possessorio se manutenendum diceret.

2. Per varias confessiones alias solvendo debita hæreditaria. vide scriptum [49.] cum adjunctis add. f. 74.75. ihre liebe Vor-Eltern hätten nicht mehr im Besitz gehabt. Adde etiam [78.] ubi allegatur confessio in act. Camer. sub rubro Gahlen zu Bischping contra Valke in quibus *Ludolf Valke* frater *Caspari* agit tanquam hæres Patris Caspari.

Et de ista qualitate hæredis pristinus Dominus Referens adeò non dubitavit, ut ea de re ulterius verba facere teste voto ejusdem superfluum esse duxerit.

Certè eam qualitatem in actis Cameralibus & libello gravaminum negare appellans non sustinuit, ut adeo res sit habenda pro certa & indubitata. Cum neque in actis prioribus constanter negaverit.

Quæstio V.

An designatio illa *Joannis Valken* de Anno 1511. sit vera, authentica, legitima & certa?

Resolutio.

OCcasionem ad hanc quæstionem præbuit scriptum appellantis, extrajudicialiter exhibitum sub Titulo: abgenöthigte Gegen-Vorstellung sed tamen actis adjacens refutationis loco contra facti speciem actorum typis impressam, compositum. In quo appellatur documentum illud designationis: eine alte verwerffliche Scarteque, & per tota acta vim istius designationis, etiamsi vera esset, elevare satagit appellans, der *Joannes Valke* seye einfältig gewest, daß er so eine Designation von sich gegeben, und seye nur auf testimonia quorundam senum gegründet, an sich selbst irrig, und habe der Ausgeber solcher designationis selbst jus corrigendi errorem, casu, quo constare posset rem aliter se habere, vorbehalten. Cùm tamen altera designatio de Anno 1566. planè nullam fidem & vim probandi habeat, ut paulò post ad quæst. sequent. intelligetur. Igitur ad Quæstionem, *an hæc designatio de Anno* 1511. *vere fuerit data per Joannem Valke?* respondeo affirmative, neque ulla potest dari aut allata fuit causa dubitationis, cum productum fuerit instrumentum originale. Vid. act. pr. f. 57.

An sit authentica? ℞. Quod sic, cum non copia nuda, sicut altera designatio, de Ann 1566. appellantium, sed ipsum originale fuerit productum, illæsum, integrum, nullo vitio visibili laborans. Vid. act. pr. f. 9. usque 14. junct. f. 57. Neque postea de veritate actus & negotii rea Vidua dubitavit. Unde mirum, qua fronte in appell instantia dixerit appellantium Procurator [46.] originale nunquam fuisse productum nec recognitum, quod tamen in Libello gravaminum asserere merito erubuerat appellans.

An sit legitima? ℞. Quantum ad solennitates in istiusmodi negotiis adhiberi solitas requiritur, omnes esse adhibitas. Est enim actus solennis, præsentibus omnibus, quorum intererat, coram Notario & testibus celebratus: causa, quare pro legitimo non sit habendus allegari nequit, ergo ego eum pro legitimo habeo.

An sit certa? Hic præsuppono non agi de certitudine aliqua divina vel Mathematica, sed de morali, quantum in negotiis humanis res fieri certæ possunt. Quæ autem potest unquam peti certitudo major, quam ea, quæ à possessoris ipsius confessione satis expressa & Latina provenit: *offero & præsento vobis* ait *Joannes Valke*, registrum & chartam seu schedulam descriptionis omnium agrorum & pertinentiarum mansi seu curtis to Laer alias Nunnighoff nuncupatæ, prout ex relatis quorundam senum & ex NB. antiquis inventis charteculis didici & informari potui, prout etiam Parentes, proavi & majores mei Progenitores illas hactenus tenuerunt & possederunt, *egoque teneo & possideo.* Ex interpretum etiam juris feudalis doctrina libro sive catastro rerum feudalium seu descriptioni antiquæ standum est. Vid. Puteus *de redinteg. feudi cap.* 221. *n.* 14.

Sed inquiunt appellantes: in errore fuit *Joannes*, simplicitate sua captus, quapropter addidit clausulam, in qua facultatem corrigendi errorem reservavit. Repetitur hoc in [46] f. 3 ubi

etiam

etiam ad probationem contrarii provocant, qua igitur se ipsos onerant, & tamen nonfecerunt. R.

1. Errorem Vasalli, qui juravit, se rem sibi traditam conservare & tueri velle sine detrimento Ecclesiæ, & postea confitetur, solenniter se possidere has illasve pertinentias, confessione animo præmeditata prævia, informatione à senibus & ex antiquis documentis, præsumi nullo modo posse, sed qui errorem allegat, eo ipso onus probandi non in adversarium devolvit, sed in se suscipit. vid. *Paris de Puteo cap.74.n.16.seq.*

2. Quod attinet ad clausulam illam salvatoriam *cum jure corrigendi errorem*, quod inde pro appellantibus elici possit concludenter, equidem non video: Nam erratum fuisse nondum fuit demonstratum. Neque ipse *Joannes* per omnem vitam, neque ejus successores in hoc feudo errorem accusarunt, atque ad demonstrandum eum sese obtulerunt. Impudenter planè petunt appellantes ut capitulum rectitudinem designationis istius probet, cum sanè qui allegat errorem eum probare debeat. Sed ostensum errorem fuisse ajunt per sequentem designationem *de Anno* 1566. Hoc quidem appellantium Advocatus ait, sed nuda nititur allegatione Partis in propria causa. Vasallus administrator conficit designationem, priori planè & ultra dimidium in quantitate pertinentiarum dissimilem, conficit inquam non solenniter, non accersito capitulo Domino feudi; Hæccine designatio erit erroris demonstratio? Sed ita penitus sese res habet, ut in sequenti quæstione audiemus. Quid itaque sibi vult toties ingeminata allegatio erroris, quasi esset per istam privatam designationem, vel denominationem potius pertinentiarum, demonstratus. Sed nihil præterea dicitur, quam, quod designatio illa de Anno 1566. esset ex testimoniis senum vicinorum rusticorum confecta quasi prior illa de Anno 1511. non majori niteretur authoritate, & insuper confessione solenni possessoris, prævia informatione à senibus & ex antiquis documentis haustam unita esset. De investituris mox dicimus. Est ergo designatio Joannis Valken de Anno 1511. vera, authentica, legitima & certa. De quo ut rectius constet, infra eam dabimus integram.

Quæstio VI.

An idem dici possit de designatione recentiori de Anno 1566. sub Lit. B. act. pr. fol. 14.

Resolutio.

1mò IPsum documentnm in originali nunquam fuit productum, sed tantum copia copiæ.

2dò. Instrumentum Notarii, coram quo ista designatio facta esse dicitur, non adest.

3tiò. Neque adeo constat, an *Casparus Valke*, qui in producto illo defunctus esse dicitur, per verba: weyland *Caspar Valke*, illud confici curaverit.

4tò. Adeoque est tantum narratio aliqua privata, quod defunctus *Casparus* talem designationem confecerit, quod factum pari cum fundamento negat capitulum, quam appellans id affirmat.

5tò. Non constat ullibi, quod capitulum ad conficiendam istam designationem intervenerit.

6tò. Multo minus probatum est, quod Anno 1566. capitulo fuerit transmissa & acceptata.

7mò. Adhuc magis falsum, quod unquam fuerit agnita, & investitura juxta istam designationem collata.

Ex his conclusio est aperta, quod designatio de Anno 1566. producta per appellantes non sit vera, non authentica non legitima, non certa, sed mera privata scriptura, in detrimentum feudi & Ecclesiæ à Vasallo confecta, & à Vidua rea, atque moderno appellante, qui tamen de feudo hoc scultetico ex nova gratia investiri cupit, defensa. Ineptissime autem provocat appellans ad antiquitatem scripturæ & actorum productionem: verum est actores istam copiam produxisse, sed ad effectum impugnandi. Et actores documento longe antiquiori nituntur. Videatur [46.] fol. 6.

Quæstio VII.

An designatio hæc de Anno 1566. unquam vel expresse vel tacite fuerit agnita à capitulo.

Resolutio.

PRæmittendæ sunt hic rationes appellantis, tam in actis prioribus, quam cameralibus adductæ.

1. Posteriorem designationem derogare priori: Hoc responsionem non meretur; est enim planè ineptum.

2. Capitulum de pertinentiis feudi nullam habuisse inquisitionem, & jam primum possessorem actione pulsare.

3. Investituras omnes usque ad ultimam de Anno 1642. *Stephano Valken* collatam, nullam facere mentionem designationis antiquæ de Anno 1511.

4. Anno 1594. actum aliquem designationis der Wordtstetten fuisse gestum juxta productum des Capitularischen Lager-Buchs. Act. pr. fol. 51. versò cum adjecto Lit. D. fol. 60. quo tempore al quai designatio omnium pertinentiarum esset facta, & à capitulo etsi cum aliqua protestatione acceptata: quæ præ-

præcisè sit illa de Anno 1566. adeoque *per investituras sequentes* fecisse capitulum actus protestationi contrarios. A

Hoc est argumentum præcipuum, proinde penitiùs considerandum. vid. act. pr. f. 146. act. cam. [46] f. 6. Verùm in facto res planè aliter sese habet. Et erroneum est, quòd designatio de An. 1594. sit eadem cum illa de An. 1566. tametsi hoc fide pessima continuò asserat appellans, vid. act. pr. f. 146. act. Cam. [46] f. 7. ubi etiam satis vacillat fol. 7. verso: Es möge seyn darmit, wie es wolle, so wäre doch Anno 1594. eine andere Designatio als Anno 1511. vorhanden gewest: Verum hoc est, sed per illam de Anno 1594. falsitas hujus de An. 1566. probatur apertè. Id, quod ante sententiam cameralem interlocutoriæ 16. Julii 1700. obscurius, sed post eam latam clariùs apparuit ex productis num. Cam. [67.68.69] sub Litt. K. L. M.

Quæ sit diversitas istarum designationum de An. 1566. & de An. 1594. in specie facti B satis dixi. Hîc tantum repeto, quod ex hac, ipsa *Caspar. Valkii* designatione, de an. 1594. quam ab antiqua de An. 1511. non multum differre ipsi actores concedunt in comparatione instituta [69], falsitas præcedentis de An. 1566. eluceat, & pono deficientia corpora in designatione de An. 1594. & producto per ipsos appellantes registro [63] & confessione jurata facti detecta. Ut proinde dubium ampliùs sit nullum, quin hæc, scil. de Anno 1566. penitus sit rejicienda, neque ullam mereatur considerationem. Atque sic satisfactum est rationi quartæ.

Quod dicebatur 2do loco de negligentia capituli in exigendo à Vasallis sculteticis descriptionem: Id quidem ab appellantibus urgetur: Verum existimo non negligentiam esse tantam, ut propterea Jure suo ex designatione antiqua quæsito cadere debeat.

Nam 1. quod Tempore *Caspari* Senioris satìs vigorosè exegerint descriptionem & redintegrationem defectuum ipsum documentum C [67.68] testatur.

2. Quòd post ejus mortem ab hæredibus fuerit exacta, probatur ex documento in actis prioribus fol. 60. adjuncto Litt. D. erat enim differentia designationis novissimæ de Anno 1594. ab antiqua de An. 1511. præcipuè in denen **Wordtstätten**/ Et est utraque illa designatio data eodem An. 1594. una ab ipso *Casparo Valke*, altera ab ejus hæredibus, prout inspicienti documenta ista patebit.

Et cùm appellans ipse aliquoties confiteatur, wegen der Wordtstätt *vid. Besold. voce.* **Worden**) sey noch heut zu Tage keine differenz à designatione antiqua act. pr. f. 64. & in act. Cam. [46] die Wordtstätten seyen An. 1566. nicht mit verzeichnet, sondern nur die Länderey, ergò falsa est designatio pertinentiarum jactitata de An. 1566. & falsum, daß keine weitere pertinentiæ mehr in rerum natura wären, quod multis in locis per tota acta asseritur, & desuper Juramentum, (quæso quæ conscientia?) offertur.

3. Anno 1624. cùm per mortem Præpositi feudum esset ad Capitulum reversum, diligentiam adhibuisse Capitulares satis indicant litteræ per appellantem productæ nuper ad modum [106] in quibus etsi mentio fiat designationis illius de An. 1566, si non est error in anno (nam actus anni 1594. erat adhuc valdè recens) tamen à Capitulo minimè fuit acceptata, ut verba satis clarè docent.

4. Quamquam ab omni culpa ego Capitulum liberare nolim, quòd post annum 1624. de pertinentiis non diligentiorem fecerint inquisitionem, sed *Stephanum Valke* investiverint, contenti, ut est verisimile, daß er die Belehnung auf die alte Lehn-Brieff sub similibus reversalibus angenommen. Nisi etiam Archivum Capituli adhuc contineat aliqua documenta ad id tempus pertinentia, quæ producta non fuere, das Documentum in act. Cam. [50] giebt zu erkennen, was vor Solennitäten bey Eröffnung des Archivi vorgehen müssen; es veränderen sich öffters die Capitulares und Bediente, dahero aus Mangel der Information öffters etwas nicht beobachtet wird, deßwegen aber Ecclesia keine Schuld leyden darff, darzu cum lucro Vasalli administratoris sive possessoris.

Quæstio VIII.

An igitur saltem illa designatio de anno 1594. habenda sit pro agnita à Capitulo?

Resolutio.

EX protestatione isti documento [67] subjecta contrarium esse dicendum non dubito. Qui enim dicit, daß er durch Annehmung dieser Specification mit nichten gedencke von der ältesten, und was darinnen verleibet, zu resiliren, sondern daß diese Specification einem jeden parti zu seinem Recht unverfänglich seyn und bleiben solle: jedoch anderer Meynung nicht, dann was durch die Erben Valken künfftiger Zeit eximirt werden könte, ille certè non agnoscit specificationem traditam, sed potiùs in hac ipsa protestatione reservata deductio plurium pertinentiarum per Capitulum: Wann es die von Valke bey dieser Designation de anno 1594. gelassen hätten, und nicht mit derjenigen, de anno 1566. welche von der alten über die Hälffte überreichet, herfür kommen wäre, so hätte vielleicht Capitulum annoch keine Klag angestellet, da es aber nun zur Klage kommen, und Capitulum sich auf seine alte Specification, welches documentum, ut ad quæstionem 5. dixi, keinen defectum hat, sich beruffet, so kan ich nicht sagen, als daß diejenige de an. 1594. pro agnita gehalten, und darauff zu sprechen seye: cùm per posteriorem designationem antiquiori

A non poſſit fieri præjudicium. *Paris de Puteo de redintegr. feud. cap. 74. num. 22. ſqq.* auch wäre ſolches ultra petita partium; indeme weder Capitulum ſich darauff in actione, noch die Valke in exceptione und denen poſt ſententiam de 16. Jul. 1700. productum rotulum commiſſionis übergebenen Handlungen fundiret, ſondern lediglich bey ihrer Deſignation de anno 1566. verbleiben wollen, vermeinende, es ſeye per Juramentum credulitatis à Vidua præſtitum, daß die Stücke, die ſie doch würcklich zu beſitzen geſtehet, und in der alten Deſignation begriffen ſind, zum Schulten-Lehn nicht gehörig, ſondern ihr eigen wären, alles ausgerichtet und purgiret, quod per totum ſcriptum [83] & [93] ſatis impudenter aſſeritur: Quaſi per alicujus credulitatem etiam juratò aſſertam, ſuper qua tamen juramentum non erat delatum, alterius Jus poſſet imminui.

Hucusque igitur oſtendi:

1. Feudi hujus naturam eſſe, ut Vaſallo defuncto ad Capitulum revertatur.

Quæſt. 1. & 2.

2. *Stephanum Valke* tanquam hæredem non ſolum *Caſparis* Patrui, ſed etiam Joannis eorum factis teneri.

Quæſt. 3. 4.

3. Documentum deſignationis de an. 1511. eſſe verum, authenticum & legale atque in eo confeſſionem pertinentiarum curtis Nunnig-Hoff, quam *Joannes Valke* poſſideret Titulo feudi ſcultetici, eſſe clarum, diſtinctum & apertum.

Quæſt. 5.

4. Sequentes deſcendentes ejus confeſſionis eſſe in reverſalibus ſucceſſionis, daß ſie das Schulten-Guth, wie ihre Vor-Elteren gehabt, bekommen.

In Specie Facti.

5. Deſignationem verò de anno 1566. eſſe illegalem, nulla fide dignam, nunquam agnitam.

Quæſt. 6. 7.

6. Neque etiam recentiorem de anno 1594. à Capitulo agnitam cum remiſſione pertinentiarum anno 1511. deſignatarum.

Quæſt. 8.

Et hoc in ſtatu Acta ante Sententiam in-
B terlocutoriam 16. Jul. 1700. nondum fuerunt, ſed poſt iſtam ſententiam demum producta fuerunt documenta [67. 68. 69] unde & commiſſio ad ſuſcipiendum Juramentum productum & 8. Jun. 1701. repetitum fuit extenſa per Sententiam 23. Decembris 1701.

Adeoque nunc poſteaquam rotulus commiſſionis fuit productus [77] atque ex eo actores ſuam intentionem magis probatam eſſe contendunt, opus erit, ut adhuc aliæ quæſtiones reſolvantur.

Quæſtio IX.

An per ſententias Camerales interlocutorias deſignatio de anno 1511. fuerit rejecta, & altera de anno 1566. pro vera & legitima habita?

Reſolutio.

Verba ſententiarum ſi inſpiciantur, hoc in iis non dicitur, neque expreſſum, neque per conſequentiam; nam, uti dixi, circa factum non erat cauſa ſatis inſtructa & documenta [67. 68] poſt ſententiam de 16. Jul. 1700. producta, & poſt decretam 23. Decembris 1701. Commiſſionem extendit, nihil fuit deciſum. Ergò per ſententias præ-
C cedentes neque deſignatio de An. 1511. fuit rejecta, neque altera de anno 1566., quam falſam & illegalem eſſe apertiſſimè oſtendi, pro vera & legitima declarata. Sunt ſententiæ interlocutoriæ, neque vim definitivæ, ut ego quidem rem intelligo, habent, atque integrum eſt adhuc de meritis cauſæ judicium.

Quæſtio X.

Quem effectum habere debeat delatum Viduæ Valkianæ juramentum expurgationis vel manifeſtationis in ſent. 16. Jul. 1700?

Reſolutio.

Primò Notandum, quòd initio litis in prima inſtantia Rea fuerit vidua *Stephani Valken* tutorio nomine liberorum. Ex his natu major, adepta majorennitate & diviſione cum fratribus facta, appellavit. Is erat *Caſpar Stephanus Valke*, qui etiam ſalus in camera Procuratorem conſtituit. Vid. act. pr. redintegrata fol. 163. 166. Quo defuncto ejus vidua *Catharina Dorothea* novum conſtituit Procuratorem An. 1697. 7. Jul. curatorio nomine liberos [43. 47] Et huic Viduæ injunctum fuit per ſententiam juramentum.

mentum. Extensum postea ad speciales quasdam circumstantias. 23. Dec. 1701.

Secundò Notandum, quòd sententia à qua expressè denegaverit juramentum expurgationis oblatum, daß die designatio de A. 1566 mit dem anerbottenen purgatori-Aydt nicht zu ersetzen, sondern zu verwerffen seye. Et tamen sententia Cameralis non reformat in hoc puncto sententiam, sed simpliciter defert Juramentum, Judicio manifesto, quòd definitiva sententia adhuc sit integra.

Tertiò Notandum, quòd Vidua non potuerit juratò negare possessionem pertinentiarum, quod tamen antea per integra acta factum erat, sed potiùs ad interrogator. 1. Et quæstiones additionales & in proprio producto registro sub [63] confessa fuerit, se illa corpora immobilia possidere, quæ, cùm in designatione pertinentiarum feudi de anno 1511. contineantur, nihil juvabitur appellans *per credulitatem* suam, quòd ista corpora non essent pertinentiæ feudi. Super ista credulitate, quod imprimis notandum est, *juramentum non fuit delatum*, neque in supposito possessionis deferri potuisse existimo, cùm omnis præsumptio militaret contra possidentem. Tametsi itaque vidua suis responsionibus addiderit, se *non credere*, quòd istæ pertinentiæ essent pertinentiæ feudi, des Schulten-Lehns, hoc Juramentum non delatum & responsio non petita Capitulo nocere non posse judico.

Quartò Notandum, quòd sententia in puncto Juramenti sit ambigua in verbis: Einige zu dem Schulten-Lehn gehörige, hiebevor *designirte* pertinentien jemahls im Besitz gehabt: audivimus enim adesse tres designationes, antiquissimam de anno 1511, recentiorem de anno 1594, quæ ab antiqua non multùm differt, & intermediam de An. 1566, quæ planè est falsa.

Quid ergò volunt dicere verba sententiæ, hiebevor *designirte*? Si respiciunt ad designationem de anno 1511, non poterat tale juramentum deferri, quia possessio erat aperta. Fortè in calamo mansere verba: *Pertinentien* mehr als in der *Designation de Anno* 1566. begriffen: quæ expressa non sunt.

Si dicas, hunc debere esse sensum, tum confessio adest appellantis contraria, quam suprà retuli von Wordtstetten, ad quæst. 8. Et in ipsa responsione jurata fatetur contrarium vidua, se scilicet multas alias pertinentias possidere in designatione antiqua expressas, sed non credere esse pertinentias feudi sculteticì, scilicet, der alte Joannes Valke seye ein einfältiger Mann gewest, daß er diese Stücke als zum Schulten-Lehn gehörig angegeben, hätte sich geirret, sie glaube nicht, daß diese Stücke darzu gehörten: Ergò soll das Capitul des alten Doms solche nicht haben. En mihi consequentiam elegantem!

Porrò in eadem sententia versu: immittels aber injungitur utrique parti adhuc ulterior productio documentorum, ex quo manifestè patet, quòd Domini Senatûs hoc juramentum non exegerint ad effectum vel vim definitivæ, sed tantum ad causæ merita & circumstantias facti meliùs instruendas; nam alioqui ulteriori productione opus non fuisset, wann man die Sache lediglich auf das Jurament stellen wollen. Interim putat appellans, es seye nun das Jurament præstirt, die Wittwe hätte geglaubt: es seyen die bekennte Stücke keine pertinentien zum Schulten-Lehn, ergò sequi debere absolutoriam.

Necessarium puto hoc loco responsiones distinctè proponere ex rotulo commissionis. Interrogatoria in sententia expressa sunt novem. In supplica additionali verò etiam novem continentur. Ex quibus per responsionem ad primum & septimum: sententiæ & additionales supplicæ n. 1. usque 8. cadunt per se interrogatoria sententiæ 2. 3. 4. 5. 6.

Scilicet *ad primum* & *septimum* sententiæ, respondit se possidere plures pertinentias ab actoribus petitas, petierunt autem illas, quæ extarent in antiqua designatione de anno 1511, sed non credere se dicit esse partes feudi Sculteticì. Cessant ergò interrogatoria 2. usque 6. Scilicet

2. An andere versetzt.
3. Veräussert.
4. Unterschlagen.
5. Allodialibus einverleibt.
6. Pertinentias wohl verwahret, sicut in Investitura prima comprehensæ fuerunt.

Ad articulos supplicæ respondit specificè & affirmativè se possidere.

1. Das Hauß Lahr genannt.
2. Verschiedene areas sive Wordtstetten, in pago Lahr.
3. Verschiedene Ländereyen, so in designatione de anno 1566. nicht begriffen, und zwar
4. Zu 18. Malter Einsaat.
5. Einen Acker, so auff die Wordtstette Timmerhauß aufschlüsset, und jetzo zum Garten theils zum Kampff gelegt ist.
6. Das Erbe oder Kampff, so in designatione 1511. vermeldet.
7. Den darzu gehörigen Busch seu Ost-Kampff
8. Aus 22. Wordtstätten ohngefähr die Geld-Præstanda geniesse, quorum aliqua specificè nominantur.
9. Wegen der curtis in design. 1511. daß solche das Haupt-Lehn selbsten seye, solches seye ihr eine frembde Sache, hätte sonst von Mödemanns seu Schröders Hauß gehört, daß daselbst die Curtis gewesen, quoad ipsam designationem beziehet sich ad acta.

Ex hac responsione patet.

1. Quòd vidua ad quæst. 6. & 7. supplicæ fateatur se possidere partes in designatione 1511. expressas, item ad quæst. 1. & 7. sententiæ.
2. Quòd etiam fateatur ad Quæst. 2. 3. 4. 5. 8. supplicæ, se possidere pertinentias, quæ

quæ si conferatur Designatio de anno 1566. cum antiqua 1511. sunt in quanto præcisè totidem, quot deficiunt in designatione illa 1566. adeoque contra bonam fidem negavit appellans undique in actis tam prioribus, quàm Cameralibus, quòd nullæ pertinentiæ præter eas, quæ in designatione 1566. continentur, extarent in rerum natura, hätten nie mehr im Besitz gehabt, müste seyn consensu Capituli alienirt worden, und hat sich darüber zum Aydt erbotten. act. pr. f. 45. 75. 56. 63. seq. & in act. cam. [93] f. 3.

3. Quòd idcircò valida sit probatio ex propria confessione, quòd hæ partes, quas se possidere confitetur Vidua, sint illæ ipsæ in designatione de anno 1511. expressæ adeóque partes feudi scultetici, ad minimum müssen sie dafür so lange ex præsumptione Juris, & de Jure gehalten werden, donec probetur contrarium à possessoribus.

4. So viel das Hauß Lahr betrifft, ist die Frage, ob solches der Nunnig-Hoff oder die Curtis in designatione expressa seye, oder ein anderer Bauren-Hoff. Confer designationem de An. 1594. zu welcher Zeit schon darüber die Frag gewest; ego ingenuè fateor, me aliter existimare non posse, quàm quòd istæ ædes, hodie etsi fortè in meliore statu, quàm olim existant, esse revera Curtem der Nunnig-Hoff; (1.) quia Curtis ita non potest haberi pro ædicula quadam vel areola rustica, quæ inter pertinentias Curtis refertur, per ea, quæ dixi in facti narratione §. 4. 2. Quia ex subtractione cæterarum pertinentiarum præsumitur etiam. Neque obstat 3. quod in [93] f. 4. dicatur esse Land-Tags fähig, hoc est, in catastro Nobilitatis, Schulten-Hoff seye ein Bauren-Hoff fol. 6. Resp. enim, quòd in catastro illo non reperiatur, ut ipse appellans fatetur in scripto extrajudiciali actis adposito f. 19. verso. Adde die Capitularische gedruckte Facti Speciem pag. 5. versu ohngehinderet ꝛc. pag. seq. & pag. 10. n. 6. item fernere Vorstellung pag. 11. & pag. 12. ubi mea ratiocinatio plenissimè confirmatur & illustratur. Adde etiam [83] ubi dicit appellans, se non posse aliam Curtim ostendere, sed non credit, daß der Valken-Hoff zum Schulten-Lehn gehöre. Et [36] ist zu ersehen, daß der Nunnig-Hoff abgebrannt gewesen, so wird er hernach wieder angebauet und der Valken-Hoff genennt worden seyn.

Ex omnibus hactenus dictis concluditur, ad quæstionem hanc 10. quòd Juramentum purgatorium viduæ per sententiam 16. Jul. A 1700. delatum, & postea ad speciales quæstiones pertinentiarum extensum per sententiam 23. Decembris 1701., non fuerit eum in finem, ut, si præstaretur responsio contra actores, hoc ipso necessariò deberet sequi absolutoria sententia, prout quidem ita malè interpretatur appellans.

Nam hæc mens Senatus non fuit, sed solum ad causæ merita meliùs instruenda. Vidua certè, quæ neque fuerat ab initio in lite, neque appellaverat, poterat circumstantias illas in sententia 16. Julii 1700. expressas nescire, neque aliter quàm de sua credulitate jurare. Et actoribus integra debuisset relinqui probatio contrarij, quam facilè potuissent perficere. *L. 31. ff. de Jurejurand. Carpz. 1. const. 21. def. 20.* imò ex hac ipsa sententia per injunctas probationes & productiones documentorum patet non fuisse exclusam probationem contrariam; vid. supra, quartum B notandum in hac quæstione: Si vidua deposuisset contra actores, esse potuisset aliqua dubitatio, sed cùm in depositione sua jurata quæstiones illas principales esset confessa, juxta actorum positiones, & ad articulum sententiæ primum, certè non potest sequi ad tale responsum sententia absolutoria, sed omninò confirmatoria, sive condemnatoria. Neque juvabit appellantes, quòd vidua dixerit, *se non credere*, pertinentias illas, quas possidere se confitetur, esse partes feudi sculteteci, quia (1.) super hac quæstione juramentum non fuit delatum. (2.) Quia pertinentiæ in designatione Anno 1511. descriptæ conveniunt præcisè cum qualitate & quantitate illarum, quas possidere se dixit vidua. (3) Adeoque descriptio de Anno 1511. probat plenè contra possidentem, ad minimum recidet in appellantes probatio contrarii, quam tamen ego reservandam esse non existimo, C cùm plenam adesse probationem actorum putem ex documento de Anno 1511. & confessione possidentis. Tantum abest, ut exceptiones reorum appellantium per juramentum sint purgatæ, ut potiùs ipsa jurata depositio contra appellantes probet, tanquam confessos. Neque adeo melior & magis concludens aut convincens possit à Capitulo peti probatio.

Hinc & cadit ista exceptio, quam per omnia acta decantant, Vasallum ad impossibile obligari non posse, *Actor. fol. 64. 65.* & alibi passim. Certè, qui possidere se confitetur, res in designatione pertinentiarum feudi descriptas, is certè, si ad redintegrandum feudum compellitur, ad impossibile non adstringitur.

Supersunt adhuc aliquæ quæstiones, quas in tanta rei claritate superfluas quidem judico, sed tantum, ne quid præteritum videatur, subjicere volui.

Quæ-

Quæstio XI.

An Vasallus, non verò Dominus probare debeat, si quæstio oriatur de parte integrante, an res sit allodialis, an feudalis?

Resolutio.

PRæsupponitur in hac quæstione necessariò A (1) quod universitas aliqua feudi (*vid. Rosenthal c.* 10. *concl.* 44. *n.* 42. ubi, qua ratione feudum universitas dici queat) sit concessa, uti hic Curtis, sive mansum Nunnighoff cum multis pertinentiis; (2) quòd de singulis corporibus pertinentiarum definitis non constet, quæ tamen in nostro casu revera constant ex designatione antiqua solenni Joannis Valken Anno 1511. (sed facta sit aliqua confusio cum bonis Vasalli propriis.

Quod si jam in casu, ubi de pertinentiis olim ad feudum relatis, specificè non constat, tamen jura Domini non fieri debere deteriora statuunt interpretes Juris feudalis, ita, ut intentio Domini fundata sit in toto, donec ille, cujus jus est resolutum, & qui allegat separationem, probet cætera bona esse sua, & peculiari Titulo quæ- B sita, cumprimis in possessorio. *Card. de Luca de feudis disc.* 39. *n.* 4. Multò magis id procedet in casu nostro, ubi pertinentiæ feudi sunt descriptæ, & ipsa corpora inveniuntur. Quàm ineptè petitur à Valkiis, ut Capitulum Monasteriense probet qualitatem pertinentiarum, cùm adsit eorum designatio solennis in documento authentico, nullo vitio laborante, nullius erroris unquam aliàs insimulato. Dura esset, inquit prælaudatus *Luca discurs.* 2. *de feud. n.* 17. Dominorum conditio, si post remotissima tempora cogendi essent statum primævum feudi edere, cum facilius sit Vasallo suas acquisitiones probare. Quid dicturus fuisset *Cardinalis*, si versatus fuisset in casu nostro, ubi Dominus feudi statum antiquum per documentum authenticum probavit, & inveniuntur ipsa corpora apud Vasallum, qui negare non erubescit, esse pertinentias feudi. Egregia sanè probatio, per juramentum facta! Non multum dissimilem casum à nostro, etsi in substrata materia fideicommissi, tractat *Hier. Rocca disput. jurid.* 10. *ubi num.* 55. probata possessione corporum præsumptionem validam esse concludit de illis olim possessis in eadem Villa, & pertinentias fideicommissi, donec novæ acquisitiones concludenter probentur; quam sententiam ibi auctoritate Fulgosi, Jasii, Menochii & aliorum complurium confirmat. Et addit in simili de emphyteuta, seu feudatario, qui nisi exhibeat novum Titulum acquisitionis factæ de bonis in eodem loco, Dominus habet intentionem fundatam in omnibus bonis à Vasallo ibidem possessis.

Præcipue cum ex ipsa confessione Viduæ Valkianæ probata fuerit quantitas agrorum congruens cum designatione de Anno 1511. ad rationem, modum der Einsaat. Hinc vero ad identitatem illorum agrorum, qui in designatione describuntur, validè concludi ex iis, quæ *Rocca ibidem n.* 59. 60. *seqq.* ratiocinatur, puto. Et adeo claram rem esse sentio, ut ulteriori ratiocinatione aut allegatione opus non sit.

Quæstio XII.

An Transactio fuerit inita de controversia hac pertinentiarum?

Resolutio.

TRansactio, quam opposuit novissime post C conclusionem causæ Procurator 9. Julii 1714. dicitur facta fuisse Anno 1624. 31. Aug. adeoque injuste hanc litem resuscitari: probari autem putat illam transactionem ex documento [98] juncta epistola præcedente [106.] de 9 Aug. 1624.

Quod si ista producta pro veris essent habenda, neque enim de veritate dubito, etsi recognita nondum sint, tamen non probant Transactionem de controversia moderna, sed plane aliud erat istius transactionis objectum, quod in ipso documento satis clare exprimitur, scilicet per mortem des Dom-Probsten war das Lehn heimgefallen, und Caspar Valke hatte novam investituram nicht gesonnen, da wolten sie das Lehn einziehen, und hierüber ist mediante summa 450. Rthlr. der Vergleich geschehen, daß Caspar Valke weiter solle belehnt werden. Ait quidem Procurator, ex litteris [106.] probari, quod etiam designatio de Anno 1566. fuerit disputata, & urget verba transactionis: alle Sachen auffgehoben / sed convellitur hoc effugium ex claris verbis istius transactionis sequentibus und alles in vorigem Stand, wie es vor solcher Strittigkeit gewest, gestellet, hoc est, investituram non amplius denegare velle Capitulum, quod vero in litteris de designatione illa transmissa Anno 1566. confecta legitur, est contra appellantes, quia plures sunt articuli istarum litterarum, hic, qui de designatione loquitur, est separatus ab illo, qui de renovatione investituræ agit: neque ista transactio est agnita, sed potius declarat capitulum, se velle eam conferre cum documentis archivi sui, postea verò Caspar Valke ad antiquam formam fuit investitus, utique non juxta designationem istam falsissimam, nunquam debite confectam, neque informa authentica productam, sed plane suppositiam, sondern, wie sein e Vorfahren das Schulten-Lehn besessen;

besessen, und inne gehabt, hoc est juxta designationem antiquam de Anno 1511.

Das wäre eine wunderbahre Transaction gegen 450. Rthlr. so ansehnliche Stücke fahren zu lassen, und da solches in der That eine alienatio rerum & patrimonii Ecclesiæ gewesen wäre, so würde sie an sich selbst ob non adhibitas solennitates unbündig, und also nicht zu consideriren seyn, eben so wenig, als in folgender Frage die angeregte præscriptio oder negligentia.

Quæstio XIII.

An capitulo obesse possit aliqua præscriptio vel negligentia?

Resolutio.

vid. Libell. gravam. f. 170. & [46] f. g. act. pr. f. 123.

PRæscriptio hic allegatur omnino perperam quia nullum adest initium. Die Reversales deren von Valke zeigen das Gegentheil, und würde eine unerhörte Præscription seyn, daß ein Vasallus oder Shulte sive administrator Villicus seines Herrn Güther, die er zu bewahren treulich versprochen, sich per præscriptionem zueygnen wolte, cùm potiùs ipse in dolo versetur, qui negavit pertinentias, & tamen ad confessionem postea est deductus, des Capituli negligentia, posito, daß dergleichen vorhanden, so doch aus denen repetirten reversalien nicht erscheinet, kan auch den Schluß nicht machen, ergo darff Scultetus bona nicht restituiren. vid. Libell. gravam. in act. pr. f. 170.

Quæstio XIV.

Quid de documento [100.] sentiendum?

Resolutio.

ACtor producit eum in finem, ut probet, daß der Ostkampff ein frey eigen Guth, und also keine Pertinentz des Shulten-Lehns seye.

Sed respondetur hoc documentum omnino nihil probare; 1. quia laborat vitio visibili, 2. non est intelligibile, 3. repugnat documentum de An. 1511. ubi der Ostkampf inter pertinentias numeratur. Es ist vielleicht ein project einer Verschreibung gewest, so die Shulte von des Capituls Güthern thun wollen, adeoque nihil probat.

Quæstio XV. & ultima

Quid pronunciandum?

Resolutio.

ACtionem esse probatam à capitulo, ex documento antiquo de Anno 1511. & Litteris reversalibus in eadem forma semper per plura secula continuatis vidimus. Intelleximus etiam confessiones appellantis varias, quæ actorum intentionem confirmant, quas hic in compendio repetere juvabit.

1. Act. prior. f. 64. wegen der Wordtstetten seye noch heut zu Tage keine differentz à designatione de Anno 1511. add. [46.] f. 6. Es seyen Anno 1566. nur die Ländereyen designirt. Die Wordtstette aber seyn Anno 1594. designirt juxta *Litt. D. in act. pr. fol. 60. seq. junct. num. Camer.* [67.] [68.] [69.] quam designationem Litt. D. agnoscit appellans ibid. in actis *f.* 64.

2. Act. pr. f. 73. ubi Capitulum objicit reo, quod præstationes annuæ sint longe majores, quam ferat quantitas agrorum in designatione 1566. hoc agnoscit rea Vidua fol. 80. Wolte wünschen, daß mehr pertinentiæ vorhanden, und tradirt worden wären.

3. fol. 56. offert rea, wann sie ein mehreres an pertinenzien erfahre, so wolle sie es anzeigen. Et [46.] fol. 2. & fol. 6. appellans könne wohl leyden, daß die pertinentiæ ausgemessen würden, wann sich dann das Maaß de Anno 1511. findet (id est, nach der Einsaat) so hat es seine Richtigkeit, wo nicht, so seye error apertus. Atqui in responsione jurata hat sich das Maaß befunden, und wann appellans dieses oblatum verstehen wolte de pertinentiis, quas ipse forte ostensurus fuisset, so wäre es eine pure cavillatio. Es muß von denen Güthern, welche die Valken zu Lahr besitzen, verstanden werden.

4. Sind die confessiones viduæ in responsione jurata allzu klahr, ut supra dixi ad quæst. 10. und hindert ihre credulität, non esse pertinentias feudi, gar nichts.

Demnach alle exceptiones der Beklagten und Appellanten in lauter falsis assertis und ungewissenhafften negationibus bestehen, wie aus denen vorhin resolvirten quæstionibus zu erkennen, es seyen keine pertinentiæ mehr zu finden, als Anno 1566. designirt act. f. 45. 75. 76. & [46.] fol. 3. cum consensu Capituli vielleicht alienirt f. 63. denen Vasallis nie ein mehreres tradiret f. 76.

f. 76. 78. Dahero Vasallus ad impossibile nicht anzustrengen, ut plus restituat quam acceperit f. 64. 65. 91. Libell. gravam. f. 173. Es seye keine andere designatio als selbige de Anno 1566. zu finden, fol. 118. & in libell. grav. actis prior. redintegratis inserto fol. 167. nicht zu erweisen, daß Vasalli jemahls mehr inne gehabt, auch seye die designatio de Anno 1566. pro basi & fundamento aller Lehn-Brief gesetzt libell. gravam. dict. fol. 167. & act. prior. f. 45. 90 Dieses alles seye so klar als die liebe Sonne, und wolle Beklagter darauf juramentum abstatten. Omnia falsissime. Ita, ut temeritatem appellantis mirari satis non possim.

Ergo non potest non sequi sententia confirmatoria cum expensis.

Et hoc quidem puto futurum esse extra omnem dubitationem.

Quaestio de caducitate feudi. Sed alia est quaestio de caducitate, quam nescio, quare urgeat Capitulum & desuper petit simul pronunciari.

Quodsi objectum litis esset feudum aliquod ordinariae naturae, tunc ob negatam Domino rem feudalem, intentionem Domini ad caducitatem fundatam esse communis est Interpretum juris feudalis sententia; vid. *Rosenthal. cap. 8. conclus. 32. & cap. 9. concl. 1.*

Verum nos non versamur in tali casu & objecto, sed in casu feudi plane irregularis, quod documentum antiquum de Anno 1511. & litterae reversalium clare exprimunt, scilicet Villicaturae & administrationis, ut in facti narratione §. 4. & *quaest. 2.* satis demonstravi, adeò, ut morte cujuscunque Vasalli & Praepositi ad Dominum revertatur, & non nisi ex nova gratia Vasallus administrationem continuare queat.

Quid mirum igitur, si capitulum moderno appellanti bona relinquere nolit, utpote qui de mala administratione & fraudulenta diminutione pertinentiarum feudi est convictus.

Quid ergo opus est quaestione hac caducitatis? Poterit capitulum jure suo feudum recuperare, & non opus erat alia actione. quam ad feudum redintegrandum; vid concl. Libell. & act. f. 48. 58. idque in sententia meo judicio poterit commode exprimi.

Quid de pensionibus residuis vid. [78.] add. [108] De residuis pensionibus dubium nullum esse potest, quin à Valkiis debeantur ab eo tempore quo non solutae fuerunt, sive oblatae fuerint, & non acceptatae, sive non. Nam capitulum acceptare noluit, forte ne liti huic praejudicaret. Inde tamen sequi non potest, quod Valkii non teneantur solvere.

Quid de sylvae devastatione. De sylvae devastatione, quam urget Capitulum in [102.] [108.] & probat per [103.] & [109.] notandum est, quod neget quidem appellans esse partem feudi [105.] sed haec negatio eadem fronte facta est, prout reliquae. Nam der Ostkampf est juxta design. 1511. pars feudi, sylva gehört zum Ostkampf, & dicitur der Ostkampfs-Busch.

Ergo de deterioratione tenetur appellans & erit condemnandus, donec probaverit contrarium.

Ex his omnibus constructa est formula sententiae sequens, quam ut praecedentia omnia judicio majorum relinquo.

Sententia publica 30. April 1716.

In Sachen weyland Caspar Stephans, jetzo Friederich Jobst Ludolf von Valke Appellanten eines, wieder Probsten, Dechant und Capitul des alten Doms zu Münster Appellaten andern Theils, ist allem Vorbringen nach, zu Recht erkannt, daß durch Richtere voriger Instantz wohl geurtheilet, übel davon appellirt; derohalben solche Urthel, so weit derselben in puncto der auferlegten Production der Register, Lager, Pfacht und Hebungs-Bücher oder Register auch Lehen-Brief in der Appellations-Instantz nicht schon ein Genügen geschehen zu confirmiren und beståttigen seye mit der fernern Erklährung, daß Appellanten denen Appellaten auch die erweißliche deteriorationes ein Ostkampf-Busch zu ersetzen schuldig, und darzu zu condemniren und verdammen, seyn, als wie berühsrten Urthel solcher gestalt hiermit confirmiren und beståttigen Appellanten condemniren und verdammen dieselbe zugleich in die Gericht-Kosten bey diesen K. C. G. derentwegen aufgelauffen denē Appellaten nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen fällig ertheilend.

Continuatio.

In dieser Sache hat nach ergangener definitiv-Urthel am 30. April 1716. den 11. Dec. das Capitulum veteris Ecclesiae pro executione sententiae Cameralis angeruffen. Weil der succumbens Valke zwar dem Urthel in einigen puncten zu geleben sich erklähret, aber die Haupt-Curtim den Nunnighoff, uti vocatur in documento antiquo de Anno 1511. nicht anweisen, sondern an statt desselben dem Lehn-Herrn eine schlechte Wordtståtte anweisen wolle.

Deßgleichen weigere er die Ersetzung deteriorationum im Ostkampf-Busch, dahero das Capitul in der Implorations-Schrifft [110] pro modo de exequendo an den Herrn Bischofsen zu Münster anrufft mit beygelegten documento, was zeithero post sententiam zu Münster vorgangen.

Darneben wiederholet das Capitul die Bitte in puncto deoccupationis feudi scultetici cum fructibus zu sprechen.

Auf diese am 11. Decembris 1716. übergebene Schrifft [110.] mit Beylagen usque [119.] percurrantur numeri camerales cum protocollo, hat der Valkische Anwaldt intermino legali praeterlapso am 12. Martii ohne Bescheinigung einiger Ursachen dilationem ad agendum arbitrio judicis anheim gestellt. Dargegen contumaciam accusiret 18. Mart. Nichts destoweniger hat den 16. April jener eine Gegen-Imploration produciret [120.] mit 2. Beylagen [121.] [122.] zu welcher der Appellans Valke aufs alte vorhin in actis sattsam tractirte principium fällt, als ob der neuerlich also benannte Valken-Hof zu Laar die Curtis Nunnighoff nicht seye, sondern die Möddemanns Ståtte, endlichē gar sustinirt, es gehöre zum Lehn kein Hauptsitz, Curtis seye universitas rerum.

In puncto deteriorationis sylvae führet er an daß der Ostkampf durch Aushauung der Bäume

me mehr verbessert als deteriorirt seye. Auch aus der vom Capitulo beschehenen Visitirung gar ein attentatum machen will, das er pro Mandato revocatorio anruffet. Auch vom Capitulo in singulis contiguis des Ostkampfs, wo die Bäume gestanden, qualitatem feudalem, cum tamen integrum mansum des Ostkampfs in designatione 1511. comprehendatur, will erwiesen haben.

In puncto deoccupationis aber, wie auch liquidationis & æstimationis, bittet er die Sache ad priorem instantiam, hoc est, zu mehrerer Weitläuffigkeit, zu verweisen, weilen in priori sententia der punct des Müssigens ausgestellet worden.

Alter contradicit per generalia, & petiit sententiam.

Dieses ist der kurtze und hauptsächlichste Innhalt der post sententiam definitivam producirten Schrifft, und bestehet die Valkische Gegen-Imploration in eytel solchen Dingen, die vorhin quo ad rem ipsam weitläuffig genug vorkommen, und ausser dem Deoccupations-Punct decidiret sind.

Ich hätte also nicht nöthig gehabt, solche zu extrahiren, oder darauf zu reflectiren, zumahl sie nach verflossenem termino legali post accusatam contumaciam übergeben worden; gleichwohl habe nicht ermanglet den Extract zu fertigen, und will solchen vortragen.

Hier ist dieses anzuführen, daß so viel die Curtim den Nunninghoff belangt, die quæstio schon in actis genugsam tractiret, und in vorigen dargethan, daß der jetzo genannte Valken-Hof der Nunninghoff oder die im alten documento de An. 1511. gemelte Curtis seye, daß nach Innhalt gedachter Designatiou de Anno 1511. und 1594. wie auch der Lehn-Brief und reversalien das Haupt-Stück des Lehns nicht ein schlecht Bauren-Hauß, sondern ein ansehnlicher Ampt-Hof oder Burg-Hof seye, welcher pertinentias in documento descriptas habe; auch seyen die Valken einer gefährlichen Abläugnung deren pertinentien überwiesen; dann seye es falsch, daß C das Hauß Laar oder Valken-Hof in catastro Nobilitatis begriffen, welches Anführen sie auch anjetzo auslassen: Ferner habe die Valkische Wittib in ihrer aydlichen Aussage [72.] klahr bekannt, sie besitze das Hauß Laar, quærebatur autem de pertinentiis feudi, sie glaubte aber nicht, daß es zum Shulten-Lehn gehörig, darauf Appellantischer Seiths in der Remonstration-Schrifft [83.] gemeldet, sie wüsten keine andere Curtim als die Möddemanns-Stätte, so neben dem Hauß Laar gelegen, anzuweisen, der Valken-Hof aber gehörte nicht zum Shulten-Lehn, weil er in der Designation de Anno 1511. nicht benennt, welches letztere wahr ist quoad verba, Valken-Hof stehet nicht in designatione Anno 1511. aber Nunnighoff, wie er olim forte à possessore antiquiore geheissen, hernach aber haben die Valcken, welche die pertinentias zeithero zu verstecken gesucht, und jetzo erst per ignorantiam & dubitationem sich ab inficiatione entschütten wollen, dem Hauß einen andern Nahmen suæ gentis gegeben.

Und da in offtgedachter Designation nicht nur eine Curtis oder mansum zu Laar, alias A Nunnighoff, sondern auch dessen pertinentiæ unter welchen XXII. Worden, versus septentrionem gelegen, gemeldet wird, die Designation aber der XXII. Worden von weyl. Caspar Valke de Anno 1594. welche zum Nunnighoff gehörten, vid. [98.] die Möddemanns Stette mit begreifft; So können diese Wordtstätte nicht die Curtis oder der Nunnighoff selbst seyn, sondern der Valken-Hof, ausser welchen die Valken keinen andern im Dorff Laar besitzen, auch de alio Titulo dieses Hofs nichts dociret haben.

Ubi ego libenter quidem majorum judicio cedo, sed tamen meam non possum diffiteri opinionem, quod in successione, quæ fit ex jure primogenituræ, Parentis ea potestas non sit. Scio equidem, quæ de debitis contractis & obligatione successorum, cumprimis filiorum, pro & contra tradant JCti. *Itterus d. Feud. Imp. cap.* 18. *Struv. Jur. Feud. Cap.* 14. *aph.* 29. *in* C *exegesi*, aliique plures in utroque auctore allegati. In primogenituræ jure constituto, sicut in fideicommisso, non obligari successorem existimo ad æs alienum parentis, quod non ex necessitate contractum est, & ad utilitatem, multominus ad ratihabendam dispositionem, qua reditus successoris, in perpetuum minuuntur, non certe in leviquadam summa, sed reditibus integræ præfecturæ, qui sane non sunt mediocres. Hanc quæstionem alibi a me tractatam, hic prolixius adducere, supervacuum esse puto. Sufficiat hic allegare *Lynckerum Dec.* 802. neque desunt in hypothesi nostra alia argumenta ex factis subsequentibus desumta, ex quibus cognoscitur. *Adolpho Friderico*, talem potestatem non competiisse. Si enim competiisset hæc potestas Adolpho Friderico post constitutum dudum jus Primogenituræ vide [37.38.39.40] validum quoque tunc fuisset Testamentum in cæteris capitibus cumprimis in articulo principali successionis & Principatuum & divisionis. A Atqui non fuisse hoc testamentum agnitum à successore primogenito, cujus effectus à filiis reliquis, ætate sequentibus, lite desuper in judicio Imper. Aulico suborta, obtineri non potuit, sed eidem renunciarunt, initio ad tempus, deinde in perpetuum, id docent documenta in forma probante producta ex Anno 1669. [24] ubi in specie fit mentio der Prætension, so des Closters Rhüne halber gemacht worden, cui etiam filiæ renunciant. Anno 1682. [25] ubi *Adolphus Fridericus* pater moderni actoris, filius *Adolphi Friderici I.* renunciavit plenarie Testamento paterno. Anno 1687 [26] idem *Adolphus Fridericus* repetiit efficacissime renunciationem. Anno 1694. [27] idem *Adolphus Fridericus* renunciat iterato allen Ansprüchen ex testamento Paterno. Colligitur ex repetitis hisce renunciationibus, quod *Adolphus Fridericus II.* pater moderni actoris semper omni Studio in id incubuerit, ut per molestias litis & Transactiones, ex reditibus ad primogenitum spectantibus aliquid decerperet in suam utilitatem. Quid mirum igitur, si metuat Dominus Reus, ne actio præsens etiam eum in finem sub persona filiæ impuberis sit intentata, & quod post tot renunciationes non teneri velit ad ulteriora commoda *Adolpho Friderico* elargienda. Ergo ex testamento nunquam agnito, & cui renunciatum fuit efficacissime, nulla potest formari actio contra successorem ex Jure primogenituræ. Sequitur alia ratio non minus stringens: Post extinctam An. 1695. lineam Gustroviensem novæ lites exortæ sunt inter *Adolphum Fridericum* & Principem Schwerinensem, cui competebat ex jure Primogenituræ, successio in Principatu Gustroviensi: sed contra Testamentum *Adolphi Friderici I.* adjudicata est successio primogenito in judicio Aulico Cæsareo Anno 1697. adeoque Testamentum Adolphi Friderici in §. eine ebenmäßige Bewandniß ꝛc. 19. ipso facto reprobatum, & declaratum, non competiisse ei dispositionem ejusmodi, juri primogenituræ adversam condere. Accedebat, quod ipse Testator antea Anno 1633. Testamentum Juri primogenituræ conforme condiderit, & postea in odium filii primogeniti, quod non obscure declarat in testamento sequente de *Anno* 1654. §. 8. mutaverit, eumque tam graviter oneraverit. Constant hæc omnia ex Actis publicis typis impressis. Porro in literis investiturarum Cæsareis testamentum *Adolphi Friderici I.* subsecutis Anno 1659. vide [42.43] successio filio primogenito delata fuit, cum expressa clausula potestativa extinguendi reditus Episcopatus Swerinensis, ad quem haud dubie pertinebat cœnobium Rhune, licet non ad mensam Episcopi, tamen in genere poterat referri ad bona Ecclesiastica in Episcopatu sita, quæ omnia ad usum secularem possent convertere Adolphus Fridericus & per consequens ejus successores. Repetitur hæc clausula in literis investituræ Cæsareis datis *Friderico Wilhelmo Duci Megepol.* über das Fürstenthum Schwerin Anno 1693. Alle Auffkünffte und Gefälle der Fürstlichen Tafel zu appliciren. Quibus inspectis quid quæso, clarius esse potest, quam quod Adolphus Fridericus I. Successores suos respectu Cœnobii Rhune in statu pristino relinquendi, in perpetuum

tuum obligare vel non, voluerit, vel non potuerit, denn sonst die folgende Kayserliche Lehn-Brieffe den Effect in ihrer völligen Masse nicht haben würden. Nirgends wird in solchen Kayserl. Lehn-Brieffen einige Ausnahme vermöge Groß-Vätterlicher Disposition gemacht, sondern alle solche dispositiones, ipso facto vor ungültig, und dem primogenitur Recht, auch ex instrumento Pacis erlangter Befugniß zuwider gehalten. Neque etiam inutile est, argumentum exceptionum ex transactionibus cum resp. sororibus & amita Anno 1671. cum Sofia Agnes Anno 1695. cum *Juliana Sibylla* [23] ex quibus patet ipsas filias *Adolphi Friderici* agnovisse, quod successores non nisi ex libera voluntate Præfecturam Rhunensem iis permiserit, adeoque non ex debito, tanquam è vi testamenti, semper contradicti in observantiam non deducti, und obgleich mit der Printzeßin *Maria Elisabeth* Anno 1705. ein Vergleich getroffen worden, darinnen des Versicherungs-Scheins Meldung geschicht [34] so ist doch dieser Extractus unvollkommen, die übrigen B Clausulæ unbekandt, und Successor Agnatus daran tanquam re inter alios acta nicht gebunden. Tandem als Herr Hertzog Adolph Friderich auch nach dem vom Kayserl. Hoff ergangenen Urthel und Patent, dennoch sich nicht beruhiget, auch benachbarter hoher Reichs-Stände Vorspruch sich zuwege gebracht, ist zu Hamburg An. 1701. durch eine Kayserl. Commission eine völlige Vergleichung und Separation geschehen, welche in Except. nostris zwar fol. 5. b. angezogen, aber nicht beygeleget, jedoch in actis publicis zu lesen. vid. **Lünigs Reichs-***Archiv. tit.* **Mecklenburg** *num. XXXIII pag.* 595 krafft dessen Hertzog Adolph Friederich das Fürstenthum Ratzeburg, nebst andern ansehnlichen Intraden abgetreten, und alle Differentien völlig gehoben und abgethan worden, mit der clausula finali: da hinkünfftig wieder Vermuthen zwischen beyden Theilen Differentien, es sey worin es wolle, sich ereignen würden, solten solche per Arbitros decidiret, und dabey lediglich acquiesciret werden. Welcher Vergleich auctoritate Cæsarea confirmiret worden 26 Mart. 1701. wodurch denn der Weg mandatorum sinè clausula, es müste denn ein factum dazu sonderlich qualificiret seyn, klahr und deutlich abgeschnitten worden. Nichts hindert her- C gegen, daß etwa gesaget werden möchte, es giengen diese Sachen nur den Herrn Vatter, nicht aber seine Tochter die unmündige Printzeßin an, in deren Nahmen die Klage erhoben worden. Denn es ist notorium, daß die Printzeßin als ein unmündig Kind von des Herrn Vatters consiliis dependiret, und wenn der Herr Vatter, der in Camera die Vollmacht vor sich gegeben, von solchem Anspruch außgeschlossen wird, so wird auch gewißlich die Printzeßin nicht viel Recht behaupten können, sie müste sich denn selbst **vor ihre Person** zur Klage besser qualificiren, so aus dem Testamento nicht geschehen zu seyn, oder demonstriret scheinet, auch nicht aus dem Versicherungs-Brief zum wenigsten noch zur Zeit nicht, [4] weil solcher A noch vielen schwehren exceptionibus unterworffen, und es dazu an denen Jahren der Printzeßin und Election der Conventualen, ermangelt, da es denn noch sub judice lis seyn wird, wie weit sie renunciationibus paternis zu acquisciren verbunden, wenigstens ist in præsentiarum regula juris wieder sie, est filia, ergo heres præsumtive futura, und hätte sie exceptionem zu erweisen.

§. 6. Quid igitur pronunciandum?

Alles was biß hieher ausgeführet, hat gar nicht die Absicht, daß der Prinzeßin zu Strelitz schlechterdings der Weg zu der Regentin Stelle im Closter-Amt Rhune abzuschneiden, und darüber itzo definitive zu urtheilen wäre. Sondern vielmehr achte ich vor billig und wohlgethan, wen der Herr Hertzog zu Schwerin die Closter-Revenuen zur Fürstl. Cammer nicht zöge, des Groß-Herr-Vatters Disposition dißfalls, wenigst pro parte principali, nachlebete, und der Prinzeßin zu Strelitz als einer Prinzeßin seines Hauses das Beneficium gönnete. Indem aber in Durchlesung und Erwegung der Acten zu befinden, daß quæstio fori mit denen meritis causæ principalis sehr verknüpft, so habe die merita mit eingesehen, und die jura, so die Prinzeßin künfftig etwa haben könte, in rechtl. Discussion verschiedenen exceptionibus ex facto & jure unterworffen befunden, also daß in hac judiciali decisione nicht darvor halten kan, daß durch ein Mandatum sine clausula der processum executivum ihr zu solcher Intention möge verholfen werden. Es würde meines wenigen darvor haltens, *Visitat.* **Abschiede** §. 9. gantz ungemäß seyn, dergleichen præceptum sine clausula, wie es auf die narrata gefast, dessen extrajudicial ich in so weit, salva cognitione judiciali & exceptionibus, gerne gelten lasse, per paritoriam zu confirmiren und zu realisiren. Muß dahero, so gern ich auch der Prinzeßin zu Strelitz einigen Vortheil gönnen möchte, dennoch nicht nach meinem gutbedüncken, und eigen erwogener Billigkeit, was Bekl. Herr Hertzog etwa ex regulis honesti, decori vel generositatis, ut ita loquar, thun solte, sondern, nach der in unsern legibus vorgeschriebenen Form verfahren, und ob deductum in actis & evidentem jurisdictionis Cameralis defectum (quia petitio haud dubie pertinet inter Principes personas ad Austregas vel arbitros) neque probatum est aliquod factum vel affirmativum vel negativum ad Mandatum S. C. qualificatum, das ausgangene und verkündte Mandatum per sententiam, compensatis tamen, ob probabilem aliquam causam petendi, expensis, cassiren, darbey der Prinzeßin zu Strelitz vorbehalten, wenn sie aus dem Versicherungs-Schein [4] oder sonst einige Befügniß zu haben vermeinte, solche nach Maasgebung des von Kayserl. Majest. confirmirten **Hamburgischen Vergleichs** *de Anno* 1701. §. *fin.* coram arbitris (dabey sie etwa ihr intent mit gutem Willen des Herrn Hertzogs zu Schwerin erhalten dörffte) an- und vorzubringen. Dixi sententiam meam & venerabor meliorem majorum.

Sententia publicata 15. Jul. 1718.

IN Sachen Herrn Adolph Friderichen Hertzogen zu Mecklenburg-Strelitz, Klägern, wieder Herrn Carl Leopolden Hertzog zu Mecklenburg-Schwerin, betreffend, Mandati de servando ac adimplendo dispositionem avitam nec quidquam in præjudicium ejus

vel contra eam moliendo, sed concedendo & tradendo cœnobium Rhune cum pertinentiis S. C. ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß der Sachen dermahligen Bewandtnuß nach das ausgangen verkünndt und reproducirte Mandatum zu cassiren und aufzuheben sey, jedoch mit der Erinnerung, daß dadurch denen Conventualen eine ohnbehinderte Wahl einer Regentin der Alt-vätterl. Verordnung weyl. Hertzog Adolph Friderichs zu Mecklenburg ge-

A mäß nicht benommen, sondern Inhalts derselben das Closter in seinem Stand gelassen werden solle, als wir besagtes Mandat solchergestalt hiemit cassiren und aufheben. Die Gerichts-Kosten diesertwegen aufgeloffen aus bewegenden Ursachen compensirend und vergleichend.

Nota: Finita est hæc lis, posteaquam tempore sequente Domini Ducis Megapolitani in Streliz Princeps filia electione Conventualium ad Regimen cœnobii Ruhne admissa fuit.

Consultatio & Decisio VIII.

De natura Feudorum *Herbipolensis* Episcopatus in Franconia, speciatim, an in successione feudi investitura primi adquirentis intelligatur facta cum intentione ad agnatos gleichen Nahmens / Geschlechts / Schild und Helms / licet à primo adquirente non descendere sit certum? Ubi examinantur argumenta in Consilio adoptivo *Klokiano vol. IV. Consil. LXXIX. & LXXX.* nec non in *Collectione* Klokiana *Relationum Cameralium Relat. V.* quæ fuit speciminis loco à Candidato quodam Assessoratus edita: Multaque alibi non obvia hic adferuntur, & principia dictorum Consiliorum argumentis solidis destruuntur.

Nota: Cum in casu substrato de personarum Genealogia non fuerit controversia, nihil referre putavimus, an loco nominum verorum substituantur hic alia ficta: observato tamen ordine generationis & graduum.

1. PAMPHILUS	Hi duo primi acquirentes & investiti Anno 1591.	FRATRES 2. ALBINUS	3. SABINUS.
Joannes Pamphilus		Wilhelm Christian	Heinrich Christian
Joannes Lucilius, *ultimus suæ lineæ quo defuncto pars feudi communis devoluta ad lineam ALBINI.*		Henricus Albinus *investitus* als Lehnträger *pro se & nomine Gregorii Pamphili A.* 1648	Gregorius Pamphilus *investitus* als Lehnträger *pro se & nomine Wilhelmi Lucilii An.* 1662.
		Wilhelm Lucilius	Julianus Achatius
		Gregorius Christianus ultimus suæ lineæ 1712. †	Filii Appellantes.

Status causæ generalis.

In diesem Process wird gehandelt von Succession eines in dem vom Hoch-Stiefft Würtzburg zu Lehn rührenden Ritter-Gut N. cum pertinentiis, welches sonst immediat Ritterschafflich. Die Hauptfrage ist diese: Ob nach Absterben des in Schemate benennten *Gregorii Christiani* letzten Besitzers, welcher Anno 1712. verstorben, dieses Lehn-Gut dem Hoch-Stifft Würtzburg heimgefallen? Oder ob die Agnati ex latere primi adquirentis, nemlich von *Sabino* als gleichen Nahmens und Geschlechts, Schild und Helms, ohngeacht sie von denen primis adquirentibus nicht abstammen, noch in prima investitura nahmentlich begriffen, dennoch ex consuetudine curiæ feudalis Herbipolensis zur Lehns-Folge zu lassen seyen.

Die Vormundschafft derer minderjährigen agnatorum descendentium à *Sabino* hat nach tödtlichem Hintritt gedachten *Gregorii Christiani* Possession ergriffen, und den Herrn Bischofen als Lehen-Herrn in apprehensione corporali præveniret: dieser hingegen beym Kayserl. Hof Commission auf die Austräge, in specie auf Ihro Chur-Fürstl Gnaden zu Mayntz als Bischoffen zu Bamberg extrahirt fol. act. prior. 1. Vor welchem Austregal judicio die Sache beyderseits plenissime erhandelt, und vor den Herrn Bischoffen zu Würtzburg als Lehn-Herrn, daß das Lehn heimgefallen, gesprochen: Von solcher

Urthel

Urthel aber ist gegentheiliger Seiths ad Augustum Camerale judicium appellirt worden. In solcher Appellations-Instantz hat man appellatischen Theils ad acta priora lediglich submittirt, welches appellantischer Seiten nach beschehener Erinnerung in der Urthel 2. Mart. 1722. endlich auch geschehen, demnach zur Definitiv-Urthel acta instruirt und concludirt sind.

Expositio Status causæ specialior.

Das Hoch-Stifft Würtzburgische Lehn und Ritterschafftliche Gut N. hat vor diesem das Adel-Geschlecht derer von O. und als es nach Absterben des letzten seines Nahmens und Stammes vermannet und heimgefallen gewesen, E. von W. und nach ihm ein Sohn G. von W. als Vasalli besessen.

Dieser letztgemelte von W. hat Anno 1591. 4. April solch Lehn-Gut an Pamphilum und Albinum Gebrüdere ohne Lehnherrl. Consens verkaufft gehabt, dahero der Lehn-Herr solch Lehn als apert und heimgefallen geachtet, Inhalts des neuen Lehn-Briefs Bischoffs Julii Anno 1591.

Dieweil aber ermelter Vasallus von W. seinen Fehler depreciret, so hat der Herr Bischof auf sein und ermelter beyder Gebrüder unterthänigstes Bitten in den Verkauff **aus Gnaden und keiner Schuldigkeit, auch sich und dero Stifft zu keinem** *Præjudiz*, **Eingang und Nachtheil**, Bewilligung gegeben, und darauf die beyden Gebrüdere Pamphilus und Albinus, und **allen ihren Mannlehnbaren Erben dieses Stamms und Nahmens, Schild und Helms**, jedem zu seinem gebührenden Theil das Gut N. cum pertinentiis zu rechtem Mann-Lehn verliehen, besag obermelten Lehen-Briefs de Anno 1591. Welcher von beyden Theilen in actis producirt und geständig ist.

Adhibeatur schema Genealogicum familiæ appellantium, quod reperitur in actis utrinque confessum; Et notetur, daß die jetzige Agnati und Appellanten nicht von denen neu-belehnten Gebrüdern, *Pamphilo* oder *Albino*, sondern von dem dritten Bruder *Sabino* descendiren. C

Hinc cardo controversiæ? Ob dieser Sabinus und seine descendentes masculi, in oberzehlt- und verlesenem neuen Lehn-Brief mitgemeinet gewesen, als eheliche, licet non ex matrimonio & corpore primorum adquirantur, jedoch Mannlehnbare Erben Nahmens, Schild und Helms. Affirmant appellantes. Negat & pernegat appellatus Dominus feudi.

Nun ist in facto ferners zu notiren, daß des einen in prima investitura begriffenen Bruders *Pamphili* descendenz mit seinem Enckel *Johann Lucilio* erloschen, und also das gantze Lehn-Gut an die andere Linie des *Albini* gekommen.

Als des Pamphili posterität in itztgedachtem seinem Enckel *Joh. Lucilio* noch bestanden, hat *Henr. Albinus* nepos *Albini* getrachtet des dritten Bruders *Sabini* descendenten mit zur Lehns-Folge zu bringen, dahero beym Fürstl. Würtzburgischen Lehn-Hofe sich als Lehn-Trägern angegeben, und in solcher qualität die Belehnung respective vor sich und gedachten *Sabini* Enckel *Gregorium Pamphilum* bey weyl. Bischoff Jo- A hann Philippi Lehns-Curie erhalten, den 9. Octob. 1648. besag des à parte appellante producirten Lehns-Briefs, welcher im übrigen dem vorigen gantz gleichlautend ist, ausser daß das Wort Eheliche an einem Ort ausgelassen.

Dergleichen Lehen-Brief ist auch nach Absterben *Henr. Albini* eben demselben *Gregorio Pamphilo* gleichfals als Lehn-Trägern und vor *Henrici Albini* nachgelassenen Sohn *Wilhelm Lucilium* Anno 1662. den 17. Julii ertheilt worden.

Bey welchen beyden Lehn-Brieffen (auf welche appellantes sich hauptsächlich gründen, acsi juxta consuetudinem feudorum Herbipolensium facta esset hæc investitura, vide except. versu: Es ist aber sexto) zu mercken, daß es allerdings ein Irrthum in facto gewesen, wann darin gesagt wird: **In dem ersten** *de Anno* 1648. daß *Henricus Albinus* Lehen-Träger des unmündigen *Gregorii Pamphili* seye, *Item*, daß die Lehn- B Stücke nach Absterben ihrer Vätter auf sie erstorben und gekommen: **In dem zweyten**, daß *Gregorius Pamphilus* Lehn-Träger des unmündigen *Wilhelm Lucilii* gewesen. Item daß nebst *Johann Lucilio* auch *Gregorius Pamphilus* gebührenden Theil daran gehabt.

Omnia hæc erant in facto erronea, præsupponunt enim possessionem feudi; **Lehn-Träger** significat non tutorem, sed eum qui cum aliis feudi communem habet possessionem, atque pro se & ceteris fidelitatem præstat; vid. *Vultej.* de feud. lib. 1. cap. 7. n. 93. ubi plures allegati. Quibus adde *Ritterhus.* part. feud. lib. 1. c. 9. quæst. 25. *Rosenthal.* cap. 6. concl. 36. per totum. Sed possessio communis feudi N. haud dubie non erat penes *Gregorium Pamphilum*, neque unquam fuit penes ullum ex linea *Sabini*; dann des *Gregorii Pamphili* nepotes itzige Beklagte, deren Vormünder appellantes sind, haben sich nach Absterben *Gregorii Christiani* Anno 1712. die Succession erst angemast, ergo ante non habuerunt possessionem, und war auf sie nach Absterben ihres Vatters nie erstorben noch gekommen.

Ferner ist in facto wohl zu mercken, daß als *Johann Lucilius* und *Wilhelm Lucilius*, welche das Lehn gemeinschafftlich in Besitz hatten, bey gefolgten Lehns-Fällen belehnt worden, dieselbe den vorhin geschehenen Irrthum, und daß gedachter *Gregorius Pamphilus* zur Belehnung nicht gehörte, selbst angezeigt, und die Veränderung veranlast, daß der Herr Bischoff *Johann Hartmann* per rescriptum 9. Junii 1674. an *Gregorium Pamphilum* ihme solchen Irrthum zu erkennen gegeben, die per sub- & obreptionem beschehene Belehnung revocirt und cassirt, mit dem Bedeuten, daß der Herr Bischoff ihme am Lehn N. einiges Recht nicht geständig seye, wie mehrern Innhalts zu lesen in der Beylag des Klag-Libells sub lit. C. in actis prioribus.

Es will nun zwar appellirender Theil in Exceptionibus von solchem rescripto nichts wissen, addendo, wenn es auch abgangen wäre, so hätte

doch dadurch jus semel quæsitum nicht benommen werden können; Hingegen beharret man Würtzburgischer Seiten darauff in Replica, daß das Original Concept solchen Rescripti bey den Lehns-Actis vorhanden, worauff man Appellantischer Seits der Unwissenheit weiter nicht gedacht, sondern auff jus quæsitum sich beruffen.

In facto ist gewiß und ex propriis appellantium allegatis geständig, daß *Gregorius Pamphilus* und seine Descendenten seither dem in keiner investitur begriffen, und ihme solches durch den Fürstl. Würtzburgischen Lehn-Probsten bedeutet worden, dessen er sich in literis an seine Vettern *Johann Lucilium* und *Wilhelm Lucilium* de dato 24 Febr. 1676. und daß die Aenderung auf ihre Veranlassung geschehen, beschwehret, mit Vermelden, daß er seines Orths getrachtet, sie in **Mit-Belehnung** derer Stücke, worin sie nicht begriffen, zu bringen, und der Intention noch seye, nicht zweifflend, sie würden gleiche Meynung führen, und die beym Lehn-Hoff gegebene Veranlassung zurück nehmen. Welches Fürstl. Würtzburgis. Seiten vor bekant und dahin genommen, daß *Gregorius Pamphilus* selbst gestanden, daß er in der Belehnung nicht begriffen gewesen, und bey dem Fürstl. Rescripto revocatorio & cassatorio acquiescirt.

Nichts destoweniger ist geschehen, daß als der Letztere ex investitis *Gregor. Christian.* den Fall vorgesehen, er seinen Vettern und Pflegbefohlnen zu Lieb sub dato 11. Julii 1709. den Herrn Bischoffen supplicando gebethen, denenselben die Mit-Belehnung wiederum angedeyen zu lassen. vid. Beylag Num. 6. act. prior.

> ubi notandum, daß in denen beyden obangeführten Lehn-Brieffen de An. 1648. und 1662. *Gregorius Pamphilus* als Haupt-Belehnter mit und nebst seinen Vettern errore manifesto benennet, anjetzo aber erst simultanea investitura gesucht wird, haud dubie in sensu, de quo Struv. J. F. Cap IX. Aph. 14. n. 2.

Es ist aber solches nicht gewilligt, also, daß die Lehn-Brieffe gar unerhoben liegen geblieben, und hat endlich der Fall, wie Anfangs erwehnt, sich begeben.

Der Beklagten Haupt-Fundamentum ist also dieses, daß der erste Lehn-Brieff de Anno 1591. nicht nur auf der investirten Brüder Leibs-eheliche Mann-lehnbare Erben, sondern auch auf die Agnatos Stamms und Nahmens, Schild und Helms, als Lehnbare Erben juxta consuetudinem Curiæ feudalis Herbipolensis gemeynt gewesen. Quia alias verba posteriora forent otiosa, quæ tamen in literis investituræ circa finem essent repetita.

Demnach fundiren sich Appellantes zuförderst auf consuetudinem & naturam feudorum Herbipolensium, **daß auch** *in feudis novis agnati* **Nahmens, Schild und Helms,** *licet in prima investitura nominatim non sint comprehensi, succediren* **müssen.** Diese Consuetudinem gestehet man Fürstl. Würtzburgischer Seiten gantz und gar nicht, und könten die Worte des Lehn-Brieffs, quæ essent explica-

A tiva, allenfalls auff liberos ex Matrimonio ad Morganaticam verstanden werden.

Soviel nun die Appellantischer Seits angezogene Gewohnheit der Würtzburgis. Lehn anbelangt, ist nothwendig, was in facto dießfalls in denen Appellations-Actis vorgebracht worden, kürtzlich anzumercken.

Es will die Gewohnheit aus Würtzburgis. alten Gerichtlichen Confessionibus behauptet werden, in specie ex actis Cameralibus *Bibra contra* **Würtzburg.** *Mandati de restituendo*, davon extractus articulorum & responsionum sub Num. 2. act. prior. fol. 97. beygelegt wird, sodann aus Bekantnüssen Würtzburgischer abgehörter Zeugen in causa **Adolzheim** *contra* **Würtzburg**, Item **Heßberg** *contra* **Castel**, davon aber in exceptionibus nichts beygelegt.

Ferner aus einer Fürstl. Würtzburgischen Erklärung Anno 1565. weyl. Bischoff **Friderichs** auff der Ritterschafftl. Deputirten Beschwehrungs-Memorial, wegen Bekränckung des besonderen Lehn-Gebrauchs. Beyde sind

B beygelegt in act. prior. vid. apud *Klok.* 4. *Consil.* 79. *n.* 146. & in opere *Relationum*, *Relat.* V.ta Dann aus der Erklärung weyl. Bischoff Julii Anno 1581. 24. Febr. v. apud *Klok. dict. cons.* 79. *num.* 143. Endlich aus einer Würtzburgischen Judicial-Bekäntniß; in causa von **Berg** *contra* **Würtzburg** *fractæ pacis*, welche in denen Except. dict. loco narrative recensiret.

Fürstl. Würtzburgischer Seiten ist man der allegirten Gewohnheit durchaus nicht geständig, nec posse allegari vel probari ullum exemplum dergleichen Investitur, auf bloßen Geschlechts-Nahmen, Schild und Helm, wobey zu erinnern, daß man diese von denen Adelichen Familien in Francken öffters gerühmte Gewohnheit Würtzburgischer Seiten in judicial actis je- und allezeit abgeleugnet, insonderheit in actis *Bibra contra* **Würtzburg** *Mandati de restituendo*, allwo die in gegenwärtigen Actis von beklagtem Theil angezogene Lehns-Fälle hauptsächlich vorgekommen; der Auctor appellantischer Schrifften mag aber seine allegationes entweder ex

C *Klokio* oder wenigen privat fragmentis actorum, nicht aber aus vollkommenen actis gezogen haben; Soviel dann die in gegenwärtigen actis allegirte Casus betrifft: so beweisen die Würtzburgische articulirte Antworten, welche denen actis originalibus *Bibra contra* **Würtzburg** gleichlautend sind, vielmehr das Contrarium, als die gerühmte Lehns-Gewohnheit. Conferantur acta antiqua *Bibra contra* **Würtzburg** *Mandati C. C.* in Repl. adj. articulirte Beweißthum, & Duplica Herbipolensi, in specie beym **Truchseßischen** Lehns-Fall **Großen-Langheim** betreffend, ist daselbst artic. defension. n. 204. usq. 209. beym **Rottenhanischen, Eringshoffen** betreffend ibi art. 72. usq. 76. Beym **Weingartischen** ibi art. 118. usq. 119. inclusive. Der gantze textus Würtzburgischer Exceptionum in besagten actis [10] de Anno 1603. & Duplicæ productæ An. 1606. 19. Maji cum defensionalibus zeigt keine Gerichtliche Geständniß der gerühmten Gewohnheit, und wie die Belehnungen in feudis oblatis denen Agnaten gleichen Nahmens, Schild und Helms, ex pacto speciali ab initio, oder ex gratia geschehen seyen; add. Replicam Herbip. in actis præsentibus, ibi: bey dem

Vierd-

Vierdten und Fünfften. Die angeführte Lehn-herrliche Erklährung Bischoffs Friderici und Bischoffs Julii werden in gegenwärtigen Actis Würtzburgischer Seiten nicht agnoscirt, sagende, sie finden sich nicht in Archivo, seyen etwa Tractaten, aber kein vollkommen Werck gewesen; Könte man also solche in der Form, wie sie allhier produciret, wohl vor unglaubhafft halten. Hingegen ist aus denen oben gemelten Cameral-Actis Bibra contra Würtzburg zu ersehen, daß eben diese Bischoff Friderici declaratio daselbst von dem klagenden Theil allegirt in Replica und der Beylag [14] allwo der gantze Tenor der Fürstl. Würtzburgischen Declaration, wiewohl nur in Copia simplici (nicht aber, wie der Referens apud Klok. Relat. 5ta num. 179. meldet, in copia authentica, deren Production zu Würtzburg beschehen seyn solle) befindlich; Worauff Würtzburgischer Seits in dupl. [18] f. 12. vers. **So wird sich auch ab der andern weyl. Bischof Friedrichs** rc. rc. solche nicht abgeleugnet, sondern ad art. prob. 1030. seqq. solche Resolution, soviel das Original ausweiste, dem Buchstaben nach und dessen gesunden Verstand, weiter B aber nicht wahrgeglaubt wird.

Similis est responsio wegen des Bischoffs Julii Erklärung de An. 1581. ad art. Junge ipsam Duplicam, ubi fatentur veritatem Bischoff Friederichs Erklärungen. Daß demnach, wann in solchem Fall, ubi agitur de veritate actus, aus andern Judicial-Actis zu urtheilen, diese Fürstl. Resolutiones in facto zwar vor richtig zu halten seyn werden: Ob solche aber Bedingungsweise geschehen, vid. art. prob. 1034. & quatuor seqq. cum responsionibus, alia est quæstio.

Die übrige allegationes Würtzburgischer confessionum in causa von **Berg** *contra* **Würtzburg** *fractæ pacis* sind gleichfalls in gedachten Bibraischen actis, speciatim in narratis Mandati und in Replica zu lesen, worauf aber die Abfertigung gegeben worden in Dupl. Herbipol. eben so in substantia wie in gegenwärtigen actis fol. 164. seq. durch Anweisung des ausgelassenen neunten artic. und der Würtzburgis. Antwort, **nicht wahr.** Mit welchem, vielleicht C ex consilio beym Klokio entlehnten Beweiß des appellirenden Theils Advocatus itzo dennoch wieder auffgezogen kommt.

In gedachten Bibraischen Actis hat sich klagender Theil auf die Duplic-Schrifft weiter nicht, als quoad possessorium recuperandæ eingelassen, behauptende restitutionem ex possessione naturali, daraus er wäre gesetzt worden, daß also bey diesen gantzen Actis, worauff man sich Appellantischer Seiten in petitorio beziehet, lediglich in possessorio geurtheilt worden. Es zeigt solches die nach 76. Jahr über Rechtshängigen Process, per sententiam 5. Julii 1678. erst aufferlegte Beweisung apprehensæ possessionis von dem Herrn Bischoff, welches alles darum anzuführen nöthig ist, Theils weil in gegenwärtigen Actis von Beklagten und Appellantischen Theil mehrmal auf die alte Bibraische Acta, als ob daselbst die à jure communi feudali abweichende Gewohnheit klar bewiesen wäre, Beziehung geschiehet, Theils weil die sämtl. Fränckische Ritterschafft damahls interveniendo causam communem mit dem von Bibra gemacht. Vid. die Interventions-Schrifft de 31. Mart. 1603. darauff übergebene Würtzburgische Exceptiones und intervenientium replicas juncto recessu protocolli 17. Nov. 1609. Nachhero und da der Ritterschafftliche Anwaldt Dr. Sebastian Wolff abgangen, seither Anno 1615. kein Anwaldt sich Nahmens der Ritterschafft legitimiret, biß Anno 1677. da Dr. Erhart neue Legitimation übergeben. Es ist aber gleichwohl in der bald darauff gefolgten Urthel der Intervention nicht gedacht, zu abermahligem Zeichen, daß man lediglich auff das possessorium recuperandæ sehen wollen.

Nun mögte etwa gefragt werden können, ob nicht auch bey gegenwärtigem Process, ubi agitur causa petitorii, die Ritterschafft, welche vorhin interveniret, zu citiren? Der Referens bey dem *Klokio dicta Relatione n. 35. seqq.* ist der Meynung gewesen. Cum vero quilibet intervenire debeat sua sponte, neque judex officium faciat nisi imploratus, so hat dieses höchste Gericht dergleichen Weitläufftigkeit von Amts wegen nicht zu veranlassen, bevorab da die Beweißthüme, so jemahls vorgebracht, und werden könten, in actis Bibra contra Würtzburg befindlich; Worauff in Gegenwart mit reflectirt werden kan, und indessen die Entscheidung dieser Sache nicht auffzuhalten.

Nachdem im vorhergehenden statu causæ die Fundamenta, soviel hinc inde vorgebracht, in substantia erzehlet, so werden solche aus dem völligen extractu actorum mit mehrerm zu vernehmen seyn. Quo prævio:

§. I.

In formalibus Processus nihil desideratur.

Neque commemorare necesse est, cùm sit Lege Imperii constitutum, quod à Judicio Austregali omni, ergo etiam per Rescriptum Cæsareum impetrato, appellatio ad Cameram rectè interponatur v. c. *Ordin. Cam. part.* 2. t. 6. pr. t. 2. §. 2. tit. 3. & tit. 31. pr. adde *Textor* diss. 3. ad Recess. Imp. noviss. §. 56. *Roding.* L. 1. t. 4. c. 7. n. 22.

Procuratoria in actis producta sunt legitima. *Acta* in priori instantia sufficienter instructa, ubi Dominus Episcopus fuit Actor, Rei vero filii Juliani Achatii, hodie appellantes. In Cameralibus, præter Libellum gravaminum, nihil amplius deductum fuit, qui tamen libellus eadem plane, quæ acta priora habent, continet. *Responsa duo*, quæ pars Appellans, post conclusionem actis adposuit, typis publicata, continent summam omnium argumentorum in priori instantia à Reis, jam Appellantibus, prolatorum.

Potissima in actis est quæstio de consuetudine Curiæ feudalis Herbipolensis circa successionem in feudis cum antiquis, tum eis, quæ per emtionem & venditionem, cum Consensu Domini nova facta sunt, antiqua tamen fuerunt olim; De hoc casu speciatim in hoc processu agitur, tum vero de sensu literarum investituræ primæ de Anno 1591. 4. Aprilis.

§. II. In

§. II.

In Supplica ad Imperatorem pro Commissione Austregali, quæ est loco libelli, allegatur possessio ad Dominum feudi ipso jure devoluta, unde additur querela ob turbationem per apprehensam ab appellantibus possessionem. Thesis est vera, quod per consolidationem possessio transeat ad Dominum ipso jure *Rosenth.* c. 7. Concl. 60. n. 13. 14. *Refer. ap. Klok.* relat. 5. n. 356.

Quia tamen inpræsentiarum versamur in casu, ubi Domino resistunt agnati & possessionem apprehenderunt naturalem, vid. *Rosenth. d. C. n.* 15. *Klok. dict. relat. num.* 359. Deinde libelli petitum directum est den beklagten Theil zur Abtrettung des heimgefallnen Guths N. cum pertinentiis & fructibus perceptis zu condemniren: Petitorium Judicium elegisse Dominum Episcopum non est dubium. Tribuitur autem Domino feudi Rei Vindicatio vide *Struv. J. F. c.* 16. *aph.* 2. *n.* 4. *Vult de feud. L.* 2. c. 1. n. 20. Qui petit rem sibi restitui, petitorium ingreditur v. *Menoch. recup. remed. in prælud. n.* 10. *seqq.* adde *Ruland de commiss. p.* 23. *Lib.* 4. *quando petitor. cum possessorio cumuletur.*

Accedit quod in act. prior Dominus Actor cum à parte conventa exceptione dilatoria opponeretur spolium, propter apprehensam in aliquo pago per missos à Domino Episcopo possessionem, Dominus Actor ea se uti non velle declaraverit expresse, *v. Act. pr. n.* 15. adeoque animum retinendi possessionem, vel possessorio remedio experiundi, plane deposuisse sit censendus. Et prudenter mea opinione, quò magis & certiùs in petitorio res definiretur.

§. III.

Meminerant enim Herbipolenses procul dubio variarum litium cœptarum, quandocunque à Domino Episcopo possessio in casibus fuerat similibus occupata, ex quibus præcipuæ sunt in Camera agitatæ sub Rubrica **Frantz von Berg** *contra Fridericum Episcopum Herbipol. Fractæ pacis cum Mandato restitutorio Anno* 1558. Deinde sub rubrica **Bibra** *contra* **Würtzburg** *Mandati de restituendo cum clausula.* In priori erat quæstio princeps. An feuda Herbipolensia essent ejus naturæ, daß kein Ritter-Lehn dem Stifft heimfällig werde, so lang einer des Schildts und Helms vorhanden: Deinde an Actor von Berg esset de familia *Schrimpfianorum*: Prior quæstio in dictis actis ab actore asserta fuit, negata vero à Reo Domino Episcopo. Probationes peractæ istam quæstionem non tetigerunt, sed alteram de qualitate personæ actoris, hinc vero argumentum petiit in altera causa Advocatus nobilium *de Bibra* tali conclusione, quia in causa *Berg contra* Würtzburg sola controversia fuit de stemmate sive agnatione, ergo confessi sunt Herbipolenses thesin, quod tamen erat falsum per responsionem ad artic. positionalem *nonum*. Actoris *propositio major* erat petita à consuetudine Episcopatus Herbipolensis; *Minor erat*: Ego sum agnatus. Utramque negavit Dominus Episcopus. Actor ad probationem minoris se accinxit, de probatione majoris non sollicitus, malo ergo procedit A conclusio articulorum in causa sequente *Bibra contra* Würtzburg vid. artic. posit. 1046. seq.

Eventus processus fuit talis, ut defuncto & actore & Reo pronunciaretur in Camera 17. Aug. 1582. die *Instanz* sey gefallen, remissis partibus ad *forum competens*. Quid postea actum sit neque ex actis, neque alias constitit mihi: Objectum erat das Lehn-Guth und Schloß Pozenlauer.

In altera vero causa *Bibra contra* Würtzburg ab Anno 1604. quæstio de successione in feudis & *natura feudorum Herbipolensium* majori studio fuit tractata, Probationes hinc inde magnis voluminibus congestæ, & tali modo instructa causa, specimen Relationis pro Assessoratu elaborasse dicitur Anno 1610. ex istis actis *Wernerus à Rust*, quam Collectioni suæ inseruit *Klokius* & est *Relatio Vta* In Catalogo Assessorum legitur inter Rhenenses Anno 1610. *Johannes Wernerus* Roist von Wers. Erravit autem absque dubio Klokius in nomine & in Anno 1610. nam ipsa relatio n. 442. mentionem facit Voluminis der Lehn-reverse, quod est in actis [26] & productum 30. April 1612. Porro si idem est Wernerus à Rust qui Johannes Wernerus Roist von Wers non potuit Anno 1610. fuisse Assessor, quia relatio pro statu composita ut videtur proxime post Annum B 1612. Hæc per digressionem. Istam vero relationem cum consiliis duobus quæ adoptavit *Klokius tom.* 4. *Consil.* 79. & 80. quorum auctores sunt: prioris *Ltus Muller* Anno 1606. posterioris, quod tamen tempore est prius Anno 1605. *Henricus Rosenthal* famosus ille feudalis juris Collector & *Goswinus Stattmann*, Mullerus ille fortassis fuit Advocatus causæ des Klägers von Bibra, nam inseruit consilio suo die excerptos casus aus der Bibraischen articulirten Probation-Schrifft wie solche in actis befindlich [13] wiewohl numeri articulorum beym Klokio mit dem producto in Actis nicht allenthalben übereintreffen. Hæc duo consilia postmodum à Klokio evulgata præ oculis habuisse suspicor referentem à *Rust* vel *Roist*. Sequitur enim eadem principia & aliquos §. §. exscripsit. Utrosque consulentes & referentem legisse videtur Advocatus causæ præsentis: non vero actorum dictorum Cameralium copiam habuisse. C Confidenter enim nimium assertis istis apud Klokium innititur, acsi nullum dubium haberent casus feudalis successionis ibi allegati, & essent ab Herbipolensibus omnes confessi, vel probati plenissime. Hæc fuit causa mihi, ut ipsa acta originalia perlustrarem opera non perfunctoria, de quibus etiam in sequenti tractatione, quantum ad casum præsentem faciant sum dicturus. Hic de eventu causæ saltem præmonendum putavi. (1.) Quod ex literis Imperatoris Matthiæ de Anno 1613. ad Collegium Camerale & ad ipsum Dominum Judicem separatim exaratis (ex quibus etiam stylus illius tempestatis cognoscitur) colligatur, Anno 1608. sententiam definitivam in Camera fuisse conclusam non vero publicatam, de qua Actor de Bibra (nisi iste in facto erravit) notitiam accepisse. (2.) Quod post triplicas Anno 1607. 18. Sept. ab actore productas, in quibus restitutionem possessionis ante omnia magnopere urgebat, prout etiam fecerat in replica, posthabitis articulis exceptionalibus:

Post

post multorum annorum moram, (nam ab 1615. adusque 1627. sunt solæ reassumtiones & novæ legitimationes: Ab Anno 1628. usque 1676. plane nihil actum) Tandem Anno MDCLXXVIII. licet antea sententia Cameralis 30. Martii 1604. injunxisset die Handlung auf die articulirte Einreden und Reconvention, quod pertinebat ad petitorium cumprimis in Mandato C.C. in possessorio solo lata fuit sententia publicata dicto Anno 1678. 5. Jul. wolle und möge Dr. Högeln als *substituirter* Anwalt, der Gebühr Rechtens darthun und beweisen, daß nach Absterben weyl. Heinrichs von Bibra die Klägere (*hi erant olim Bernhardus suo & liberorum minorennium Valentini* von Bibra *nomine, postea Caspar Hans* und *Georg Christoph*) vorgedachtem Herrn Beklagten die *Possession* der *in actis* angezogenen adelichen Ansitz und Schlössern ergriffen, und deren hernach wieder entsetzet worden, daß solches gehöret werden solle ꝛc. ꝛc. Adeoque in Camerali judicio non erat consilium ingredi merita petitorii, quod videbatur altioris indaginis, sed merum tractare possessorium. Publicata hac sententia aggressi sunt actores probationem injunctam per producta à num. [44] usque [78] und weitere Probatorial-Stück [81] [82] Quorum refutationem edidere Herbipolenses 10. Octobr. 1679. [80] Sententia sequens, cujus dies publicationis sive expeditionis inscriptus protocollo 18. Martii 1681. tenore non addito, quantum colligo ex voto Domini Referentis, quod superest & ad manus habemus fuit paritoria in possessorio.

An vero & quomodo effectum habuerit, neque ex actis, neque aliunde mihi certo constat, præterquam quod in scripto quodam cui titulus Confutatio Notitiæ actorum in causa Castel *contra* Heßberg Appellationis speciatim in adjunctis ibi sub n. 1. literis Episcopi Herbipol. de An. 1687. legerim, transactione facta litem esse finitam. Interim tota quæstio de natura feudorum Herbipolensium in medio fuit relicta. Agebatur tunc processus Mandati C.C. Actor ergo fundamentum suæ intentionis probare tenebatur. Hoc erat positum in allegata consuetudine Curiæ Herbipolensis, qua negata, & allatis plurimis probationibus contrariis, Actor, relicta confirmatione suarum probationum, possessorio inhæret veluti in processu Mandati S.C. Verum hæc ulterius inquirere non volo, cum lis sit finita. Hoc tantum monendum puto, quod Status controversiæ, qui tunc erat, cum præsenti casu non conveniat, prout in sequentibus audiemus. Tractabatur, in causa *Bibra contra* Würzburg quæstio hæc (initio pro colorando, ut explicat Advocatus, possessorio, erat tamen fundamentum libelli potissimum, actionem spolii sustinens, alias n. tenuisset Actor rem feudalem absque titulo) Ob krafft einer erseßenen und in Recht beständigen Gewohnheit, ein regierender Bischoff zu Würzburg alle *feuda sive nova sive antiqua absque discrimine* so lang Schild und Helm *in esse* denen *Collateralibus in infinitum* zu leihen schuldig sey ꝛc. ꝛc. *legantur omnino narrata Mandati à §.* Ingleichen auch *in facto* wahr ꝛc. *usque judicialiter* ausdrücklich bekanndt ꝛc. Et porro: daß die specificirte Lehn-Stücke weyl. Heinrich von Bibra als der Kläger unwiedersprechlichem Agnato in krafft angezogener Stiffts Würtzburgischen Gewohnheit unweigerlich geliehen, und sich einiges Interesse apertorum feudorum ausserhalb nachfolgender Thätlichkeit niemahls angemast. Porro: daß die Kläger sich versehen sie würden bey ihrem jure successionis consuetudinariæ, quæ leges, & omnes alias in usibus feudorum traditas consuetudines vineat, angefallenen ꝛc. ꝛc. Lehn-Güthern, sonderlich deren possession vel quasi gelassen und in keine wege destituirt worden seyn. Ecce fundamentum remedii possessorii in qualificatione tituli *ex consuetudine Curiæ feudalis Herbipolensis*. Eadem deducuntur in toto tenore replicæ [12] ubi status quæstionis proponitur talis. Es werde dieses allein behauptet, wenn die Lehn indefinite, oder zu rechtem Mann-Lehn, oder allen Mann-Lehnbahren Erben, oder nach Gewohnheit und Sitt Landes zu Francken oder dergleichen hie oben æquipollirende Wort verliehen, daß in Krafft angezogener Special-Gewohnheit agnati indistincte & in infinitum succediren, so lang einer selbigen Nahmens, Schild und Helms im Leben und Wesen ist. Excipiuntur ibid. expresse casus investiturarum speciales. Legantur verba replicæ [12] circa finem, ibi: dann es wird nicht gestritten usque ad finem.

Præsentis vero casus, de quo est controversia Domino Episcopo cum appellantibus, quod circumstantiæ quam maxime sint diversæ ab illo causæ statu in processu deren von Bibra; constitit partim in statu causæ ex actis rite composito, & ex sequentibus ulterius patebit.

§. IV.

Pergo jam ad actionis institutæ probationem.

Id equidem est in facto certum: Quod Anno 1591. à Principe Episcopo Herbipolensi Julio, *novam eamque primam* obtinuerint investituram fratres *Pamphilus & Albinus*. His solis, nominatis expresse, concessum feudum und NB. ihren ehelichen Mann-lehnbahren Erben, Stammes, Nahmens Schild und Helms: Tertii fratris *Sabini* qui erat in vivis, qui etiam in emtione feudi nullas habuit partes, mentio facta nulla.

Rursum est certum, quod ultimus ex descendentibus masculis ab istis adquirentibus primis *Gregorius Christianus* sit defunctus Anno 1712. absque liberis masculis.

Denique id est extra dubium, præsentes reos & appellantes à primis adquirentibus non descendere, licet sint collaterales familiæ agnati.

Cum ergo regula juris feudalis sit tritissima, quod agnati, à primo adquirente non descendentes, in feudo non succedant, 2. F. 11. *Rosenthal.* c. 7. concl. 58. *Gailius* 2. *Obs.* 149. quæ observatio tota huc transferri merebatur, nisi esset in omnium manibus. Legenda tn. est, quia brevior, & huc facit inprimis.

Ubi ad §. *Porro consuetudines n.* 10. notandum est, non versari nos in casu, ubi certandum est de probando primo adquirente per documenta antiqua aut præsumtiones, de quo casu loquitur dicto §. *Gailius*; Appellantes enim fundant

suæ exceptionis fundamentum in consuetudine tali, cujus vi etiam agnati, de quibus certum est, quod à primo adquirente non descendant, succedant tn. regulariter in feudo, etiam novo. Quæ exceptio à regula juris feudalis multum recedit, & qui in consuetudine suam fundat intentionem, factum præsupponit, quod probandum est. Hinc consequitur, quod vi regulæ juris feudalis intentio Domini actoris haberi debeat pro probata in facto & jure.

§. V.

Quæ an per exceptiones fuerit elisa, hoc est, an Rei appellantes principium illud certissimum juris feudalis per consuetudinem contrariam everterint, vel per factum aliquod quod regulam tollat, suæ exceptionis fundamentum contra Dn. Actorem appellatum probaverint, hæc erit primaria in hac causa tractatio.

Colligam ad unum conspectum argumenta Exceptionum.

Agnoscendo regulam juris feudalis, provocant ad *Confessiones* Dn. Episcoporum Herbipolensium tùm *judiciales*, tùm *extrajudiciales*, per quas consuetudo Franconiæ in specie Episcopatus Herbipolensis sit extra dubitationem posita, daß secundum stylum der Würtzburgischen Lehns-Curiæ der Lehn-Herr, wenn in prima investitura die Clausul enthalten, **seine Eheliche Mannlehnbahre Erbē des Nahmens und Stamms / Schildt und Helms** / schuldig sey, nach Absterben des auf solche weise belehnten primi adquirentis absque liberis, desselben agnatos collaterales zu investiren; vid. except. in act. pr. ubi ita ait: Es geben der Sache gantz und gar den Ausschlag die gegenseitige **gerichtliche, auch** *sub juramento dandorum & respondendorum* **erstattete** eigene confessiones, daß secundum stylum der Würtzburgischen Lehns-Curiæ der Lehn-Herr &c. ut paulo ante relatum. Ergo præcise in *hac confessione* collocatur exceptionis fundamentum. Idque probare vult in seq. ibi: zum Beweiß dessen dient. & in libello gravaminum Camerali §. Ja was noch mehr ist. 5to

Ita argumentum ego in fronte posui, quia est præcipuum, licet exceptiones ordinem invertant principio literas investituræ de Anno 1591. allegantes, cum tamen vis omnis argumenti ex ipsis literis investituræ petita, à confessione consuetudinis Curiæ feudalis allegatæ dependeat. Necesse est reos appellantes de certitudine hujus consuetudinis & confessionis adeo fuisse persuasos, ut etiam possessionem feudi naturalem apprehendere non dubitaverint. In prædictis exceptionibus ergo accinguntur ad eam probandam fol. 71. ibi. zum Beweiß dessen &c. &c.

1mo Allegatur *confessio judicialis* Procuratoris Herbipolensis in Act. Cam. sub Rubrica *Bibra contra* **Würtzburg**, in specie casus successionis feudalis Truchsessianæ, **im grossen Langheim**, quem etiam recenset auctor consilii adoptivi *Klokiani tom. 4. Cons. 79. n. 72. pag.* 562. §. Endlich &c. *junct. pag.* 603.

2do Allegatur Except. fol. 86. adversus narrata libelli einer grossen Anzahl von Actibus præjudicialibus, wordurch des Würtzburgischen Lehn-Hofs mit dem jure communi feudorum einträchtige consuetudo bewähret würde: ex Klokio in Vol. 4. conf. 79. 80. Allwo viele exempla der ab appellante gerühmten Gewohnheit befindlich wären, quibus

3tio Adjunguntur alia in Sachen **Adolsheim** *contra* **Würtzburg** / It. **Hetzberg** *contra* **Castell**. Quæ etiam ex *Klokio consilio 79. pag.* 587. *& Consil.* 80 desumta esse mihi videntur *vide ibid. pag.* 6 7. **Zum vierten und am fünfften.** De utroque præter allegationem rubricæ specialiter nihil legitur in Exceptionibus. Ego tamen ex iis quæ habeo subsidiis, informationem sum daturus.

4 Allegantur declarationes Episcopi quondam Friderici ad gravamina, der Ritterschafft Anno 1565. 1581. quarum probatio fit per adjuncta n. 7. 8. Tandem

5. Insigne fundamentum ponitur *in confessione judiciali* speciatim in processu Camerali **von Berg** *contra* **Würtzburg** fractæ pacis. Repetantur verba Except. fol. 88.

Hæc sunt allegata omnia ad probandam consuetudinem adducta. Qua probata, scil. juxta reorum appellantium hypothesin, sequitur *subsumtio* ad casum præsentem, quæ in Exceptionibus & duplica omnem facit paginam: In dem ersten Lehn-Brief de Anno 1591. sind die beyden Gebrüder *Pamphilus* und *Albinus* und alle ihre Eheliche und Mann-Lehnbahre Erben, Stammes und Nahmens, Schildt und Helms, belehnt. Ergo intellectu verborum investituræ, imo ut ait in Libello gravam. Camerali §. 3. weil dadurch das Successions-Recht in pactum deducirt, comprehensos etiam agnatos collaterales, licet non nominatos expresse. Nullum enim verbum frustra positum intelligi debere v. Except. fol. 71. & Libell grav. Cam. §. 4. Quodsi enim descendentibus solis ex primis adquirentibus feudum esset collatum, supervacua fore verba Stammes und Nahmens, Schildt und Helms: quæ proinde de tota agnatione essent capienda. Hæc est summa omnium, quæ prolixiori Oratione, cum in exceptionibus, tum in duplica fuerunt in medium prolata, tandemque in scripto submissivo repetita, & porro in libello Camerali gravaminum loco adducta.

Confirmatur ab appellantium Advocato interpretatio hæc literarum investituræ præterea Consilio *Socini junioris L. 2. Conf.* 105. *n.* 24. rectius *consil.* 103. vid. replic. Act. pr. fol. 156. pag. 156. cujus verba longo tenore recitantur Except. fol. 72. seqq. tanquam cum in terminis definientia: verba investituræ *sui, de domo sua,* primo ad descendentes, deinde ad agnatos porrigi debere, scil. ne otiosa essent verba: *de domo sua.*

Alia subsumtio, qua & consuetudo supradicta & literarum investituræ interpretatio firmatur, juxta intentionem appellantium est ex sequentibus literis investiturarum

rum de Anno 1648. 9. Octobr. adjunct. ad Except. n. 3. Act. Cameral. [8] & An. 1662. 17. Jul. ibid. fol. 129. n. 4. Act. Cam. [9] quarum tenorem exposui in statu causæ relationi meæ præmisso. A

Recensui jam capita ad unum omnia, exceptionum, duplicæ, & submissionis in Actis prioribus, nec non libelli gravaminum in Actis Cameralibus.

Nam præter libellum gravaminum, in quo nihil plane continetur, quod in Actis prioribus non dixerit pars rea, nihil *amplius* in medium protulit Appellans in appellatorio Judicio uno forte verbo excepto, quod jam de *pacto aliquo* interpretetur pars Appellans investituram primam; hoc enim in prima instantia ei in mentem nondum venerat. In Responsis post submissionem ad acta priora factam productis, quorum unum *Ingolstadiense*, alterum *Altorfinum*, utrumque ad narrata partis datum, nihil novi deprehenditur.

§. VI.

Probanda autem erat Reo Exceptio, cujus respectu habetur actoris loco. B

Primo *de Consuetudine* supra allegata agendum mihi erit, tanquam quæstione principali & præjudiciali.

Hujusmodi consuetudines à Regula recedentes probare oportet, inquit *Gail.* supra laudata *Obs.* 149 in fin.

Et est res difficillima fundamentum ponere in consuetudine, *Mev.* 4. decis. 3. imo periculosissima, juxta *Rulandum* de Commiss. p. 4. lib. 3. Cap. 3. n. 2.

Non itaque sufficiet excerpere auctorem Consiliorum; ea enim in judicio omni exceptione majora non sunt, neque esse debent, sed plena requiritur probatio, non talis quæ sola auctoritate respondentium ad consultationem privatorum nititur, sed quæ fidem faciat judici cumprimis supremo Imperiali Judicio. Videtur enim mihi Advocatus Appellantium solo Klokio esse usus, & ex eo probationes petiisse.

Legerat forte alicubi, quod in probatione consuetudinis etiam unius testis vel duorum Doctorum assertio sufficiat. Vid. *Mynsing.* 5. Obs. 96. Sed scire oportebat, hoc C admitti posse si consuetudo congruat Juri communi, non vero, si ab eo recedat. conf. *Myns.* 6. Obs. 68. & *Gülichium* in Tract. *Theoret. Pract. ad Observ. Mynsing. dict. loc.* Quodsi vero communi juri sit contraria, ne plures quidem in scriptis citati judici fidem facere poterunt; *Cothmann. Resp. XIII. num.* 123. *seqq.* adeoque neque *Rosenthalius*, *Klokius*, aliique. Ratio, quia consuetudo constat actibus externis & vivis, neque inducitur per responsa Doctorum; vid. *Mascard.* Concl. 426. n. 19. 24. 29. Essentia omnis consuetudinis consistit in actibus, qui habent naturam pacti taciti, v. *Grot.* de J. B. & P. L. 2. c. 4. §. 3. *Pufend.* de J. N. & G. L. 3. c. 5. §. 2. hinc nervose JCtus in *L.* 32. §. 2. *de LL.* Quid Interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis seu factis. Requiritur autem cum temporis perennitate actuum qualitas talis, ut sint certi, & ex opinione necessitatis, quod ita fieri debuerit, gesti. Vid. *Schilter.* Prax. Jur. Rom. Ex. 2. §. 20. quem sequitur *Böhmer Jur. Ecclesiast.* L. 1. t. 14. §. 44.

Equidem quod auctores Consiliorum apud Klokium, & ex iis auctor relationis, in Collectione Klokiana, de Consuetudine *interpretativa* commentati sunt, quod facilioris sit probationis, etiam per unum actum, puto ego cum grano salis, h. e. prudentiæ judiciariæ adhibendum, non promiscue in decisione causarum arripiendum. Auctores isti cum ex Bartolo distinctionem arripuissent inter consuetudinem *dispositivam* & *interpretativam*, atque utriusque definitionem constituissent, modumque probandi exposuissent, hypothesi, quam defendendam susceperant, subservientes, eo deducti sunt, ut consuetudinem allegatam de successione agnatorum collateralium, quorumcunque in feudis Herbipolensibus *pro interpretativa* habuerint; *v. Klok. dict. Cons.* 79. *num.* 35. Quæ thesis si negaretur, tanquam id quod esset in principio petitum, corrueret haut dubie omnis vis argumenti de probata consuetudine & totius consilii.

Dicto n. 35. statuuntur consuetudinis interpretativæ species tres:

(1) Generalis & necessaria in scripturam redigenda quando legislator ipse legem interpretatur.

(2) Necessaria sed specialis in scripturam redigenda sc. per rem judicatam in Judicio contradictorio.

(3) Denique generalis & necessaria in scripturam non redigenda, sed tacito populi consensu firmata.

Ad hanc speciem ultimam refertur ap. *Klokium* laudata consuetudo de successione feudi.

Meum de istis speciebus tale est judicium. *Primam* non habere naturam consuetudinis, sed Legis. *Alteram* similiter, sed neque *tertiam* esse adæquatam descriptionem Consuetudinis interpretativæ, quod hæc præsupponere debet aliquid cujus sit interpretatio. Perperam vero ibidem concludi, *quod consuetudo allegata de successione in feudis* huc referri debeat. Interpretativam consuetudinem alio vocabulo magis adæquato appellant *observantiam subsecutam*, sc. quando de sensu & usu legis alicujus latæ est quæstio, vid. *Klok.* dict. conf. 79. n. 5. cumprimis vero *Böhmer. Jur. Eccles. L.* 1. tit. 4. §. 41. & seq. ubi quidem de Ecclesiasticis rebus agit, sed eadem est & hic ratio, & fundatur in *L. si de interpretatione* & *L. seq.* Π. *de LL.* & requiritur, ut ita perpetuo fuerit observatum. Vide omnino *Merend. Lib.* 2. *Contr. Cap. XI.* At vero tota materia feudalis non à lege, sed à consuetudine dependet. Ergo non potest dici aliqua consuetudinis consuetudo interpretativa. Si quæ foret feudorum Herbipolensium consuetudo peculiaris, eam ego dicerem ipsam consuetudinis interpretationem. Possem dare exempla Ecclesiastica ex *Böhmero d. l.* sed magis placet depromere ex materiis civilibus Exemplum *ex Bartolo* in

L. Labeo: de supellect. legata. quod refert Auctor consilii *num.* 19. & est tale: si consuetudo esset ut vendito equo, etiam intelligeretur venditum ephippium, hanc esse consuetudinem interpretativam: Si rogares quænam esset lex, cujus fieret interpretatio. Necesse foret dicere esse legem, cujus vi vendito equo tradendus esset equus: Hoc vero fluit ex ipsa contractus Emt. Vend. natura. Si consuetudo esset, ut cum equo veniret etiam ephippium, hoc non esset interpretatio vel declaratio legis, sed ipsa consuetudo. Porro si plura quis haberet ephippia uni equo adaptata, tunc opus foret declaratione nova, quodnam esset cum equo tradendum. Atque ita distinctiunculis suis cum evolvere student causam Doctores, magis involvunt.

Liceat hæc adplicare ad consuetudinem de successione in feudis. Dicitur esse consuetudo interpretativa, si usu introductum, ut collaterales agnato succedant, licet à primo adquirente non descendant. Rogo, B quodnam sit objectum interpretationis? Respondes: Consuetudo feudorum quæ pro lege est *L.* 3. §. 1. *L.* 33. *de LL.* sc. ut nulli detur successio, nisi qui à primo adquirente descendat.

Ratio hæc est à feudorum natura, quæ à primordio erant temporaria, postea ad vitam Vasalli concessa, tandem ad ejus descendentes porrecta. Et sane collatio feudi est Actus voluntatis inter Dominum & Vasallum. Cui voluerit Dominus dare feudum, hoc sane ab interpretatione alterius dependere non potest, sed ab ipso Domino debet proficisci interpretatio. Hæc enim debet regi à perpetuo usu; v. *Merend.* 2. *contr. XI.* ita ut contrarii actus absque contradictione gesti non extent; v. omnino *Böhmer supr. dict. Tit.* 4. §. 45. talis hic autem dari nequit. Ergo in ejusmodi casu figmentum merum est consuetudo interpretativa, quam etiam validis rationibus convellit Auctor *Confutationis Notitiæ actorum in Causa Castell. contra* Heßberg: Capite toto quarto. Porro si C Dominus aliquando à regula recesserit, & agnatum collateralem investierit, poteritne tale exemplum, etiamsi plura fuerint, regulam tollere, ita ut eandem gratiam largiri teneatur omnibus? Imovero quod contra rationem Juris introductum ad consequentias porrigi non debet. *L.* 14. ff. *de L. L.* Neque eousque valitura est ipsa consuetudo ut aut rationem vincat aut legem, inquit Imperator *L.* 2. *C. quæ sit longa consuet.* Plena probatio requiritur, si agatur de consuetudine contra legem probanda, *Lynker.* 2. *Resp.* 12. *num.* 30. *seqq.* Consuetudo, quæ agnatis concedit jus quæsitum ad feudi successionem, si à primo adquirente non descendant, neque pacto fuerit cautum, regulam juris communis feudorum non interpretatur, sed plane evertit, qualis vis consuetudinis esse non debet *dict. L.* 2. *C. quæ sit longa consuet.* Alia ratio est feudorum quorundam Curiarum, quæ sua natura sunt impropria. E contra Herbipolensia sunt masculina & propria regulariter; Cesset igitur in substrata materia consuetudo interpretativa, quæ *equum venditum, cum ephippio & gausape;* sive A ut loquar in materia substrata, quæ jura dominii directi adeo imminuit, ut reliquum vix cerni queat. Ita etiam diceret auctor consilii consuetudinem interpretativam, ut Vasallus libere feudum alienare possit & similia.

Neque hic ego moror qualitatem feudorum *oblatorum* vel *emtorum*. Ita sc. acsi offerens vel emens credendus sit non sibi solum & liberis, sed etiam deficientibus his, hæredibus collateralibus prospicere voluisse. Hæc omnia gratis asseruntur, à præclarissimis jurisconsultis dudum rejecta, ex quibus unum præ omnibus nomino *Hertium diss. de feud. Oblat. p.* 2. §. 40 *seqq.* Omnia ejusmodi feuda, nisi aliud pacto caveatur, regularem feudi naturam retinent. vid. *Struv. J. F. Cap.* 4. §. 15.

Ex his, quæ disserui hucusque, concludo, plenissimam requiri probationem ab asserente consuetudinem à natura feudorum tali modo recedentem. Hi vere sunt nostri appellantes! his inquam incumbet probatio fundamenti suarum exceptionum, & quidem non generice, sed specifice ad casum, in quo versamur, cum omnibus circumstantiis; sive in iisdem, in quibus controversia versatur terminis, vid. *Mev. part.* 4. *decis.* 3. in specie specialissima, ut ait *Lynker.* 2. *Resp.* 72. *n.* 28. adde *Merendam Lib.* 19. *controv. cap.* 40. ubi explosso *Mascardo concl.* 423. n. 15. qui tradit consuetudinem favorabilem ad casus similes extendi posse, probe docet consuetudinem ex factis deductam ultra limites factorum extendi non debere; adde *Surd. cons.* 164. *n.* 47. & *cons.* 183. *n.* 50. concluditque certum esse tenendum incertum dimittendum.

Probanda ergo foret consuetudo talis usu constanti per plures actus non interruptos consensu tacito Principis Domini feudi probata, quæ agnatis collateralibus à primo adquirente non descendentibus deferat successionem in feudo. Etiamsi (1.) In literis investituræ primæ collatum fuerit Vasallo tali formula: Und seinen Ehelichen Mann-Lehenbahren Erben, Nahmens Schildt und Helms von N. Etiamsi

(2.) Dominus feudi ex gratia singulari concesserit venditionem & emtionem, remissa culpa feloniæ ob venditionem absque consensu Domini, cum clausula: Doch dem Lehn-Herrn und Stifft ohne Schaden und Nachtheil. Etiamsi

(3) Posteaquam *Gregorius Pamphilus* ex linea collaterali investituram obtinuit, detecto errore per ipsos Possessores linearum investitarum, Dominus feudi ipsi expresse declaraverit, quod nihil juris in feudo isto ipsi competat, revocatis & cassatis investituris juxta adjunctum libelli.

(4) Ipseque *Gregorius Pamphilus* avus Appellantium tentaverit per viam obliquam retributionis, investituram simultaneam obtinere interventu agnatorum possidentium, juxta adjuncta except. n. 5. 6. adeoque ipse agnoverit se virtute solius agnationis succedere non posse.

Sane si moderni appellantes à Domino Episcopo in vim primæ investituræ, weil das Lehen

Lehen auf sie gefallen, investiti essent, & in casu sequenti aliquo simili Dominus feudi, consolidationem statuere vellet, tunc valere crederem argumentum de consuetudine interpretativa ex uno actu. Sed jam versamur in terminis plane aliis jam recensitis. Putavit Appellantium Advocatus, sufficere, si probaret, es sey des Stiffts Gewohnheit, wenn ein Lehn gegeben, Vasallo und seinen Ehelichen Erben, cum addita formula, Nahmens, Stamms, Schild und Helms, tunc per verba posteriora intelligi totam familiam. Hanc esse consuetudinem. Quam probationem si praestitisset, fecisset quidem aliquid, non tamen id, quod in terminis casus supra expositis s. in specie specialissima fuerat probandum, ad victoriam litis reportandam.

Examinabo tamen distincte quid quantumve probaverit pars Appellans: Aggressa est enim probationem in Except. versu: Solches nun zu beweisen etc.

Probatio prima per *confessiones judiciales* Herbipolenses excerptas ex Actis aliis & exemplis antiquioribus successionum feudalium in tribus familiis Nobilium **Truchses / Rotenhan / Weingarten /** parum ponderis conferunt ad casum praesentem. Loquuntur enim omnes articuli defensionales & assertiones Herbipolenses de casu specialissimo & contractu feudali expresso; negant vero expresse consuetudinem Curiae generalem. Vid. responsiones allegatas & productas in Act. prior. Adjunct. ad Except. n. 2. fol. 97. seqq.

In specie **beym Truchsessischen Lehns-Fall des Schlosses und Marckts Grossen-Langheim** artic. Defens. 205. fol. 97. verso 161. war in solcher Belehnung unter andern **lauter** *Capitulirt* (Junge den Truchsesischen Lehn-Revers de Anno 1510. ibid. in verbis fol. 101. & seq. porro artic. 206. fol. 209. verso, in verbis **das** *Pactum investiendorum agnatorum*) Artic. 207. fol. 113. daß in Krafft solcher Lehen-Machung geschehener Versehung, und NB. **sonderbahren Vorbehalts.** Gar nicht aber der vergeblich gerühmten Gewohnheit. etc. Confer articulos positionales in Consilio *Klokiano* 79. pag. 603. Vierdter Fall, cujus tamen numeri cum numeris defensionalium in nostris actis, non conveniunt; ratio, quia in Klokio allegantur numeri articulorum defensionalium non vero responsionum ad positionales. Collatis actis antiquis originalibus, quae evolvi diligenter,
[13] & hic sunt ad manus, concordant articulis positionalibus der **Truchsessischen** Lehns-Fälle in specie **Grossen Langheimer Linie** der 71te Fall artic. posit. 483. usque 504. Responsiones duplicae adjunctae sub iisdem numeris, sed quia sunt brevitate obscurae, ideo conferendi sunt artic. defensionales, in quibus casus omnes allegati im articulirten Beweiß discutiuntur & destruuntur, speciatim der **Truchsessische** Fall artic. 204. usque 209. qui cum excerptis in praesentibus actis plane conveniunt.

Die Rotenhanische Fälle betref-
A fend im Articul: Beweiß [13]: 20ster Fall 21. & 22. in numero articulorum 100. usque 116. responsiones sunt in [18] cum numeris concordantes, sed generales. Specialis refutatio in defensionalibus: Ibi: Eversio des 20sten Falls num. 72. seqq. Item des 21sten num. 78. seqq. des 22sten num. 89. usque 202.

Die Weingartische Fäll artic. posit. 125. 24ster Fall 25. 26. und 27ster.

Responsiones articulatae generales respondent numeris positionalibus, Defensionales vero numeris der F[ä]lle, und haben darneben ihre besondere numeros bey diesen Fällen num. 103. usque 119. Ubi videantur speciatim literae investiturae artic. 116. & 118.

Ex omnibus vero patet, pactum speciale de investiendis agnatis des gantzen Geschlechts accessisse, adeoque fundamentum probationis appellantis à confessionibus judicialibus Herbipolensium petitum penitus destructum esse. Agnovit pars appellans infirmitatem exemplo-
B rum in adjunct. ad Except. n. 2. allegatorum [44.] vid. Except. fol. 75. ibi. man liesse dahin gestellt seyn, ob und wiefern diese Casus in ordine ad probandam dictam consuetudinem fürträglich seyn oder nicht, weil solches hieher nicht gehöret. Ergo rectius ab ista allegatione abstinuisset adde fol. 87. Man begehre sich in hoc ordine dergleichen Exempel nicht zu bedienen. Cur ergo ad casus istos tanquam in terminis provocat? Quod addit: sondern nur derjenigen, wo die Lehn-Briefe auf Mann-Lehenbahre Erben verlauten, dennoch aber derer ersten Lehns-Ererber Descendenten die Agnaten von der Seithen mit ausdrücklicher Meldung, daß die Lehn auf sie ererbt, oder erstorben, oder erblich gekommen sind, succediret haben. An praesens Casus juxta tenorem literarum primae investiturae casui proposito conveniat, debebat ostendere Advocatus. Ego non existimo. Deinde quod ipse probare volebat per casus, ne quidem hoc probat, nullum enim casum allegat in specie, remittens judicem ad *Klokium*. Et sic pars appellata eum remittere potuisset ad *duplicam Herbipolensem* in Actis *Bibra contra* **Würtzburg.** Atque ita si ex praesentibus actis Judicium est faciendum, dicere oportet, fundamentum hoc exceptionum pro-
C batum non esse. Man beziehet sich auch fol. 87. auf viele bey einer Kayserl. Commission ausfündig gemachte Beweißthümer, sed quando, in qua causa, quove de objecto, nihil llegatur.

Suspicor ejusdem esse farinae, ut superiora; si enim intelligit acta Commissionis illius quae Anno 1609. ad instantiam Nobilitatis Franconicae decreta fuit, constituto Commissario *Wolfgango Comite in Hohenlohe* tunc Supremo Ordinis Teutonici Magistro, hac in Commissione consuetudinem non fuisse probatam, sed contrarium potius, tradit Auctor *Confutationis*, supra allegatae in causa *Castell contra* **Heßberg** in Conclusione opusculi. Dahero beklagter Theil auch declariret, Er wolle sich darmit nicht auffhalten.

Tametsi igitur mihi ignorare licebat

omnia illa, quæ in actis Bibra contra Würtzburg fusius fuere allegata utraque ex parte; Nihilominus ea in re operaparcere non volui, ut tanto certius de hac causa judicium facere possem. Est ergo consilium mihi pertractandi singula capita probationum ibi prolatarum, utraque ex parte, ut eo magis constet, an unquam consuetudinem probatam existimare queamus. Equidem in probanda consuetudine qua via incedere oporteat, & articulos formare, instruit Advocatum *Coler de process. Execut. part.* 1. cap. 3. n. 34. seqq. quo auctore usum esse suspicor *Schilterum Prax. Jur. Rom. Ex.* 2. §. 20. Præmittendum esse articulum generalem, quod talis fuerit antiquitus consuetudo. *Secundo* concipiendum esse artic. specialem de uno vel primo actu publice celebrato contra vel præter legem: *Tertio* articulos procedere debere ad continuationem hujus usus, per actuum frequentiam. *Ultimo*, deducendum esse, quod ista consuetudo in contradictorio judicio fuerit confirmata. *Conf. Ruland. de commiss. p.* 4. *L.* 3. *cap.* 3. Advocatus per collectionem variorum exemplorum teste volumine des articulirten Beweißthums Actorum Bibra contra Würtzburg, quod volumen, non integrum tamen, consilio supra dicto apud Klokium est additum, responsiones vero Herbipolenses plane omissæ. Advocatus noster solum Klokium secutus esse videtur, rem bene se gessisse existimavit, ex quibus tamen exemplis licet actus numerentur *centum quadraginta sex*, vix unus alterque aliquam saltem habet speciem. Plerique sunt impertinentes plane, *vel* ad ordinarium succedendi modum feudalem spectantes, *vel* ex principio huc minime quadrante, quod feudum commune inter fratres divisum factum fuerit novum, in quo tamen, deficiente una linea, collaterales successerint. Prout exempla omnia successionum aperte commonstrant, ex qua ratione potuisset colligere mille alios, ad probandam thesin tamen minime facientes.

In ordine voluminis sui probatorii incipit, à familia Nobilium de *Thüngen*, ex qua colligit casum 1. & 2. qui tamen pertinent ad feudum hæreditarium ad fœminas & hæredes quoscunque devolvendum, quod clare demonstratur in articulis elisivis. Erat enim res, ex patrimonio des Bischoffen und des Stiffts, ab initio data *Otto Voiten* von Saltzburg & uxori, Leib-Gedings-weise zu Lehn ad dies vitæ zu nutzen An. 1411. artic. defens. 1, 2. postea Anno 1427. auf seine Mannbahre Lehns-Erben, zu Ritter-Mann-Lehn artic. 3. defuncto primi acquirentis filio absque hæredibus & viventibus adhuc agnatis collateralibus, ist doch das Lehn eingezogen: artic. defens. 4. usque 8. Deinde datum de novo Nobili *Adolpho Marschall*; qui vendidit *Wilhelmo* von Schneeberg cum consensu Domini, & devolutum feudum justo successionis ordine ad *Michael* von Schneeberg qui vendidit consentiento Domino Conrado von Thüngen & fœminæ cuidam *Barbaræ* von der Kehr und ihren Erben art. defens. 9. usque 15. junct. Documento des Ausschreib-Briefs Devolutum ergo feudum *ad Bernhardum & Simonem* patrem & filium von Thüngen mit sonderbahrer Bewilligung des Lehn-Herrn. Hanc ultimam investituram allegat liber articulorum, quæ nihil ad consuetudinem probandam concludebat.

A Ex defensionalibus & historia primodii istius feudi patet naturam hujus feudi fuisse impropriam. vid. artic. defens. 18.

Sequuntur casus ex familia derer von Gich und Aschhausen. Qui sunt numero 3. usque 10. inclusive, ex quibus duo beym neunten und zehenden Fall videntur aliquam habere speciem, eo magis, quod nonnulla investituræ contineant formulam, und seinen männlichen Leibs-Lehns-Erben vid. artic. posit. 31. seqq. cum documento subjuncto. Præcedentes sunt successionis ordinariæ, vel ut supra ex familia Appellantium retuli ad casum factæ divisionis inter fratres pertinent, vide casu tertio artic. positional. 17. 20.

Der Vierdte, Fünffte, Sechste und Siebende Fall sind gantz impertinent, halten gar nichts in sich als Belehnung über einige von Chummet von Gich anerkauffte Güther.

Der Achte und Neunte ist gleichfals impertinent, indem solcher nichts begreifft als einige von Bischoff Lorentz an Chummet von

B Gich verliehene Lehn, welche dem Bischof und Stift heimgefallen waren, manifesto indicio cumulasse Advocatum casus, non vero quid ad rem faciant, emensum fuisse.

Was die obangeführte zwey scheinbahre Fälle in artic. 31. 32. usque 47. anbelangt, ist erstlich in artic. 33. der Casus dunckel vorgestellt, und bedarff viel Erleuterung.

Der Zehende Fall vid. artic. 42. seqq. hat auch Erleuterung vonnöthen; dann in dem Lehn-Brief artic. 42. wird kein Agnatus sondern ein Georg von Gich filius Christophori belehnt.

In artic. defens. wird nun der neunte Fall erleutert, daß bey dem Lehn-Brief Bischof Conradi, bey denen mit NB. bemerckten Worten: so etwa Hanß von Gich &c. in denominatione primi adquirentis ein Irrthum vorgangen vid. art. defens 29. usque 36.

Der Zehende Fall ist gleichfals erleutert artic. 37. seqq. per demonstrationem duorum fratrum primorum adquirentium, mithin justum successionis ordinem, darzu noch sonderbahre

C Vergleichung vid. artic. def. 39. 40.

Pergitur in familia derer von Adoltzheim.

Da werden recensiret der XI. XII. XIII. Fall. Alle drey Fälle bedeuten nur einen. Wie ex artic. posit 48. 49. 50. 51. zu erkennen. Der eigentliche Casus ist von allen drey Lehn Stücken art. 52. 53. daß nach Absterben des Sohns primi investiti von Adoltzheim seine Collaterales agnati Georg Sigmund und Valentin succediret. Dieser Articul wird dahin gesetzt, aber mit keinem Lehn-Brief bescheinet. In defensionalibus ist dahero nichts weiter angeführet worden, in responsionibus aber glaubt man nicht weiter wahr, als so viel die Lehn-Brieffe im Buchstaben erweisen.

* In der Bibraischen Familie wird der 14. 15. 16. 17. 18. Fall erzehlet, darunter der 14te ad casum de quo erat lis in causa Mandati gehöret. vid. artic. posit. 66. 68. 69. darauf in defensionalibus nichts, in responsionibus aber heist es, respective esse facti alieni, oder so viel die

Lehn-

Lehn-Briefe im Originali ausweiſen, ferner A **aber nicht wahr.**

Und ſo ſind auch die übrigen Bibraiſchen Caſus abgefertigt. Die Special Umſtände ſind reſpective in articulis poſitionalibus und defenſionalibus intricat, wenigſtens nicht ſo beſchaffen, daß daraus eine beſtändige Gewohnheit des Würtzburgiſchen Lehn-Hofs auf alle Ritter-Mann-Lehen gefolgert werden könne. Vaſtus foret labor ſingulos caſus examinare, quod etiam mei hoc tempore non eſt officii.

Dare volui ſaltem aliqua exempla, ex quibus ſatis patet, quam maxime imminuatur numerus derer 146. Fälle ſo ad probandam conſuetudinem angeführt werden.

Bey denen **Schaumbergiſchen** 19ſten Fall, wird in defenſionalibus nicht geglaubt, daß die letztbelehnte à primo adquirente nicht hergeſtammt.

Endlich ſoviel die Belehnung Biſchoff Melchiors in dieſen und andern Fällen in ſpecie bey B dem **Gebſatteliſchen** welche der 121.122. 123. alle drey aber auf eine hinaus lauffen, wird gemeldet, daß bey der damahligen Verſtörung des Stiffts per Albertum Brandeburgicum das Lehns-Archiv zerſtreuet worden, und leichtlich ein Irrthum ratione ſucceſſionis entſtehen können; wie dann die Worte der Belehnung gar ſonderbar lauten.

Die **Rotenhaniſche** Fälle num. 20.21.22. beruhen, in ſpecie der 20ſte, auf einer beſonderen Formul des reſpective Aufftrag und Lehn-Briefs auf alle **Mannliche und Mannlehnbahre Erben** und NB. **Nachkommen des Geſchlechts Rotenhan von Schild und Helm** v. Defenſional. 72. uſque 78. dergleichen in jetzigem Caſu nicht zu finden, anderer vorhin gemelten differenten Umſtände hier zu geſchweigen. **Der 21.** iſt Impertinent, quia ſucceſſio facta fuit vi ſimultaneæ inveſtituræ, vid. Defenſional. 78. uſque 88. **der 22.** ſimiliter; vid. defenſional. 89. uſque 102.

Ein **Guttenbergiſcher** Fall wird gezehlet n. 23. iſt gantz impertinent und darzu unbeſchienen.

Die **Weingarteniſche** Fälle num. 24. 25. 26. 27. beruhen ex pacto ſpeciali primæ inveſtituræ auf **das gantze Geſchlecht derer Weingarten** defens. 116. 118. der Lehn-Brief de Anno 1555. lautet alſo: Baſtian von Weingarten und ſeinen **des Geſchlechts von Weingarten** Mann-Lehns-Erben. Anno 1558. iſt die formul alſo: **und ſeinen Mannlehnbahren Erben von Weingartē.**

Der **Fuchſiſchen** Lehns-Fälle werden viele à num. 28. uſque num. 64. erzehlt. Deren mehriſte offenbahrlich gantz impertinent, und werden in defenſionalibus alleſamt, auch die ex artic. poſitionalibus einigen Schein haben könten, abgefertigt, theils haben Söhne den Vättern ſuccediret, theils ſind Agnati collaterales in prima inveſtitura, als ex pacto & providentia majorum, mit begriffen geweſen vide defenſiona 120. uſque 149. incluſive.

A Von den **Truchſeßiſchen** Caſibus welche in der Zahl ſind num. 65. uſque 86. iſt nicht vielmehr zu gedencken, als was bey dieſer Relation ſchon vorkommen, daß ſucceſſio agnatorum ex pacto & providentia majorum in prima inveſtitura geſchehen. Bey der **groſſen-Lanckheimer** Linie iſt der Caſus ſo beſchehen, daß ſolcher pro appellantibus tanquam in terminis ſehr übel angeführet wird, und obwohl die Worte: durch **andere ſeine eheliche Mannlehnbahre Erben** des Nahmens ꝛc. Zweiffel erwecken könten ſo wird doch ſolcher durch die immediate vorgehende Worte erleutert: in contractu feudali: **durch mich und meine eheliche Mannlehnbahre Erben / wo ich aber der nicht hätte / alsdann durch andere meine eheliche ꝛc.** Per quæ ultima verba non poſſunt non intelligi agnati collaterales. Bey der **Truchſeß-Wetzhauſiſchen** Linie iſt zu obſerviren, daß in Würtzburgiſchen defenſionalibus die Clauſula und ſeine **Manns Lehns-Erben des** B **Geſchlechts von Wetzhauſſen** de Collateralibus agnatis verſtanden werde; vid. defenſ. 219. 221. ſeq.

Von denen **Stieberiſchen Fällen** ſo n. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. erzehlet werden, iſt zu mercken, daß ſie gantz impertinent hieher gezogen werden, und auf den Statum quæſtionis ſich gar nicht ſchicken.

Wegen der **Seinßheimiſchen Fällen** num. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. werden die Umſtände in defenſionalibus gantz anders expliciret.

Königshoffen num. 101. 102. 103. 104. wird ex ſimultanea inveſtitura hergeleitet in defenſional. verba inveſtituræ **ſeine Mann Lehns-Erben / als dick das Noth wird / und in Fall komt ſolche Lehn vom Stift haben und empfahen ſollen.** Qualia verba dicuntur innuere inveſti- C turam ſimultaneam agnatorum defenſ. 247. 248. 249.

Melmershauſſen num. 105. 106. 107.
Rüd von Bodigheim 108. 109.
Hutten 110. 111. 112. 113.

Allenthalben iſt die accumulatio numerorum zu mercken, da aus vielen nur ein Caſus ſolte seyn formirt worden. Bey dem 112. **Huttiſchen** Caſu notentur verba inveſtituræ ſimultaneæ agnatorum collateralium. **Daß er, ſeine Erben und Nachkommen, ſolche Lehn hinführo ewiglich vom Stift zu Würtzburg zu rechtem Ritter-Mann-Lehn haben, tragen, empfangen, und deswegen thun / wie recht und des Stifts Gewohnheit und Herkommen iſt, ſolten und wolten.** defens. 256. it. defens. 257. **Daß er und ſeine Erben die hinführo zu ewigen Zeiten vom Stift zu Lehn haben tragen und empfangen ſolten.**

Creylßheim n. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120.

Gebsaltel 121. 122. 123. est spe- A
cialissimus, alias non occurrens ratione clausulæ, daß die Lehn ad agnatum, als Schild- und Helms-Genossen, gefallen. Vid. Defensional. 275. seqq. ubi errorem intervenisse asseritur. Addendo fuisse feudum pignoratitium defens. 295. Posito nullum intercessisse errorem, unus alterve casus non operatur consuetudinem universalem ad omnia feuda Herbipolensia.

Der 123. Casus ist gantz impertinent. vid. defens. 301. usque 312.

Seckendorff n. 124. 125. 126.
Wolffskehl n. 128. 129. 130. 131.
Truchseß Pommersfeld n. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138.

Dieses Truchseßische Fälle werden impertinent angezogen, quia successio ordinario jure delata

Steinische Fälle n. 140.
Miltitz n. 141.
Dobeneck n. 142.
Heßenberg n. 143. 144.
Zollner 145. ist Casus gratiæ specialis.

Geiger 146. ist der Letzte, und betrifft feudum fœmineum.

Ist also aus allen oberzehlten Fällen offenbahr, daß unter den 146. Fällen gar wenige nur einigen Schein, die mehristen impertinent, keiner aber von allen, neque singuli neque omnes simul sumti, consuetudinem assertam feudorum Herbipolensium, vermöge welcher die agnati auch in feudis novis, licet à primo adquirente non descendant, succediren, erweisen. Nam ad consuetudinem probandam plus requiritur quam recensio actuum istiusmodi. Quorum etiam nullus cum casu decisionis in causa præsente convenit. Wenigstens finden sich bey gegenwärtigem Casu solche Neben-Umstände, welche vorhin sattsam erzehlet, daraus die Difformität gantz offenbahr wird. Cum etiam ad consuetudinem probandam necesse sit probare usum perpetuum constantem & uniformem. Hoc requisito deficiente cadit omne fundamentum assertæ consuetudinis; varia enim rerum observantia consuetudinem non probat. C
Berlich 1. decis. 61. n. 2. 7. *Böhmer. Jur. Eccles.* L. 1. t. 4. §. 45.

Nun hat man Würtzburgischer Seithen im letzten Theil der Duplic-Schrifft in Actis Bibra contra Würtzburg §. **Hauptsächlich und zu Abwendung des offt angezogenen Gebrauchs** &c. &c. sehr trifftige rationes dargegen, und per varias Episcoporum successiones ab Episcopo Andrea Anno 1303. usque ad Episcopum Julium, cujus tempore ista lis peracta fuit, also von 300. Jahren her sehr viel notable Falle dargethan, worinnen die agnati collaterales in successione ausgeschlossen worden, und der Lehn-Herr das Lehn behalten, absque contradictione agnatorum, oder andern ex pacto speciali vel nova gratia verliehen.

Nempe Principum Episcoporum:

Andreæ XV. artic. 379. usque 403.
Gottfriedi VII. artic. 404. — 412.
Wolframi XI. — 414 — 490.
Hermanni I. — 491. — 494.
Ottonis — 495. — 500.
Alberti Graf von Hohenlohe XX. sind viel Fälle — 501. — 623.
Gerhardi — 624. — 671.
Johannis von Egloffstein 672 — 792.
Johannis von Brun 793. — 993.
Gottfridi von Limberg 994. — 1011.
Rudolphi — — 112 -- 1071.
Laurentii von Bibra 1072 — 1120.
Conradi von Thüngen 1121 — 1128.
Conradi von Bibra 1129 — 1132.
Melchioris Zobels. — —
Friderici — artic. 1160 — 1173.
& sunt de Anno 1560 — 1568.

NB. Die Numeri sind Articulorum non vero singulorum Casuum. Unius cujusque casus historia in pluribus articulis recensetur,

Tandem Episcopi Julii dessen letzter Fall mit dem Grafen von Isenburg erzehlt wird, und gar notabel ist.

Concluditur es sey kein eintziger Bischoff gewesen, der in Lehns-Sachen jus dominii directi circa consolidationem nicht ob- B
servirет. Tantum abest, daß der Ritterschafft eine demselben wiederwärtige Gewohnheit einzuführen zugelassen worden, massen in die dritthalbhundert Fälle articulirt, so dieser Gewohnheit zuwider lauffen, darunter biß in 91. befindlich, bey welchen die Lehn auf Abgang der Linien primorum adquirentium etiam invitis agnatis eingezogen, ja wohl gar sententiâ judiciali wieder dieselbe erhalten worden. Notentur hic casus tempore Episcoporum *Wolframi Gerhardi & Johannis*, wie das Guth Guntzendorff, so zu Bischoff Wolfframs Zeiten vermannet, agnato **Ochsen** Anno 1326. von neuem geliehen worden.

Wie ab eodem Episcopo die Güther **Wiedern und Ballenbach** cum exclusione agnatorum Comitum in Eberstein Graf Gottfrieden von Hohenlohe verliehen.

Wie Bischoff *Johann* **von Egloffstein**, das Schloß **Speckfeldt**, Graf Johann von **Hohenlohe** Anno 1402. zu Lehn gegeben und mit ihm die von **Castell** und **Limpurg** pro parte belehnt worden.

Bey Episcopo eodem notetur Casus mit dem Schloß **Bimbach**, so die von **Lemblin** gehabt, welches facta Consolidatione denen **Füchsen** verliehen, und per sententiam vor dem Ritter-Lehn-Gericht contra agnatos gesprochen v. artic 768. seqq. quia non poterant simultaneam investituram probare.

Notetur etiam casus in familia *Truchsessiana* de simultanea investitura expressa fratris An. 1436. artic. 820. & seqq. Notetur tempore Episcopi Johannis de Brun, Sententia contra agnatos in contradictorio. v. artic. 932.

Perlustratio totius operis articulorum à num. 357. usque 1202. satis docet actus consuetudini assertæ maxime contrarios, qui totum fundamentum actionis Nobilium de Bibra subruebant & hodie fundamentum appellantium evertunt. Si quæratur, quid ad hos actus responderit Actor *de Bibra*; Anno 1606. Ex triplica constat, nihil respondisse, sed ad possessorium uncè per axioma: Spoliatum esse restituendum ante omnia, confugisse. Putabam ego referentem apud *Klokium* aliquid protulisse memoratu dignum adversus has in duplica Herbipolensi editas & responsiones & probationes;

Sed

Sed ibi legitur num. 437. pertinere ad petitorium. Imo duplicativi scripti nequidem meminit, sed num. 442. saltem libri sub [26] 30. April. 1612. producti, cujus contenta dicit esse magna ex parte annotationes privatas, Casus adductos non concludentes. Hoc vero in causa adeo ardua singulatim erat ostendendum, non vero omnia in follo rejicienda; Sane probationes actoris erant multo minoris ponderis.

Proinde absque hæsitatione concludo, consuetudinem assertam neque in illis actis antiquioribus, per supra dicta, multo minus per ea, quæ in præsentibus actis sunt prolata exempla, esse probatam. Tandemque ut dicam quod res est, casum nostrum ab omnibus illis, quos continet volumen des articulirten Beweises, in Circumstantiis & primæ investituræ & subquentibus actibus plane differre.

Agnovit olim Advocatus Nobilium *de Bibra* differentiam casuum, vide die Replic-Schrifft [12] §. **Denn es wird nicht gestritten** rc. qui tamen in sequentibus verborum æquipollentiam pro sua intentione laxe nimium intelligere videtur.

Agnoscit pars nostra Appellans v. Except. fol. 75. & 87. **Daß** die angeführte Casus ad consuetudinem probandam nicht hinlänglich, & tamen ibidem ad eos apud *Klokium* recensitos provocat; Fundans exceptionum fundamentum præcise in Confessione judiciali Herbipolensium, vid. Except. fol. 73. vers. & fol. 84. Scil. quia ad consuetudinem probandam actuum aliquorum enarrationem non sufficere agnoscebat, ideo confessionem adversarii probationis loco allegare voluit. Perperam omnino & erronee. Totus processus antiquus demonstrat contrarium. Agnovit ulterius, vid. Except. fol. 76. verso: quod in literis primæ investituræ verba **ehliche Manns-Lehnbahre Erben**, freylich auf die Descendenten; Die folgende aber, **Nahmens, Stamms, Schild und Helms** auf die übrige Agnaten zu referiren. Scilicet, quia alias essent verba otiosa & superflua. Ex hac positione sola succumbet pars appellans per argumenti retorsionem. Si priora verba ad solos spectant descendentes, collaterales non succedunt. Si sequentia possunt esse, prout revera sunt, explicativa, non inferunt necessario sensum specialem, multo minus involvunt, pactum simultaneæ investituræ; quia eo tempore Episcopus Julius, volebat omni studio istiusmodi extensiones præcavere, hinc in literis investituræ Jura sua dominica expresse reservavit, h. e. extensionem permittere noluit.

Concludo igitur hunc mei voti articulum, dicendo: quod meâ sententiâ pars rea, & appellans consuetudinem assertam, minimùm in terminis casus præsentis, non probaverit, neque in se, per legitimas probationes actuum, multo minus vero per confessiones judiciales Episcoporum Herbipolensium, in quo præcise ponitur Exceptionum fundamentum.

Quod enim ulterius allegat acta in Sachen **Adolsheim** *contra* **Würtzburg:** Item **Heßberg** *contra* **Castell**, cum ea in re præter nomina rubricarum nihil allegatum sit à parte rea, mihi de istis Casibus facere licebit idem judicium, quod feci de præcedentibus.

A Hoc tamen animadvertendum puto, casum illum **Heßberg** *contra* **Castell**, vel ut in Camera fuit Rubrica, **Castell** *contra* **Heßberg**, infeliciter plane allegari ab Advocato. In prima instantia Pares Curiæ Feudalis Domini Comitis Castellensis, electi ex Nobilitate Franconica, contra Dominum Feudi pronunciaverant Anno 1590. Sed ab hac sententia per appellationem Comitis ad Camerale Judicium causa fuit deducta, non tamen decisa.

Agebatur de feudo Curiæ non Herbipolensis, sed Castellensis, ab illa ad hanc argumentationem fecerant appellati, sed negatum fuit suppositum utrumque à parte appellante. Et cum in progressu causæ lucem vidissent Consilia illa adoptiva Klokii, cum relatione Rustiana; ad ea scripta, & *Webneri* tradita, de quibus infra aliqua dicturus sum, strenue provocarunt appellati. Cum primis vero ad testimonia nonnullorum ex Nobilitate, prout constat ex scripto Hesbergiano sub titulo *Notitia Actorum* in causa Castell contra Hesberg Appellationis. Quod prodiit Anno 1676.

B Quorum omnium refutatio, & mea opinione argumentis minime vanis continetur in scripto Castellensi, cui titulus: **best-gegründete** *Confutatio Notitiæ Actorum*, quod editum est *Anno* 1688. ubi Dicta testium examinantur Cap. 6. per totum. Ex quo scripto duo saltem huc transferre volui, quorum *Unum:* Notabiles literæ testimoniales Herbipolensis Episcopi. *Joh. Gottfridi* 8. Jan. Anno 1687. in quibus consuetudo Curiæ Herbipolensis allegata, pure negatur. Est adjunct. num. I. *Alterum*: Ex conclusione scripti, ubi fit mentio der Anno 1609. ausgewürckten Kayserlichen Commission his verbis: Weil nicht nur die von der gesammten Fränckischen Ritterschafft in Anno 1609. auf des damahligen Herrn Teutschmeisters zu Mergenthal Hoch-Fürstl. Gnaden, und Herrn Wolffgang Grafen von Hohenlohe ausgewürckte, und ad indagandum allegatam consuetudinem Franconicam abziehlende Commission, sondern auch die sub *Num* 7. & 8. hier beygefügte offenhertzige schrifftliche Bekäntniß eines vornehmen Fränckischen Ritter-Gliedes am Ohrt Oden-
C waldt so viel an den Tag leget, daß öffters besagte Consuetudo Franconica noch zur Zeit anders nichts als ein Non Ens, ein suave somnium, und eine solche Gebuhrt seye, wormit die Fränckische Ritterschafft über anderthalb Secula schon zwar schwanger gegangen seye, selbige aber dato noch nicht an des Tages Licht habe bringen können. De eventu causæ, didici ex Protocollo actorum, ab introducta appellatione ultra Seculi spatium, post varias actorum redintegrationes & reassumtiones causæ Anno 1702. 27. Octobr. ultimam sententiam latam esse in puncto formalium redintegrationis, præterea actum nihil, adeoque causam mansisse non decisam. Frustra ergo ad istas probationes partis unius, quasi essent omni exceptione Majores, provocat Advocatus causæ præsentis.

De altera Causa **Adolzheim** *contra* **Würtzburg**, præter ea quæ in Klokii operibus supra nominatis leguntur, & in meris narratis partis unius consistunt, nihil reperire po-

tui. Quidquid sit, consuetudinem *tenaciter servatam* (verba sunt textus. *L. f. C. quæ sit longa consuet.*) per actus singulares probatam non esse, neque legitime probari posse, concludo.

Majorem habet speciem probatio sequens, Petita à declarationibus expressis der Bischoffen zu Würtzburg de Anno 1565. und 1581. per adjunct. n. 7. 8. fol. act. pr. 140. seqq. Dieser declarationen gedencket auch der Auctor dicti Consilii in Collectione Klokiana pag. 566. n. 120. & p. 569. n. 146.

Verumenimvero istas declarationes, prout eas pars rea allegavit absque probatione parum relevant; rem ita actam esseDominus Episcopus non confitetur in actis præsentibus, quia in Archivo non reperiantur; vid. Replic. n. Act. 25. fol. Act. 164. ibi: **belangend die beyde** *adjuncta* &c. auf welche replicirende Antwort hat beklagter Theil in duplica n. act. 32. (in welcher übrigens priora repetirt, und über dem Verstand des ersten Lehn-Briefs, auch des Consilii beym Socino jun. weitläufftig discurriret wird) nichts weiter, als fol. 189. eine bloße Beziehung auf die unbeglaubte Beylag n. 7. & 8. eingewendt, ohne sich zur Production, des völligen Innhalts in beglaubter Form zu offeriren, so möchte mann, aus diesen actis allein davon zu urtheilen, dieses allegatum noch zur Zeit bey seinem Unwehrt billig bleiben lassen, und contribuiret zum Beweiß der gerühmten Gewohnheit um destoweniger, weil die obangeführte judicial-declarationes in articulis defensionalibus, welche in der Zeit nicht gar weit von einander zu seyn scheinen, das pure contrarium in sich halten. Worzu komt das augenscheinlich irrige allegatum beklagten Theils in folgendem Beweißthum:

Quinto einer am 29. Jan. 1567. geschehenen seyn sollenden judicial-Bekäntniß von Würtzburgischer Seithen in causa **von Berg** *contra* **Würtzburg** fractæ pacis, worinn der Auctor exceptionum den 9ten Articul cum responsione, **glaub nicht wahr** ausgelassen, der doch eigentlich hieher gehöret, und nur die Würtzburgische Antwort, **glaubt wahr**, auff den 10. Articul dahin gesetzt, wie solches in replica fol. Act. 164. gantz klar vor Augen gelegt wird, und die Original-Acte bezeugt.

Verba articuli noni: wahr, auch ein bey den Stifftern Bamberg und Würtzburg kundiger offenbahrer Lehns-Gebrauch und Gewohnheit, auch weiter über Menschen Gedächtniß wohl-Herkommens, daß keine Ritter-Lehn den Stifftern heimfallen, so lang einer des Schilds und Helms am Leben.

Responsio **Glaubt nicht wahr.**

Verba artic. X^{mi} wahr, daß auch unter die Ritter-Lehn in beyden Stifftern, obs alt-Vätterliche oder neu-erkauffte Lehn in Erbschafften kein Unterschied gehalten werde;

Responsio: **Glaubt soviel den Stifft Würtzburg belanget, wahr.**

Eben so hat es mit diesem nehmlichen allegato der Bibraische Advocatus Anno 1605. in replica gemacht; es ist ihm aber schon damahls der Gebühr nach in duplica begegnet, wie jetzo Herr Kläger auch in replica gethan, darauff A jetzo Beklagter und Appellantischer Theil in duplica sich gar schlecht beholffen, fol. 188. verso, daß der Articulus, welcher negative beantwortet worden, nimis generalis, captiosus & multiplex gewesen. Dahero in replica Herbipol. dict. fol. 164. nicht unbillig diese Allegation als hinterhältig gestrafft wird; wiewohl denen Beklagten und Appellanten sambt ihrem Schrifft-Steller solches leicht zu verzeihen ist, sintemahl diese Allegation nicht ex actis, sondern aus dem Consilio *Joachimi Müllers* Licentiati, welcher der Autor ist des Consilii LXXIX. beym Klokio Tom. 4. wörtlich genommen worden, vide ibi pag. 569. welcher Auctor Anno 1606. gleichfals nicht anders als ad relata der Ritterschafft in Francken in ihrer Relatione historica respondirt hat. Dergleichen Arth ist auch das Responsum LXXX. cujus auctores fuere *Henricus* **Rosenthal und Goßwin Stattmann**, damahls Practici zu Speyer, Anno 1605. ad narrata interrogantium gegeben, welche in judicando diesem höchsten Gericht keine Regul oder Glauben ihrer allegatorum geben können.

B Ponamus autem, (ut redeam ad declarationes allegatas) ex authentica probatione constare de veritate supradictarum declarationum Episcoporum respective Friderici & Julii; (dixi enim in narratione, quod ex actis antiquioribus de veritate rei ita gestæ constet.) Non tamen puto per eas concludi thesin, quam defendit pars appellans: **Daß die** *Agnati Collaterales*, **Nahmens / Schild und Helms / ob sie schon** *in prima investitura* **nicht** *expresse* **genennet / bloß darum / weil darinn denen ehelichen Mannlehnbahren Erben mit dem Beysatz / Nahmens / Schild und Helms / das Lehn aufs neue verliehen wird / nach Abgang der** *Descendenz primi adquirentis succedi***ren müssen.**

Hic enim præcise est quæstionis status. Siehet man die Bischöffliche angezogene Erklährungen an n. 7. 8. adjunct. ad Except. oder beym Klokio loco citato oder vielmehr ex actis C antiquioribus *Bibra contra* **Würtzburg** in völligem Inhalt [14] & [15] producirt. So bedünckt mich, daß obgemeldter Satz darauß nicht, am wenigsten aber Confessio extrajudicialis der Herrn Bischoffen zu Würtzburg fließe. In num. 7. solle Anno 1564. die Ritterschafft begehrt haben (der Ritterschafft übergebene Schrifft ist dabey in forma nicht vorhanden), es sey vor undencklichen Jahren herkommen, daß alle Lehn **neue** oder **alte** bey des Lehn-Trägers Geschlechts Agnaten, so lang desselben Stamms, Nahmens, Schild und Helms-Erben vorhanden, unverfallen verblieben, und denenselben geliehen werden. Welchen Gebrauch zu erhalten und Neuerung zu verhüten, auch einem Vertrag einzuverleiben gesucht wird. Hæc verba, etiam de familia sive descendentibus à primo adquirente absque absurditate intelligi possunt, ita ut non opus sit indagatione vel probatione difficiliori primi adquirentis. Confirmatur hæc interpretatio ex gravaminibus Episcopo Julio Anno 1581. porrectis. Adjuncto n. 8.

Hoc

Hoc enim foret mea opinione plane à jure feudorum alienum, daß in einem jeglichen neuen Lehen, ein Collateralis, der in prima investitura nicht benennt, bloß wegen Gemeinschafft des Nahmens Schild und Helms succediren solte, cumprimis quando primus adquirens ejusque descendentes sunt certi, indubitatumq; quod aliquis à primo adquirente non descendat. Quotusquisq; enim est qui persuadere sibi posset, omnes investituras intelligi debere, esse factas in gratiam omnium collateralium primi adquirentis? Neque ego hac in materia respiciendum mihi esse existimavi ad *Wehnerum* in observationibus practicis, de quo mox plura sum dicturus. Declaratio Episcopi Friderici Anno 1565. est talis: **Bey dem vierten Articul**, daß der neu erkaufften Lehn halber so hiebevor alte Stamm-Lehn gewesen, **wie hiebevor es bey dem Stifft gebräuchlich** / solle geliehen, und keine Neuerung vorgenommen werden. Hæc declaratio nihil definit sed ad consuetudinem curiæ sese refert: Ergo frustra ex hac declaratione probatur thesis appellantium. vide *Acta* **Bibra** *contra* **Würtzburg** [18] in duplica, §. **So wird sich auch ab der andern weyl. Bischoff Friederichs** rc. Das Guth quæstionis ist ein neu erkaufftes Lehn, aber von zwey Gebrüdern *Pamphilo & Albino* von N. allein ohne Zuthun des dritten Bruders *Sabini*. Porro ist solches nach Absterben G. P. von O. Anno 1691. heimgefallen declariret, und zweyen von W. Vatter und Sohn successive, so dann denen beyden Gebrüdern Pamphilo und Albino verliehen worden. Ergo est feudum novum. Declaratio Episcopi est generalis, multis explicationibus dubiis obnoxia, thesin appellantium minime probans.

Altera declaratio Episcopi Julii de Anno 1581. ad casum præsentem minus quadrare videtur, quia agit saltem de onere probandi primum adquirentem scil. in feudis antiquis, ubi primus adquirens est dubius, und daß petens investituram von ihm abstamme. In quo casu nos notorie non versamur.

Inprimis vero notandum, posito etiam casu, per hanc declarationem datum aliquid concessumque fuisse Nobilitati, si totus tenor inspiciatur, patet esse mere conditionatam, per verba §. **doch mit der ausdrücklichen** *Protestation*, **Bedingung und Vorbehalt** rc. item §. **alsdann und nicht ehe wollen** rc. & in fine: und haben denen von der Ritterschafft solches alles mit ausdrücklicher Repetirung und Erhohlung obangeregter Protestation, Bedingung und Vorbehalt &c. De implemento nullum est in actis documentum. Hinc in causa proxime sequente judiciali strenue impugnavit Dn. Episcopus consuetudinem allegatam. Adde literas Episcopi Herbipol. ad Episc. Bambergensem occasione des Vibraischen Falls in actis illis [7] ubi mens & intentio declarationis explicatur. Auctor relationis apud Klokium nimis fuit facilis ad amplectendam interpretationem Advocati in articulis replicatoriis, als ob die Fürstl. Erklährung im 4ten Punct die Lehn betreffend nicht conditionirt wäre, vide in relat. n. 277. seqq. secutus Consilium quod deinde publici juris fecit Klokius, ubi eadem leguntur n. 120. Ast verba & prodromi & Epilogi aliud plane docent, und siehet man klährlich, daß declaratio existentis consuetudinis welche von der Ritterschafft gesucht worden, nach ihrer Intention nicht erfolgt sey.

Tandem, ut hujus materiæ illustrandæ gratia nihil prætercam, de traditis apud *Wehnerum* in Observationibus pract. rubrica **Kreyß** speciatim ubi de Franconico circulo sive Francia Orientali agit: Necnon de relatione supra dicta pro statu assessoratus apud. *Klock. relat.* V. aliqua commemorare volui.

Advocatus Appellantium istis argumentis non est usus expresse, cum tamen ex Wehnero petere nonnulla potuisset, credidit forte rem alias esse satis notam.

Totus Wehneri discursus ex relatione aliorum de jure Nobilitatis Franconicæ compositus esse videtur. Wenn aber in probanda consuetudine denen Zeugnißen derer von Adel in proprium commodum vom Ober-Richter glauben beygelegt werden solte, vid. Wehner. §. *Neque hoc obstat &c.* verendum est, ne objiciatur, hanc extensionem cum tertiorum præjudicio conjunctam esse.

Requisita prædicta probandæ actionis sunt tritissima, recensita in omnibus juris systematibus, speciatim quoque à *Mynsing.* Resp. X. sub initium. Ergo non opus erit, ut auctoritates B legum & JCtorum in re tam decantata hoc loco repetantur.

Videndum potius de probatione ipsa, quæ ut clarius exponatur, animadvertendum erit inprimis litis objectum ejusque differentia.

Objectum litis, si petitum libelli consideremus, est admodum generale. Petunt Actores, ut declarentur heredes **aller von** *Friderico juniore* qui defunctus est Anno 1575. **herrühren den** Mobilien & immobilien, **der Eigenthums-Güther**, h. e. allodialium, præter fideicommissum, reosque ad restitutionem cum fructibus condemnari. In replica etiam ad fideicommissa extenditur oratio, sed tamen petito adhuc generaliori. Ergo *hereditas dicti Friderici junioris* **von Flörsheim** est litis objectum. Corpora, cumprimis immobilia, non nominantur. Jus hereditarium derivatur ab *Anna Elisabetha filia Friderici junioris* defuncta ante parentem Anno 1567. à qua in linea recta Actores descendunt.

Quodsi ex narratis citationis [12] tum vero C scripti [28] quod libelli loco esse supra dixi, & replicæ [65] nec non ex productis ad acta Responsis, cumprimis Heidelbergensi [48] de objecto aliquo speciali fideicommissi sit sentiendum, erit forte **das Guth Lammersheim** / quod post mortem *Joh. Philippi de Flörsheim ad Philippum Franciscum* Agnatum unicum superstitem & successorem fideicommissi pervenit. Verum id objectum scil. prædium **Lammersheim** in actione provocatoria sive citatione [3] non est comprehensum, sed tantum hereditas allodialis; tutos enim se putavere citationem impetrantes quoad fideicommissaria bona per sententiam Heidelbergensem [10]. Neque actores petitum direxere ad objectum aliquod speciale & nominatum, sed manserunt in generalitate; nobis tamen licebit specialius & nominatim actionem ad ea, quæ forte intellecta fuisse credam, dirigere.

Non perperam itaque Reos objecisse puto Actoribus libelli generalitatem, vid. Except. [47] fol. 6. 7. nam post intervallum totius seculi & plurium annorum utique demonstranda erant immobilia & mobilia, quæ ex hereditate Friderici junioris peterentur, ubinam essent sita & in cujus possessione.

De aliis bonis mobilibus non apparet ex actis indicium ullum, quod sint in actionem deducta vel intellecta. Constat equidem ex dispositione fratrum de Florsheim Anno 1548. inita & in copia Lit. A. adjuncta, quod tria prædia fideicommisso comprehensa fuerint, quæ, an ad *Philippum Franciscum* ultimum masculum familiæ pervenerint omnia, ex actis non liquet, de prædio *Lammersheim*, quod ad eum pervenerit, certum est. vid. transact. Anno 1650. [46] Quis nactus sit reliquorum possessionem, post extinctam cum Phil. Francisco stirpem masculam Florsheimianam, ex actis multo minus constat. Sunt autem nonnulla bona fideicommisso comprehensa haut dubie inpræsentiarum jurisdictionis Gallicæ. Illud certum est, quod nullum ex istis prædiis pervenerit ad sorores *Joh. Philippi*, quorum mariti vel liberi sunt Rei; Nisi forte Comes Kolb de Wartemberg alias atq; alias partes titulo singulari acquisiverit, quod cum aliqua verisimilitudinis specie allegatur in literis productis [94] Mirum est, quod Actores hos saltim Reos conveniant, non vero eodem ex fundamento hereditatem *Joh. Ehrhardi & Tiburtii* petant pro rata.

Nostrum jam erit actioni & petito inhærere, & unice quæstionem fundatæ vel non fundatæ actionis pro hereditate Friderici junioris consequenda decidere. Igitur probatio juris hereditarii Actorum sequentibus absolvitur probationibus.

(1.) *Fridericus junior* habuit filiam *Annam Elisabetham* desponsatam *Casparo Lerch* de Durmstein, ex cujus filiabus Agnete & Elisabetha descendunt Actores **von der Hauben / Leyser / Bubenheim & Schütz von Holtzhausen** / vid. Tabulam genealog. IV.

2.) In dispositione antiqua Florsheimianorum Anno 1548. lit. A. ita legitur dispositum: **Daß nachgeschriebene Häusser immer und ewig beym Stamm Flörsheim Manns-Geschlecht in absteigender Linie verbleiben &c. &c. Doch wo Töchter viel oder wenig von unserer Vettern einen** (scil Friderico juniori, Joh. Ehrhart, **und** Tiburtio) **vorhanden, soll denenselben ihr Erb-Gerechtigkeit** NB. **an andern Eigenthums-Güthern ohnbenommen sondern vorbehalten seyn.** Ergo si constituentes fideicommissum interrogati fuissent, an non extincta stirpe mascula etiam filias in bonis fideicommisso affectis favore stemmatis masculi succedere voluerint, haut dubie responsuros fuisse affirmative pro redintegranda successione etiam fœminarum in infinitum: Hoc est fideicommissum tacitum vel in mente retentum, quod Actores judici persuadere nituntur, accedente cumprimis argumento sequenti ex pacto reservativo Annæ Elisabethæ, scilicet

3. Anna

3.) Anna Elisabetha renunciavit accepta dote Anno 1560. auf alle ihr Vätterlich- und Mütterlich Erb, alldieweil ehelich Manns-Geschlecht so von ihres Vattern Leib herkommen, vorhanden sind 2c. 2c. Wann aber kein Manns-Lehns-Erb à patre vorhanden, soll sie desselben unverziehen seyn; Legatur integer textus ex pactis dotalibus [45] [50] versu: Auf das alles soll ihr *Anna Elisabetha* &c. &c.

4.) Cum ergo mascula posteritas *Friderici junioris in Hans Philippo* Anno 1650 fuerit extincta, sequitur, quod conditio resolutiva renunciationis & exclusionis *Annæ Elisabethæ*, & jus ejus tanquam filiæ hereditarium tantisper quiescens exsuscitatum fuerit, proinde actores ex jure *Annæ Elisabethæ* pro coheredibus æquali jure cum Reis habendos esse, vid. [28] adde Replicam fol. 9. ubi æqualitas gradus iterum allegatur.

Hoc est fundamentum actionis respectu juris hereditarii; De quo priusquam dicam, opus esse credidi ante omnia, de possessione Reorum aliquid commemorare. Nam ad victoriam litis necesse est, ut Actor probet, Reum possidere, & quidem pro herede vel pro possessore. Etsi vel maxime bonum esset fundamentum juris hereditarii, tamen, nisi etiam de possessione constaret, frustranea foret & non fundata contra citatum actio.

Itaque probationem possessionis aggrediuntur Actores sequenti argumento:

(1.) Ex conventione Anno 1650. inita à sororibus (vel sororum liberis) *Joh. Philippi* ultimi masculi ex descendentibus à Friderico juniore, cum *Philippo Francisco*, quæ conventio producta per ipsos Reos in actione provocatoria; vid. [46] idem documentum est [59]

2. Ex literis comitis de Wartenberg ad Dn. Marggravium Badensem [69] ubi fit mentio generalis, daß der von Hauben sich in possession des Flörsheimischen Hausses zu Landau und anderer Flörsheimischen Fideicommiss-Güther lite pendente setzen wolle.

Bina hæc documenta id, quod probandum erat, minime probare existimo. Nam licet conventio [46] doceat, sorores Joh. Philippi successisse fratri in allodialibus, non tamen probat, quod possessio hereditatis allodialis Friderici junioris fuerit penes ipsos, vel adhuc sit. Hoc objecere Rei dudum Actoribus antea cum exceptione fori in judicio Nobilitatis juxta [87] [88] ut proinde male concludant Actores ex his productis ad confessatam possessionem hæreditatis *Friderici junioris* de *Flœrsheim*. Nam integri seculi decursu allodialis hereditas *Friderici junioris*, qui plures habuit utriusque sexus liberos, multas potuit habuisse mutationes, prout varios habuit dominos ex descendentibus masculis. Multa possunt esse à sequentibus heredibus acquisita, ut proinde ex istis documentis omnibus minime probetur ista thesis: *Vos Rei conventi estis possessores hereditatis allodialis Friderici junioris*. De fideicommissis plane nihil inferri potest ex documento [46] adversus Reos, sed potius contrarium, quod fideicommissum dimiserint heredi fideicommissario, vocato expresse in constitutione fideicommissi.

Sed neque alterum documentum [69] vel [82] probanda probat. De domo zu Landau & annexo prædio, in Camera nulla est lis, quia fuit portio fratris medii *Joh. Ehrhardi* à Flœrsheim, vid. [48] lit. A. sed hic agitur de hereditate *fratris Senioris* ex tribus filiis *Bechtoldi*, scilicet *Friderici*. Ipsa domus cum prædio est in territorio Landaviensi, adeoque jurisdictionis Gallicæ. Der übrigen Flörsheimischen Güther wird in gedachten Schreiben generaliter gedacht, aber nichts specifice von denen, welche Fridericus junior besessen; sintemahl, was das Guth Lammersheim betriefft, gewißist, daß die Beklagte, Schwester-Kinder Hans Philippi à Flœrsheim, das Guth Lammersheim nicht besitzen; dann es ist post mortem *Hans Philippi* an *Philipp Franz* von Flörsheim gekommen, sowohl vermöge der Fideicommiss-Disposition [48] lit. A. als besage des Vergleichs [46] welcher *Philipp Franz* an seinen Enckel ex filia Anna Elisabetha transferirt, und ist hernach ad tertios possessores titulo singulari pro 10000. fl. gekommen, welche in hac lite nicht begriffen, sondern von itzigen Klägern vorhin zu Heydelberg belangt worden, aber ein obsiegl. Absolutions-Urthel erhalten [10] welches Urthel pro re judicata gelten muß, also daß die Besitzer des Guths Lammersheim von jetzigen Klägern actes liberas haben. Quoad hoc objectum certum est, actionem in suis requisitis probatam non esse, neque etiam probari posse, quia res in facto ita, ut dixi & ex actis docui, sese habet.

In puncto allodialium der andern Eigenthums-Güther ist der Beweiß quod Rei possideant, auch nicht gegründet; und gleichwie gantz ungereimt seyn würde, zu prætendiren, daß alles, was *Hans Philippi* Schwestern von ihrem Bruder ererbet, ex hereditate *Friderici junioris*, welcher bey 65. Jahr vorher verstorben gewesen, hergerühret, also muß in tali actione reali allerdings specialior probatio geschehen objecti, scilicet rerum, quæ ex hereditate *Friderici junioris* petuntur, *v. Mev. p. 3. d. 290.* In producirter Special-Theilung der Flörsheimischen Gebrüder [30] vel [56] hat **Friedrich von Flörsheim** auf seinen Antheil an Renthen in allem 835. fl. bekommen, hingegen 3. Töchter jede mit 1000. spec. Rthlr. ausgestattet und ausgesteurt. Der *Annæ Elisabethæ* Ehe-Geldt ist hernach an die Lerchin von Durmstein cedirt worden; v. narrata in Except. [47] fol. 25. usque 29. Beklagte, modo der Herr **Graf von Wartenberg**, negant possessionem hereditatis *Friderici junioris*, v. Except. [47] fol. 6. 7. & Duplic. [46] fol. 14. Actor hoc requisitum, quod ad fundandam actionem necessario probandum erat, non probavit; Und gesetzt Rei possiderent rem aliquam hereditariam, tamen non sufficit probare possessionem solum, sed quod reus possideat pro herede vel pro possessore, nam si alio titulo possideret, hæc actio non haberet locum: Atqui hereditas allodialis possidetur tanquam hereditas *Hans Philippi* fratris, cujus proximi heredes erant sorores vel earum liberi, ergo non possident pro herede vel pro possessore.

sessore. Hereditates istæ per seculi decursum multis modis sunt confusæ, de inventariis confectis nihil constat, hinc separatio impetrari non potest *L.* 1. §. *praeterea* ff *de separat.* Fideicommissum vero aliquod tacitum, quod ab Actoribus allegatur, nulla plane probatione nititur, id quod ex sequentibus, quæ in medium proferam, magis elucescet.

Proinde concludo, actionem in suis requisitis, quantum ad possessionem Reorum, non esse probatam.

Hoc licet sufficeret ad sententiam absolutoriam, quia tamen in mentem cuiquam venire posset, hanc probationem minimum circa allodialia, die andere Eigenthums-Güther, forte adhuc quodammodo suppleri, vel perquisitionem corporum, bonorum mobilium & immobilium quæ à *Friderico juniore* derivata essent, & à Reis forte adhuc possiderentur, fieri posse, quod tamen mihi infinitæ difficultatis esse videtur;

Igitur dicendum mihi erit aliquid in hypothesi de jure hereditario, cujus probatio mihi quoque minime fundata videtur.

Equidem in eo asserendo & respective destruendo primam curam collocasse Advocatos video, & in quæstiones aliquas & conflictus JCtorum sese intromisisse, mea sententia ad hypothesin nostri casus non facientes.

Quemadmodum & in scriptoribus, qui hanc renunciationum materiam per quæstiones vel consilia tractavere, tot opinionum diversitates reperiuntur, ut ubi figendus sit animus, anceps interdum sit lector. Neque etiam ad testimonia illa nobilitatis nomine prodita [48] lit. D. de dato 23. Oct. 1679. & [71] [72] de Anno 1697. 1701. respiciendi mihi est animus, quia sunt sibi contraria, generalia, neque ad hypothesin nostram facientia. Inutilis est disputatio in actis præsentibus de facto renunciationis Annæ Elisabethæ, de pactorum dotalium [45] [50] veritate, de Advocati Kolbiani prævaricatione, quam ex facta ab eo productione copiæ istorum pactorum colligere volunt, quam confecerit ex documentis intervenientis à Sturmfeder, cui etiam patrocinabatur. Omnia hæc sunt otiosa, nihil obstat, quo minus ista pacta & renunciationem non promissam solum, sed & actu peractam statuamus, neque tamen exinde Actorum fundamentum magis confirmatur. Nam id erat præcise in quæstione & docendum, quod Actores jus aliquod hereditarium in hereditate Friderici junioris tam in mobilibus quàm immobilibus in specie quoque bonis fideicommisso affectis ex persona Annæ Elisabethæ reliquum habeant; Non fingenda esse fideicommissa tacita vult jurisprudentia nostra, sed probari oportet. In facto hic attendendum est.

1.) Versari nos in casu *fideicommissi pactitii potius* quam testamentarii. Testamentum enim patruorum, scilicet Philippi Episcopi Spirensis & Friderici Senioris tantum continet heredum institutionem trium nepotum ex fratre *Bechtoldo* cum substitutione mutua masculina. Postea vero in divisione bonorum pacto fraterno fideicommissum familiæ expresse constitutum vidimus §. Weiter so ist in dieser Theilung besonders abgeredet, und durch alle 3. Gebrüder bewilligt und angenommen rc. Quæ thesis etiam Actorum principiis est consona, vid. libell. [28] & expressis verbis in replica [65] fol. 8. 9. 12. 14. 18. 19. versu 31. Nullibi vero in favorem fœminarum quidquam dispositum legitur, quam quod in hoc §. sub finem ibi: Doch wo Tochter viel oder wenig von derselben unserer Vettern einem h. e. ex filiis Bechtoldi vorhanden, reservetur ipsis ihre Erb-Gerechtigkeit an andern Eigenthums-Güthern. Hæc observatio cujus sit utilitatis, patebit ex iis, quæ porro dicentur.

2.) *Annam Elisabetham* hereditatem paternam, cui vivo patre favore masculorum ex corpore patris sui descendentium renunciaverat accepta dote 2000. fl. [45] non acquisivisse, quia defuncta ante patrem.

B 3.) Eandem fuisse exclusam à successione in bonis fideicommisso subjectis, dudum ante renunciationem, per dispositionem patruorum Anno 1548. lit. A. qui cum liberos non haberent, voluerunt prospicere solis nepotibus ex fratre *Bechtoldo*, & reservata erat in pacto divisorio tantum filiabus, da eine oder mehr von unsern Vettern vorhanden, successio in andern Eigenthums-Güthern. Quæ dispositio non absone ex verbis intelligi potest de filiabus *primi gradus*, da eine oder mehr von unsern Vettern vorhanden, tantum abest, ut tacitum aliquod fideicommissum in mente fuerit retentum, ut potius interrogati patrui fideicommissum constituentes responsuri fuissent, se tale fideicommissum, quod Actores fingunt, constituere non voluisse: Faciunt huc argumenta, licet in alia hypothesi, apud *Mynsing. resp. X.*

4.) Filias *Annæ Elisabethæ* ex *Casparo Lerch* susceptas *Agnetem & Elisabetham*, ex quibus descendunt Actores, nihil juris in hereditate materna retinuisse, postquam ipsæ isti successioni in pactis suis dotalibus productis ab interveniente Sturmfeder [40] [41] [42] favore masculorum Lerchianorum renunciarunt. Proinde si vel maxime ambæ filiæ, quas Anna Elisabetha de Flœrsheim reliquit, aliquid juris in avita hereditate retinuisse dicerentur, anderer Erb-Güther / (exclusis scilicet bonis fideicommisso subjectis, forte ideo, quod renunciatione materna non tenerentur, & defuncta matre sua ante patrem, ipsæ avo succederent jure proprio, vid *Frommanni disp. de existentia pacti renunciat. hered. reserv.* §. 23. & 40. & *Knipschild. de fideicommiss. fam. c.* 11. *n.* 403.) tamen ob filiarum istarum Lerchianarum subsecutas renunciationes proprias, quæ factæ post mortem avi Friderici junioris Anno 1589. vid. [40.] [41.] nihil juris ad Actores devolutum esse sentio, neque ex persona *Annæ Elisabethæ* matris, quæ nihil acquisiverat, neque ex persona propria, quia renunciarunt favore familiæ Lerchianæ. Sane hæc est causa interventionis des von Sturmfeder, qui propugnat, nihil deberi istis Actoribus ob dictam renunciationem. Hæc ipsa exclusio ventilata in Actis Cameralibus sub Rubr. *Frisenhausen uxorio nomine contra multos ad successionem*

cessionem Lerchianam adspirantes, in specie contra nostros Actores *à Bubenheim*, *à Hauben*, **Schütz von Holtzhaußen**, *Sturmfeder* & alios. Zu jetziger Klage wollen sich Kläger legitimiren per familiam Lerchianam; Atqui successio ista Lerchiana valde in istis est contradicta Actis: Ergo non possunt ex jure filiarum *Annæ Elisabethæ* von Flörsheim zur Flörsheimischen Succession kommen, sondern müssen erst gewärtig seyn, ob sie zur Lerchischen Succession vor qualificirt gehalten und erkannt werden. Gestalten die Kläger auf die in gegenwärtigen Acten producirte Intervention des von **Sturmfeder** nichts geantwortet, und also ihnen die Intervention noch im Wege ist.

Es mag nun mit der Succession seine Beschaffenheit haben, wie es wolle, so will anjetzo mit wenigen von der Flörsheimischen Verlassenschafft, davon in diesen Acten die Frage ist, erinnern. Weil der Haupt-Grund der Kläger (1.) auf ein fideicommissum tacitum, so auf die Töchter auf Abgang Männl. Stamms gemeint gewesen seyn solle, (2.) auf den reservirten Fall in renunciatione Annæ Elisabethæ ankommt, **daß zuvorderst die *Fideicommiss*-Güther von denen andern Erb-Güthern unterschieden werden müssen.**

Dann ist wohl zu beobachten, daß Hans Philipp von Flörsheim ultimus masculus lineæ Friderici junioris ohne Kinder verstorben, und nur Schwestern; vid. schema geneal. Tab. II. hingegen Philipp Franz 2. Töchter, und den Enckel Heinrich Wilhelm von Leyen hinterlassen.

Dicam primo de fideicommisso in thesi saltim, & abundanti opera in hypothesi, quia prædium Lammersheim, quod habuit Fridericus junior, à Reis non possidetur.

Actores descendentes ex Anna Elisabetha per familiam Lerchianam, ad bona immobilia fideicommisso olim affecta nihil juris habere existimo; Quia non sunt vocati in dispositione fideicommissaria, ne ullo quidem verbo ad successionem fideicommissi: Neque sunt proximiores gradu ad successionem, neque *Hans Philippi* neque *Philippi Francisci*; Ille habuit proximiores sorores, hic filias proprias. Propinquior autem excludit remotiorem regulariter, per jura vulgata.

Nihil obstat dubium de tacito aliquo fideicommisso & reservatione successionis in casum deficientis stirpis masculinæ, ad quod removendum faciunt rationes sequentes:

1. In conventione fraterna 1548. in qua fideicommissum constitutum lit. A. soli masculi ex *Bechtoldo* fratre descendentes vocati, nulla mentio facta filiarum als ratione anderer Eigenthums-Güther: Ergo fideicommissum ad filias plane non pertinet, neque renunciatio cum pacto reservativo, quia ad fideicommissum non vocata erat *Anna Elisabetha*, ergo nihil sibi reservare poterat; vid. *Textor disp. de fideicom. stirp. masc.* §. 17. Frustra fingitur ab Actoribus fideicommissum præter verba dispositionis, in quibus nihil plane continetur, quod fideicommissum ad fœminas transitorium & exclusionem temporariam inferret. Somnianda autem non esse fideicommissa, dudum monuit Assessor Cameræ Thomas *Merckelbach in consil. apud Klokium tom. 2. conf.* 33. *n.* 30. *ex Mantic. de conject. ult. vol. l.* 6. *tit.* 15. Nihili ergo sunt omnia allegata Advocati Actorum, quæ fideicommissum tale ad fœminas spectans præsupponunt, & jus aliquod ex pacto reservativo.

2. Fuit ergo *Phil. Franciscus* à Flœrsheim ultimus ex vocatis in dispositione fideicommissaria, adeoque & fideicommissi plenus dominus. Quo decedente sine masculis non superfuit ulla fideicommissi petitio juxta *L.* 77. *§.* 27. *de leg.* 2. *L.* 78. §. 3. *eodem*, & fideicommissi qualitas extincta fuit, adeoque haut dubie ejus filia in ordine successionis proximior, id quod præter *Stryckium* plures alii celebres JCti tuentur, ex quibus nominare lubet JCtum Palatinum *Textorem disp. de fideicomm. stirp. masc.* §. 39. *& decis. Palat.* 54. *p.* 200. *num.* 34. *Knipschild de fideicom. fam. cap.* 9. *n.* 99. in fine, cum ejusdem limitatione n. 104. & num. 126. thesin firmante. Possem allegare *Tuscum lit F. conclus* 228. *& lit. F. concl.* 239. quem inter alios nominat *Knipschild*, & alios ab his non citatos, sed parcere malo tempori & auribus.

3. Confirmata fuit fideicommissi extinctio & alienandi potestas per sententiam curiæ Heidelbergensis (10.), quæ nobis haberi debet pro re judicata, de qua conscripta est ex votis unanimibus Assessorum *decisio Palatinæ Curiæ* 54. *apud Textorem*, qui cum antea consultus respondisset, à voto abstinuit. Rite autem facta alienatio fideicommissi in extraneum retractari non debet, vid. *Knipschild de fideic. fam. cap. XI. n.* 496. *cum allegatis ibidem.* Et res judicata curiæ Palatinæ si nulla alia esset ratio, prout tamen adsunt plures, calculo JCtorum probatæ, pro veritate foret habenda, ita ut alienatio pro legitime facta censeri debeat. Imo si vel maxime sententia hæc sive judicatum Heidelbergensis Curiæ non adesset, tamen alienationem factam subsistere rationi juris est consentaneum, quia facta alienatio ab ultimo fideicommissario herede Philippo Francisco, in nepotem ex filia sua.

Si enim alienatio bonorum fideicommisso pactitio adhuc obnoxiorum non impeditur, ne quidem si pacto fideicommissi accedat juramentum de non alienando; (quia sicut per pacta dominia non transferuntur, ita nec translatio dominii impeditur, *Bachovius* de Act. diss. 4. thes. 19. *Mantica T. A. C.* L. 4. t. 30. *Surdus* conf. 399. n. 2. *Peregrinus artic.* 51. n. 72. seq. *Gailius* 2. *Obs.* 16. n. 5. & obs. 137. n. 16. *Strykius de succ. ab int. diss.* 7. c. 1. §. 7. *Gomez* ad L. Taur. L. 40. n. 3. *Fontanella de P. N.* d. 4. gloss. 25. n. 54. seq. *Schilter exerc.* 40. §. 49. & reliqui allegati ab *Harprechto tract. Acad.* 8vo *de fideicommisso conventionali* §. 66. quam sententiam certi & in Curiis recepti juris esse ex *Cothmanno* & aliis scribit *Hering de fidejuss. cap.* 1. *n.* 140. *seq.* & ipse *Kellenbenz*. Idem in bonis à filiabus renunciatis eandem sententiam rejectis τοῖς ἐξ ἐναντίας veriorem

riorem amplectitur *quæst.* 23. *n.* 5. *Multo magis* id defendendum erit, ubi fideicommissi constitutio in ultimo ad successionem vocato sine mascula prole existente expiravit; Et ubi in ipsa fideicommissi constitutione eo durante alienatio est permissa saltim reservato beneficio retractus gentilitii, vid. §. *Item ist in der Theilung auch abgeredet* [48] lit. A. Proinde limitatio, quam contra JCtos antea allegatos adstruxit *Harprecht dict. l. n.* 9. si pactum de non alienando adjectum fuerit expresse, vel si fideicommissum simpliciter fuerit constitutum, nostræ hypothesi non officit, sed potius thesin firmat. Quod autem idem *Harprecht* n. 21. ex *Reusnero L.* 1. Cons. 1. n. 44. adducit, alienationem bonorum impediri per renunciationem filiæ nobilis cum pacto reservativo, quia hoc obtineat vim fideicommissi; hæc sententia ex earum numero mihi est, quæ facilius per modum consiliorum favore requirentium conscriptorum, quam per decisionem judiciariam sit tradita, & sequenda: nam si omnia vera essent, & in judicio sequenda, quæ JCti in Consiliis tradidere, proh! quam incerta foret controversiarum decisio. Mihi sententia prædicta plane improbatur, cum non nisi lites & incertitudinem dominiorum exinde consequi, sit in propatulo. Quæ extrema in jurisprudentia omnino evitare oportet. Firmiores certe sunt meo judicio rationes, alienationem non impedientes apud *Heringium*, *Kellenbenzium* aliosque supra recensitos JCtos. Et tantum de fideicommisso.

Secundo de reliquis bonis denen andern Eigenthums-Güthern, tametsi filiabus natis ex fratribus tribus, quorum favore fideicommissum fuit constitutum, successio in reliquis bonis fuerit reservata, solte ihnen ihre Erb-Gerechtigkeit ohnbenommen, sondern vorbehalten seyn, an andern Eigenthums-Güthern, nihilominus tamen descendentibus ex Anna Elisabetha, modernis Actoribus, nihil juris esse ad ista bona reliquum statuo.

1. Quia in gradu à Joh. Philippi sororibus excluduntur, ad has enim teste transactione [46] hereditas allodialis Johannis Philippi pervenit. Loquor iterum in supposito, quod etiam in ista hereditate fuerint die Erb-Güther, welche Fridericus junior besessen, cujus jam petitur hereditas, cujus possessionis probationem Actores non præstitisse supra dixi. Inauditum vero foret dicere, quod cognati gradu longe distantes in bonis allodialibus Eigenthums-Güthern pari jure cum proximioribus succedant.

2. Vanum autem esset asserere, quod respectu Friderici junioris actores essent in æquali gradu cum sororibus Joh. Philippi; Nam imaginaria est thesis, quod in allodialibus successionis gradus debeat computari non respectu ultimi defuncti, sed Friderici junioris, parentis communis in linea ascendente longe ulterioris: Cum ne quidem in fideicommissaria successione, nisi ordo aliquis vocatorum in constitutione fideicommissi fuerit expressus, alius observari debeat ordo succedendi quam civilis, i. e. ut succedatur ultimo possessori, & non primo acquirenti, quæ communis est probatissimorum JCtorum sententia, vid. *Knipschild de fideic. fam. cap.* 9. *n.* 1. usq; ad 10. & n. 76. usq; 99. cum allegatis ibidem JCtis Ita ut speculationibus & calculationibus difficillimis sese intricent, qui aliud sibi persuadent, ex quibus etiam video in casu pacti hereditatis reservativi fuisse *Frommannum* supradicta disp. §. 64. seq. cujus opinio si vera esset & recipienda in foro, computatio graduum & proximitatis ad immemorialia tempora sæpissime extendi deberet, unde infinitæ exorirentur difficultates, jurisprudentia forensis autem ab istiusmodi difficultatibus abhorret, & sequitur sententias expeditissimas, ad exemplum Celsi JCti in *L.* 9. §. 13. ff. *de hered. instit.* Neque tales opiniones admittendæ sunt in foro, quæ causarum decisiones faciant inextricabiles, *arg. L.* 88. *pr.* ff. *ad L. Falcid. & Schilt.* in Analyticis p. 107. seq. Proinde opinionem *Frommanni* eo casu plane deserendam esse censeo. Secutus fuit ea in re *Kellenbenzium*, qui judice ipso Frommanno dicta disp. §. 52. in modum ejus scripsit, qui sibi per omnia non constat. Expeditissima itaque est sententia *Knipschildo* d. l. & communiori JCtorum calculo probata, successionem semper fieri ultimo defuncto, & ab hoc proximitatem gradus esse computandam cum successionis jure.

B Non obstat pactum reservativum Annæ Elisabethæ in pactis dotalibus [45] vel [50] ubi renunciatio facta auf Vätterlich und Mütterliche Erbe, alldieweilen eheliche Manns-Geschlecht, NB. **von ihres Vatters Leib herkommend**/vorhanden; wann aber keine Manns-Lehns-Erben à patre vorhanden, soll sie auf das Vätterlich und Mütterlich Erb unverziehen seyn. Renunciatio hæc & reservatio juxta literam ita concepta esse videtur, ut sensus sit: Ego renuncio, quia adsunt filii à patre meo progeniti, die von ihres Vatters Leib herkommen; sed non renuncio, si filii non adsint, puta, si forte moriantur. Atqui conditio reservationis non extitit, quia utique filios reliquit Fridericus pater, ut in tali casu per non existentem conditionem filia exclusa semel per masculum, exclusa habenda sit in perpetuum, v. *Musculum de succ. convent. & anomala Membr.* 2. *class.* 1. *cons.* 5. *lit. L. n.* 272. Sed nolo immorari huic interpretationi, etiam ipsi *Bartolo* probatæ conf. 20. quem allegat *Kellenb. q.* 20. *n.* 17. *v. eundem in L. Titius de exc. tut.* ubi quod

C particula *donec*, **alldieweil**/non sit perpetuo extensiva, *Brederod in Thesaur. sent. lit. D.* & licebit per me extendere verba reservativa auf einen künfftigen ledigen Anfall etiam in ulterioribus descendentibus masculis juxta interpretationem benigniorem ex mente *Gailii* 2. *O.* 148. *n.* 7. *Heeser p.* 2 *loc.* 20. *n.* 5. *Harp. tract.* 7. *de succ. fil. renunc. in Resp.* 6*ton.* 113. *seq. Kellenb. q.* 20 in fine; Quam tamen ego, si vera est, in infinitum extendi non debere firmiter statuo, ob summam rerum & dominiorum incertitudinem evitandam.

1. Nihil proficiet talis extensiva renunciatio Actoribus modernis, quia Annæ Elisabethæ renunciatio & reservatio pro non existente habetur, postquam vivo patre vitam cum morte commutasset, *v. Harp. de succ. fil. ren. ex testam. th.* 9 *n.* 6. *seq.* cum allegatis ibidem, *& in Resp.* 5*to de renunc. succ. pro parte subsistente n.* 75. *seq.* ipsa enim jus qualecunque non adquisivit, (quod alias ad heredes transmissibile esse suo modo non

nega-

negaverim, vid. *From. dict. disp.* §. 31.) adeoque non adquisitum ad heredes transmittere non potuit, idem *From. d. l.* §. 40. Ergo si quidquam juris haberent Actores, id sane non ex reservatione Annæ Elisabethæ, sed ex jure proprio filiarum ab ipsa descendentium metiendum foret, *Harp. de succ. fil. ren. th.* 9. *n.* 13. cum multis allegatis.

2. Omnes JCti, qui in casu non delatæ ad renunciantem hereditatis heredibus jus integrum esse docent *v. From. d. l. versu: In contrarium, & Knipschild. d. tr. c.* 8. *n.* 268. *&* 284. ubi plures alii allegantur (dissentientibus tamen aliis non inferiori numero & celebritate JCtis *dicto* §. 38. *pr.* ex quibus præcipue nominandus *Musculus de succ. con. et an. n.* 247. *seq.* qui tamen ipse non satis sibi constare videtur, si conferatur ibidem *n.* 279. *seq. Kellenbenzium* hic allegans, auctorem nulla certa judicandi normaute ntem, ubique modo huc modo illuc in resolutione quæstionum suarum lectorem deducentem) præsupponunt duo (1.) Relictos esse heredes à renunciante cum effectu, & (2.) Qui suo jure essent successuri ab intestato; Utrumque in nostro casu non reperitur; Nam ambæ filiæ Annæ Elisabethæ matris heredes cum effectu non fuere, neque ab intestato ei erant successuræ. *Primum* est certum in facto, quia istæ filiæ, à quibus Actores omnes descendunt juxta schema geneal. adjunctum [44.] renunciarunt maternæ hæreditati favore masculorum ex familia Lerchiana v. pacta dotalia sequentia: *Agnetis* mit Joh. Wolfgang von der Hauben [40] [57], *Elisabethæ* mit Johann Schütz von Holtzhaussen [42] ist der Verzichts-Brieff. *Alterum* de jure sive consuetudine Nobilitatis Rhenanæ, & in specie familiæ Lerchianæ, est indubitatum, quod filias ita renunciare oportebat, adeoque ab intestato nullum succedendi jus habebant, etiamsi non renunciassent. Ita ait *Caspar Lerch* ejus nominis IV. in dispositione fideicommissaria [44.] §. 8. ubi agitur de exclusione filiarum perpetua: Dieweil solches eine Reichs-Ritterl des Rheinischen Adels vermög viel hundert Heurath- und Verzichts-Instrumenten, auch ihres sub dato Maynß den 4. Apr. 1627. im Druck heraus gegeben generalis statuti, alte Gewohnheit, und aller Adelichen auch meiner Lerchischen *familiæ* Herbringen ist. Porro alia etiam ratione deficit conditio supra requisita; Nam si heredibus tunc demum non obstat renunciatio matris, quæ ante delatam hereditatem paternam obiit, si isti heredes successuri essent aliàs ei, cujus in gratiam renunciatio facta, sequitur, quod in casu præsenti nihil prosit Actoribus pactum reservatorium hereditatis Annæ Elisabethæ, quia præsupposita renunciatione in gratiam fratrum de Florsheim, ejus filiæ, utique non erant successuræ ab intestato avunculis; hi enim proprios habuere liberos. Similis est casus, vel saltim rationis similitudo, cum eo casu, quem habet *Frommann. d. l.* §. 34. in quo descendentibus ex filia renunciante, defuncta ante delatam hereditatem, nihil juris adquiri ipse agnoscit.

Superest, ut etiam respondeam ad objectionem aliquam de hereditate avi, scilicet *Friderici junioris*, ne quis forte existimet, ad hereditatem avi jus aliquod competiisse filiabus *Annæ Elisabethæ* jure proprio, licet non ad hereditatem matris prædefunctæ.

Primo, Actores fundamentum suæ intentionis metiuntur ex persona Annæ Elisabethæ, quam nihil ad filias transmisisse ex supra dictis constat.

Secundo, si ex personis filiarum *Agnetis* & *Elisabethæ* de Lerch esset metiendum jus succedendi in hereditate Friderici junioris de Flœrsheim, ego peterem, ut ratio daretur, quare post mortem avi, ab avunculis non fuisset petita hereditas avita? Si dicant, casum reservatum ab *Anna Elisabetha* nondum extitisse masculis adhuc superstitibus? Replicarem ego: Renunciationem reservativam Annæ Elisabethæ per supra deducta esse nullam, deficiente in ejus persona objecto, quod non adquisierat.

Quodsi jure proprio voluerint succedere avo suo neptes ex filia, quia renunciatio matris ipsis non fuerit impedimento, multo potiori jure adjuvabuntur sorores Joh. Philippi de Flœrsheim exceptione præscriptionis, quia à morte Friderici junioris Anno 1575. usque ad actionem Anno 1672. primitus coram Judicio Nobilitatis tentatam, transiere 100. anni minus tribus. Si instabunt Actores, credidisse se obligatos renunciatione Annæ Elisabethæ usque ad mortem Joh. Philippi, eo ipso concedent, quod hereditas Friderici junioris ad filios exclusis filiabus fuerit legitime delata, & iterum deveniet res ad casum successionis ordinariæ juxta prærogativam gradus, in qua vincuntur Actores à sororibus Joh. Philippi, nihil plane obstante pacto reservativo Annæ Elisabethæ, cui semper opponitur peremtorie exceptio: Quod ipsa nihil adquisierit, adeoque regressum, vel, ut alii volunt, jus redintegrandi successionem transmittere non potuerit, *v. Hondedeum p.* 1. *consult.* 16. *n.* 29. *seq.*

Ergo si nihil operatur pactum reservativum Annæ Elisabethæ: Si ejus filiæ non potuerunt matri succedere ab intestato: Si etiam renunciaverunt expresse: Si avita successio dudum fuit præscripta: necesse est, ut maneamus in regula juris ordinarii, quod præfert cognatos propinquiores remotioribus. Sorores autem Joh. Philippi fuere haut dubie propinquiores, adeoque in successione potiores: Consequenter fundamentum juris hereditarii, quo Actores nituntur, minime fundatum.

Non sine ratione vitilitigii incusantur à Reis Actores, si computatio aliqua instituatur bonorum, quæ Friderico juniori in divisione Anno 1548. obvenere, vid. [30] & [56] ubi ejus portio recensetur in allen 835. fl. jährlich Einkünffte, möchte in circa an Capital machen 16. oder nach geringerm Anschlag 20000. fl. darinnen sind nun die Fideicommiss-Güther begrieffen, und ist Lammersheim um 10000. fl. verkaufft worden juxta narrata citationis Palatinæ [9.] Was die Eigenthums-Güther an Einkünfften betragen, ist nicht daraus zuerkennen. Nun hat Frid. junior juxta schema geneal. 6. Kinder gehabt, darunter 3. Töchter, deren jede mit 1000. species

Rthlr. Heyrath-Guth und Aussteuer bestattet worden. Ponamus citra veri præjudicium, daß 12000. fl. Capital Eigenthum, und dem fideicommiss nicht unterworffen gewesen, so hätte jedes Kind 2000. fl. Nun hat Anna Elisabetha, welche ex allodialibus nicht mehr als portionem ab intestato haben können, bey ihrer Verheyrathung schon mehr bekommen, nach Ausweiß pactorum dotalium, und wann schon gesetzten aber nicht verificirten, auch schwerlich zuerweisen stehenden Falls noch etwa 4000. fl. übrig blieben, dahin das pactum successionis reservativum Annæ Elisabethæ pro portione competente ab intestato sich auch ultra accepta erstrecken könnte, was würden die 4. Kläger vor Vortheil haben, da sie zumahl die successionem nur pro parte suchen, und dem Beklagten gleiches Successions Recht eingestehen. Aus denen Actis aber erscheinet, daß Anna Elisabetha an Ehe-Geldt und Aussteuer schon mehr oder wenigstens so viel erhalten, als ihre reservirte und ihren Töchtern ab intestato allenfalls competirte Erb-Portion in andern Eigenthums Güthern betragen hätte; Dann in Fideicommiss-Güthern ist gar kein Schein Rechtens vor die Kläger vorhanden; das Guth Lammersheim ist und bleibt alienirt, darüber sententia Heidelbergensis (10) zur Rechts-Krafft erwachsen: Und also wiedersteht hierin denen Klägern exceptio rei judicatæ & litis ingressum impedientis.

Remotis igitur Actoribus, venio ad *interveniententem de Sturmfeder*.

Sane hæc interventio videtur magis composita esse favore Reorum ad submovendos Actores, quam ex seria intentione proprii juris prosequendi: Nam interventionem istam opponunt Rei Actoribus ad elidendum jus prætensum successionis, & Actores ad eam interventionem hactenus nihil reposuerunt in his Actis, neque interveniens de prosequenda hâc lite fuit sollicitus, cum præter scriptum productum 22. Febr. 1704. nihil plane in causa interventionis actum reperiatur. Et petitum tendit tantum ad reservationem juris sibi adversus Actores competentis.

Reos, scilicet *Virmont*, *Blarer*, *Kolb* **von Wartenberg**, qui ultimus reliquos hodie repræsentat, tutos esse ab interveniente pariter, uti ab Actoribus existimo; nam fundamentum interventionis positum est in renuntiatione filiarum *Annæ Elisabethæ*, *Agnetis & Elisabethæ*; Atqui hæ filiæ in successione Friderici junioris von Flörsheim jus nullum habuerunt; Ergo nihil obstat Reis hæc interventio, quæ tantum est contra Actores directa, & hypothetica, si scilicet Actoribus ex dicta Agnete & Elisabetha aliquod jus competere in hereditate Flœrsheimiana crederetur, quod tunc non ipsis Actoribus, sed potius intervenienti esset adjudicandum ob renunciationem dictarum filiarum. Sed supervacua est sollicitudo intervenientis, quia nihil competere descendentibus ex Anna Elisabetha ejusque filiabus in hereditate Flœrsh. supra ostensum. *Quid pronunciandum sit, meo judicio, ex iis*, quæ huc usque dicta sunt, satis cognoscitur.

Absolvendos esse Reos ab actione instituta tam quoad allodialia, quam quoad fideicommissaria bona à Friderico juniori de Flœrsheim relicta. Intervenientis à Sturmfeder non opus est ut fiat mentio, quia ipse causam dereliquisse videtur, & remotis Actoribus hæc interventio per se cessare videtur. Dixi majoribus salvis.

Sententia publicata 29. Januar. 1720.

In Sachen weyl. Casimir Kolb von Wartenberg und Consf. wieder Johann Leyser vom Lammersheim und Consf. von Bubenheim, von Hauben, Schütz von Holtzhausen, jetzo deren respective Erben auch Vormünder in actis benannt, Citationis ad videndum prosequi litem cœptam, auch ad reassumendum; Ist auf die vom citirten am 17. Januar. 1703. durch weyl. Lt. Albrecht eingeführte Klage und Deduction-Schrifft wieder obgemeldten von Wartenberg und Consf. als Beklagte die Verlassenschafft weyl. Friderich des jüngern von Flörsheim an Fideicommiss- und Eigenthums-Güthern betreffend, nunmehro auch wegen des consortis von Leyser zu Lammersheim, die Sache vor beschlossen angenommen, und in der Haupt-Sache allem Vor- und Anbringen nach zu Recht erkannt, daß Beklagte von Wartenberg und Consf. von der wieder sie eingeführten Klage zu absolviren und entledigen seyn, als wir dieselben hiermit absolviren und entledigen, die Gerichts-Kosten aus bewegenden Ursachen compensirend und vergleichend, und solches wegen obgedachten Leysers von Lammersheim in contumaciam.

Con-

Consultatio & Decisió X,

in qua

Occasione multorum gravaminum inter Dominum Comitem in *Witgenstein* ejusque subditos exortorum;

De statu istius Comitatus, & inter alias plures materias.

De formis Mandati Procuratorii ab universitatibus dandi.

De statu hominum propriorum in Germania, speciatim in Westfalia, & specialissime in dicto Comitatu Witgensteinensi.

De jure collectarum.

De jure operarum à subditis præstandarum Domino.

De jure foresti, & Sylvatico agitur.

Cum interjectis pro re nata observationibus variis generalibus Historicis, jurisque publici & privati.

INTRODUCTIO.

ES sind zwischen denen Herrn Graffen zu Wittgenstein in Wittgenstein und denen Unterthanen selbiger Graffschafft zweyerley Mandat-Procefs reciproce beym Kayserl. Cammer-Gericht von Anno 1702. her anhängig, im Anfang mit ziemlichen Eyffer geführet, hernach da die Gerichtliche Handlung und Anruffung vom 14. Sept. 1703. biß den 1. Sept. 1721. still gestanden, letztbesagten Jahrs mit noch viel grösserer Hefftigkeit und Opposition der Unterthanen gegen ihre Herrschafft reassumirt, und beyderseits Urthel sollicitiret worden. Es scheinet allerdings, daß diese drey viertel Wittgensteinischer Unterthanen, welche vorhin circa Annum 1696. ihrem Herrn Graffen wieder die Vogthey Elsoff Zeugnuß gegeben, endlich durch der Elsoffer opposition und pendente processu erhaschte Inhibition ad similia tentanda sich bewegen lassen. Zu wünschen wäre es, daß diese Sache bey erster Erkennung des Mandati anders wäre gefast, hernach utrinque besser als geschehen, geführet, endlich auch dergleichen beschwehrliche Procesſ in Zeiten decidiret worden. So ist aber geschehen, daß da man vielleicht erkannt, wie das erste Mandat, so die Unterthanen auf gar schlechte Bescheinigungen extrahiret, also nicht bestehen würde, mit dem andern Mandat in favorem der Herrschafft der Sach hat wieder geholffen werden sollen, darüber aber beyde Theile in die Meinung gerathen, daß præceptum |Maudatorum

A sey decisio causæ, und hat jeder Theil sich auf sein Mandat gestifft, und ist in der That die animositæt der Unterthanen nur ergrössert worden. Es könte auch wohl seyn, daß wie man bey diesem höchsten Gericht öffters erfahren, die Unterthanen, da sie zum ersten ein Mandat erhascht, sich aller Schuldigkeit entzogen, dahero die Herrschafft genöthigt worden, gegen die Wiederspenstige sich mit einem andern Mandato zu prospiciren. Wiewohl ich auch den Herrn Graffen Heinrich Albrecht nicht allerdings entschuldigen will, daß er nicht hier und da, die Unterthanen allzustarck mit oneribus angegriffen, bevorab zu Kriegs-Zeiten aus dem Ansatz der Contributions-Gelder ein und ander quantum B zu seinem Privat-Nutzen verwendet. Der Bauren Advocatus, der sich nirgend unterschrieben, mag darbey sich selbst nicht vergessen haben, wenigstens hat er des Herrn Graffen Persohn nicht geschont, und was nur ihm in die Feder eingeflossen, offt ohne respect und ohne discretion dahin gesetzt; Worüber der Gräfliche Schrifft-Steller auch vermeint, er dörffte dem Gegenseitigen nichts schuldig bleiben, und sind dahero so grosse Schrifften erwachsen, deren Realia auf wenig Zeilen ankommen, alles übrige mehr leeres Wort-Gezänck und Feder-Krieg eines Concipienten gegen den andern in sich hält, welches Referenti gleichwohl zu lesen und den nervum heraus zu ziehen, gar mühsam fällt, und möchte ich wohl wünschen, daß dergleichen zu verhüten,

ein

ein adæquates Mittel im Hochlöbl. Collegio erfunden werden konte. Die Rubricæ beyderley Acten Mandatorum sind ex inscriptione Protocolli zu sehen, dabey es aber im Verfolg nicht geblieben, sondern es kommen verschiedene Supplicæ pro extensione Mandati, so ad judicium remittiret, dabey vor, worüber gehandelt worden, und anitzo zugleich Erkänntnuß erfolgen muß.

Eine umständliche Speciem Facti allhier zu formiren, ist nicht thunlich, weil der gantze Process vielerley Gravamina zwischen dem Landes-Herren und Unterthanen betrifft, so ist dann die Erzehlung der Gravaminum selbst und wie solche bescheinen, respective elidirt, oder nicht, loco Speciei Facti und beym Extractu Actorum, den Ich zur Genüge gefertigt, zu vernehmen.

Der Schrifftlichen Handlungen sind wenig an der Zahl, jedoch ziemlich weitläufftiges undienliches Schreibwerck, das übrige grosse Corpus Actorum in etlich 100. Numeris, bestehet mehrentheils in Extractu Gräffl. Wittgensteinischer Rechnungen, wordurch man die Possession, Observantz, oder Herkommen der Auflagen, Erhebungen, und Landes-Herrlichkeiten, Gerechtigkeiten in allerhand Arten ungemessener Diensten und sonsten wieder die respective Klagende und beklagte Unterthanen bescheinen, (jedoch nur pro informatione judicis) mithin die Klage über ungewöhnliche Beschwehrden ablehnen wollen, deren Einsicht so gar viel Zeit nicht bedarff.

Der Unterthanen Advocatus hat vermeint seiner Clienten Sache mit Exempeln derer Provintzien im Reich wo ordentliche Land-Stände sind, und denen dabey üblichen Principiis zu defendiren, dabey dann wie leicht zu erachten grosse Irrthümer mit eingeflossen, sogar, daß Er auch prætendiret, seinen Clienten gebührte einen eigenen Einnehmer zu bestellen, und die Contribution selbst zu erheben, oder an vercautionirte Herrschafftliche Bediente, welche ihnen Wittgensteinischen Unterthanen Rechnung zu thun hätten, zu lieffern. So weit gehen der Bauren Postulate, wie sie nehmlich durch ihre Sachwalther geleitet worden.

Also daß sie dem Herrn Graffen alles streitig machen, und ihme den Beweiß aufzubürden vermeynen, quasi sufficeret negasse.

Die Bescheinungen der Unterthanen sind überall von schlechter Würde; Die Vornehmste unter allen ist ein Zeugniß-Rotulus coram Notario, darinn sie Kläger selbst respective producentes und testes sind, nicht allein in propria causa, sondern auch in proprium commodum. Endlich sind sie darauff gefallen, es solte der Herr Graff ihnen das Archiv aydlich manifestiren, um darauß zu sehen, was sie zu thun und zu præstiren hätten oder nicht, und was Er nicht klärlich erwiesen, das seyen sie auch zu thun und zu præstiren nicht schuldig.

Mittlerweilen formiren sich die Unterthanen nach ihrem eigenen Gutdüncken oder ihrer Rädels-Führer und Advocaten Einbildung einen Statum regiminis & præstationum, und trachten den Landes-Herren ex possessione zu setzen; Und wenn dieser sich bey den

A gewöhnlichen præstationibus manuteniren will, so opponiren sich die Unterthanen mit Gewalt, schreyen und ruffen über Attentata; gleich als ob um deßwillen, daß sie in Camera Process erhalten, der Landes-Herr sofort in seiner Gerechtsamb gehemmet seyn, und still stehen müsse. Und siehet also in diesem Land einem fast täglichen Aufruhr nicht ungleich, da es denn auch von Seiten des Landes-Herren in exequendo ohne Excess nicht abgehet. Indessen ist doch allezeit præsumtio vor die Herrschafft Juris, i. e. donec probetur contrarium, wornach ein verständiger Richter zu gehen, und durch dergleichen tumultuoses Geschrey der Unterthanen sich nicht darff verleiten lassen. Es ist allerdings eine Sach von böser Nachfolge, daß unterm Prætext eines erkännten Mandati oder eingebildeter Freyheit Unterthanen ihrer Herrschafft alle Diensten und Onera, mithin allen Respect und Gehor-
B samb versagen, in grosser Anzahl in loco judicii sich aufhalten, zu dem Ende selbst Contributiones im Lande erheben, darbey Advocaten und Procurator ihres Nutzens nicht zu vergessen pflegen.

Ich habe mich beflissen wahre und vernünfftige principia decidendi zu setzen, wordurch denen Gravaminibus und diesem beschwehrlichen Streit abzuhelffen.

In Extractu wird Ordo temporis zu observiren, und beyderley Acta, worinn die Unterthanen respective Kläger und Beklagte sind, zusammen zu fassen seyn. Quo facto will alsdann die neuen supplicas ad Acta remissas auß beyderley Acten erzehlen, darauß dann abzunehmen, wie von allen Gravaminibus verschiedene gar weg fallen, und es hauptsächlich auff die in denen neuen Supplicis gemachte Gravamina, **die Beholtzung betreffend**/ so dann auff **die Dienste** ankommen dörffte. Nichtsweniger wird darauß erscheinen, wie die Unterthanen aus denen zwischen beyden Gräffl. Herren Gebrüderen lange Zeit obge-
C schwebten bekannten Mißhelligkeiten, ihren Vortheil gesucht haben.

Die noch nicht ad acta registrirte in grosser Menge übergebene Supplicationes und respective Informationes, auf deren einige unterm 23. Decembr. 1723. und 10. Jan. 1724. Provisional-Decreta ergangen, zielen hauptsächlich ad maturationem decisionis causæ principalis, und wenn dieses geschehen, so sind alle diese Supplicæ auch mit erledigt. Man wird doch nicht ermanglen, auf solche, wo es dienlich, zu reflectiren; Zum Beschluß Speciei Facti ist noch zu gedencken, daß dieser Process dreyerley Scenas hat, respectu der Herren Graffen zu Wittgenstein; Auff der ersten stund Herr Graf **Henrich Albrecht** allein, als respect. Beklagter und Kläger gegen die Unterthanen biß ad Justitium Camerale Dann war ein Stillstand des Processes biß Anno 1721. da befunden sich **beyde Herrn Gräffl. Gebrüdere** als Rei & respect. Actores in hoc processu. Endlich nach Herrn Graf **Henrich Albrechts** tödtlichem Hintritt, erscheinet der Successor Herr Graf *Augustus* allein, und hat Processum reassumirt.

PARS I.

Pars I. Voti

Continens Præliminaria ad *Formam Procuratorij* & Objectum Litis.

§. I.

QUod in variis universitatum negotiis A observatur; Vulgus hominum non consilio regi, sed novarum rerum cupiditate paucorum impetu agi, id equidem præsens litigium abundè docet. Persuaderi non possum, quod ex omnibus quorum nomina in Mandatis Procuratoriis expresè leguntur, (verè an fictè posteà dicetur,) major pars nedum omnes, qua de re agatur, ex quibus causis & titulis sciant & intelligant. Et tamen ad litis sumtus suppeditandos alliciuntur, vel coguntur. Cum itaque officium sit judicis providere, ne defectu mandati legitimi cadat judicii Substantia, mandata in hoc processu producta absque examine dimittenda esse non putavi, cum etiam à DD. Comitibus reis respectivè impugnentur, & judicis dijudicationi relinquantur, v. imprimis [69] circa princip. & [212] De iis quæ DD. Comitum Procuratores produxerunt, non magna est ambiguitas. Erat olim An. 1702. Procurator Dr. Marquard. Hodiè B sunt duo, quia divisa sunt Utriusque novissimè Comitis jura, *Dr. B.--* & *Dr. G.--* Ille à Comite Henrico, hic, ab ejus fratre Augusto constituti, vide [67] lit. C. & [68].

Non frustra hic quæritur de *Domino Comite Augusto* an ad hunc Processum, qui cum fratre cœptus fuit, ipsius causa pertineat, an potius sit separata & separanda? Respondeo breviter, esse omnino materias connexas, neque separandas.

1. Quia subditi ipsi petierunt extensionem prioris mandati adversus Dn. Comitem *Augustum* v. supplicas Anno 1721. ad Acta productas. Hinc & ipse Dn. Comes *Augustus* ad ista nova gravamina respondit [141].

2. Uterque Comes consensu communi C adversus Subditos egerunt, ob gravamina eadem, alter alterius causam faciendo suam. Vide Supplicam [50] à Procuratore Senioris Comitis productam, in actis de præstando servitia, & literas ejusdem ad Procuratorem in actis iisdem [82]. Imò uterque Procurator simul supplicam 27. *April.* 1723. quæ adhuc est extra acta Judicio huic exhibuerunt. Inaudivere, Subditi simultates inter fratres Comites anteà inflammatas, mox compositas, rursus gliscentes; noverant etiam inconstantiam Domini Comitis *Henrici*, ejusque morum rationem; vid. [219] quapropter Subditorum Procurator Doct. G.-- noluit credere Mandato Doct. B.-- in Copia signata producto 22. Jan. 1723. [49] vid. Anzeig und Bitt [76]. [b] Actor. Mandati de præstando servitia, cum tamen ipse antea 15. Sept. 1721. monuisset Doct. B.-- ut Mandatum proferret, quod jam protulisset, in altero actorum corpore, semper cum eo tanquam legitimo Procuratore egisset, & quidem super iisdem materiis quæ occurrunt in Causa Mandati, à parte Comitis *Henrici* ab initio litis impetrati.

3. Notandum est, quod Comes *Henricus* juxta transactionem inter Comites fratres initam, Anno 1719. tenebatur fratrem *Augustum* in juribus & emolumentis ipsi cessis defendere.

4. Meminimus, quod nuper admodum Domino Comiti *Augusto* consortium Regiminis Comitatus fuerit demandatum, per Decretum Camerale 8. Aprilis 1723. Ergò non est dubium, quin causæ utriusque Comitum sint connexissimæ, minimè separandæ, uterque etiam Procurator in utroque Processu Mandati habendus sit pro rectè & sufficienter legitimato.

Scripseram Ego hæc Anno 1723. ante mortem Comitis *Henrici Alberti*, succesit ei frater *Augustus* non uti creditur, in hæreditate, sed in Comitatu, ex pacto & providentia Majorum. In ea qualitate litem resumsit 14. Jan. 1724. in Actis Mandati de non gravando, so weit sie, inquit Procurator, dermahliges Gräffl. Interesse annoch concerniren, ausser denen durch Veränderung der Zeit, Personen und Umstände anitzo ohne dem cessirenden, und ihn Herrn Graff *Augustum* in so weit nichts angehenden, noch deren Theil habenden, sondern expirirten Gravaminum, petendo separationem officio judicis. Dergleichen Recess ist ad Acta des andern Mandati nicht beygeschrieben, forte weil Herr Graff *Augustus* in selbigem schon principaliter Procuratorem constituirt hatte, oder weilen beyderley Acten zusammen lauffen, und decisio in einem Volumine, auch von selbst die Decision auf das andere mit sich führet.

Verum ista declaratio nimium generaliter & ambiguè concepta mihi videtur. Et existimo ego, daß von allen denen Capitibus der Einnahmen, Renthen und Gefällen der Graffschafft, welche in denen Registraturen befindlich, auch Herrschafftlichen Juribus über welche alle die Unterthanen Gravamina gemacht, Herr Graf *Augustus* nichts werde fahren lassen wollen, Ergò können dieselben alle-

sambt, auch als ob sie Ihn als Lands-Successoren mit angehen, consideriret werden; Diejenige, welche etwa per circumstantias temporis cessiret, betreffen die Contributions-Puncte zur letzten Kriegs-Zeit, das Saltz-Monopolium und einige andere, die auch, wenn Herr Graff Henrich Albrecht noch gelebt hätte, auf gewisse Maasse cessiret haben würden. Es wäre dann, daß der Herr Graff *Augustus* specialius declarirte, welche Capita Er selbst pro veris gravaminibus agnoscirte.

Es wird dahero nöthig seyn alles zusammen zu binden, und darüber mitzuurtheilen, damit auch in futurum weitere Gravamina verhütet werden mögen. Nihil mutandum censui in hac mea opinione, posteaquam Comes *Augustus* jussu Senatus edidit suam declarationem sub exhib. d. 15. Mart. 1724. ex qua patet in Adjunctis *Tt.* & *Uu* verissimum esse, quod antea credideram. Omnia acta defendit exceptis solum grav. comm. 2do das Saltz-*Monopolium*, 6. die Contributions excessus, & 14. Ubermaß des Laudemii betreffend, daran Er, si excessus foret B probatus, keinen Theil haben will, desgleichen de 3. in [31] so mit vorigem 6to übereinkommt.

De Mandatis Subditorum jam dicendum, considerandi sunt vel tanquam Singuli, vel tanquam Universitates. Priori modo tantum erit Processus cum iis qui nomen dederunt ad litem; sunt autem haut dubiè multo plures, qui in mandatis non nominati, & ea ratione pro litigantibus haberi non possunt; Si considerentur tanquam Universitates, non est una, sed plures. Narrata Mandati mentionem faciunt sämbtlicher Unterthanen der Graffschafft Wittgenstein, Ergò pariter Oppidi *Lasphe*, quod est arci Wittgenstein vicinum, & in rubro processus primas tenet. Quot pagi sunt, tot Universitates.

Quæ ad Constitutionem Syndici pertinent, à quo Procurator ea in re non differt, *v. Losæum de J. Univers. p. 2. c. 1. num. 44.* prolixè recensere nolo, putavi tamen sequentia esse monenda.

1. In omni parte judicii, imò etiam post C Sententiam locum invenire exceptionem non legitime constituti Syndici vel Procuratoris, quia est etiam peremtoria.

A. Fab. 2. Cod. tit. 8. def. 9. & L. 8. & 23. d 40.
Gail. 2. Obs. 107 num. 4.
Berlich. 1. Concl. 14. num. 12.
Brunn. ad L. 13. C. de Procurat.

Si ergò parti licet hac uti exceptione quocunque tempore, multominus Judicis officium ea in re erit exclusum, ne actus Judicialis laboret nullitate; Hinc licet à Procuratore negligatur Examen legitimationis, tamen judicis officium est, ea de re providere, quia ad essentiam vel si mavis substantiam judicii pertinet. *Vantius* de nullit. Tit. XI. n. 2. & 60. seq.

2. Absque convocatione legitima membrorum omnium Universitatis & Consensu A duarum tertiarum non ritè constitutum dici Syndicum.

Bruning. de var. Univers. specieb. th. 68. in Nucl. Jurispubl. Giess.
Carpzov. decis. 28. n. 6. & 1. const. 13. def. 8.
Lynker. diss. de Form. Procurat. cap. 2. §. 25.
Marcus 1. decis. 283.
Altimar. de Nullit. Sent. quæst. 264 p. tot.
Gail. 1. de Pac. publ. c. 7. n. 17. seqq.

De modo convocandi, utque fiat non in turba; sed Autoritate Magistratus Ordinarii, videatur

Losæus d. Jur. Univ. p. 2. cap. 1. num. 21. seqq.

3. Necessarium est, ut qui consensum ad Syndicum vel Procuratorem constituendum præbent, sint informati de causa, ob quam constituitur, & de fundamento litis. Hoc enim si factum non fuerit, nuda subscriptio nominum non sufficiet, quia facilè fieri posset, ut à paucis incensoribus rusticorum simplicium turba inducatur ad subscribendum, & litem suscipiendam, quam tamen informati nunquam exoptassent. Est igitur hoc requisitum, ut sciat aliquis etiam quam ob rem aliquod negotium celebret, necessarium antecedens consensus, quod dictitat ratio naturalis, quæ allegari potest pro lege. Vid. *Barbos.* cap. de lege Axiom. 35.

Quodsi jam examinentur Mandata Procuratoria ad requisita jam enarrata.

Primum [1]. Anno 1702. in termino reproductionis productum, vitio laborat visibili; nam neque de convocatione constat, neque hi, quorum nomina subscripta majorem, sed minimam Subditorum partem constituunt, neque ipsi nomina subscripsere, sed nescio quis alius.

Quæ mandati forma multis fraudibus est obnoxia, propterea non toleranda. Ejusdem Mandati Copiam signatam producere voluit Dr. G. - -, pro sua legitimatione in altero Processu *Mandati de præstando Servitia debita*; Sed non produxit, deest enim numerus Actorum. [25] Cum ergò perindè sit, non facere & non legitimè facere, elegans textus

L. cum hi §. si Prætor aditus ff. de Transact.

adeò ut corruat actus omissa forma legitima,

Surd. decis. 268. n. 8.

Conclusio est certa, quod omnia quæ Dr. G. - - in utroque Processu egit, usque ad mensem Sept. Anno 1703. quæ etiam sequenti tempore à novis constituentibus non fuere expressè ratihabita, (nisi tacitam dicas accessisse & sufficere ratihabitionem,) inutiliter gesserit. Ipse Anno 1702. novitius adhuc Procurator, credidit se satis officio suo functurum. Annis sequentibus quievit Processus uterque usque ad Annum 1721.

Videamus, an subsequentia Mandata sese habeant rectius, & per ea Acta præcedentia salvari possint; Quemadmodum enim citatio

citatio vitiosè insinuata convalidari potest A per comparitionem. Vid.

Mynſ. 1. Obſ. 78. & 2. Obſ. 18. ibi Gülich in Obſervationibus.

ità defectum Mandati per aliud magis legitimum emendari posse non est dubitandum;

Agnovisse videtur Dr. G. - - vitia Mandati præcedentis, hinc de novo producendo fuit sollicitus Anno 1721. [67] Lit. a. nisi fortè putavit ob mortem aliquorum ex iis, qui Anno 1702. nomina sua dederunt, novo mandato esse opus, cum tamen præcedens formula consueta in hæredes esset conceptum, (vide de tali mandato Universitatis nomine producto, quod tunc novo Syndicatu opus non sit.

Lynk. diſp. de formis Procurat. cap. 2. §. 8.)

Verum hoc novum Mandatum à nescio quali Notario *Fabri* & testibus duobus conscriptum formam legitimi Procuratorii Universitatis nomine non habet, nam de convocatione Universitatis & consensu ejus non constat, & posset talis Procuratorii forma occasionem præbere liti calumniosissimæ. Crimen falsi isti Notario objicitur expresè in actis in der Gegen-Vorstellung [69] fol. 4. neque ab adversa parte removetur; adde den Gegen-Recess. [212]

De universitate *Elsoff* sive der **Vogtey**, de qua agunt testimonium [70] dicere hic nolo, quia peculiarem habent processum, nescio an etiam jura peculiaria & à cœteris Subditis Wittgensteinienisibus distincta. Voluit Dr. G. - - hanc causam ab illa separari [50] Act. Mandati de præstando &c. [76] Sufficit hic mandatum formam debitam non habere, accedunt testimonia, quod multi litem suam non faciant; Ergo neque per hoc Procuratorium Dr. G. - - factus est Procurator, legitimè constitutus: Sämbtlicher Unterthanen der Graffschafft Wittgenstein. Elsoffiani habent alium Procuratorem. Unde & ipse rursus de alio concinnando cogitavit, licet C confiteri erubuerit, vide Recess. 17. Jun. 1722.

Produxit itaque novum [214] quod est tertium non solum absque substituto, sed etiam pari vitio uti primum laborans, in quo 45. saltem virorum nomina absque mentione unde sint (diese sollen sämbtliche Unterthanen der Graffschafft Wittgenstein repræsentiren) *omnia eâdem manu scripta leguntur, absque mentione convocationis & consensus legitimè requisiti atque dati.*

Succedit quartum Procuratorium [215] per supradictum Notar. Fabri absque testibus adhibitis consarcinatum, quod cum præcedentibus rejiciendum esse censeo.

Tandem producitur quintum, [217] quod speciem habet aliquam majoris fidei, in quo Lectori Cameræ & Notario Publico P. Ranck tanquam Notario multi Subditorum nomina sua dedere, etiam absque testibus adhibitis. Id quod rursus est vitium visibile. Deinde incertum, an comprehendat Universitates omnes Comitatûs Wittgenstein.

De *Laspheni* oppido nulla mentio, unde est conjectura, quod litis participes amplius esse nolint, die angegebene 3. Viertel, **Banff, Ahrfeld, Feydingen**, exclusivè der Vogthey **Elsoff** (*) constituunt quidem Comitatum Universum; Ob aber alle Unterthanen ordentlich beruffen, gefragt, ihnen die Sache und Ursach erklähret, ob es major pars der sämbtlichen Unterthanen, oder wie Dr. G. - - im Recess 29. Septembr. 1722. angibt, **das halbe Land** seye, dieses alles ist ungewiß, wenigstens finde Ich nicht alle Dorffschafften darinnen; Ich glaube nicht, daß die mehresten unter denen die ihre Nahmen entwe-
B der selbst geschrieben, oder dem Notario Ranck dahin zu schreiben angegeben, darunter viele in angegebener aber nicht bescheinter Vollmacht es gethan haben wollen, de Objecto der Klage und deren Fundament einige Nachricht haben. Paucos Ductores & Clamitatores, cœteri sequuntur impetu cœco.

Quodsi Dr. G. - - isti mandato Procuratorio tanquam sufficienti confisus esset, debuisset causam allegare in Protocollo Actorum, ob quam opus esse credidisset sexto Mandato, quod produxit novissimè d. 14. Octobr. 1722. [220]

Verum & ultimum minorem habet Speciem formæ legalis quam præcedens; Nomina varia subscripta video, sed unde sint isti subscripti, an Wittgensteinienses rustici, & ex quibus pagis, an alii, nihil dicitur; multo minus ad quem finem fuerit datum, Id quod in causis Universitatum omnino necessarium esse puto. Hac verò ratione Judex semper incertus manet de Procuratore legitimo; Debet autem liberari Judex à dubio; ne fortè subsit aliquid subreptitii. Si quis suspicaretur, scrupulosum fuisse Procuratorem, an Mandatum Universitatis post aliquos defunctos & propter ætatem aliquorum imperfectum duraret: Opus fuisset speciali designatione hominum, qui in locum priorum succeessere. Deinde hæc dubia, quæ ex resolutione quarta *Lib. II. Trentacinquii* peti possunt, ibidem quoque resolvuntur. *Trentacinquius* dicta Resol. postquam præmisisset regulam: Per mortem Procuratoris post litis contestationem non extinguitur Mandatum &c. declarat eam vel limitat ex *Clement. fin. de Procur.* Aliud esse si Mandatum sit datum à Prælato vel Rectore Ecclesiæ;

T 2

quam

(*) *Pagi* **zum Banffer Viertel** *sunt hi:*	**Feydinger Viertel.**	**Ahrfelder Viertel.**	**Elsoff Viertel.**
Banff /	Feydingen sambt der Hütte /	Ahrfeld /	Elsoff /
Herbertshaußen /	Großenbach /	Niederlasphe /	Bettelhaußen /
Berentshaußen /	Volckholtz /	Saßenhaußen /	Allerthaußen.
Fischelbach /	Rückershaußen /	Rüchstein /	
Puderbach /	Oberndorff /	Ruppertshaußen /	
Weydenhaußen.	Erndebrück /	Steinbach /	
	Schameder /	Holtzhaußen /	
	Ambtshaußen.	Berendhaußen.	

quam limitationem *n.* 6. etiam extendit ad Rectores Universitatum. In hypothesi nostra puto, nullum esse nobis negotium cum rectoribus Universitatum; tales enim hic non dantur, sed cum singulis Universitatum membris. Unde & singuli nomina sua dedere, vel ut rectius dicam, mens fuit Procuratoris, ut Mandatum haberet à singulis. Num. 10. seqq. Sublimitat *Trentacinq.* priorem Exceptionem, si causa sit communis singulorum. Quod vero addit *num.* 15. *ex Socino Consil.* 112. de pupillis, expirasse mandatum per mortem constituentis parentis, hoc verum esse puto, ita ut Procurator absque novo tutoris Mandato in causa agere non possit valide, scil. quia consensus pupillorum deficit, qui ad quemcunque actum novum requiritur. Sunt autem actus judiciales quotidie novi. Aliud vero est in contractibus à defuncto parente celebratis, quibus hæres pupillus tenetur haud dubie. Obligatur etiam litis contestatione parentis nomine facta, sed ad actus novos absque auctoritate tutoris à Procuratore gestos eum non obstringi, ego concludere non dubito. In hypothesi si versaremur in casu tali, non sane suffecisset, nomina nuda virorum subscribere Mandato, sed exprimenda etiam fuissent nomina defunctorum, & qui in eorum locum successissent, additis, si quæ sint, Tutorum vel Curatorum constitutionibus. Proinde si ad meliorem legitimationem Dr. G. adstringeretur officio judicis, non solum utilis futura esset hæc cautio, ne sub specie defensionis homines simplices ad litem suscipiendum absque fundamento sufficienti incitentur, neque Dominus territorii calumnioso processu vexetur; Interest namque Domini, ut sciat, cum quibus ex subditis sit negotium, ne deinde alii ex victoria litis speratæ commodum capere velint, qui periculum facere noluere. Quod si tamen nihilominus sufficiens esse mandatum aliquod ex hisce productis, vel omnia conjunctim sumta, judicaverit Amplissimus Senatus, ego non valde repugnabo, modo non intelligantur universaliter de subditis omnibus Comitatus, sed de iis tantum, qui sua nomina sunt professi, & ad eos solos dirigatur sententia. Non possum tamen non monere, quod omnia ista mandata videantur mihi suspecta, cum in iis multa reperiantur nomina Virorum, qui Anno 1700. in actis Elsoffianis contrarium B deposuerunt, & quidem jurato, proinde utile futurum esse, ad rite constituendum judicium, ut constet legitimè, cum quibus ex subditis sit negotium.

Sententia publicata 21. Martii 1724.

In Sachen Burgemeister und Rath der Stadt Lasphe, und übriger als Consorten angegebenen Wittgensteinischen Unterthanen, wieder weyl. Herrn Heinrich Albrecht, jetzo Herrn August Graffen zu Wittgenstein, Mandati de non gravando contra inveteratas consuetudines & privilegia, nec exigendo immensas ac inconsuetas contributiones aliasque exactiones & operas, cassando atque inhibendo monopolia S. C. sodann verschiedener Anno 1703. den 29. Aug. ferner Anno 1721. und folgender Jahren ad acta hinc inde producirten supplicarum und Anzeigen, seynd die durch Dr. G. sub [1] [67] [214] [215] [217] [220] übergebene Vollmachten allesambt, als illegal und Ordnungswiedrig hiermit verworffen, und solle derselbe C zuforderist einen verbesserten Gewalt in specie von denenjenigen Wittgensteinischen Unterthanen, sowohl in der Stadt Lasphe, welche in denen neuen ab Anno 1721. producirten Vollmachten gar nicht befindlich, als denen übrigen Wittgensteinischen Unterthanen, soviel derselben an diesen beyden Processen annoch Theil zu nehmen gedencken, mit Exprimirung ihrer Nahmen und Wohnung in denen Vierteln entweder gerichtlich, oder coram Notario in Camera immatriculato & testibus, auch ungefährlicher Vorstellung sowohl der Sachen als deren gravaminum innerhalb 8. Tagen ad acta sub præjudicio übergeben.

Dann ist wieder Dr. G. um willen er dieses höchste Gericht mit dergleichen Illegalen Vollmachten bemühet, auch die Ursachen der verschiedenenmahl veränderten Gewälter nicht bemercket, die Straff einer Marck Silbers, so dann gegen Dr. B. und Dr. G. um willen sie solche Vollmachten nicht expresse diffitiret, noch die Mängel angezeigt, zusammen eine halbe Marck Silbers in der Armen Säckel, aus ihrem eigenen Beutel innerhalb 8. Tagen sub pœna dupli & realis Executionis zu entrichten hiermit vorbehalten.

§. 2.

Expositio summaria & generalis objecti litis & probationum.

De Actionis formula & probatione parte secunda speciali dicturus sum; Hic vero confusionis evitandæ gratia monendum esse putavi: *Objectum litis generale* esse gravamina varia, subditorum contra Dominum, & vicissim hujus contra illos. Diversa verò esse gravamina de quibus agebatur in querelis Anno 1702. propositis, ad quas Mandatum fuit decretum, formula nimium laxa, ab iis quæ successere Anno 1703. [31] tanquam in postscripto, Et porro Anno 1721. & seqq. in compluribus suppliciis ad acta remissis, Ad quas posteriores querelas Mandatum decretum non fuit, sed petita est *Extensio* prioris, nova planè methodo, ut scil. haberentur à judice omnia gravamina, pro factis talibus, quæ nullo juris præsidio defendi possent, vi Mandati præcedentis. Sanè ego Procuratoris postulationem non miror; Par enim fuit ratio, postulandi Mandati extensionem, quam quæ fuerat ad Mandatum ipsum. Hoc est, minime fundata. Sed ad nova illa narrata [31] extensionem non decrevit Senatus, è contra ad ipsius Domini Rei Comitis instantiam aliud Mandatum contra subditos, paucis mensibus post præcedens mandatum decretum,

tum, impertivit. Ad illa gravamina [51] ist in actis specialiter von Seiten des Herrn Graffen nichts gehandelt, auch die supplica absque venia producirt; der Gegenbericht [36] welcher diese neue gravamina allein betrifft, ist prævio decreto ad acta gegeben; das Bericht-Schreiben aber de dato 1. Sept. 1702. ist in Cancellaria blieben, so aber ad acta registrirt, und an statt einer Handlung geachtet werden muß. Ratio eadem fuit suspendendi Decretum ad gravamina recentiora Anno 1721. prolata. Existimo autem ex prioribus nonnulla plane cessasse; Indicium est non vanum, quod per 18. annos vociferationes judiciales rusticorum quieverint in processu utroque scil. à mense Sept. 1703. usque Anno 1721. teste protocollo Actorum. Nullaque amplius facta sit mentio priorum gravaminum, quam generalis. Nunc demum in mentem venit rusticorum Universitatibus, se non velle haberi pro hominibus propriis. Lasphenses Oppidani in nova periodo Processus nullum dedere mandatum; neque enim ullus ex iis in Mandato illo [217] reperitur, quod tamen si prosequi voluissent litem: æque debuisset curare Procurator. Quod vero ait: die Unterthanen wären so ausgesogen gewest, daß sie den Proceß in vorigen Jahren nicht fortsetzen können, id quidem pertinet ad allegationes tales, ubi studium est Advocati causam qualemcunque pro vera venditandi. Non solent universitates ejusmodi quiescere, ubi afflictionem sentiunt injustam; Si non est in ære pro Advocato & Procuratore explendo ipsi membra catervatim ad locum propinquum judicii currunt, auxilium flagitant, vel Domino gravanti obsequium denegant, quod tamen non nisi ab Anno 1721. factum esse conqueritur Comes, vid. [51] in actis Mandati de præstando &c. ubi ita ait: Subditi hätten biß dahin ihre schuldige Dienste und præstationes biß verwichenes 1721. Jahr ohnweigerlich præstiret, verum intra 18. annorum spacium omnia fuere pacata, etiam finito Camerali Iustitio, scil. ab Anno 1711. usque Anno 1721. Ich glaube, es ist daher gerührt, weil die schwere Kriegs-Contributiones und Einquartirungen aufgehört, und Graf **Heinrich Albrecht** die Unterthanen in Herrschafftlichen Waldungen freyer hauen lassen, so haben sie der andern Beschwehrden halber vielleicht selbst ihren Ungrund erkennet; Da aber Herr Graf *Augustus* in den Waldungen bessere Oeconomie anordnen wollen, so hat ihnen die Beschwehrung der angemasten Freyheit wieder wehe gethan; In principio der Klage haben allerley Klag-Puncten müssen zusammen gesucht werden, weil um der Contribution willen, quod tamen onerosissimum, kein Process würde seyn erkannt worden. Principio litis Anno 1702. distinguebantur gravamina Oppiduli Lasphe specialia ab iis, quæ essent cum cœteris subditis communia. Illorum fundamentum unicum erat privilegium in copia simplici productum [3] novissime post sentent. Cameral. 19. Febr. 1723. in Originalibus [227] [228] quæ ad petita actorum fuere reddita, relicta copia apud acta per Lect. vidim [229] de qua tamen infra aliquid occurret monendum.

Si conferantur gravamina singula vel specialia Oppidi *Lasphe*, vel quæ isti cives volunt habere communia cum rusticis ceteris, pauca invenio ad privilegium quadrantia, ita ut evidenter constet, Dominum Comitem Privilegii violati Reum esse. Deinde nescio, qua ratione velint communia habere reliqua cum pagis, nam haud dubie ad Oppidum Lasphe non pertinent omnia, cumprimis der Dienste halber ist gewiß, und ex actis und denen repetirten gravaminibus [221] [222] zu erkennen, daß die Frohn-Fuhren die Bürger zu Lasphe nicht betreffen, wie sie dann in dem am 24. Febr. 1724. extrajudicialiter übergebenen Dienst-Register nicht befindlich sind. Porro quod ad inveteratam consuetudinem provocant, argumento rubricæ Mandati & præcepti per omnia adjuncta [3] [4] [5] [6] non probatur. Provoco ad rei evidentiam, neque validior est probatio, in adjunctis zu dem unterm 13. Nov. 1702. ad gravamina nova exhibirten und Anno 1703. [36] producirten Gegen-Bericht, à num, [33] [34] [35] [37] usque [43] sunt enim pleraque inania & inepta. Der Gegen-Bericht zur Haupt-Klage sub exhib. den 6. Maji 1702. worauf das Decretum Processus Mandati unterm 2ten Jun. 1702. geschrieben, hat Worte genug in der That aber keinen bessern Beweiß, die Beylagen darzu sind bey dem ex Cancellaria aufgesuchten Duplicat nicht befindlich, und zweiffelsohne der Zeugen-Rotulus [30] gewest. Der Innhalt ist quoad substantiam in Replica [29] wiederhohlet; das Bericht-Schreiben des Herrn Graffen, so itzo nicht zu finden, ob es bey Erkennung des Mandati zur Hand gewest, kan man nicht wissen; denn das Mandat nicht **auf Bericht und Gegen-Bericht**, sondern auf **die** *narrata* **des Gegen-Berichts** (der doch ad acta nicht mit reproducirt) **und vorige** erkannt worden. Von der Bescheinigung der gravaminum per depositionem der Kläger selbst coram Notario Ranck infra erit dicendi locus, ubi agetur de probatione actionis. Ob solche Anno 1702. zu erforderter **einiger massen** Bescheinung hinlänglich erachtet worden, muß anitzo dahin gestellt bleiben.

Non melioris notæ sunt probationes omnes cum implorationibus novis, ab Anno 1721. judicio obtrusæ [57] usque [60] porro [65] [66] & plures aliæ, omnia sunt partim conficta & falsi accusata, partim nihil huc facientia.

Confictæ sunt [58] & [59] narrationes in cerebro Parochi cujusdam natæ. Nihil ad rem faciunt, simulque dubiæ sunt fidei [65] [66]

Licet enim vera esset historia, quod Comitatus Wittgenstein sit subfeudum Comitum Nassoviæ, nihil hæc res faceret ad causam præsentem. Quæ tradit *Tolnerus Hist. Palat. pag.* 2. 25. 281. Wittgensteinensem Comitatum feudum esse Elect. Palatini, aliis examinanda relinquo; est autem extra controversiam, quod investiantur jam dudum Domini Comites *à Domino Landgravio Hassiæ Damstatt.*

Die Beylagen [57] sive [60] item die Beylagen [206] [207] [208] [209] sollen darzu dienen, um zu bescheinigen, daß die Wittgensteinische Unterthanen keine **Leibeigene** seyen. Weil im Contract zwischen Chur Cöllen und Graf Georg zu Wittgenstein Berlenburgischer Linie über die freye Landschafft **Zuschenau** (welche circa seculum XIV. vom Hauß Waldeck an das Wittgensteinische gekommen) der übrigen Wittgensteinischen Unterthanen als freyer Leuthe mitgedacht. Sed falsi arguitur diese Beylage, weil die Worte **und aller Wittgensteinischen** Unterthanen in Originali nicht stünden, davon Authentica Copia producirt [73] junge die Gegen-Anzeig [69] fol. 6. allwo erkläret wird, wie es mit **Zuschenau** eine gantz besondere Bewandnuß habe, und solch Stück Landes jederzeit als ein besonder Corpus tractiret worden, adde die Vorstellung [241] fol. 5. Omnis tandem probationum vis est in assertione subditorum propria, & in utilitatem singulorum privatam, qua de re suo loco plura.

Pars Secunda Voti.

§. I.

De Genere Processus & Actionis.

NUm. 1. De Jurisdictione Cameræ respectu personarum in utroque processu Mandati fundata verba facere opus non est, cum nullum ea de re moveatur vel objici possit dubium, nam & in uno processu Comes Imperii est reus, Actores verò subditi, in altero viceversa hi sunt rei, ille Actor. Utroque casu forum Camerale fundari posse, praxis docet judicii Cameralis.

2. De genere processus verò alia est inspectio; Equidem in altero processu à Domino Comite contra subditos cœpto, per viam Mandati de præstando servitia, contributiones & obsequia debita, certum est, nullum etiam dubium, & colligitur ex omnibus narratis & conclusionibus, agi judicio possessorio retinendæ possessionis, juncta actione in factum, ob violentas oppositiones, (v. Ruland. d. Commiss. p. 3. lib. 2. qui totus agit de Actionum genere investigando cap. 5. circa fin. adde eundem p. 3. lib. 3. cap. 2. n. 11. cap. 5. n. 1). adversus subditos inobedientes Domino, cumprimis cui vires sufficientes non sunt, ad tuendam auctoritatem, auxilium esse à judice supremo per Mandata pœnalia.

3. De antecedente vero Mandato quod subditi Wittgensteinenses adversus Dominum impetrarunt, *de non gravando contra inveteratas consuetudines & privilegia, nec exigendo immensas, inconsuetas ac indebitas contributiones, aliasque exactiones & operas, cassando atque inhibendo Monopolia S. C.* notandum est, in narratis, cumprimis verò in adjunctis gravaminibus (5) semper allegari **das Herkommen, und Neuerungen, so Herr Beklagter wider solch Herkommen einführe**, hinc & petitum, ex quo formatum fuit Mandati præceptum, mentionem facit inveteratæ consuetudinis.

Neque tamen in tota compage querelarum invenio, quod in possessione libertatis fundamentum collocent Actores, & remedio possessorio uti velint.

4. Sane nec omnes Mandatorum species de possessione agunt, quemadmodum nec Romano jure interdicta omnia possessionem spectabant, sed plurima continebant causam proprietatis, pr. Inst. & L. 2. §. 2. ff. de interdict. scil. quando possessio simul requirit possessionem tituli justi, ut in causis Regalium jurisdictionis & beneficiorum. Frider. Mind.

Tract. d. interdictis cap. 21. n. 4.

vel, quando per viam interdicti petitorium non præparatur, sed omnis causa finitur. L. 1. §. fin. d. aqua quotidiana.

Coll. J. Arg. tit. d. interdict. §. 16. 36. 47.

Accedit, quod etiam in actionibus negatoriis possessorium merum non detur, sed semper cum petitorio mixtum sit, vid. omnino.

Schilt. Prax. jur. Rom. Exerc. 18. §. 41.

5. Dantur enim varia facta coërcenda, per viam Mandati, quæ tamen ad possessionem non pertinent, prout ad injurias alteri inferendas vel faciendo vel recusando debitum proclives sunt & ingeniosi non pauci mortalium. Hinc novas subinde experimur in Camera Imperiali Mandatorum rubricas seu inscriptiones, ex quibus plurimæ de possessione non agunt, sed sufficit esse certum jus, factum verò juri adversari. Vel quotiescunque necessarium est, ut donec de jure cognoscat Judex alteri omnia salva conserventur, *vid. Coccej. de Abusu Mandatorum S. C. §. 21. seqq.*

6. Est ergo in hujusmodi processu formula actionis generalis: *Imploratio officii judicis vel in factum actio*, specialior enim hic non datur, vid.

Ruland de Commiss. part. 3 lib. 3. cap. 3. n. 13.

7. Proinde si ad coërcendam Dominorum erga subditos duritiem Mandata de non gravando operis & contributionibus immoderatis decernantur, cujus rei in Camera exempla sunt frequentia vid.

Gail. 1. obs. 17. & de Arrestis c. 10. n. 7.
Stammius de servit. person. l. 3. c. 34. n. 3.
Lauterb. Coll. pr. l. 38. tit. d. operis Libert.

§. 8.

Formula actionis alia non est, quam prædicta generalis, in quo processu tota causa, non solum debet præparari, sed, quantum fieri potest, juxta acta finiri.

8. In

8. In præsenti causa *Mandati de non gravando &c.* Si ad rubricam & præceptum respiciamus, tendere videtur partim ad allegationem des alten Herkommens, und dem zuwieder vorgenommenen Neuerungen, partim ad actionem ex privilegio, partim ad *Condictionem ex L. publ. de Monopoliis. Reform. Polit. August. Tit. de Monopoliis add. L. un. Cod. de Monopoliis.*

Quia tamen juxta doctrinam *Carpzovii* 1. *Resp.* 53. *n.* 21. *seqq.* in querelis subditorum adversus Dominum de actionis formula multum laborare non oportet, hinc pro ratione causæ præsentis in generali remedio Implorationis officii judicis, vel actionis in factum subsisto.

Verumenimverò cum Dominus Reus passim in actis conqueratur de processu Mandati S. C. decreto, non sane sufficiet, dari posse subditis actionem qualemcunque adversus Dominum, sed necesse est etiam, ut talis qualem ingressi sunt via, juxta Leges Camerales locum habeat. Puta si obtinuerint subditi casu aliquo vel errore Mandatum S. C. B in tractatione causæ judiciali inquirendum erit, an etiam tali processus genere rite fuerint usi, an scil. facta fuerint talia, & quidem prout sufficit, demonstrata, in quibus Domino Reo nullum jus adsistat; Potest aliquis actor intentionem habere fundatam in se, non vero per viam Mandati S. C. adeo ut si in genere processus sit vitium, jurisdictio Cameræ pro fundata haberi non debeat.

Equidem in processu præsente, partim gravamina, prout narrata fuere: in supplicatione, ex qua præmissæ Mandati, veteri stylo Cancellariæ sunt confectæ, partim in [5], si excipias querelam de excessu in contributionum exactionibus, nullam, nequidem externam habent speciem injuriæ apertæ, quam via Mandati pœnalis coercere opus fuisset. De omnibus vero est certissimum nullam accessisse narratis demonstrationem factorum, qua judex C debuisset moveri ad Mandatum ejusmodi decernendum, omnis demonstratio facti nudis narratis actorum nititur. Anticipavi jam id ostendere in præliminaribus, & in sequentibus demonstrabo pluribus.

In contrainformatorio scripto nullam video narratorum demonstrationem meliorem. Rotulus testium, qui sunt ex ipsorum actorum numero, & forma minime legali confectus illam non efficit; Perinde enim est, narrare aliquid Advocato pro conficienda supplicatione, & narrare Notario: Aqua sive sit in vitro sive in aureo poculo, alium non habebit saporem; vox hominis sive ordinario modo proferatur, sive ope tubi stentorei incitetur, non majorem habebit vim, nisi apud imperitos. Clamorum satis, verborum affatim, probationes vero constant vel ex compilatis undiquaque chartis nullius fidei, vel ex assertionibus ipsorum actorum in propria causa, in commodum proprium etiam singulorum.

Et si conjungantur vitia Mandati Procura- A torii in præliminaribus indicata, non possum non statuere, processum hunc Mandati esse verè subreptitium, formam legibus præscriptam non habere.

Quid verò consilii post tantum temporis spatium ab An. 1702. tantosque subditorum clamores, accedente inobedientia gravissima, & ausus ad tumultum, spectantes? catervatim vidimus istos homines judicium flagitantes, jussos abire, non recedentes. Non expedire puto, si Mandatum de plano cassaretur, quia sic lis non finiretur, & animi magis exacerbarentur. Tractanda potius erit hæc causa tanquam in processu Mandati cum clausula, posteaquam Dominus Comes ad varias supplicas novas successive ad acta productas, respondit, & ipse finem litigii quietemque à subditis immorigeris exoptat, adeò ut conjungendo ambos actorum fasciculos, in quorum altero jurisdictio Cameralis etiam in forma processus dubium habet nullum, universa lis, quantum est instructa in articulis vel omnibus vel plerisque, una sententia definiatur.

§. 2.

De actionis probatione.

Dicam hic quid sit probandum & quomodo, postmodum vero quid probatum fuerit?

Meminimus supra à me ostensum fuisse, quod Lasphenses Oppidani ab An. 1721. nullum dederint Mandatum, ex quo constet animus litem prosequendi, unde etiam colligitur, actum illum 1. August. 1703. sub Lit. P. in Extraj. exhibito 17. Martii 1723. esse revera ita gestum, licet formula renunciationis & promissionis fuerit ità præscripta. Quodsi tamen Lasphensium gravamina adhuc considerandà esse censuerint Domini, ego nihil eorum prætermisi.

Distincta itaque sunt gravamina Oppidi Lasphe à cœteris, quæ tamen volunt sibi esse communia. Illa sibi vindicant tanquam præcipua, memores haut dubie verborum privilegii Ludoviciani de An. 1597. daß sie sich desto Bürgerlicher halten, Item, daß zwischen ihnen als Bürgern und andern gemeinen Bauren oder Land-Leuthen ein Unterschied gespühret werden möge.

Alia gravamina Civium Lasphensium pertinent ad contenta privilegiorum, alia fundantur in observantia vel consuetudine antiquiore.

Omnia reliqua communia non habent aliud fundamentum, quam das alte Herkommen, deme zuwieder von dem Landes-Herrn unerträgliche Lasten auferlegt, sie als Sclaven tractirt, Cyclopica servitute geplagt, biß aufs Blut außgesogen, die Haut über die Ohren gezogen würde; dergleichen Redens-Arten dem Schrifft-Steller der Unterthanen gar gemein sind.

Probanda ergo erunt sequentia.

In specie à Civibus Oppidi Lasphe.

1. Extare aliquod privilegium, quod ipsis largia-

largiatur exemtionem ab oneribus, quibus gravatos se dicunt, contra privilegii tenorem.

2. Privilegium illud contraria dispositione Domini, ubi forte facultatem mutandi sibi reservaverit, vel usu contrario non fuisse sublatum vel limitatum; vid.

Ruland. d. Commissar. p. 4. lib. 2. cap. 4. n. 69. seqq. inprimis n. 103.

3. Quoad reliqua gravamina tam specialia quam communia probanda erit consuetudo antiquior, contraria, das alte Herkommen, & quidem

4. Talis consuetudo, quæ habeat vim legis, Dominum territorii obstringens; Multa enim, quæ probari possent Dominorum indulgentia in usu fuisse antiquissimo tempore, ad obligationem perpetuam transiisse, nemo facile existimabit, cumprimis si agatur de jure Domini Territorii.

5. In puncto excessuum, Dominum fines æquitatis & moderationis excessisse. Facile enim est, de excessu clamitare, cum omnis qui aliquid patitur, excessum fieri putet. Major propositio semper est in ore & in scriptis: Si de Minore quæritur, sc. de excessuum probatione, omnia sicca esse experimur. Neque est excessus, ubi Dominus territorii, jure permittente, subditos refractarios coercet.

6. In puncto Monopolii vel propolii esse tale quid constitutum, quod omni jure sit illicitum; Nemo enim dubitat, esse aliqua in genere licitorum & publicè utilium; vid.

Ertel. praxi aur. p. II. pag. 456.

Werneri JCti Helmst. dissert. de Monopol thes. 30. ubi speciatim salis Monopolium *inter licita refert.*

Ratione modi probandi, non sanè licebit admittere principium, quo utitur Advocatus subditorum, quod sufficiat qualiscunque assertio & negatio, Domino incumbere probationem contrariam, ubi possessio Domini negari non potest, ut tunc confugere liceat ad Except. vis & metus vel precarii, cum tamen Exceptio talis ab eo, qui opponit, sit probanda,

Coll. J. A. tit. ff. uti possidetis §. 16

Stammius de servit. pers. L. 3. cap. 34. §. 4. inprimis cap. 13. §. 14.

Engelbr. diss. de operis Rustic. §. 103.

Hoc enim principio, quo utitur Advocatus rusticorum, admisso, misera erat futura conditio Statuum Imperii, cumprimis qui armis se ipsos tueri nequeunt. Multi ad casas erunt remittendi.

Quando ergò agendo adversus Dominum territorii dicitur aliquid insoliti, probandum est omninò existere vel conventionem contrariam inter Dominum & Subditos, in quo modus præstationum sit determinatus, vel legem publicam, vel consuetudinem, quæ vim habeat legis. Allegatio nuda consuetudinis antiquioris non sufficiet, nisi etiam

A probetur talis, quæ Dominum ad certum modum obligaverit. Rejicere tamen nollem probationes excessuum per exempla contraria regionum vicinarum, si aliquæ adferri possent. Vide

Muller. ad Struv. tit. ff. de Statu hom. §. 24. pag. 109. lit. E.

vel quod Subditi ita sint onerati, ut vitam sustentare nequeant, ubi tamen judicis animum occupare non debent vociferatio clamosa vel exaggerationes Advocatorum scriptæ. Hac enim via si subditi quæ volunt obtinere possent, nunquam defutura foret ipsis probatio. Certiora *ex statu facultatum* adferenda sunt testimonia. Porrò non sequitur, in materia operarum, si fortè Dominus aliquas species non exegerit, quod propterea exigendi facultatem non habeat, si operæ sunt indeterminatæ; vid.

Mev. 4. d. 131. & 271.

Minime omnium ad probationem adversus Dominum conducunt testimonia Actorum propria, sive sint jurata sive non, quia omnes B leges, omnes JCti rejiciunt talia testimonia in causa propria & ad commodum singulorum facientia. Denn auf solche Weise könten dem Landes-Herrn alle rechten abgesagt werden. Sed hac de re infra pluribus in Examine probationum. Inprimis verò pensi habenda est in istiusmodi causis differentia processuum, qui aguntur inter privatos vel æquales, ab iis, qui sunt inter subditos rusticolas & Dominum territorii, ubi agitur de juribus Domini & præstationibus. Amplissimam esse potestatem cujusque Status Imperii in suo territorio, nemo est nostrûm qui nesciat. Quod non ità est accipiendum, ac si territorialis potestas fines habeat nullos, sed de potestate sua natura eminente. Hinc approbatur communi calculo definitio *superioritatis*, ut appellatur, *territorialis*, quæ summitatem potestatis designat, nisi restrictio vel lege publica vel pactis sit constituta. vid.

Rhet. J. publ. 2. 1. 10.

Horn. J. P. cap. 58. §. 2.

C Unde etiam Imperii Status in suis territoriis non modo *tantum, sed* etiam quandoque *plus* posse quam Imperator in Imperio, agnovit *Lynkerus de superiorit. territ. pag. 83. ubi usque ad pag.* 88. brocardicum examinat; Neque adeò constringi potestatem territorialem quocunque usu antiquiore statuendum est, ubi est quæstio de præstationibus subditorum. Nam si omnes Imperii status, ideò quod hæc vel illa præstatio, vel limitatio utilitatum à subditis perceptarum, antehac aliter sese habuerit, illico querelis subditorum in Judiciis Imperii obnoxii esse deberent, & res ad antiquiorem usum reduci, vereor, ne excedat judex officii sui fines, cum leges Imperii Ordinum jura territorialia sarta tecta conservari velint. Nulla autem extat Imperii Constitutio, qua sublimis territorii jura præcisè & Universaliter sint definita, minime omnium circa præstationes subditorum, qui tales sunt absolute sive indefinito modo. Hoc dudum agnovere prisci in judicio Cameræ Antecessores in decisionibus & votis, relatis à *Webnero* Observ.

voce

voce **Lands-Fürstliche oder Herrliche Obrigkeit** §. 1.

Celeberrimus Hugo Tract. de Statu Regionum Germanic. cap. 3. §. 1. 2. 3.

generalia habemus principia, quorum applicatio tamen caute facienda, pro diversitate status Regionum.

Non enim est subditorum omnium ubique conditio eadem: Alibi pactis & conventionibus omnia constant: Alibi liberior est Domini potestas: Neque etiam desunt exempla, ubi conditio subditorum est talis, ut plane herili Imperio regantur. Imperitus omnino foret, qui causas subditorum omnes ad eundem modulum adaptare & decidere vellet.

Regula hic erit sublimitas potestatis territorialis. Exceptio a legibus & pactis dependet, quibus non existentibus, judicis officio determinari modus sane non poterit, sed ubi de excessibus foret quæstio, recurrendum erit ad naturalem regulam societatis vel Civilis vel herilis, inter Dominum & subditos. Differentia hæc subditorum in judicando si negligatur, non poterit non existere litigiorum varitorum & errorum origo. Dum scilicet tradita quædam JCtorum de restringendis præstationibus subditorum, non vero extendendis, de probandis a Domino præstationum titulis, imo etiam de mulctandis Dominis privatione suæ potestatis, vid.

Gail. 1. *obs.* 17.

Myns 5. *obs.* 8. *Carpzov.* 1. *R.* 53.

quæ forte in causis Dominorum inferiorum sive mediatorum locum habere possunt vid.

Carpzov. 1. *Resp. totis tit. V. VI. & VII.*

Lynk. de superiorit. territ. pag. 82.

Böhmer dissert. de jure & statu homin propr. sect. III. §. 7. *n.* 5.

applicantur ad Dominum, cui simul competit potestas territorii. Similis foret error mea Sententia, si cum legeris apud Autores nonnullos *Balthasarem JCtum Salisburg de Op. subdit. cap.* 17. *vel Jonam Euchar. Erhardum Tr. de oper. subdit. Conclus.* 15. per libros censuales Domini non probari subditorum præstationes, nisi horum consensu sint solenniter confecti: Quod jura incorporalia absque titulo possideri nequeant, proinde ad præstationes operarum rusticarum etiam titulus sit probandus. v. ibid. *Conclus. XIII. & seq. XIV.*

Carpzov. 1. *Resp. tit. VII. Resp.* 61. *seqq.*

qui agit de Nobilibus mediatis, si inquam conclusiones istiusmodi ad Dominum territorii adplicare quis vellet, prout facere non veritus est

Erhardus Concl. XII.

deinde in exegesi rursus limitat de tali operarum excessu, ut subditi atterantur, quo de casu non est quæstio. Ipse tamen *Erhardus Concl. XI. & in exegesi Lit. D.* operarum rusticarum præstationem separatam habere rationem a jure Regalium ex jure Civili Justiniano male concludit. Est enim debitum operarum in genere etiam pars Regalium, ita ut alia obligatio sit subditorum erga Dominum territorii, alia erga Dominum mediatum. vid.

Habn. ad Wesenb. tit. de operis libert. n. 4.

A ubi Germaniæ jure operas **Frohn-Dienste** deberi dicit, vel tanquam a subditis ad indicium protectionis, sive subjectionis, vel in remunerationem partæ libertatis per manumissionem, vel communi subjectionis jure, plurimum vero ex longæva consuetudine, vel denique agricolationis jure.

adde Krebs. de ligno & lapide p. 340.

Stamm. de servit. person. L. 3. *cap.* 21. *n.* 9. & quæ infra dicentur §. 6.

Proinde ut concludam hoc caput generale de probationibus, statuo, subditos contra Dominum territorii Actores, exemtionem ab oneribus, de quibus conqueruntur, probare oportere: Dominum vero ad titulum probandum non esse obstrictum, & in processu ejusdem rationes sive registra præstationum ad effectum manutenentiæ contra refractarios subditos omnino sufficere. Relatum invenio apud supra laudatum *Hugonem de statu Reg. German. cap.* 3. §. 30. exemplum processus Cameralis Mandati cum clausula, de non gravando contra servitia consueta & edendo, L. contra S. in quo per Sententias Camerales 23. B Mart. & 13. Dec. 1658. Domino injuncta fuerit editio librorum censualium aliorumque ejus generis, sed cum circumstantiæ ejus causæ non pateant, nulla poterit exinde peti norma ad judicium in præsenti causa faciendum. Minime autem exinde concluderetur, generaliter Dominum ad probandum titulum esse adstringendum: Quam conclusionem perversam facit Advocatus subditorum ex Sententiis nonnullis Cameralibus, de Anno 1701. & 1702. in causa **des Kirchspiels** *Max-Sain contra* **Gräfin zu Sayn Hachenburg**, & in causa **Gemeinde Nieder-Weisel** *contra* **Hohen-Solms**: nam quod asseritur **im Gegen-Bericht [36.] daß diese Beylagen [40] [41] [42] darthun sollen, wird daraus gar nicht beschienen.** Interim certum est, ad jura Domini Rei circa præstationes probanda sufficere Libros rationum, quorum exempla magno numero ad Acta sunt producta: Quia sunt ab officialibus confecta, & ordine conscripta, quæ, ut dicam, quod minimum dici potest, vim probandi semiplenam habent, C vide

Franzk. de laudem. cap. 4. *n.* 30. *& seqq.*

adeo, ut ad manutenendum Dominum contra subditos omnino sufficiant. Neque possunt conqueri subditi, quod non fuerint desuper auditi, quia producta sunt exempla vidimata ad Acta, quibus quid reponerent specialiter non habuerunt. vide

Mev. 4. *dec.* 179.

Et consideranda persona Domini Comitis, tanquam persona illustris, in cujus Archivo ista catastra asservata sunt, vid.

Mascard. Concl. 273. *n.* 11.

Licet enim quoad Dominos mediatos libros ejusmodi vim probandi non habere contra subditos in materiis operarum & censuum statuant JCti, vid.

Berlich. dec. 272. *n* 7.

aliud tamen obtinet, si sint confecti a Domino territorii qui jus Archivi habet, quod ipsum in Civitatibus agnoscit id. *Berlich. d. l. n.* 3. *add. dec.* 274. ubi antiquis registris & in Archivo custoditis per Officiales successive surro-

surrogatos conscriptis, & a longissimo tempore, fidem adhibendam esse docet *n.* 3. *n.* 10. *n.* 11. 12. Quibus omnibus in casu nostro accedit, quod subditi actores defectus registrorum aliquos allegare non sint ausi, v. ibid *n.* 8. ubi allegatur *Prukmann. I. consf.* 29. *n.* 50. Neque requiri adminicula omnia conjunctim, sed sufficit, concurrere pleraque *n.* 22. adstipulatur *Berlichio*

Engelbrechtus diss. de Oper. Rust. §. 106. & *Kappen decis.* 46.

Quæ omnia egregie confirmantur ex *Rulando* harum rerum peritissimo de *Commiss. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. ubi etiam *n.* 11. de libris forestalibus Magistratus idem affirmat. Hucusque de modis probandi in hoc processu.

Cum vero intersit multum, scire speciatim conditionem s. statum subditorum Wittgensteiniensis Comitatus, visum mihi fuit, priusquam ad examen cum gravaminum tum probationum speciale accedam, differere paucis de *conditione hominum propriorum Germaniæ in genere*, postmodum in specie de subditis Westphaliæ, Westervvaldiæ & Wittgensteinensibus. Occasionem dedit Advocatus rusticorum in novissimis supplicis ab An 1721. productis. Utilitatem habebit quoque hæc disquisitio in causis aliis.

§. III.

Hominem esse sua natura animal sociale, simulque libertatis cupidum, veteres etiam Philosophi agnovere. Hinc Romanorum JCtorum opinio profluxit, servitutem natura repugnante introductam esse, *L.* 4. *ff. de Stat. hom.* quam etiam suam fecit interprete Triboniano Justinianus Imperator §. 2. *J. de Jure Person.* Cujus Philosophiæ & libertatis prout §. 1. *Inst. eod. tit.* describitur examen, cathedræ Academicæ relinquendum est.

2. Quemadmodum autem non omnia, quæ primævo hominum statui non congruunt, propterea superveniente status mutatione sunt naturali juri adversa, & injusta, vid.

Pufend. de Off. Hom. & Civ. lib. 2. *cap.* 1. *junct. cap.* 4. & *in opere de I. N. & G. L.* 6. *cap.* 2. §. 4. *seqq*

Ita perperam omnino ratiocinaretur, qui servitutem inter homines naturali juri & justitiæ vel etiam Christianæ religioni repugnare diceret,

H. Grot. L. 2. *de I. B. & P. c.* 5. §. 17. *Hert. diss. de hom. propr. S.* 3.

Fuit tamen hæc Sententia jam olim quorundam JCtorum, eorum etiam, qui Imperatori Sigismundo a Consiliis erant, unde nata est Reformatio illa de An. 1440. in Concilio Basileensi proponenda, quam refert Goldastus part. 2. der Reichs = Satzungen p. 110. ubi vide circa res politicas cap. 9. p 132. Eam tamen Legis publicæ vim non accepisse reor, add. Spec. Suev. sive das Kayserliche Land = Recht. Cap. 52.

3. Non mirum est itaque insedisse eandem opinionem animis rusticorum jam dudum, & fuisse seditionum fundamentum seculis præcedentibus, estque adhuc hodie, quotiescunque istud hominum genus novitatis cupiditate incensum ab obsequio Dominis debito recedit, cumprimis si inveniantur, qui ipsos voce, calamo & spe erigere non vereantur, & dulci fistula præcinere, quod ex eodem luto sint facti sicut Domini, æquali modo nati, pari sorte moriantur, Dominum subditorum causa esse, non contra, ad regendum, non ad heriliter imperandum, adeoque ipsi ad servitia & præstationes alias quam ipsi subditi libere velint, non teneantur. Ita olim res sese habebat, *ubi ingentem habuere multitudinem, rem fortiter aggressi, nulli volunt amplius subjici, sed comiter vivere omnes, & vel ingenuitatem aliquam scire, vel privatum possidere, & nefas vitare. Pollicentes sibi perpetuam ab omni servitute libertatem, agros, sylvas, aquas, & fluentia omnibus futura communia.* Sunt verba veteris Historici *Bodonis* in Chronico *Clusino fol.* 363. *seq.* Quod edidit inter Historicos scriptores celebris *Leibnizius Tom.* 2. *fol.* 145. Auctor dicto loco de seditione rusticorum Sec. XVI. agit, cujus verba aliquo modo ad præsentem Tractationem facientia excerpsi, reliqua enim ex præjudicio doctrinæ scripta, suo relinquo auctori Memoratu dignæ sunt illæ leges, quas *Thomas Münzerus*, famosus ille & fanaticus rusticorum seditiosorum Dux, præscribere ausus est Dominis, quæ in capitibus nonnullis cum hodiernis rusticorum tumultuosis litibus plane conveniunt, vide apud

Struv. im neu=eröffneten Historischen *Politischen* Archiv. part. 3. pag. 140. *seqq. pertinet huc art.* 3. & *seqq. usque ad fin.*

Non abnuo, in ejusmodi revolutionibus sancto Dei judicio reprehendi Dominos, qui potestate sua abusi omnia licere sibi in subditos existimant, vel exacta voluptatibus consumunt.

4. Interim juridice & simul historice statuendum est, de servitute & hominum propriorum statu; (differentia & convenientia servorum & hominum propriorum infra explicabitur,) in Germania neque per religionem Christianam, neque per leges publicas sublatum esse: Illud erronee existimavit *Bodinus*: (quem deinde sunt alii secuti.)

Vid. Stamm. de serv. pers. L. 1. *cap.* 2. *princip.*

2.) De Octroya sive permissione Principis Leodiensis, quam Appellans productam esse ad acta dicit in scripto conclusivo 8. Apr. nuper producto, nihil ego reperi. Et quod ait ibidem Appellans octroyam ad testandum non esse consumtam per primum actum, quia is effectum non fuerit sortitus: Negatur suppositum. Nam utique actus primus h. e. dispositio fideicommissaria Conjugum communis ad effectum pervenit, quia filius *Ferdinandus Carolus* nullo relicto testamento decessit, ejus verò filius *Franciscus*, sine liberis vitam finivit, scripto hærede nostro Appellato Episcopo.

3.) De Originali Codicilli nihil amplius laboro, quia Lt. N. copiam pro vera agnovit. Clau-

 sula

sula autem *in passibus utilibus* non respicit veritatem copiæ, sed contentorum utilitatem. Vult enim Appellans uti codicillis in uno saltem articulo, quem sibi utilem esse credit, versu *inducentes* &c. Præcedentia enim sibi proficua non esse credit. Ergo per sententiam Cameralem copia supplebit vicem originalis.

9. Ex dictis concludo: dispositionem fideicommissi, si aliqua existit contraria dispositioni communi Conjugum, esse non validam. Sed etiam talem, qualem fingit Appellans, ne quidem existere puto, cum clausula illa fideicommissi perpetui §. *Inducentes.* pertineat, ordine voluntatis & scripturæ ad eum casum, si neutra ex filiabus nupserit alicui ex familia de *B*.

Qua conditione non purificata, cadit dispositio istius fideicommissi &c. Verùm enim vero quid opus est huic quæstioni tantopere inhærere, quam appellatus Episcopus in medio relinquere videtur, & alternativa sua petitione, sive valida sit codicillaris dispositio, sive non valida, victoriam litis sibi promittit. Hinc & omnia ejus scripta ad utrumque casum sunt directa. Petitum est in recessu 22. Jun. 1716. ut pronuntiare velit Judex: *vel*, nullum appellanti ad bona jus competere, & prætenso fideicommisso locum non dari: *vel* in casum fideicommissi subsistentis Appellatum declarari potiorem, Appellantem verò esse excludendum. Repetitur hoc petitum 31. Maj. 1712. his verbis: *Jure potuit*, Appellatus sc. erga Appellantem alternativam formare conclusionem, quæ regulariter de jure permissa est & receptissima, nempe vel pronunciandum fore, nullum in præsenti rerum statu subesse fideicommissum, *vel* casu, quo aliquod subesse ac etiam nunc subsistere fideicommissum avitum videretur, ad illud præferendum esse Episcopum N. tanquam prædilectum ex ipsa testatoris filia expressè vocata prognatum, & ipsi testatori agnatum.

10. Ergo quæstionem, an valide fuerit ab initio constitutum fideicommissum à testatore, suo quidem loco relinquere possem, cùm alia adsit & sufficientissima causa pro Episcopo appellato pronunciandi. Non dubitarem tamen ego asserere, ab initio esse invalidum fideicommissum; (1) quia Marito superstiti non licuit dispositionem communem immutare vel augere, quia reservatio in dispositione communi facta intelligitur, vel communi consensu, vel si uterque conjugum adhuc esset in vivis, minimè vero post confirmatam disposit. per mortem uxoris. V. *Mean Obs.* 82. (2) Quia dispositione illa communi facta expiravit licentia data ad testandum. Ego tamen hanc opinionem, quam ipse Appellatus in arbitrio Judicis reliquit, multò majori jure majoribus votis vel amplectendam vel dimittendam lubens permitto. Sunt enim aliæ rationes efficacissimæ, quibus probatur fideicommissum, licet valide fuerit constitutum, evanuisse. Utroque casu autem recte dicitur fideicommissum non existere amplius, & appellatum Episcopum ad successionem bonorum à *Francisco* de *B*. relictam, per hujus testamentum, reservato uxori usufructu, esse vocatum.

Sequuntur itaque augmenta ex ipso Codicillo, tanto firmiora, quod ex fundamento Appellantis ipsius vim concludendi habeant insignem; scilicet *alterum Membrum* primæ quæstionis de non existente amplius fideicommisso fundatur ab Appellato non in vitio dispositionis *Joannis* de *B*. qua de re actum fuit *Membro primo*. Sed in ipsa dispositione, quia scil. cessat fideicommissi conditio. Hoc est; Quia filius testatoris non decessit sine liberis masculis, ergo cadit totum fideicommissum.

At, at, inquit Appellans: verum hoc esse in primo fideicommisso in favorem filiæ natu majoris constituto, non vero in secundo, quod perpetuum esse voluit testator priori quodammodo contrarium. Vid. Recessum acceptativum 26. Aug. 1716. cujus scripti totus contextus hoc præcipue nititur fundamento. Siccine autem contrarietatem statuemus dispositionis, duo diversa fideicommissa? Imo hanc suppositionem omni rationi & juris analogiæ adversam esse, in præcedentibus demonstravi. Jejuna est ratiocinatio Appellantis, filias non aliter esse vocatas, quàm in casu fideicommissi, casu quo Ferdinandus Carolus sine liberis decederet. Cum verò casus hic non evenerit, evanuisse fideicommissum, & reductam successionem ad secundum fideicommissum perpetuum §. *Inducentes* in quo filiarum nulla amplius sit ratio. Allegatur ibi *Peregrin. art.* 16. *n.* 44. *seqq. & n.* 76. 101. *Sande* 4. *decis.* 5. *def.* 9. *Stokm. decis.* 31. quàm imperitè, ex ipsa Auctorum inspectione patet. Tota argumentatio recidet ad fallaciam compositionis & divisionis. Refellitur autem hæc argumentatio per Appellatum, quod conditione fideicommissi semel extincta non possit esse locus ulterioribus fideicommissi gradibus. Nam nullæ sunt qualitates ejus, quod non existit. Extinctum autem quod est, quomodo potest reviviscere? somnia autem esse, quæ de duplici & contrario fideicommisso in cerebro suo finxerit Appellans. Auctores ab Appellante allegatos, cumprimis *Stokmannum* & *Sande*, qui de extincto fideicommisso clarè loquuntur, nihil pro Appellante facere, neque etiam *Peregrinum*, cujus doctrina *art.* 15. *n.* 7. Appellantis ratiocinio sit planè adversa. Adducitur quoque ab Appellato pro sua intentione, & appositè, *Mean. Obs.* 482. Ergo, concludit Appellatus, sufficere debet, quòd *Franciscus* de *B*. liberè disposuerit in favorem Appellati, qui proinde bona illa ab omni fideicommissi vinculo libera habere debet. Sanè rationes Appellati, quas in Actis & in facti serie typis impressa succinctè comprehendit, vincere puto eas, quas Appellans protulit in medium, Auctoresque allegatos huc facientes *Peregrinum artic. XV. n.* 7. *Roccam. disp. c.* 13. *n.* 15. 16. *Hondedeum Consil.* 78. *n.* 43. *seqq. Ruin.* 2. *Consil.* 153. *n.* 5. *seqq.* 11.

Adeo ut ob defectum conditionis in principio positæ, cui omnis fideicommissaria dispositio innititur, irritum factum fuisse fideicommissum, confidenter statuam, tantò magis, quòd ipse Appellans confiteatur, extinctum fuisse in personis filiæ. Quod autem addit de secundo fideicommisso priori contrario, hæc mera figmenta esse 13.

ta esse censeo. Atque ex hoc capite Appellans Victor erit in hac lite adversus Appellantem, & potietur successione sine onere fideicommissi. Transeo ad alteram quaestionem, quae est hypothetica: Posito remansisse aliquod fideicommissum, quis sit in successione potior. Appellans se esse existimat.

1.) Quia mater Appellati tantùm sit vocata, ergo extensio non valeat ad filium, postquam mater obierit fratre superstite, neque adeo transmittere potuerit jus nondum adquisitum.

2.) In secundo fideicommisso vero, quod solam lineam masculinam afficit, Appellatus praerogativa gradus lineae masculinae sit potior. Neque hic attendi gradum, quem Appellatus habet proximiorem à persona suae matris, contestatoris nepos ex filia, quia filiae nomine familiae non continentur. *Knipsch. c.* 1. *n.* 39. 40. 75. Haec sunt argumenta Appellantis in replica adducta, & in recessu submissivo, in quo instat sententiam desuper maturari, repetitè.

Prompta est responsio ad rationem primam.

1.) Quod primo casui fideicommissi, ubi adjecta conditio, si filia nupserit alicui ex familia de B. nulla addita sit substitutio ulterior, adeoque in hoc casu, ubi à parente est relictum fideicommissum, repraesentationi locus esse debeat, juxta communem DD. sententiam, quam refert & approbat *Lynkerus* 1. *Resp.* 173. *n.* 29. *cum allegatis. Honded.* 1. *consf.* 70. *n.* 53. *Mantic. de Conj. ult. vol. L.* 8. *§.* 9. *n.* 11. *adde Anton. Fab.* 6. Cod. Tit. 20. n. 10.

2.) Quòd substituti sint Agnati ex latere, non alio in casu, quàm si neutra ex filiabus matrimonium contraheret, cum persona ex familia de *B.*

Ad rationem secundam verò,

Quòd voluntas Testatoris expressè declaraverit favorem ante omnes alios pro filiabus, quae jure L. in successione feudali minimè excluduntur *V. Mean. obs.* 3. *&* 4. *n.* 2. & quod Appellati pater per matrimonium cum filia subintraverit in gradum filiae, adeoque & nepos testatoris, Appellatus Episcopus haud dubie sit potior gradu, ordine voluntatis testatoris & scripturae.

Pluribus haec deducta leguntur in Facti serie typis mandata. Ego id saltem addendum putavi: Frustraneam esse oppositionem Appellantis, quousque ipse jus suum ex Codicillis non clare ostenderit. Is vero non habet aliud fundamentum, quàm fictum aliquod fideicommissum secundum, quod primum excluderet. Ad quod responsio est brevis, ut ille in Epistola responsoria: *de eo quod scribis nihil est, Vale.* Valeat igitur Appellans, & triumphet Appellatus, expensis compensatis, mea sententia. Temporis jacturam facturum me putavi, si in re tam clara cumulo rationum & allegationum ex fertili materia fideicommissorum, & penu mea, operam dare voluissem; sufficere credidi, si id quod ad nodum pertineat proferrem, ut cum *Stokmanno* loquar *Decis.* 31. *post num.* 1.

SENTENTIA PUBLICATA 13. SEPT. 1720.

In causa *Arnoldi Ferdinandi* de *B.* Appellantis ab interlocutoria ex una, contra *Ferdinandum* de *B.* Episcopum N. Appellatum ex altera partibus, visis Actis, omisso puncto Appellationis in causa principali dicimus & pronuntiamus, *Arnoldum Ferdinandum* in sua intentione fideicommissi fundatum non esse, proinde dictum Ferdinandum Episcopum absolvendum, eique successionem in bonis à quondam *Francisco* de *B.* relictis, quoad assertam sibi proprietatem adjudicandam, prout eandem dicto *Ferdinando* adjudicamus. Expensas hujus litis ex Causis nos moventibus compensantes.

Adversus Notarium N. qui huic Imperiali Judicio copiam Codicilli nimium vitiosè & imperitè sub sua Notariali fide ceu transsumtam & translatam ex originali edere, non est veritus, mulctam dimidiae Marcae argenti, contra Lt. N. verò propter Recessum 1. Jun. 1718. Actis propriis productis contrarium, poenam arbitrariam utramque sacculo pauperum inferendam reservantes.

Consultatio & Decisio XIII.

Praemisso Causae statu, quaestiones variae tractantur: An Jurisdictio sit in fructu? Scabini inferiorum Judiciorum an habeant potestatem ordinariam, an delegatam? An liceat Toparchae loci amovere Scabinos, & quid de usufructuario?

Mirabilem continent Acta haec litis occasionem, factique seriem & tragoedias concurrentes.

Quaestio Principalis initio litis erat haec: An defunctus *Comes de B.* potestatem habuerit, personas ad constituendum Judicium subalternum Toparchiae *S.* & *O.* allectas absque causa legitima exauctorandi, aliasque personas aliudve Judicium constituendi?

Altera quaestio consecutiva. An priores Judices congregati, quibus à Judicio superiore manutenentia in officio erat concessa, actus judiciales legitime peregerint, & cum effectu juris. In specie respectu Saisiniae ab Episcopo N. *Comite* de *B.*

de B. & hærede bonorum quondam *Francisci Ferdinandi de B.* contra defunctum *Comitem de B.* (cujus uxori ususfructus bonorum à priori marito antea dicto *Francisco Ferdinando* est relictus) coram Veteri Judicio petita, decreta, & consuetis solenitatibus adhibitis executioni demandata.

Tertia quæstio est incidens & querelam attentatorum concernit; An Episcopus N. qua Dominus proprietarius Toparchiæ *S. O.* & qua *re-saisitus* novum Prætorem constituendi potestatem habuerit? Mirum in modum confusè tractata est causa in Actis, ut recensendo ea, juxta seriem numerorum sive per modum extractus consueti, nemo facilè, quid in hac causa à quæstione vel facti vel juris dependeat, intelligere queat. Itaque systema Causæ ordinatum formare studui, ut confusa in justum ordinem redigerentur, & sic decisio erit facillima.

Interim in hoc Jurisdictionis conflictu ad violentias, varias cædes & vulnera perventum est, adeò ut maturatione decisionis opus sit omninò.

Series rerum & Systema Causæ ità sese habet.

Franciscus Ferdinandus de B. maritus primus *Gertrudis de R.* jam Appellantis, superstitis adquisivit Toparchias *S.* & *O.* per donationem inter vivos omnium bonorum factam ei à *Florentino de A. & H.* Anno 1663. erga promissionem alimentorum condignorum. Investituram etiam obtinuit in Curia Feudali Comitatus Lossensis quam vocant *Curingianam* Anno 1687. 17. Jun. Iste *Franciscus Ferdinandus de B.* nullos habens hæredes ex suo corpore descendentes, testamento Anno 1713. condito, scripsit heredem *Ferdinandum de B.* Episcopum N., relicto tamen Ususfructu omnium bonorum Uxori *Gertrudi de R.*, quæ post fata mariti, qui defunctus Anno 1714. in secundo matrimonio habuit *Albertum Ferdinaudum de B.* ex alia linea.

Hæc omnia ex aliis Actis duplicium Appellationum constitere huic Judicio, hic tamen fuere repetenda pro intellectu Actorum præsentium. Notum etiam est ex Actis Appellationis in Ordine temporis primæ, inter prædictum *Albertum Ferdinandum de B.* & Episcopum N., quod hic adversus illum per Sententiam Cameralem 13. Sept. 1720. victoriam deportaverit, in qua decisum, fuit proprietatem bonorum Episcopi esse, ex Testamento *Francisci Ferdinandi de B.*

Habemus ergo Episcopum N. Dominum Toparchiarum, salvo Ususfructu *Gertrudi de R.* relicto.

Ergò maritus secundus *Gertrudis de R. Albertus Ferdinandus de B.* non erat Dominus, sed saltem gavisus est cum uxore usufructu. Neque alia bona habuisse maritum constitit. Hinc & Uxor ejus cavit diligenter à Jure manus plicatæ, reservando sibi bonorum propriorum dominium & rationes separatas, qua de re testantur Acta Appellationis primæ. De uxore ità sonat iterata demonstratio, nihil intulisse in matrimonium cum primo Marito, quam mille imperiales, neque aliud quid in bonis habere, quam quod ex testamento Mariti primi ei fuerit adquisitum, scil. bona mobilia & usumfructum immobilium cum onere æris alieni. Quam conditionem ipsa elegit, cùm potuisset juxta optionem in testamento Mariti ipsi datam eligendo mille imperiales aureos ab hærede scripto præstandos, ab omni onere æris alieni libera esse. Sed maluit vidua γυναικοκρατεῖν in Toparchiis.

Accidit ergo, cùm Episcopus N. nomina aliqua à se adquisita urgeret, & via juris persequeretur, ut gravissimas ab Usufructuaria, quæ mox secundis nuptiis juncta fuit *Alberto Frid. de B.* in Q. experiretur inimicitias.

Hæc variarum litium fuit origo; nimirum adquisiverat Episcopus reditum 575. flor. annuorum, ab *Huberto Josepho* de N. marito *Maria Paulæ Claræ de B.* quem ei debebat *Franciscus Ferdinandus de B.* Testator, constituta hypotheca bonorum in *S.* Ad hunc reditum præstandum condemnata est Usufructuaria, per *Sententiam Cameralem definitivam*, quæ erat altera Appellatio. Nullum erat dubium ideò, quod Episcopus esset hæres *Francisci Ferdinandi de B.* & videntur confusa esse jura creditoris & debitoris. Agebatur enim prout etiamnum agitur, in aliis actionibus propter alios reditus, de reditibus cessis post mortem mariti, quæ sunt oneri uxoris tanquam usufructuariæ, juxta voluntatem testatoris.

Adquisiverat porro Episcopus *N.* Anno 1714. *alium reditum* 400. *flor.* annuorum, à quodam. Hujus reditus debitor primus fuit *Ferd. Car. de B.*, pater testatoris Francisci, & obligaverat se suaque bona Anno 1665. i e hoc *reditu* 400. *flor.* variæ *natæ sunt actionos*, quas recensui in voto alio 6. Nov. 1721., scilicet divisim erant Actiones institutæ, pro diversorum annorum reditibus cessis.

Prima actio per *R.* instituta realis hypothecaria coram Curia Toparchiæ An. 1714. 9. Jan. ad omnes reditus cessos usque Anno 1714. quo anno primus maritus Appellantis nostræ *Gertrudis* erat defunctus; In qua actione successit Episcopus. Et hæc causa per Appellationem à Sententia *P.* Scabinorum 27. Sept. & 11. Decemb. 1714. ad Consilium Provinciale Stabuletense devoluta fuit, postmodum ad Cameram Imperialem, ubi Processus Appellationis restrictivè ad certum Gravamen fuere decreti 6. Nov. 1721. reproducti 23. Febr. 1722.

Sententia Stabulens. erat 18. April. 1719. præclusiv. probationis.

Altera actio instituta pro reditibus cessis sequentium 3. annorum 1714. 1715. 1716. coram Curia *S.* tanquam Judicio ordinarin primæ instantiæ.

Tertia actio pro reditibus trium sequentium annorum usque 1719. inclus.

Licitum autem erat diversorum annorum reditus distinctis Actionibus petere, successivè, quamprimum aliquot annis solutio cessasset; neque enim Sententia condemnatoria pro 3. annis executionem inferebat, ad reditus annorum sequentium in Actionem non deductorum.

Cum

Cum autem ultimorum annorum reditus, via executiva Saisiniæ peterentur, hæc res variorum excessuum violentorum fuit occasio.

Alius adhuc est reditus 150. flor. annuorum, quem Episcopus adquisiverat à quodam de *T.* cujus nomine Actio instituta fuit, pariter ut in illo 575. florenor. coram Officiali L., & condemnata pariter Rea 24. Jan. 1718. Processus Camerales decreti 9. Jan. 1720. reproducti 8. April. Dixi huc usque de origine litium, nunc præsentis Appellationis materiam persequar.

Acta hæc præ se ferunt materiam aliam, scil. remotionem Scabinorum Toparchiæ *S.*, sed tamen ducit hæc originem ab Actionibus adversus Usufructuariam institutis. Neque intelliguntur hæc Acta, nisi per altius repetitam litium originem & successionem.

Est consuetudinis in ista regione, prout alibi, ubi Jurisdictio est patrimonialis, ut liberum sit Actori Dominum coram proprio Judicio convenire, actione reali cumprimis. Multo magis Jurisdictio Curiæ illius erat fundata, adversus Usufructuariam, quæ non erat Domina, neque loci neque Jurisdictionis, ibi tamen degebat cum Marito secundo. Fundata, inquam, maximè Jurisdictio Curiæ *S.* in Actione reali, ità ut alibi Actio institui non possit, in prima Instantia. Cæteræ enim Actiones coram Officiali Leod. institutæ erant in personam.

Experti itaque conjuges de *B.* variorum creditorum Actiones reales coram Prætore & Scabinis Toparchiæ intentatas, studuerunt (ita narrat probabiliter Episcopus,) amovere istos Judices, & alios sibi faventiores in illorum locum substituere, qui à defuncto *Francisco Ferdinando* priore marito erant constituti An. 1688. usque 1706. Occasio arrepta fuit talis.

Soliti erant congregari Judices extra Castrum, in loco alio nominato. Jusserant itaque Conjuges de *B.* ut imposterum in Castro congregarentur. Principio indicabatur à Conjugibus justitium, tempore Nundinarum L. & Vindemiarum 17. Octob. 1716. Excusantibus se Judicibus, allegando statutum *St.* contrarium. Fit declaratio nullitatis actuum per Conjuges de *B.* 9. Nov. 1716. Mandant simul, ut imposterum in ipso Castro congregentur. Protestantur Judices. Sed repetitur jussio, ut conveniant in loco, quem *Exhædram* vocant, ubi antiquitus Judicium fuit celebratum 3. Nov. 1716. & 4. Decemb. 1716.

Protestatio repetitur à Judicibus, quam sequitur comminatio remotionis ab officio, & nunc prout ex tunc appellant Judices ad *St.* Principem, sed nuncius insinuans Appellationem, malè acceptus fuit in Castro. Credidere Conjuges *primò* Jurisdictionem esse in dominio suo, cum tamen uxor esset nuda Usufructuaria bonorum, haberet, inquam, jus percipiendi Jurisdictionis fructus, sed non administrandi Jurisdictionem ipsam, quæ erat proprietarii Episcopi, qua de re plura dicturus sum inferius. *Secundò* credidere, se esse ab ista Juridictione liberos, quæ opinio dudum insedit Toparchis. prout docent Acta Cameralia antiqua, à me olim recensita amplissimè, in causa alia. Indicant etiam hanc opinionem Conjugum de *B.* adjecta ad Libellum Appell præsentis. Unde adversus Appellationem acriter insurrexerunt, allegantes exempla pristinorum Toparcharum in *S.* qui Judicibus loci pro lubitu leges dederint.

Inter hæc Acta cum Judicibus, factum est, ut Episcopus N. *Actionem realem*, de *qua supra dixi*, propter reditum institueret, & à pristinis Judicibus audientiam obtineret 10. Novemb. 1716.

Conjuges verò de *B.* in vim decreti sui supradicti remotis, Judicibus prioribus alios obedientiores, (qui tamen interventu pecuniæ officiorum collationem obtinuerant, quorum singulorum summæ recensentur,) jussis suis constituerunt.

Unum ex pristino Collegio dictum *M.* qui fuit Actuarius Judicii in captivitatem in ipso Castro dederant, ex quo auxilio militari L. consilii privati liberatus deinde fuit Anno 1717.

St. Consilium Provinciale in principio, quid agendum sibi esset, dubitavit, ut ego sum persuasus ex decretis primis 12. Jan. 1717. 15. Febr. 1717. 10. Mart. 1717. 17. Jun. 1717. 10. Jul. 1717.

Tandem 29. *Jul.* 1717. *sequitur decretum manutentorium in officio*, interlocutorium verò in aliquibus articulis ratione loci judicii *Exhedræ* & registrorum, quæ registra sive Protocolla Judicii Conjuges de *B.* ante cœptam præsentem litem in Castrum asportari fecerant, protestantibus desuper Judicibus Anno 1713. Ab isto decreto 29. *Jul.* 1717. (quod productum ab Appellante post decretum Camerale prælocutorium) appellarunt ad Cameram Conjuges de *B.* & obtinuerunt Processus, reproductos 16. Mart. 1718.

Fuerunt itaque Appellantes *non Judices novi, sed qui hos constituerant, Conjuges*, scil. *Albertus Ferdinandus* & Uxor *Gertrudis de R.* qui titulo saltem ususfructus naturalem habebant possessionem Toparchiæ, cujus proprietas post mortem primi ejus mariti ad Episcopum *N.* pertinebat, quæ res antea inter partes disceptata, per Cameralem Sententiam plenè est decisa, adeò ut per hanc Sententiam, res ad certum fuerit deducta statum.

Accessit deinde mors Alberti Ferdinandi, ut adeò vidua sola in lite hac versetur, quam tamen litem post dictam sententiam non multum curare videtur, præterquam quod prætextu attentatorum ab Episcopo commissorum, alia atque alia urgere non desinat. Hinc *excitati sunt novi Judices constituti*, ut sub nomine *Curiæ S.* per Lt. N. liti sese immiscerent, 13. Octobr. 1721. qui tamen ad novissimam repræsentationem Episcopi 17. Decembr. 1721. cum adjunctis, non magis quam ipsa vidua de *B.* ulterius quidquam ad acta produxere, usque ad Complet. Protoc. 4. Sept. 1722.

 Appellari

Appellati ab initio fuerunt veteres Scabini Judicii S. nominati in Mandato Procuratorio L. N. qui comparuit 18. M. 1718., petendo causæ remissionem ad priorem Judicem tanquam non appellabilem, quia sententia esset manutentoria & interlocutoria.

Postmodum Episcopus ipse, occasione attentatorum ipsi imputatorum, ad litem hanc pertractus est.

Ad attentata igitur quod attinet, alia pertinent ad appellantes Judices pristinos. Neque alia in re consistunt, quam quod in officio continuare, & decreta edere præsumant, quæ accusatio *Causam Principalem appellationis tangit*, neque erat attentatum, quia nihil innovarunt, sed possessionem suam continuarunt, cujus manutenentia *per sententiam à qua*, ipsis erat concessa. Et per aliud Decretum 2. *Oct.* 1717. quod vide n. 5. permissio ipsis facta, conveniendi & jura administrandi in loco tutiori, quod etiam facere non neglexerunt.

Potissima querela *tangit ipsum Episcopum*, quod isti Judices pristini in actione reali ab Episcopo coram ipsis instituta, pergere non dubitaverint.

Nimirum post Saisiniam decretam, dudum antea 10. *Nov.* 1716. Conjuges de *B.* per novos Judices curarunt fieri Decretum cum Citatione contra Episcopum, ut is alium constitueret Procuratorem coram Collegio in Castro S. congregato 23. Febr. 1717. *Ipse in hoc Judicii statu ad St. Judicium causam evocare studuit, & Mandatum avocatorium obtinuit.* Ad contradictionem *Partis adversæ, fundatam esse evocationem ad Judicium superius* judicaverunt Malm. 3. Decembr. 1718., & Appellatio ad Consilium Principale interposita, judicata est deserta 18. Jun. 1720. Ergò jurisdictio *St.* in hac causa habita & declarata fuit fundata, & versamur hucusque in statu rei judicatæ. Observanda hic est distinctio causarum,

1. Causa *Exauctorationis* Scabinorum & Judicum, quæ in Camerali instantia est objectum principale appellationis à sententia 29. *Jul.* 1717.

2. Actio Episcopi privata propter reditum, in qua ipse ad Judicium *St.* provocavit, & per Decretum causa ibi tractari debebat.

Ex sententia illa Episcopus infert, declarasse Judices *St.*, quòd essent in Toparchia S. duo Collegia, Antiquum unum, alterum Novum. Alias non potuisse locum dare Evocationi tanquam in Jurisdictionis conflictu. Neque dubium, fuisse Episcopo, rationes seu causas, quominus eligeret Vetus Collegium in sua actione, nulla amplius causa Evocationis existente, quam amplecti debuerint *St.*, ante manutentionem.

Notandum est hic:

1. Si manutenentia intelligitur, quæ decreta fuit per Sententiam à qua 29. Jul. 1717. fuit tempore anterior quam Sententia in puncto Evocationis, proinde in hoc articulo erronea est conclusio Domini Episcopi.

A 2. Episcopus elegit ipse forum *St.* Anno 1717. & tamen regressus est ad Judicium *S.* Anno 1719. Judices S. novam Saisiniam decreverunt 22. Nov. 1719. pro tribus annis proximè præcedentibus 1717. 1718. 1719. Ad annorum præcedentium reditus, ad instantiam viduæ etiam in Camera processus fuerunt decreti, ut supra narravi 6. Novemb. 1721.

Cum anteà in Curia S. Saisinia per solennitates solitas fuisset ad executionem deducta, mense Januar. 1720. & mense Febr. Anni 1721. Actor Episcopus in possessionem introductus, auctoritate veteris Curiæ S.

Mira sanè rerum omnium confusione & Jurisdictionum implicatione

Dolendis etiam fatis hominum, qui à Parte rea Usufructuaria Toparchiæ S. fuerunt per Commissarios verberibus affecti & vulnerati, ex quibus unus etiam vitam amisisse dicitur.

Accessêre alia facta viduæ de *B.* vel quorum B ipsa usa est ministerio, in abusu Jurisdictionis per obsequiosos Scabinos: Patebunt illa ex Descriptione factorum contra aliquem molitorem, qui propterea ad protectionem Episcopi Leod. confugere coactus fuit. Alia contra ministros Episcopi N. per abactionem pecorum, cum gravi vulneratione alicujus ex numero executorum.

Hæc quæ recensui supra de decreto Saisiniæ ejusque executione ad attentatorum querelam pertinent; Necnon factum illud Episcopi, quod novum Prætorem in locum vacantem constituerit.

Quæ omnia an pro attentatis habenda intuitu Appellationis præsentis, exponam in voto, ad quod exposito sufficienter statu rerum & Processus, evolutis etiam & recensitis vel lectis Actorum numeris necessariis, progrediendum mihi erit.

VOTUM.

Principio de Instructione Actorum dicendum est, opinione mea abundantissimè esse instructa ad decisionem definitivam. Licet enim Acta priora, (quæ ante Decretum à C quo, multa ad objectum Appellationis non spectantia continere, ex historia rei colligitur) formaliter producta non sint, hinc varia attestata negligentiæ & è contra excusationes in Actis occurrunt, quo pertinent numeri Actorum permulti, inter quos præcipuè notandi illi qui de sumtibus translationis in Linguam Latinam agunt, quos sumtus defugere voluisse Appellantes videntur. Materialiter tamen in Actis Cameralibus extare non est dubium; Et post mutatum rerum statum, per Sententiam Cameralem definitivam 13. *Sept.* 1720. in Causa primæ Appell., cum Processus Appellationis præsentis decreti essent, Anno 1717., istis Actis prioris Instantiæ opus non esse existimo; Id quod patebit ex resolutione quæstionum sequentium, ad quas tota Causæ decisio reducitur.

Quæ-

Quæstio I.

An Jurisdictio sit in fructu? Sive an concesso Usufructu bonorum immobilium, v. g. Castri, Usufructuaria etiam habeat Jurisdictionem.

FRuctus Jurisdictionis si qui sint, pertinent ad Usufructuarium, aliud tamen dicendum videtur de Jurisdictione ipsa, quæ est pars proprietatis. Etenim Jurisdictio individua *L. 11. ff. ad municipalem. Hartm. 2. Obs.* 15. Ergò non potest à proprietate separari, quemadmodum separatur usussfructus; Implicat conceptus proprietatis Jurisdictionis, distinctus ab usufructu Jurisdictionis. De utilitatibus ex Jurisdictione resultantibus, e. g. mulctis, tributis, operis, nulla est controversia. Non obstat, quòd Jus Patronatus in fructu esse statuant JCti communiter, vide inter pluresalios. *Voet. tit. ff. de Usufructu n. 21.* Ubi etiam omnem utilitatem ex munerum & officiorum collatione redigendam, ad Usufructuarium pertinere tradit. Eandem sententiam quoad Collationem beneficiariam tenet *Grivell. decis. 37. n. 12. seqq. Mantic. de tac. & ambig convent. L. 12. tit. 39. n. 23. Fontanella de Pact. Nupt. Clausul. 6. Gloss. 1. part. 2. num. 17.* Quia, ut loquitur *Card. de Luca de J. Patronat. disc. 62. n. 9.* Aliud est ipsum Jus habituale, & in substantia, aliud ejus exercitium, quod reputatur tanquam fructus, qui ex re percipitur, salva ipsius substantia.

Respondebitur: Diversam esse rationem Jurisdictionis, utpotè quæ ejus qualitatis non est, ut percipi possit, quemadmodum percipitur Actus Collationis beneficii: Non, inquam, consistit Jurisdictio in fruendo, sed in agendo, administrando justitiam, vel faciendo administrari. Et derivatur Jurisdictio à concessione Superioris, inhæretque personæ ejus, cui est concessa, cum Castro, neque adeò spectat ad Usufructuariam, cujus Jus simpliciter ad ea, quæ percipi possunt, est restrictum. *Habn. diss. de Usufr. §. 43.*

Exemplo res illustratur tali: Laudemia percipit fructuarius, ipse tamen investituram Emphyteuseos non confert, quia hoc Jus inhæret dominio, *vide Ant. Fab. 4. Cod. tit. 43. def. 46. Franzk. de Laudem.* Fructuarius autem Dominus non est. *Galvan. de Usufructu 6. 25. n. 3.* Adeo ut nequidem fructus pendentes ante perceptionem suos faciat. *Idem Cap. 28. n. 3.*

Nulla ergò fingi potest affectio Jurisdictionis, quæ ad perceptionem referri queat. Esto quòd utilitas aliqua adquiri possit ex officiorum collatione Usufructuario, non tamen pertinent ad Jurisdictionem ipsam. Autores omnes qui de fructibus Jurisdictionis agunt, eosque fructuario tribuunt, nullus quos ego inspexi, ipsam Jurisdictionem ei adscribit. Est enim Jurisdictio potestas jus reddendi, non fructus percipiendi. De moribus verò specialibus in territorio vel S. vel *vicino Leod.* nihil habent neque Acta, neque *Meanus in Observationibus.*

Tandem: licèt Conjuges de *B.* Jurisdictionem sibi attribuerint à morte *Francisci Perd.* primi Mariti *Gertrudis de R.* factum tamen hoc est exinde, quod de tota successione adhuc esset controversia, quæ cum per sententiam Cameræ 13. Sept. 1720. fuerit decisa, & Episcopus declaratus hæres fideicommissarius, salvo tamen usufructu in testamento *Francisci Ferdinandi de B.* Uxori suæ *Gertrudi* relicto, tota hæc res ad certos fuit deducta fines.

Quæstio II.

Qualis sit Scabinorum Toparchiæ S. Jurisdictio, ordinaria & perpetua, an delegata & ad beneplacitum Domini jurisdictionis revocabilis?

USus hujus quæstionis est in hac controversia talis, ut sive Jurisdictio esse in Usufructu statuatur, sive non, necessariò de Jurisdictionis qualitate cognoscere debeamus, quia est quæstio de potestate amovendi Scabinorum Collegium ex officio.

Resolutio: Scabini alii sunt nudi Assessores Judiciorum solennitatis gratiâ adhibendi, juxta locorum consuetudinem; alii sunt ipsi Judices quibus ordinaria competit Jurisdictio; De priorum specie hic non agitur, sed de posteriorum. Cùm itaque in Provinciis Germaniæ vel Belgicis vel Belgio vicinis, unusquisque districtus jurisdictionalis Curiam peculiarem habeat, in qua justitia administratur, & est forum ordinarium, cumprimis in Actionibus realibus, persecutionibus hypothecarum &c. necessarium, istæque Curiæ sive Collegia ex Præside vel Prætore & Scabinis Juris & legum Patriæ peritis constituantur; Colligitur hinc ejusmodi Curias Jurisdictionem habere non delegatam, sed ordinariam. Ita Leod Scabinatus custos Legum & Consuetudinum Patriæ dicitur, apud *Mean. Obs.* 55. neque est dubium ullum, quin Scabinorum Leod. Jurisdictio sit ordinaria; fuit enim longè antiquior Consilio Ordinario. Toparchiæ, de quibus est quæstio, sunt in *Leuca bannali*, quam vocant, Leod. & utuntur plerumque moribus Leod. cum quibus etiam multa habent communia & commoda & onera, adeò ut etiam argumento de vicinitate ducto, de Curia verissimum sit dictu, esse Judices non delegatos, sed ordinarios.

Confirmatur hoc imprimis ex notoria & in Actis præsentibus confessa consuetudine, quod in omnibus Actionibus realibus Scabinorum S. sit fundata Jurisdictio, exclusis aliis omnibus, etiamsi Causa ipsum dominium tangat; Quod sanè indicium est apertum Jurisdictionis ordinariæ. Confirmatur ulterius ex Statutis Cap. 1. *des Officiers & Ministres des hautes & basses Cours, §. 6. ibi:*

Lesquelles Officiers Majeurs & Eschevins & tous autres juges seront tenus administrer justice egalement a un chacun, & garder les Droits de nous & de Nos Eglises, vasseaux & Sujets selon leur meilleur sçavoir & pouvoir &c. &c. adde §. 11. ubi

ubi de Avocatione Causarum prohibita à Curiis subalternis.

Ergò si Curiæ jurisdictio non est delegata, sed ordinaria, & quidem Curiæ qua talis, sequitur non esse ad beneplacitum Comitis de *B.* tanquam Domini Jurisdictionalis (multò minus si non est Dominus, sed nudus Usufructuarius, vel nequidem Usufructuarius, sed jure familiaritatis cum uxore usufructuaria inhabitans,) mutabilis, neque Officia Scabinorum pro lubitu revocabilia. Pari ratione ac Episcopus Leod. Scabinorum Leod. Curiam in statu suo relinquere tenetur, neque facultatem aliquam ab Officio removendi pro arbitrio sibi unquam attribuit. Officia titulata omnia sunt perpetua sua natura, *Cancer.* 3. *Resol.* 12. *n.* 198. Non potest amoveri Scabinus Minister Jurisdictionis absque causa delicti. *Grivellus decis.* 60. *Stokm. Decis.* 91. *Lynker Decis.* 1450.

In casu nostro nullum intervenit delictum Scabinorum; quòd enim non obedirent jussis Conjugum de *B.* habebant causas non leves, neque erat delictum, quod amotionem merebatur; vide *Menoch. Arb. Jud. quæst. L.* 1. *quæst.* 55. Ubi recenset species delictorum, ob quæ aliquis removeri possit.

Quæstio III.

Cujusnam sit Constitutio Officialium sive Scabinorum, qui Curiam constituunt?

Ratio dictitat esse ejus, cujus est Jurisdictio patrimonialis, Non ergò Usufructuarii, quia hic jurisdictionem in Patrimonio non habet, per ea quæ dicta sunt ad quæstion. 1. Neque obstat, quod fortè ex collatione Officii, pecuniæ nonnihil adquirere possit Usufructuarius. Est enim hic modus adquirendi accensendus iis, qui rectius omitterentur. Deinde posito Usufructuario competere Jus constituendi aliquem in locum vacantem, non sequitur tamen, ut etiam removere possit constitutum. Mutatio enim Ministrorum Justitiæ potest esse magno præjudicio proprietarii. Nullam habet Usufructuarius potestatem mutandi quidquam in ædibus quarum ususfructus ei est concessus; *l.* 13. *§.* 7. *de Usufr.* Ergò nec facultatem habet mutandi Senatores & Judices ordinarios Curiæ, & administrationis consuetæ formam.

Ex præcedentium quæstionum resolutionibus fluunt conclusiones sequentes.

1.) Quia Conjuges de B. Uxor Usufructuaria, maritusque familiaritatis saltem jure cum ipsa habitans, non habuerunt potestatem indicendi ferias, actusque Jurisdictionis declarandi nullos, Acta judicialia transportandi in potestatem suam, Judicibus locum congregationis præscribendi, & protestantes eam ob rem ab officio removendi, novosque evocandi, Actuarium in vincula conjiciendi, (qui p steà auxilio Leod. est liberatus,) omnia ista inutiliter & incompetenter acta fuerunt. Et frustra allegantur jussa quædam ad Scabinos à pristinis Dominis emanata; nam quòd Dominus jure suo fecisse poterat, non ideo licitum erat Usufructuariæ, multò minùs ipsius marito.

2.) Quod Judex *St.* Judicibus remotis & à novis Scabinis injuria affectis justissimè concesserit manutenentiam 29. Jul. 1717. iisque locum congregationis assignaverit, 22. Oct. 1717.

3.) Quòd Judices novi constituti non habuerint potestatem judicandi legitimam, quorum actus an aliqua ratione, argum. *L. Barbarius Philippus de Off. Præt.* sustineri possint & debeant, in præsentiarum non opus est examinare pluribus, quia nulla est ea de re quæstio, sed de actibus Judicum pristinorum.

4.) Quòd Judices pristini, qui in officio impediri se passi non sunt, sed actus judiciales continuarunt, eo ipso attentata non commiserint; qui enim possessionem suam continuat, non attentat. *Mev.* 7. *d.* 157. *Lynk. decis* 939.

Quæstio IV.

An Sententia à qua 29. Julii 1717. sit natura sua appellabilis.

De priore parte sententiæ nulla est quæstio, quia ab ea non appellavit Vidua de *B.* est enim simplex & mera interlocutoria. Pars posterior continet manutentionem in Officio, quæ est provisionalis, & si strictè rem capere velimus, non videtur esse appellabilis. Sed cùm eo tempore quo Processus decernerentur, de Jure Usufructuario vel hæreditario & successionis *Francisci Ferdinandi* de *B.* nondum esset lis decisa, poterat videri sententia magis appellabilis, tanquam impediens Dominum & possessorem in Jure constituendi Ministros Jurisdictionis suæ. Vide *Otterum de Official. pag. I. Cap. XI. n.* 4. Ubi Appellationem à nominatione Officialium fundatam absolute demonstrat. Hæc ratio me movet, ut Appellationem tunc temporis admissam pro non devoluta habere, nunc demùm post mutatum rerum statum nolim.

Quæstio V.

Cum propter reditum eundem, diversorum tamen annorum, Appellatio ad Cameram fuerit devoluta, annon suspensa fuisse censeatur Iurisdictio omnium judicum inferiorum, propter reditum annorum sequentium?

Ecce enim controversia hæc de reditu 400. flor. quoad reditus cessos ad annum usque 1714. ad Cameram fuit devoluta per Appellationem tnterpositam Anno 1719. & Processus post varia decreta prælocutoria, restrictivè tamen decreti 6. Nov. 1721. Quæritur itaque non immeritò, an Judicum Toparchiæ S. Jurisdictio suspensa non fuerit, ita ut ipsi novas actiones ob reditus annorum sequentium recipere non debuerint? Pertinet hæc

hæc quæstio ad attentatorum querelam. Nimirum: Ut in præcedente facti historia dixi, A triplex instituta fuit coram Scabinis Actio hypothecaria ob diversorum annorum reditus; Nam per auctorem seu primordialem Creditorem R. pro canonibus cessis usque ad annum 1714 admissa ab ipsis fuit actio altera ob reditus annorum 1714. 1715. 1716. Tertia, ob reditus annorum 1717 1718. 1719. Posteriores Actiones ab Episcopo N. institutæ fuere.

Resolutio Quæstionis V. Actiones diversæ institutæ fuerunt, pro consequendo reditu annorum diversorum. Non enim inerat in Actione prima, instituta Anno 1714. petitio pro annis sequentibus, & est respectu annorum sequentium aliqua differentia. Scilicet prior maritus *Gertrudis de R.* Appellantis, defunctus erat Anni 1713. vel primis mensibus Anno 1714. ut adeò actio prima per *R.* instituta, in quam Episcopus successit, præcise pertineat ad Canones tempore mortis *Francisci Ferdinandi* de B. primi mariti cessos.

Ratione Canonum annorum sequentium B post mortem mariti cessorum, nulla fuit in Senatu Camerali dubitatio, obligatam esse ejus quondam Uxorem & Usufructuariam ad præstandos istos Canones, hinc eo in puncto Appellationis processus pure fuerunt denegati, cùm in Gravaminibus Appellans istorum Canonum etiam fecisset mentionem, licet objectum Sententiæ à qua, pertinuisset unice ad reditus annorum præcedentium. Anno 1714.

Licebat ergò pro consequendis reditibus seqq. annorum uti Actionibus separatis conjungendo annorum trium Canones cessos, & post alios tres annos, rursus nova actione experiri;

Neque propter hos Canones, causa ad Cameram fuit delata, imò nequidem Appellatio ulla interposita. Ergò pro resolutione quæstionis quintæ sequitur conclusio, non fuisse suspensam Judicum inferiorum Jurisdictionem. Sed alia succedit quæstio specialis C de Jurisdictione Curiæ S.

Quæstio VI.

An Curia S. competens fuerit quoad Canones annorum 1717. 1718. 1719. ad Saisiniam concedendam & exequendam.

TErmini quæstionis præcise sumendi sunt, de Canonibus cessis istorum annorum per ultimam actionem petitorum. Nam de *prima Actione* in qua petiti erant Canones usque ad Annum 1714. cessi, nulla est dubitatiò, quin fuerit prædicta Curia Judex competens. Hæc causa per Appellationem ad *St.* Consilium, & postea ad Cameram devoluta est.

De *Secunda Actione* pro Canonibus Annorum 1714. 1715. 1716. etiam nullum est dubium circa competentiam Curiæ S. quæ in omni actione reali erat adeunda tanquam Judicium ordinarium. Et hæc ad Consilium S. fuit avocata ob jurisdictionis conflictum, eaque decreta in rem judicatam transiere, quæ proinde causa ibi adhuc pendet, nondum decisa, sed ex præjudicio sententiæ Cameralis in puncto reditus alicujus ab hoc diversi quoad summam 575. flor. facilè decidenda. Est enim eadem prorsus decidendi ratio, & iidem planè causæ termini. Cum ergo ista causa ad St. Consilium fuerit avocata ad instantiam ipsius Episcopi *N.* (repetatur hic narratio mea facti §. *nimirum post Saisiniam*:) videretur fuisse eadem ratio actionis sequentis pro annis 1717. 1718. 1719. Sanè si avocata fuisset etiam hæc causa, dicerem ego esse ibi relinquendam & ex paritate rationis decidendam. Sed cum avocatio causæ tanquam modus valde extraordinarius stricte sit accipienda, ità ut non plus censeatur devolutum quam fuit avocatum, & in legibus *St.* Principatûs avocatio omnis ex officio prohibita sit, *vid. cap.* 1. §. 11. puto ego Curiam S. fundatam quidem habuisse jurisdictionem ad decernendam Saisiniam, sed tamen excusandos fuisse, si à cognitione abstinuissent, cum ab omni suspicione favoris erga Episcopum & animi concitati erga Ream *Gertrudin* liberi esse vix possint, quam ob rem Senatus Cameralis per Decretum 23. Jun. 1721. suspendendam esse censuit istam Saisiniam, donec de turbida ista jurisdictione cognitio plenior esset instituta, h.e. donec esset decisum, quinam essent Judices competentes, novi Scabini, an verò veteres. Sed Decreti istius causa fuit præcipua hæc, quòd non constaret satis tunc temporis, de objecto Saisiniæ, an ad bona usufructuariæ, an verò ipsius mariti pertinerent.

Qua in re nunc clarior adest informatio, nimirum Saisiniam bonis uxoris usufructuariæ incubuisse, mariti vero proprias facultates non fuisse.

Ex præmissis quæstionibus earundemque resolutionibus non difficile erit cognitu, quidnam in hac causa, mirum in modum confusa sit pronunciandum, tam in puncto principalis Appellationis quam attentatorum.

Et primò constitit ex supra dictis, initium processus hujus fuisse in possessorio mero; Judicem *St.* etiam provisionaliter manutenentiam concessisse judicibus *Sc.* Appellatis per Decretum à quo, juste etiam hoc factum esse, adeoque Decretum hoc jure meritoque foret confirmandum. Sed cum nostri Officii esse existimem, tanquam Jurisdictionem supremam administrantium, ut lites, quantum fieri potest, finiantur: Hic vero finis per solam confirmationem manutentionis non obtineatur, sed mansura sit hac ratione Jurisdictionis S. ambiguitas. Mea sententia ulterius erit procedendum, & in petitorio potius pronunciandum, tum ob implorationem officii judicis omni meliori modo, tum imprimis quod jura petitorii post sententiam Cameralem in causa fideicommissi pronunciatam, sint aperta v. resol. q. 1. Neque hic inquirendum subtiliter ad formulam Actionis, sed simpliciter & purè factum investigandum, juxta monitum saluberrimum

rimum. *Cap. Dilecti filii 6. x. de judiciis*, adde notabilem locum *Mynsingeri Responso XXV. n. 7.* ubi supremum Judicem cognitis meritis petitorii, omisso possessorio, litem terminare debere docet.

A

Cùm ergò supra demonstrasse me putem.

1.) Ad usufructuariam jurisdictionem in Castro S. non pertinere, sed ad proprietarium Episcopum.

2.) Proinde neque usufructuariæ potestatem competere ministros jurisdictionis constituendi, multò minus constitutos amovendi.

3.) Cum nequidem remotio jure facta fuisset, etiamsi statueretur jurisdictionem ad usumfructum pertinere. Nam Scabinis officia collata fuerunt titulo oneroso. vid. *Menoch. arb. quæst. Lib. 1. cap. 55.* Neque ad beneplacitum mutabilia erant talia beneficia, sed perpetua, vid. Auctores supra quæst. 2. allegatos.

Quibus adde *Grat. Disc. forens. c. 167.* ubi adversus remotionem largitur Officialibus remedia manutentionis. Et maxime est simile vero, quod amotio ista facta fuerit, ad impediendum juris & justitiæ cursum, in causis contra conjuges de *B.* in judicium deductis. Accedit abusus maximus jurisdictionis per facta violenta, & alia in narratione relata.

B

Hinc meo judicio pronunciandum erit, quòd Appellanti Judices amovere non licuerit, quapropter eos esse in officio relinquendos, novos verò judices dimittendos, jurisdictionis verò administrationem per ministros constitutos, Episcopo ceu proprietario competere, salvis fructibus jurisdictionis ad appellantem spectantibus.

Porrò in puncto attentatorum.

1. Quod Judices pristini in officio continuaverint, non habet vitium attentati, sed ad ipsam causam principalem spectat.

2. Quod Episcopus in locum vacantem constituerit novum Prætorem, quem veteri Curiæ præficeret, ad attentata non pertinet, quia jure suo fecit Episcopus, & an nova prætensa Curia, an vero vetus subsistere deberet, etiam ad causam principalem pertinebat, non ergo in attentatorum censu esse potest: Vidua de *B.* veteri Curiæ nunquam Prætorem constituisset, quia habebat eam pro exauctorata. Eidem Curiæ tantum manutentionem concesserat Princeps *St.* Ergò Prætor necessario constitui debuit per Episcopum *N.* tanquam proprietarium & Jurisdictionis Dominum.

C

3. Tandem de Saisinia, quam Episcopus obtinuit à veteri Curia ex supra dictis repetendum est, fundamentum decisionis de onere solvendi reditus cessos post mortem mariti per sententiam Cameralem 15. Jun. 1722. juncto Decreto Extrajud. 6. Nov. 1721. esse positum, & ex eo omnes reliquas Appellationum causas propter reditus exortas, vel extituras fortè capere decisionem, (id quod ut significari possit commode in sententia præsenti exoptarem:) Ergò certum est viduam de B. debitricem 400. flor. redituum annuorum cessorum à morte mariti, quæ accidit vel circa finem anni 1713. vel initio anni 1714.

Ergo fundata est actio hypothecaria realis, & via executiva Saisiniæ, à quocunque Judice fuerit decreta. Nova Curia adiri non poterat ab Episcopo. *St.* ad actionem realem instituendam non erat forum competens. Ergo jure petiit Saisiniam à Curia veteri, quæ in officio pergebat legitime jure suo, imo etiam propter manutenentiam Principis *St.* Ergo jure decreta fuit Saisinia, quam proinde vitio attentati non laborare, sed sustinendam esse statuo; Nihil video sane, quod eam labefactare possit, nisi dicere velimus, Episcopum mitius cum vidua agere debuisse: An potuerit, non est quæstio. An vero jure obstrictus fuerit post tantas molestias ipsi à vidua ejusque defuncto marito factas, Ego rationem video nullam.

Itaque meum votum claudo, expensas hujus tædiosæ litis compensando.

SENTENTIA PUBLICATA 19. Febr. 1723.

In causa *Alberti Ferdinandi* de *B.* ejusque uxoris nunc viduæ, *Gertrudis de R.* Appellantium ex una, contra M. *M.* & Consortes Scabinos Curiæ in *S. & O.* Appellatos ex altera partibus; Visis actis pro hujus causæ singulari qualitate & circumstantiarum exigentia, causam pro conclusa acceptantes, dicimus & pronunciamus, Appellantes in prætensa exauctoratione & remotione Appellatorum ab officio ex causis allegatis fundatos non fuisse, adeoque non solùm per Judices prioris instantiæ, mediante decreto à quo 29. Jul. 1717. eisdem manutenentiam benè concessam, sed etiam eos porrò in officio relinquendos & manutenendos esse, prout eosdem nos manutenemus & relinqui, consequenter novam Curiam per Appellantes constitutam, dimitti volumus, ita tamen, ut qui ex novis Scabinis habiles ad officia vacantia veteris Curiæ surrogentur, unaque Curia inposterum permaneat, in qua justitia legitime administretur, Acta interim novorum Scabinorum huc usque gesta & conscripta cum veteris curiæ registris combinentur, & benignitate juris, quatenus tamen actuum quorundam contrarietas ex iis non exoriretur, sustineantur. Porro in puncto supplicarum diversarum per Lt. N. ad hæc Acta productarum pro revocandis attentatis, tam contra Appellatos quàm adversus *Ferdinandum de B.* Episcopum Namurcensem decisa jam causa principali, dicto Lt. N. petita sua denegamus, nec non speciatim quoad Saisiniam à veteri Curia dicto Episcopo decretam, *ratione reditus annui quadringentorum florenorum ab Appellante Gertrudi de R.* usufructuaria debiti, nominatim *à tempore obitus prioris ejus mariti dictam Saisiniam* in sequelam Decreti nostri extrajudicialis *d. 6. Nov. 1721.* in causa Appellat. reditum dictorum 400. flor. attinente, nec non latæ sententiæ

tiæ de 15. *Jul.* 1722. in Causa simili Appellationis, reditum quingentorum septuaginta quinque flor. concernente *in suo vigore relinquimus.* Expensas hujus litis ex causis nos moventibus compensantes.

A

Consultatio & Decisio XIV.

Ad supplicas pro Appellationis Processibus, restrictive decreti Processus: Ubi de onere usufructuariæ uxoris in solvendis reditibus annuis à marito defuncto debitis explicatur. Subjungitur decretum, nec non sententiæ publicatæ in causis connexis ad alios reditus pertinentibus.

Facti Narratio.

FR. de B. testamento suo reliquit uxori G. de R. usumfructum generalem omnium bonorum, vel ejus loco mille Imperiales annuos, data uxori electione. Proprietatem bonorum omnium, mobilium & immobilium generaliter reliquit Agnato suo Comiti de B. Episcopo Namurcensi. Addita est clausula, si uxor elegerit usumfructum, quod tunc habere debeat cum mobilibus, etiam fructus fodinæ carbonariæ, cum onere solvendi debita mobiliaria mariti, qui defunctus Anno 1713.

B

Uxor elegit usumfructum, und ist ad secunda vota geschritten, da sind nun wider sie wegen rückständiger von dem verstorbenen ersten Ehe-Herrn schuldig verbliebnen jährlichen Renthen, verschiedene Klagen entstanden.

Notandum jam in Thesi

Idque est præcipuum, quod in Appellationem fuit deductum.

Audivimus duas sententias primæ & secundæ instantiæ, quarum posterior priorem A corrigit, schedulam paternam inutilem, & maternam dispositionem quoad paterna invalidam declarando.

Primo loco removendum est dubium, quod Appellantes, ante Appellati, in secunda instantia de desertione moverunt. Nam si prior sententia in rem judicatam transiit, frustra de causæ ipsius meritis laborabimus.

Allegant autem desertionem propterea, quod biennio post interpositam appellationem fuerit introducta. Mihi certè videntur Appellantes, tunc Appellati, aut non intelligere, quid sit Appellationis introductio, aut valdè stultè accusare desertionem. Cùm appellationem interpositam fuisse fateantur intra decendium,

Nota: Sententia à qua, erat publicata
14. Sept. 1698. interposita Appellatio
22. Sept. inhibitio & compulsoriales
decretæ 13. Mart. 1699.

B & inhibitionem cum compulsorialibus decretam fuisse intra semestre spatium, acta testentur.

Ergo Appellatio desertionis accusari nequit, quod tamen præcipuum est gravamen contra sententiam secundæ instantiæ, à qua ad hoc Imperiale Judicium fuit appellatio interposita.

Reliqua gravamina rem ipsam concernunt, scil. esse sententiam à qua, testamento paterno maternoque contrariam. Ergo totius causæ caput in eo est situm, an dispositiones istæ utiles sint, an inutiles.

Ego existimo paternam dispositionem in sententia à qua, merito fuisse reprobatam. Nam pro testamento non potest haberi, sed pro simplici voluntatis declaratione manu paterna conscripta, quæ etsi alias solennitate aliqua opus non habeat *l. 16. & fin. Cod. famil.* C *ercisc. l. 21. §. 1. Cod. qui testam. fac. poss. Nov. 107. cap. 1.* tamen restringitur hæc legum dispositio ad solos liberos *dictis textibus*. Ita ut si quid in favorem extranei sit dispositum, neque duorum testium præsentia munitum, scil. juxta *Carpzov. 3. 4. 19. seq.* liberis accrescat. Uxor verò inter extraneas personas haud dubiè est recensenda, adeoque omne id, quod favore uxoris in ejusmodi testamento sivè schedula paterna [est enim ea, de qua agimus dispositio, nuda schedula, non testamentum, quia caret institutione hæredis] est dispositum, erit inutile. *Brunn. 3. decis. 27. Mev. Comm. ad Jus Lub. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 33.* Neque hic agitur de casu, ubi legatum vel fideicommissum extraneo fuit relictum, quod etiam sinè testibus valere celebriorum JCtorum est sententia.

Richter. decis. 29. num. 89.
Schilt. Exerc. 38. §. 128. Lynckeri dec. 1350. & aliorum ibi allegatorum.

Sed casus est is, quod Pater uxori dominium plenum tribuat bonorum. Deinde in testamento minus solenni liberi necessario sunt instituendi non exhæredandi.

Mev. 9. dec. 1. & 4. dec. 14.
Cothmann. 1. Resp. 3. num. 38. & 4. Resp. 41. adde Gail. 2. observ. 112. num. 23.

Hic verò nulla est institutio, sed exclusio à semisse hæreditatis, si voluntati paternæ non parerent.

Ergo quo jure sustineri queat ista parentis dispositio quoad successionem, ego quidem perspicere non possum.

In mentem venit quidem, num ex jure communionis bonorum efficax reddi posset, quàm moribus Germaniæ universaliter obtinere nonnulli docent.

Schilt. ad instit. de pat. potest. aph. 2. & tit. de nupt. aph. 17.

Verùm, ut taceam istam sententiam aliis improbari;

v. Lynck decis. 1268.

Immo experientia ipsa refelli, cum non nisi ex statuto locorum obtineat, & cessante statuto sequamur jus commune.

Mev. Comm. ad Jus Lub. L. 1. tit. 5. art. 5. num. 5. seqq. num. 27.

Posita etiam communione bonorum, nequaquam exinde libera superstiti conjugi est facultas disponendi inter vivos & ultimo voluntatis judicio, nisi id statutò sit introductum. Nam effectus communionis bonorum ultra verba statuti non extendendus. Quod graviter deducit

Mev. dict. l. adde Lynck. decis. 1268.
Lanterb. de societ. Conjug. Cap. 5.

Porrò neque ex concessa à marito uxori facultate disponendi libera inter vivos, sequitur potestas disponendi per ultimam voluntatem. Sunt enim jura ut adquirendi, ita & transferendi dominium utrobique planè diversa. Et sicut alienatione simpliciter prohibita, non intelligitur contineri ea, quæ fit testamentò.

l. 38. §. 4. l. 93. de legat. III.
arg. l. 8. §. 3. de alien. jud. mut. causa facta.

ita permissa alienatione inter vivos cum expressis speciebus, non intelligitur potestas disponendi per ultimam voluntatem, & liberos exhæredandi.

Cephal. Lib. 1. consil. 13. num. 16. seq.
Honded. 2. consult. part. 1. consult. 13.
Mev. ad Jus Lub. L. 1. tit. 2. art. 5. n. 54. seqq.

Ergo cadit penitùs fundamentum testamenti materni de bonis paternis, atque est quoad bona paterna casus non testati, sed intestati.

Maternum testamentum cum sit solenne, neque vitium aliquod in eo deprehendatur A visibile, quoad bona materna firmum esse puto.

Nam (1) quod ad suggestiones confectum esse dicatur, neque est probatum, neque si probaretur, testamentum redderet infirmum, cùm blanditiæ & suggestiones libertatem voluntatis non excludant. *Lynck. decis. 1336.* Et schedula materna separatim existens enixam ostendit matris voluntatem.

(2) Vitium aliquod ex lapsu calami non infertur, cùm testimonium Notarii, qui testamentum conscripsit sit clarum, per nudam transpositionem ziphrarum festinanter factam locò anni 1697. fuisse expressum 1679. Itaque in hoc materno testamento liberi omnes, comprehensis nepotibus, hodie appellatis, fuere hæredes instituti. Sed inæqualiter, ita, ut Nepotibus *Hachenberg* & *Schibelhut* tantum trecenti floreni fuerint relicti, idque de omni hæreditate paterna maternaque, additâ non solùm causâ, sed etiam clausula exhæredationis, si voluntatem impugnarent. Unde sequentes educo conclusiones; B

(1) Nepotibus appellatis ex hæreditate nihil deberi præter legitimam. Nam voluntas Matris est satis evidens, voluisse excludi usque ad legitimam, quam putavit fore sufficientem relinquendo iis 300. fl.

(2) Non posse haberi pro exhæredatis ob injurias matri illatas, quia hoc testatrix non dixit, & schedula, in qua de injuria queritur, est prior testamento. 22. August. testamentum verò 2. Sept. 1697. Neque ob impugnatum testamentum maternum, quia impugnatio testamenti ob causas legitimas facta, qualis hic est, potissimum ratione bonorum paternorum, non est causa exhæredationis legibus probata.

(3) Si summa 300 fl. non sufficeret ad legitimam, supplementum deberi ex bonis maternis.

C Hæc cum ita sint, non existimo gravatos fuisse appellantes per sententiam à qua secundæ instantiæ, quam proinde ego meâ sententiâ confirmarem in articulis prædictis.

Dicerem simpliciter, nisi adjecta esset clausula annullatoria voluntatis paternæ, quam confirmare ideò nollem, quod metuam novas lites exinde orituras ratione bonorum paternorum à matre alienatorum. Cùm enim potestas matri fuerit data ex paternis facultatibus nonnullas res alienandi, liberi, hæredes patris, factum ejusdem agnoscere tenebantur, neque poterunt res alienatas à matre, tanquam à non domina, revocare.

His ita in causa principali testamenti decisis, reliquæ causæ incidentes mandatorum parum facessent negotii.

Non *primum*, ante introductam appellationem decretum & reproductum. (Appellationi

nis processus decreti 14. April. 1701. reprod. 22. Jun. 1701. Mandatum de administr. just. S.C. Decr. 8. Maji 1699.) Quia Judex à quo præcepto satisfecit, litemque in causa principali terminavit, cui tamen reservandam pœnam contra Appellantes, ob contemtum Judicis sæpius commissum, existimarem. v. Instrumenta Notarii [24] & acta priora.

Non *secundum* de exequendo judicata propria, decretum 5. Septembris 1701. post reproductos Appellationis processus. Quia

(1) erat res maximi præjudicii, demandare executionem Decreti immissorialis ante apertum testamentum lati, cum status causæ per testamentum esset mutatus, & lis super testamento in Camera penderet.

(2) Quia reproductum fuit 12. Decembr., termino reproductionis, qui erat 29. Novembr. præterlapso.

(3) Quia per decisionem causæ principalis testamenti, Decreta ista immissorialia in contumaciam contra matrem testatricem tunc viventem lata, consistere amplius nequeunt, sed per divisionem hæreditatis omne hoc litigium sopitur.

Non *tertium* 5. Novembr. 1701. & 9. Maji 1712. de præstanda cautione juratoria, quia innititur mandato præcedenti, quo cessante & hoc erit superfluum.

Non *quartum* 9. Maji 1712. de non gravando lite pendente &c. quia per sententiam definitivam in causa principali, lis terminatur.

Illud tamen hic observandum, quod in designatione rerum alienatarum exhibita, non exprimantur neque tempus alienationis, nec personæ alienantes. Quodsi igitur alienatio fuerit suscepta ab ipso patre vel matre, sustinebitur actus, si ab appellantibus lite pendente, erit omninò inutilis, idque in sententiæ formula observandum atque distinguendum.

Quod verò ab appellantibus allegatur, discerni non posse bona paterna à maternis, nihil me movet; nam discretio ista Judicis inferioris officio facilè fieri poterit, qui idcirco officii sui in sententia erit admonendus, atque ad maturandam executionem excitandus.

De Expensis ultima est quæstio.

Eas mea sententia compensandas esse arbitror, tum ob paupertatem appellatorum, tum præcipue ex eo, quod appellantes in prima instantia extiterint victores.

Atque hæc pro definienda ista lite inter personas, processu diuturno & vitio, ut videtur, Advocatorum sivè rabularum forensium depauperatas, ea qua opus esse credidi cum brevitate tum perspicuitate, dicta sunto.

SENTENTIA PUBLICATA.

In Sachen **Johann Henrich Kneusels** und Conf. Appellant. eines, wider **Joh. Hachenberg** und Conf. pauperes Appellaten anderen Theils, sodann itztgedachten **Hachenbergs** & Conf. Klägern wider sämtliche von **Riedesel** beklagten Mandatorum de administrando Justitiam, & de exequendo judicata propria &c. Ist in puncto Appellationis erkannt, daß so viel **Johann Adam Kneusels** und **Marien Kneuselin** Verlassenschafft und Erbtheilung betrifft, durch Richtere voriger Instantz wohl geurtheilt, übel davon appellirt, derowegen solche Urthel zu confirmiren und bestätigen seyen dergestalt und also, daß Theilung zwischen denen respective Kindern und Enckeln auf vorgehende Separation des Vätterlichen und Mütterlichen Vermögens, so viel davon nach der Mutter und respective Groß-Mutter **Marien Kneuselin** Tode annoch vorhanden, und nicht veräussert gewest, auch Conferirung dessen, was jeder Theil bereits empfangen, gerichtlich zu veranstalten, und gebührend zu beschleunigen. Im übrigen, was vom Vätterlichen Vermögen durch besagte NB. Wittib veräussert worden, bey der vätterlichen hinterlassenen Verordnung zu lassen sey. Ferner in puncto Mandatorum ist erkannt, daß auf nunmehro entschiedene Haupt-Sache die ergangene Mandata, jedoch den beklagten Richteren die Bestraffung der von Klägern begangenen Ungebühr vorbehaltlich, zu cassiren und aufzuheben seyen. Als wir besagte Urthel und Mandata resp. confirmiren, cassiren und vorbehalten, die Gerichts-Kosten an diesem K.C.G. derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend. Dann ist zu würcklicher Vollstreckung dieser Urthel beyden Theilen, wie auch dem Richter voriger Instantz Zeit 2. Monat pro T. & P. V. R. W. angesetzt, mit dem Anhang, daß wo ein oder anderer Theil solchem also nicht nachkommen wird, derselbe jetzt als dann, und dann als jetzt, in die gewöhnliche Straffe der Executorialien hiemit erklärt, auch auf des gehorsamen Theils Anruffen der würcklichen Execution halber, ferner ergehen solle, was Recht ist.

Con-

Consultatio & Decisio XVIII.

De adhæsionis & interventionis differentia in appellatione: Usus L. *si quis in tantam Cod. unde vi.* Versio in rem ex libro mercatorio probata. Hypotheca tacita creditoris, qui ad emendam domum credidit pecuniam. Actus coram tribus testibus Instrumento desuper confecto probatur plene, licet Instrumentum tale pro publico non habeatur.

FACTUM.

WEnn jemahls eine Rechtfertigung mit straffbarer Aufführung eines Advocati tractiret worden, so ist se gewiß diese gegenwärtige sub Rubrica R. contra Z. Appellationis. Mir ist zum wenigsten noch keine Sache vorkommen, da der Advocatus sich sowohl gegen seine Gegen-Parthey und dessen Sachwalter, als den Judicem selbst so gar grob und unverschämt in allen Instantien auch bey diesem höchsten Judicio vergangen hat, als in dieser. Die Acten und Schrifften des R. Advocati N. zu W. sind gantz voll der herbesten Injurien, an denen auch Dr. N. producendo in Judicio similia scripta, straffbarlich Theil genommen hat.

Die Sache selbst beruhet auf nicht gar zu weitläufftigen Umständen. Der aus andern Cameral-Acten bekandte J. Z. hat seinen Geschwistern, welche in dieser Sache Kläger und Appellati sind, Anno 1700. 3. Januar. eine Obligation über 15000. fl. Capital, mit Hypothecirung seines Hauses in W. und übrigen damahligen Vermögens gegeben.

Notetur (1) Es stehet in dieser Obligation, daß das Geld dem Bruder in die Handlung geliehen. Hernach wird aus den Handels-Büchern bescheinigt, daß es zu Erkauffung des verhypothecirten Hauses gegeben worden. Laut Extractus der Handels-Bücher.

Notetur (2) Daß Beklagter und Appellant R. offt erinnert, es sey das Original dieser Obligation nie produciret worden; weil aber Appellati in priori instantia sich darzu offerirten, und Appellans es darbey bewenden lassen, auch C dieses Instrumentum in Copia selbst in seinen Schrifften als Beylagen angeführet, und abstrahendo ab editione originalis nur die Haupt-Quæstion de prælatione crediti tractiret, so vermeyne ich, es sey weiter an der Gewißheit dieser Obligation nicht zweiffelen, und weder productio noch recognitio originalis weiter vonnöthen.

Mit dieser Obligation haben sich Appellati zu W. bey dem Magistrat ihrem Vorgeben nach, dem auch nicht widersprochen wird, angemeldet, und judicialem insinuationem gesucht: es ist ihnen aber solche, weil sie keine Bürger in W. verweigert worden. Darauf die Creditores zum Notario N. gehen, und ihn ersuchen die Obligation in sein Notariat-Protocoll zu nehmen, A auch nebst zweyen Zeugen zu unterschreiben, so auch geschehen den 31. Januar. Anno 1702. besage der Unterschrifft unter der Obligation.

Nun war der Debitor J. Z. an Appellantem I. P. R. eine Post Geldes von 5000. fl. schuldig worden auf einen Wechsel-Brieff, datiret den 18. May 1700. Ergo post contractum debitum antecedens. An dieser Post hat er etwas weniges bezahlt, und blieb pro resto schuldig Anno 1702. den 18. May 1575. fl. Als dieser Creditor auf Zahlung dringt, und Z. sich weigert dem Decreto Judicis vom 20. Jun. 1702. ein Genügen in continenti zu thun, so werden eodem die Creditori nicht allein einige Activ-Schulden des Z. in der Stadt W. in summa 1051. fl. ex officio Judicis in solutum angewiesen, sondern auch Creditori R. à Magistratu, daß Z. olim W. Hauß, Garten und Wein-Garten zum Unterpfand gestellt. B

Nicht lange darauf den 7. Sept. 1702. wird R. ex primo decreto in das Hauß und übrige hypothecas immittiret.

Als aber R. auch immissionem ex secundo Decreto sucht und die Z. Geschwister von diesem Handel Nachricht erlangt, so melden sie sich den 22. May 1703. mit Anführung, daß des Bruders Hauß mit ihrem Geld gekaufft, auch das Instrumentum crediti, per Notarium und 2. Zeugen unterschrieben, und also per *L. 11. Cod. qui pot. in pignore*, sie Jus prælationis hätten. Der zweyte Creditor R. dieses sehende, zeigt bey dem Magistrat an, er wolte sich selbst in das Hauß setzen.

Hoc est non expectato decreto secundo Magistratus, sed ex proprio decreto.

Er hat auch solches juxta attestatum Magistratus ins Werck gesetzt. Darwider sich sowohl der Debitor I. Z. als dessen Geschwister zum höchsten beschweren.

Dahero zwar die Decreta restitutoria Magistratus ergangen, post supplicam den 15. *Augusti* 1703. 26. *Octobr.* 1703. Es sind aber diese Decreta so gefast, daß ohngeacht Debitor Z. ad cautionem usurarum residuarum sich erbothen, dennoch der Creditor R. dadurch Gelegenheit bekommen, sich mit der Restitution biß diese Stunde aufzuhalten, wie er dann possessionem noch inne hat, und das Hauß seinem Advocato N. zur Wohnung eingegeben.

Magistratus hat den Prioritát-Streit à quæstione immissionis separiret, da doch die Z. Geschwister pro avertenda immissione interveniret

ret und am 8. Decembr. 1703. eine Citation ad videndum se immitti ex secundo decreto erkannt, da sich doch Creditor ex proprio decreto schon immittiret, und restitutionem biß dato verweigert hatte.

Demnach gehet die Handlung in puncto prioritatis an.

Da dann die Z. Geschwister sich auf ihr Instrumentum crediti per Notarium & duos testes signatum, und überdiß versionem in rem beziehen, das Spolium des R. sehr urgiren, und bitten ihn, ex *L.*7. *Cod. unde vi* zu condemniren; der R. hingegen excipiret de contractu simulato, quod tamen non probat. Item de statuto W. quod præferat instrumenta crediti publica omnibus privatis, etiam anterioribus. Negat etiam versionem in rem. Ad actionem ex *L.*7. *Cod. unde vi*, Negat huc posse applicari.

Die Z. Geschwister negant existentiam des allegirten Statuti, probant etiam versionem in rem, per extractus der Z. Handels-Bücher.

Nach vielen hinc inde beschehenen Handlungen kommt endlich am 17. August. 1704. post conclusionem in causa, ein Attestatum Magistratus, de statuto prædicto, ad acta, darwider Klägere sich bey der Inrotulation sehr beschweren.

Acta transmittuntur ad JCtos T. und wird am 22. Sept. 1706. die Urthel publiciret. Daß Klägere dem R. zu præteriren, die immissiones ex primo & secundo decreto zu cassiren, und R. das Hauß zu räumen schuldig, und darzu zu condemniren sey.

Von dieser Urthel ist an das Bischöffliche W. Hof-Gericht appelliret, und die Quæstio prælationis und Statuti sehr weitläufftig, und mit sehr ärgerlichen Anzüglichkeiten a parte des R. disputiret worden, ein Hauffen Attestata Magistratus über dem Statuto, oder wie es endlich lautet, **Gewohnheit**, de jure prælationis, hinc inde beygebracht, welche aber weder einstimmig, noch ad casum præsentem allenthalben applicirlich sind.

Den 19. Jun. 1711. wird vom Hof-Gericht sententia prioris instantiæ confirmiret.

A qua confirmatoria appellavit R. ad Cameram, 22 Jun., und zwar besage Instrumenti appellat. solus sine consorte.

Den 26. *Jun.* noch intra decendium, hat des R. Advocatus causæ N. welcher sich cessionarium der St. Erben nennt, aber darzu nicht legitimiret, zu Wb. coram duobus testibus, weil kein Notarius selbigen Orts zu haben sey, declaration gethan, daß er als interveniens, cessionario nomine der R. Appellation adhæriren wolte.

Nota: Dieser Actus ist sehr verdächtig (1) *ex tempore*, denn es war Sententia zu W. kaum eröffnet, so geschicht diese vermeynte Adhæsio zu Wb. Ist zwar nicht unmöglich, aber die andere

A Umstände machen mich an der Richtigkeit zweifeln; (2) *ex forma* coram 2. testibus weil kein Notarius zu Wb. zu haben, quod vix credibile, nam hujus generis homines sind überall anzutreffen. (3) *ex legitimationis defectu*, weil er sich auf Cession beziehet, die doch nicht beygebracht; (4) *ex tota processus historia*, darin sich dieser Advocatus so gar unverschämt und impertinent aufgeführet, daß ich ihm gar nichts aufrichtiges zutrauen kan.

Interim Processus Appellatorii decreti fuere auf Dr. N. Ansuchen, sowohl nomine R. als des vermeynten adhærentis N. Wie die Adhæsion in jure fundiret, gehöret ad Votum.

VOTUM.

PRima *inspectio: de formalibus Appellationis*, quæ respectu Appellantis R. defectum aliquem non habuisse colligitur, partim ex sententia Camerali 27. Mart. 1713., partim ex sequentibus documentis in puncto Actorum productis, & bellica tempora, quæ tunc temporis ad Rhenum notorie fuere, defectum in
B redimendis actis excusant, quæ etiam producta fuere.

Non devolutio non opponitur appellanti R. sed adhærenti N. de quo jam erit *Inspectio secunda*, de *formalibus Adhæsionis*.

Nemo à me expectet, ut ineptias, errores vel potius cavillationes istius Advocati, imo forensis rabulæ, quibus integra acta implevit, refutem. Dicam solum, quid de jure existimem esse sentiendum.

Adhærens iste, qui alios imperitiæ juris accusare, & Doctorem vult agere, in principiis impingit; Perinde enim ei sunt *Interventio* & *Adhæsio*. Quæ de interveniente jura statuunt, quod liti intervenire possit tempore quocunque, applicat ad adhærentem, omnino malè. Prædicatum *adhærentis* recte quidem tribuitur non soli tantum appellato, sed etiam cuilibet tertio, qui per sententiam fuit
C gravatus *v. Gail.* 1. *Observ.* 122. *& Observ.* 70. *num.* 9. Ita tamen, si causam habeat cum lite de qua agitur connexam, vel sit appellantis consors, e.g. dominus in processu subditorum, Auctor rei venditæ, fidejussor & similis. vid Lauterb. *in Commentar. ff. Tit.* de *Appellat.* §. *XIII. in f.* aliter dicendum, si tertius habeat jus plane separatum ab illa causa, quæ per sententiam à qua est decisa, non connexa. Tunc enim ille non potest dici *adhærens*, sed principaliter appellans, & uti debet non ratihabitione nuda appellationis ab alio interpositæ, sed appellare debet ipse principaliter, si per sententiam se putet esse gravatum. vide *Gail.* 1. *Observ.* 122. *num.* 8. *infin. Mev.* 5. *&* 86. *num.* 1. inprimis vero hanc differentiam clarè explicantem *Tennagelium*, quondam Assessorem Cameræ tract. de *Decernend. processib. Classe* 4. *cap* 2. *Tertius* inquit, Auctor præclarus, *si principaliter appellat*, *non sufficit intra decendium appellasse, sed causæ sunt reddendæ gravaminis & interesse deducendum docendumque,*

dumque. Adderem ego hisce verbis, non sufficere ratihabitionem appellationis à tertio interpositæ intra decendium, sed solennem esse necessariam Appellationem. Ratio est evidens. Nam si tertius habet interesse cum appellante quacunque ratione connexum, non opus est ratihabitione intra decendium, sed fieri potest quocunque tempore: Si non habet connexum, sed separatum, uti noster habere se prætendit, tum opus est appellatione intra decendium: per tradita *Tennagelii, dicto loco*; Talis vero Appellatio non potest fieri per nudam ratificationem, quia ratificatio spectat ad interesse connexum.

Hinc patet defectus primus istius adhæsionis. Neque enim appellavit adhærens vel interveniens modo debito, sed putavit sufficere ratificationem illam coram 2. testibus interpositam.

Alter defectus est, in *legitimatione*. Nam quod dicit adhærens se esse cessionarium der St. Erben non probat, nullaque litera docet, neque in Camera, neque docuit in priori instantia, ubi tantum voluit monere Judicem de suo tanquam cessionarii interesse, sed quia lis in appellatorio Viennensi judicio esset pendens, protestatur, ne quid fieret in sui præjudicium; v. Act. pr. & hoc scriptum est omne id, quod in priori instantia ante latam sententiam fuit gestum.

Nihil amplius in Camera deduxit, nulla hic legitimatio ad causam sive cessionis demonstratio; ad recessum Lt. N. 31. August. 1712. in quo hæc omnia ei objiciuntur post sententiam actoriam 27. Mart. 1713. latam, nihil nisi per meras calumnias & injurias respondet in der Handlung, quod scriptum Dr. N. subscribere non est veritus. Ergo adhærens iste vel interveniens à Judicio merito erit repellendus. De pœna, quam non solùm in hac parte, sed etiam in defensione appellantis R. est promeritus, dicam in voti conclusione.

Inspectio tertia de causæ principalis meritis.

Quæstio est de jure prælationis inter creditores, quod negotium peculiari actione in jure non petitur, sed officio Judicis definitur. Hinc nihil aliud, quam generalem Judicis implorationem præ se fert supplica appellatorum in prima instantia.

Cujus fundamenta sunt præcipue duo.

(1) Hypothecæ anterioris, munitæ subscriptione Notarii & duorum testium.

(2) Versionis in rem, sive crediti ad emtionem & refectionem ædium.

His accedit (3.) ex facto illicito Appellati, per *L. si quis in tantam 7. Cod. unde vi.*

Mihi videtur ordine inverso esse materiam hanc tractandam, sic enim puto faciliorem futuram litis definitionem. Itaque dicam primo

A De Actione ex *L. si quis in tantam. C. unde vi.*

Atque de usu legis Romanæ dubium mihi est nullum, cum in lege Camerali sit repetita *Ordinat. de Anno 1521. tit. de litigiosa possess. §. 2.* Recentior vero Ordinatio Carolina præcedentes non tollat, nisi ubi hoc est expressum: Vide *Procœmium Ordinationis Carolinæ in Corpore constitut. Imperialium. §. 1.* cujus verba: **Dargegen sollen auch alle andere hierbevor aufgerichtete Ordnung und Satzung, so dieser Ordnung zuwider verstanden werden möchten, hiermit** *cassiret* **und abgethan seyn.**

Ergo ubi quid in novissima ordinatione non reperitur contrarium antecedentibus, utique præcedentes habebunt vim legis, cùm, quod mutatum non est, stare, adhuc censeatur. * Adde *Resolutionem Cameræ ad gravamina Statuum de Anno 1556. seq.* Ubi Status illi, qui gravamina exhibuere, fuere enim non omnes, sed tantum duo, petiere expresse ut constitutio *L. Si quis in tantam*, in nova ordinatione repeteretur, quod superfluum B esse putavere Camerales, quia in Corpore Juris, h. e. Jure communi contineatur, ad titulum certum Ordinationis autem referri commode non possit. Ut proinde de usu legis frustra à nonnullis moveatur dubitatio. Quæ explicatio etiam removet objectionem, quæ *ex §. 2.* supra dictæ *Ordinat. Cameralis de Anno 1521.* fieri posset, quasi in Germania tantum in casu *fractæ pacis publicæ* dicta lex obtineret, nam verus legis imperativæ sensus est etiam de *vi privata*, vim autem adhibitam fuisse à creditore R. ut debitorem possessione privaret non expectata Judicis sententia, ex ipso facto, confessione creditoris, & testimonio judiciali est certum. Ergo cecidisse eum, si non jure crediti, saltem possessionis & prælationis in hypotheca, (de quo solo erat quæstio, creditum ipsum erat adjudicatum) & proinde sententiam à qua esse confirmandam: Ego nullus dubito, quod ipsum etiam censuere JCti T. in rationibus decidendi, sententiæ primæ instantiæ.

C Verum posito, ceteros Dominos Assessores in hoc articulo mecum non consensuros esse, succedit alia ratio prælationis, ex *ratione versionis factæ in rem*: Quæ quomodo fuerit probata, supra ostendi. Has probationes cavillatur appellans magis quam elidit, res ipsa est clarissima, documenta sine suspicione, neque in verbis perplexa. Et quanquam in obligatione nulla ejus rei mentio facta, sufficit tamen expressio crediti ad hanc causam in den Handels-Büchern; suffecissent autem hi libri ad probat, semiplenam etiamsi obligationis instrumentum non accessisset. Nihil enim aliud requiritur ad hanc hypothecam tacitam, quam ut pecunia nominatim ad emtionem ædium sit credita. Vid. *Struv. Ex. 44. thes. 49. num. 6. Lauterb. ad tit. ff. de reb. Auct. jud. possd. §. 47.* nominatim autem creditam esse pecuniam ad ædes comparandas, testatur

das

* Mutatio autem contingere potest diversis modis. Etiam perstatus Reipublicæ mutationem, vel Leges generales posteriores pragmaticas, cum quibus antiquior Lex, licet expresse non abrogata, consistere nequit. Exempla alibi sunt exposita.

das Handels-Buch; obligatio deinde accessit ad hypothecam expressam constituendam. Juris vero ratio fundatur in hypotheca etiam tacita, & quidem cum privilegio prælationis speciali. Textus expressus *L. 7. C. qui pot. in pignor. Nov. 97. cap. 3. Brunn. lib. 4. decis. 41. Lyncker. decis. 718. & 1415.* Anton. *Faber. 8. Cod. tit. 8. def. 10. Gail. 2. Observ. 12.* Si objiciatur: Judicialem hypothecam præferendam esse ejusmodi hypothecæ privilegiatæ, is probare debebit assertionem lege vel Statuto expresso. Quo non extante stabit regula juris communis. Neque sufficiet Statutum aliquod generale de prælatione hypothecæ judicialis posterioris, respectu anterioris privatæ. Sed necesse est, ut etiam exprimatur prælationis jus respectu hypothecæ privilegiatæ. Sunt enim strictæ interpretationis Statuta, quæ à jure communi recedunt. *Lynkerus decis. 1709. Gail. 20. 33.* Ergo ex hac ratione consistit sententia prioris instantiæ, & erit confirmanda. Videatur *Lauterb.* & alii *ad tit. de reb. Auct. Jud. possid. De privileg. credit.* Ubi simpliciter hypothecarii collocantur in classe tertia post privilegiatos, qui sunt in classe secunda; vid. *Lauterb. comment. §. 46. 47. juncto §. 50.*

Transeo ad postremum Appellatorum fundamentum quod firmum esse existimo, tametsi præcedentia duo non haberent locum.

Id vero est ex *Instrumento hypothecæ* anterioris, quod insuper trium testium subscriptione est munitum. vid. *L. 11. Cod. qui pot. in pignore* cujus textus verba finalia faciunt pro appellato, ibi: *nisi forte probatæ atque integræ opinionis trium vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris contineantur: tunc enim quasi publice confecta accipiuntur.*

Quanquam enim appellati putent fundatam suam intentionem etiam in verbis præcedentibus: *Sin autem jus pignoris:* in eo tamen assentiri ego non possum.

Itaque proponam breviter thesin applicando eandem ad factum.

Instrumentum publicum esse etiam id, quod coram Notario & testibus est celebratum jure civili Romano & Germanico, non est dubium.

Sed pro tali instrumento solenni ego illud non habeo, quod productum fuit Act. pr.

Nam neque fuit actus celebratus ab utroque contrahentium coram Notario, sed subscripsit tantum Notarius cum duobus testibus ad requisitionem solius creditoris.

Totumque instrumentum externam formam publici non habet, & hactenus recte responderunt Doctores consulti.

Verum ut Instrumentum habeatur pro quasi publico, h. e. ejusdem sit auctoritatis & effectus, ista solennitas necessaria non est; sed sufficit trium testium subscriptio, etiamsi contractui ipsi non fuerint præsentes, quod eleganter demonstrat *Textor. diss. de concursu*

A *hypothec. ex publ. & privato Instrum. §. 16. & 18.*

Quodsi debitor negaret se ita contraxisse, tum requireretur ad vim probandi præsentia testium, qui viderint debitorem subscribere. *Textor §. 22.* sed cum in nostro casu debitor J. Z. fateatur suam obligationem & subscriptionem, non opus fuit præsentia testium in ipso negotio, quia nulla in tali instrumento requiritur solennitas, sed ut valeat quasi publicum, sufficere potuit subscriptio testium trium, ad veritatem facti solum testandam. *Gail. 2. Observ. 25. num. 10.*

At at! statutum W. requirit hypothecam judicialem.

Ita quidem appellans ait & mordicus defendit. Verum est, esse differentiam inter hypothecam judicialem, & eam quæ coram Notario constituitur, non quasi hæc publica non esset, sed quia ad effectum prælationis requiritur quandoque hypotheca judicialis, est enim instrumentum Notarii publicum, sed tamen non est judiciale. Hinc si extaret ali-

B quo in loco tale Statutum, riteque probaretur, ego certe postponerem creditorem, qui coram Notario hypothecam habet constitutam illi, quæ judicialiter est contracta; vid. *Lynkerum decis. 119.* Nam judicialium obligationum finis non est is, ut de veritate negotii constet, quod etiam fieri potest interventu testium: Sed potius, ut publice constet talem esse hypothecam constitutam, ne debitori detur occasio alios creditores decipiendi. vid. *Lynkerum decis. 119. Gail. dict. Observ. 21. num. 20.* Sed hic est quæstio facti, an W. tale Statutum extet, negavit appellatus & constantissime negat. Neque unquam istiusmodi Statutum fuit productum; nam testimonia illa Magistratûs mox de Statuto, mox de consuetudine loquuntur, quæ ad probationem minime sufficiunt. vid. *Lynker decis. 1067. Carpzov. 1. decis. 3. num. 22.* Porro si adesset vel Statutum vel consuetudo de prælatione hypothecæ judicialis, certe requisita illa quæ ipse Magistratus in testimonio descripsit, ad nostrum casum non quadrant, ubi debitore

C invito, non præsente, sed in contumaciam, ex officio, & satis præcipitanter, eodem die, quo latum esset decretum contra debitorem, hypotheca judicialis constituta fuit creditori R., qui eo tempore collegas habuit plus justo sibi faventes, ut ex omni tenore decreti illius liquet.

Non male inferunt Judices prioris Instantiæ in rat. decid. Si Magistratus de existentia vel Statuti vel consuetudinis fuisset certus, non debuisset sententiam JCtorum T. qui de Statuti illius existentia dubitaverunt, proprio nomine publicare. Et per publicationem fassi sunt judices primæ instantiæ non adesse tale Statutum, quod ad casum præsentem quadraret.

Ergo cum de Statuto aliquo vel consuetudine quod prælationem tribuit hypothecæ judiciali quacunque ratione constitutæ, sive consensu debitoris sive dissentiente eo, præ privata, non constet, sequitur actores appel-

latos intentionem suam probasse contra creditorem immissum ex solo instrumento anteriore, *Mev. 7. decis. 40.* etiamsi testes non accessissent: vide *Lynker decis. 415.*

Adeoque sententiam esse confirmandam: Ad quam confirmatoriam itaque concludere nullus dubito. Superest, ut de coërcitione Advocati istius adhærentis dicam.

Injurias esse atrocissimas contra Judices non solùm primæ instantiæ, sed & secundæ, cumprimis in hoc Imperiali Judicio prolatas, nemo est qui non consentiat.

Ajunt hominem in ære non habere, ergo luat in corpore. Carceris pœnam alternativè puto esse dictandam, scil. unius mensis, vel pecuniariæ multæ unius marcæ auri fisco inferendæ.

Tandem & Procurator immunis esse non debet, qui scriptis istis injuriosis subscribere non est veritus, quem, cùm auctorem nominaverit, mitius habendum esse puto, & 4. marcis argenti fisco pauperum inferendis mulctandum, salvis majoribus.

SENTENTIA PUBLICATA.

In Sachen J. P. R. Appellanten und J. G. G. angemaßten Adhærenten eins, wider I. F. Z. und Cons. Appellaten andern Theils, A ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger beyder Instantien wohl geurtheilet, übel darvon appelliret, dannenhero solche Urthel zu confirmiren und bestättigen sey, als wir solche nebst Verweisung der Baron St. Erben Anforderung an gehörige Orte, hiermit confirmiren und bestättigen, Appellanten und angemaßten Adhærenten in die Gerichts-Kosten bey diesem Käyserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, nach rechtlicher Ermäßigung condemniren und verdammen. Dann ist Appellanten und gedachten Adhærenten zu würcklicher Execution dieser Urthel Zeit 1. Monath pro T. & P. v. a. w. angesetzt mit dem Anhang, ut in formula executorialium consueta.

Endlich ist gegen dem Angeben, appellantischen Advocatum und Adhærenten N, um weilen er gegen das Fürstliche W. Hoff-Gericht und dessen Glieder bey diesen Sachen sich höchst ungebührlich, mit sehr ärgerlicher und schimpfflicher Schrifft und Censurirung aufgeführt, auch B solche Schrifft bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht übergeben lassen, nicht allein die Straff einer halben M. Goldes und zwar vor dißmahl mit Verwarnung schärffern Einsehens, wenn er sich dergleichen ferner würde gelüsten lassen, dem Kayserl. Fisco innerhalb 2. M., gegen den Anwald aber, der obgedachte Schrifften bey dem Höchsten Gericht mit seiner Unterschrifft übergeben, ist die Straff einer Marck Silber in den Armen-Seckel innerhalb 14. Tagen sub Pœna dupli & realis execut. zu erlegen hiermit vorbehalten.

Consultatio & Decisio XIX.

Vitia testamenti per varias testamentorum species, detecta, ob quæ declaratum fuit pro nullo.

SPECIES FACTI.

Es hat weyland *I. D. B.* Rahts-Verwandter zu W. in erster Ehe *V. D.* Kasten-Herrn Tochter zur Ehe gehabt, und vor seine Person nach Aussage des Instrumenti Notarii & deposit. Testium wie auch des Attestati in Actis mandati de Exeq. C. C. über 200. fl. werth nicht eingebracht, folglich alles übrige mit gedachter D. Tochter erheurathet, so C nach Aussage dicti rotuli und Actorum priorum ein ansehnlich Vermögen gewesen seyn solle. Auch wird in Actis Appellatischer Seiten gemeldt, daß er in hoc matrimonio nicht einen Batzen erworben. Contrarium ist nicht dargethan.

Aus dieser ersten Ehe sind jetzige Appellati respectivè Sohn und Tochter, quarum mariti litem sustinent, entsprossen.

Nun ist ad historiam facti zu mercken, daß als gedachter *I. D. B.* zur zweyten Ehe mit jetziger Appellantischen Wittib geschritten, die auch nichts in matrimonium inferiret haben soll, und der Vatter einige Güther veralieniret, und sonst das mütterliche Vermögen verringert, die Kinder erster Ehe, wider ihn ad privationem ususfructus statutarii geklaget, und Inventarium gefordert, da dann zwar ein Inventarium produciret, solches aber als mangelhafft verworffen, und ein richtigers zu übergeben, dem Vatter per sententiam aufgeleget worden. acta mand.: Ubi sententia confirmatoria & inhæsiva.

Es hat aber der Vatter zur Nachlebung des Urthels nicht gebracht werden mögen. Nachdem sind zwischen ihm und gedachten Kindern erster Ehe verschiedene Irrungen wegen der mütterlichen Güther und ususfructus, in specie einer Wiese gewesen, die zwar in Actis Cameralibus weitläufftig erzehlet werden, aber zu gegenwärtigem Streit nichts dienen.

Als nun der Vatter Anno 1714. in Kranckheit gefallen, hat Er von dem Protocollisten *S.* verlanget, ein Testament aufzusetzen; dieser Auffsatz ist aber zum Stand und Vollziehung nicht gekommen, auch bey denen Acten nicht befindlich, sondern es ist ein anderer Auffsatz durch den Stadt-Schreiber *S.* gemacht worden, welcher wie Appellati behaupten, von der Frau ihm so angegeben worden, und als der *S.* ins Hauß zum

zum Krancken gefordert worden, um das Testament ihm vorzulesen, so sey dem Mann die Sprach schon entfallen gewesen, und *S.* gesagt *post festum* **mit dem** *Testament.* Auch hatte die Frau von dem *S.* begehret, er möchte es an des Krancken Statt unterschreiben, so er aber zu thun sich geweigert, dahero die Frau einen Stadt-Procuratorem St. welcher seines Handwercks ein Becker ist, bewogen, daß er es unterschrieben, immassen die Unterschrifft sothanen Testaments, so zu lesen in Act. pr. Act. Cameral. & Act. mandati de Exeq. außweiset, und befinden sich zwar dabey 3. Buchstaben *I.D.B.* welche der Testator soll gemacht haben, seines Nahmens Zeichen, es ist aber ungewiß und widersprochen, ob er solche selbst und wissentlich gemacht, gestalten Stadt-Procurator selbst darunter geschrieben, es habe der Krancke wegen Leibes-Schwachheit nicht schreiben können, und also er auf Ersuchen, diese letzte Willens-Disposition Nahmens seiner unterschrieben. Auch wird in Actis lächerlich erzehlet, wie die Frau den ohnkräfftigen und mit einem Schlagfluß befallenen Mann, die drey Buchstaben schreiben gelehret.

B Wie dann auch in rixa muliebri der appellantischen Wittib, mit *I. R.* Frau, diese jene **eine falsche Testamentmacherin** gescholten, und jene retorquiret **das bist du, du hast ihme die Hand führen wollen.**

Welchergestalt nun dieses Testament dem Stadt-Siegel-Herrn ad Acta zu nehmen übergeben worden, und von wem, da der Krancke sprach-loß gewesen, solches ist in Actis nicht, im Testament selbst aber befindlich, wie die Kinder erster Ehe miteinander weit geringer bedacht worden als die hinterlassene Wittwe, contra *L. hac Edictali Cod. de Sec. Nupt.* und wird dazu von Klägern urgiret, daß der Vatter de re aliena, nemlich von ihrem mütterlichen, so er nur als Usufructuarius inne gehabt, und kein Inventarium ediret, mit Bestand nicht disponiren können.

C Was am Begräbnüß-Tag des Ehemanns im Sterb-Hauß zwischen denen Anverwandten vor Injurien, und deßhalber vor weitere Streit-Händel entstanden, gehöret zu diesem Process um die Erbschafft nicht; (indessen sind solche Dinge gleichwohl in die Acten zu grossem Verdruß eingemischet, darüber aber bey diesem Höchsten Gericht keine Appellatio geschehen, also in referendo & extrahendo diese Stücke billich übergangen werden.) Gleich nach eröffnetem Testament haben die Kinder erster Ehe excepto I. R. & uxore (welche es damahls mit der Wittib gehalten, hernach aber abgetretten) manutentionem in bonis und manifestationem juratam begehret; bald darauf das Testament als falsum & suppositium impugniret, die Wittib hat interim viele Mobilia auß dem Hauß geschleppt, die Gerichts-Siegel abgerissen, und bey N. Unterschweiff gefunden, darüber die Kläger sich hefftig beschweret, und endlich ein Urtheil, krafft dessen die Kläger ins Wohnhauß zum O. immittiret und der Wittib auferleget worden, die Mobilia wieder ad locum zu schaffen, auch alles zu manifestiren, cum pœna, ob violationem sigillorum. Welches Urthel in rem

A judicatam erwachsen; dann obwohl vidua appelliret, so hat sie doch appellationem nicht prosequiret, sondern à judice priori das gravamen zu heben verlanget; es ist aber solch Urthel durch verschiedene Inhæsiv-Decreta confirmiret worden; *v. Acta mandata de Exeq.* dahero als es an der Execution gefehlet, haben die Kläger am 2. April. 1716. mand. de exequ. C. C. impetriret, worin hiernächst ein Urthel zu geben seyn wird. Nach diesem, als auch in causa principali ein Urthel ad Consilium J Ctorum T. erfolgte, darinn das Testament pro nullo declariret, und hæreditas ab intestato angefallen zu seyn erkannt worden, hat die Wittib Appell. Process erhalten, und ist in der Sache replicando & duplicando gehandelt worden.

VOTUM.

Ad Causam Appellationis.

1.) In formalibus ist nichts zu erinnern.

2.) Quoad devolutionem hätte ich zwar kein Bedencken, weil aber solche devolutio in Exceptionibus bestritten wird, so ist nöthig die rationes zu untersuchen.

Prima ratio non devolutionis, sententiam de 11. Jan. 1715. transiisse in rem judicatam, quo etiam tendit ratio *quarta.*

℞. Verum quidem esse quod sententia illa de 11. Januar. aliqua contineat capita, quæ in sequente definitiva repetuntur, Manifestationis & immissionis. Sed tamen sententia ultima à qua, à præcedente in principali articulo testamenti valde differt, adeoque non potest dici inhæsiva simpliciter.

Altera ratio, cum qua etiam convenit *tertia*, est respectu summæ appellabilis. Quia pater defunctus vix 200. florenos habuerit in suis facultatibus.

Resp. esse argumentum, uti mihi videtur, à baculo ad angulum. Sententia pronunciat testamentum nullum, & hæreditatem ab intestato delatam. Pater bona in testamento expressa habuit pro suis. Ergo non agitur de 200. flor. sed de bonis, quæ in testamento exprimuntur, de hæreditate ipsa, de testamento valido vel invalido.

Ergo nihili sunt istæ Exceptiones non devolutionis.

Transeo ad causam principalem. Ubi ante omnia separanda est causa injuriarum actis hisce immixta, sed ad Camerale judicium per appellationem non delata. Unice nobis dijudicanda est causa hæreditatis & testamenti.

Actores petiere manutentionem in bonis maternis, quorum usufructu pater esset gavisus, petendo manifestationem à vidua, vidua opposuit excipiendo testamentum.

Hinc nata testamenti impugnatio, & desuper disputatio.

Ergo si ad libelli Actorum priorum conclusionem & medium concludendi respicio, non alia erit actio, quam remedium possessorium, pos-

possessionis retinendæ, scilicet usufructuarius erat pater, adeoque non possessor, jure dominii liberi erant proprietarii, (loquor ex hypothesi actorum & libelli) ergo possessores. Ususfructus enim morte patris erat finitus, & consolidatus cum proprietate.

Vidua habebatur pro turbante, quia mobilia in alium locum curaverat transferri, & possessionem ex testamento affectabat.

Ergo erat institutum remedium possessorium retinendæ possessionis.

Actio satis erat probata per sententiam Magistratus, in qua pater erat condemnatus ad Inventarium bonorum maternorum edendum, quod non factum.

Adeoque jure tacitæ hypothecæ omnia bona relicta pro maternis erant affecta, & pro talibus non injustè habebantur, cum publice constaret uxorem primi conjugii satis amplas habuisse facultates, prout dictum in specie facti.

Ergo videndum de *Exceptione testamenti paterni.*

Ubi est quæstio *Prima:* An subsistat hoc testamentum tanquam solenne testamentum?

Resp. quod non, quia aperte caret solennitatibus requisitis, nulli enim plane adsunt testes.

Secunda: An subsistat tanquam Codicillus, propter clausulam codicillarem?

Resp. quod non, quia etiam requisita codicilli non sunt observata. Non opus est hic allegare jura, sunt enim vulgaria.

Tertia: An subsistat tanquam minus solenne & privilegiatum.

Resp. negando; neque enim potest haberi pro testamento *patris inter liberos*, quia uxor tanquam extranea simul est hæres instituta sine testibus, quo casu testamentum tale ceu privilegiatum non subsistit, sed potius portio uxori relicta liberis accrescit. *L.* 21. §. 1. *Cod. de testam. L. f. C. fam. hercisc. Nov.* 107. *præf. & C.* 1. *Brunnem. lib.* 3. *decis.* 27. *Lynk. decis.* 753. Plenissimè hanc materiam explicuit *Harpr. diss.* de *Admixtione personæ extraneæ in testam. parent. inter Lib. ubi vide thes.* 15. *& thes.* 40.

Et quod inter Saxones JCtos aliqui tradunt, quodsi de patris voluntate certo constet, liberi teneantur dispositioni ejus stare, quocunq; modo sit expressa, hoc in casu præsente locum habere nequit, cum graves adsint suspiciones de testamenti suppositione. Et licet hæc ratio non adesset, mallem tamen juxta leges quam juxta opiniones JCtorum pronunciare. *pr. J. de Offic. Jud.*

Accedit ratio, quod in hoc testamento uxori plus relictum sit quam uni ex liberis prioris matrimonii, contra *L. hac edictali Cod. de secund. Nupt.* adeoque contra jura testatus esset pater, per dictam *L. hac Edictali.* Ubi *Brunnem.*

A Adest etiam alius defectus testamenti ejusmodi privilegiati, subscriptio testatoris; nam si vel maxime credamus literas initiales I.D.B. satis male pictas, ita ut magis imposturam sapiant, manu & voluntate patris esse adpositas, neq; falsum aliquod commissum, (qua in re tamen gravissimæ adsunt præsumtiones, si non probationes apertæ,) tamen tales notæ non sufficiunt ad testamentum privilegiatum inter liberos *Nov. Justiniani* 107. *C.* 1. vide *Carpzov. p.* 3. *const.* 4. *Def.* 18. & cum ex toto contextu testamenti appareat, quod pater voluerit condere vel testamentum solenne, vel codicillos, sequitur, quod hæc dispositio tanquam privilegiata sustineri nequeat. *Mev. p.* 2. *decis.* 333. Ne vero alicui in mentem veniat, subscriptionem parentis necessariam non esse, quia testamentum nostrum sit judiciale *Harpr. dict. diss. thes.* 15. *n.* 11. jam ostensurus sum, quod ne hac quidem qualitate pro valido censeri queat.

B Non est, inquam, *testamentum Judiciale sive publicum.* Quia personæ judicii non audiverunt testatoris voluntatem, quod necessario requiritur *L.* 19. *Cod. de testam. v. Besold. part.* 5. *consil.* 230. *num.* 10. *Carpzov. part.* 3. *Constitut.* 3. *def.* 11. neque hic sufficit sola depositio testamenti ad acta, *Besold. dict. l. & consil.* 226.

Neque est testamentum apud acta. Quia nullum adest indicium, quod testator hanc suam esse voluntatem, & actis inserendam, personis judicialibus dixerit. Sane inscriptio illa quæ extat in testamento: Es seye auf sein Begehren in das Archiv ad Acta den 28. Julii 1714. gerichtlich hinterlegt worden, minime sufficit, cum debuissent annotari circumstantiæ, quis receperit testamentum, & à quo, an ab ipso testatore, quod non credibile, quia loqui non potuit apoplexia correptus, an ab alio, & ubi & in quo statu inventus fuerit testator, quæ omnia hic deficiunt. Tandem neque in publico testamento valida foret institutio talis uxoris novercæ, contra supra dictam C *L. hac Edictali Cod. de secund. Nupt.* Et si testator non habuit facultates proprias, sed bona relicta sunt materna, quod verisimiliter probatum esse dixi, inutilis erit testatio ista de re aliena.

Ergo nullam plane testamenti legalis formam habet hoc testamentum. Ut proinde quoad materiam & formam inutiliter testatus sit, etiamsi nulla adessent falsitatis & suppositionis argumenta.

Verum & talia adsunt satis gravia, non quidem probationes plenæ, sed tamen tales quæ ad probationem semiplenam accedunt. Nimirum:

(1) Ipsa subscriptio trium notarum *I.D.B.* nimium suspecta, cum Procurator plebejus & opifex dicat, eum amplius scribere non potuisse.

(2) Depositio duorum testium, quos etsi omni exceptione majores esse non putem, neque examen sit juratum, tamen potest

potest haberi pro confessione extrajudiciali, de scientia earum circumstantiarum, quæ in ædibus, ubi testator habitavit, sunt acta, & de quibus alius nemo scire potuit.

(3) Objectio mutua mulierum in via, ex quibus uxor *Jacobi R.* viduam falsi, & hæc illam vicissim incusavit.

(4) Subscriptio Procuratoris plebeji, qui dicit testatorem sibi mandasse, ut subscriberet, de quo mandato tamen nihil, quia, nullus adfuit testis, neque etiam de facta testatori prælectione, constat. Et valde inepte appellans hunc Procuratorem pro publica persona, quæ habeat fidem, venditat, cum ad tales actus non sit constitutus, & in tota causa Procuratorem egerit viduæ.

Accedit (5.) suspicio contra den N. qui viduæ partes egit, eique ad expilandam domum hæreditariam receptum dedit.

Si in falsitatis delictum ulterius inquirere esset necessarium, facile id detegi posset per examen N. N. ad quæstiones suppeditandas ex Actis.

Verum ad decisionem causæ appellationis non opus esse puto hoc examine, cum ob alios defectus supra recensitos, testamentum validum esse nequeat, unde & merito pro nullo fuit pronunciandum.

Non itaque opus est ulteriori commissione pro examine testium, nisi aliud videatur inclyto huic Senatui; quia licet testamentum in formalibus subsisteret, tamen in institutione hæredis foret odiosum. Ut adeo non dubitem, in priori Instantia testamentum recte declaratum esse pro inutili, & hæreditatem delatam ab intestato.

Concidente vero testamento, de acquisitis & eorum probatione, in qua prolixe laborant partes, dicere opus non est. Agnitio testamenti opposita nihil relevat; nam transactio cum R. quæ reperitur in fasciculo actor. mandati de exequ. contrarium ostendit, ut adeo vana sit ista exceptio factæ agnitionis.

Sententia à qua decidit quidem quæstionem testamenti & pronunciat id nullum, hæreditatemque ab intestato delatam.

Decidit etiam inhæsive manifestationem esse faciendam, & relinquit liberos prioris matrimoni in possessione, juxta Sentent. 11. Jan. 1715., sed tamen non decidit quæstionem de bonis maternis, eamque videtur ulteriori discussioni reliquisse.

Quam ob rem ut Judex à quo sciat, quomodo sit procedendum, putarem ego in sen-

A tentia confirmatoria addendum esse aliquid de ulteriore discussione

FORMULA SEQUENTE,

quam loco voti addo salvis majoribus.

In Sachen **Marien Gertrud**, weyland **Johann Dieterich B.** nachgelassener Wittwen, und **Johann R.** tutorio nomine ihres Kindes Appellanten eines, wider jetzt-gedachten B. hinterbliebene Kinder erster Ehe in Actis benannte Appellaten andern Theils, ist Dr. D. sein der non-devolution halber beschehen Begehren abgeschlagen, sondern in der Haupt-Sache allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richtern voriger Instantz wohl geurthelt, übel appelliret, dahero solche Urthel zu confirmiren oder zu bestättigen seye, dergestalt und also, daß nächst Extradition und B Manifestation der aus dem Sterbhauß gebrachten Mobilien, auch Ergäntzung des Inventarii, dasjenige, was der Appellaten mütterlich Gut ist, von dem vätterlichen Vermögen separirt, und das Mütterliche ihnen als Erben ab intestato, allen Inhalts des Rechtskräfftigen Bescheids vom 11. Januar. 1715. überlassen, auch des Abgangs halber Ersetzung gethan werde, als wir gedachtes Urthel solchergestalt hiermit confirmiren und bestättigen, Appellanten in die Gerichts-Kosten an diesem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, nach rechtlicher Ermäßigung denen Appellaten zu entrichten und zu bezahlen fällig, ertheilend.

Dann ist zu würcklicher Execution und Nachlebung dieser Urthel sowohl denen Appellanten, als zu deren Bewürckung dem Richter voriger Instantz Zeit 2. M. pro T. & P. V. A. W. hiermit angesetzt, mit dem Anhang, wo sie solchem also nicht nachkommen werden, daß als- C dann auf Gegentheils Anruffen ergehen soll, was Recht ist.

Nota: pœna 10. Marc. auri non addita fuit, quia hæc superat longe facultates appellantis. Ex hac sententia sequitur sua sponte Paritoria ad alterum actorum fasciculum, mandati de Exequ. cum clausula,

FORMULA SEQUENTE.

In Sachen weyland *I. D. B.* nachgelassener Kinder erster Ehe in Actis benanter Klägere, wider Schultheiß und Schöffen der Stadt W. Mandati de Exeq. propriam sententiam C. C. die *B.* Wittib betreffend, ist Dr. *H.* vorzüglichen Einwendens ungehindert glaubliche Anzeig zu thun, daß dem ausgangenen Verkünd- und reproducirten Kayserl. Mandat mit würcklicher Execution des Rechtskräfftigen Bescheids vom 11. Januar. 1715. gehorsamlich gelebt sey. Mit dem Anhang wo er solchem &c.

Con-

Consultatio & Decisio XX.

In Sachen

L. contra das Jungfrauen-Closter S. A. in Cölln.

Contractus Emt. Vend. relativus ad præcedentem, inter alios de eadem re celebratum, intelligitur habere vim prioris. Solennitas insinuationis in civitate Coloniensi non requiritur, ratione oneris realis servitutis ædium.

OBjectum hujus litis pessime quidem olet, agitur enim de purgatione latrinæ. Sed appellatarum Monialium causa, malum odorem habere non videtur.

Facti species cum omni actorum extractu brevibus terminis potest absolvi.

Das Closter S.A. zu Cölln hat Anno 1594. zu Tilgung Schulden-Last und Contribution, zwey am Closter gelegene Häuser an *M. D.* verkauffet, daraus hernach ein Hauß zum N. gemacht worden.

Multæ contractui sunt adjectæ conditiones. Inter quas etiam illa, daß der Profey oder cloaca dem Kauffer überlassen wird, dergestalt, daß die Nonnen einen Sitz und Schoß-Pfeiffe darinnen haben sollen. Der Kauffer aber soll die Reinigung auf seine Kosten, ohne Beschwerung des Closters thun lassen.

Dieser Contract ist præsentibus Scabinis des Hohen Weltlichen Gerichts celebriret, aber dem Protocollo Judiciali nicht eingetragen, noch auch Decretum interponiret worden, zum wenigsten findet sich darvon nichts aufnotirt.

Successor emtoris *H.* hat diesen Contract per reversales approbiret Anno 1608., und dieser zweyte Contract de Anno 1608. findet sich Protocollo inserirt.

Das Hauß ist bey dem Erbgenahm *H.* geblieben biß Anno 1691., da sie es an *E. L.* cum decreto Judiciali verkauffet. In welchem letzteren Verkauff das Hauß ab omni onere reali frey angegeben wird; aber in Decreto Judiciali der vorigen Kauff-Brieffe, die auch dem letzten Kauffer übergeben worden, Meldung geschicht.

Als nun der Profey-Thurn so voll worden, daß er nicht mehr zu gebrauchen gewesen, (ita narratur in Actis) so hat das Closter possessores ædium erinnern lassen, die Reinigung thun zu lassen, darzu sich auch vidua *L.* ut narratur in libello primæ instantiæ erbothen, und nur die Zeit des warmen Wetters vorgeschützet haben mag; Hæredes aber haben solches onus verweigert, und vom Closter probationem servitutis begehret. Dahingegen das Closter editionem der alten Kauff-Brieff begehrt, und Widrigenfals ihm Dominium des Haußes, quod sine causa apud reos existeret, zu adjudiciren begehret, alles besage der Klag Act. pr. Instant.

A

Rei in Exceptionibus negant se teneri istis reversalibus de Anno 1608. quia sint successores singulares; onera realia tantum in scrinio imponi.

Ex subsignatione Scabinorum contractum non fieri Judicialem, donec protocollo inseratur.

Negant etiam se teneri factis antecessorum, quia titulo singulari possideant ædes.

Wollen mit reinem Gewissen schwören, keine Instrumenta in Handen zu haben, wodurch sie zu Reinigung cloacæ anzustrengen. Negant oblationem matris, allenfalls müsse es ex errore facti geschehen seyn.

B

Offerunt curam purgationis, wann das Closter ⅓ sumtuum beytragen wolle ex consuetudine Civitatis, weil der Quellstein auf disseitigem Erb liege, und daselbst aufzubrechen.

Dieses sind exceptiones reorum, in sequentibus instantiis repetitæ.

Sequitur decretum, ut rei edant documenta, 22 Januar. 1711. Ad quam editionem rei se non teneri existimant, quia actor ex sua domo probationes adferre debeat.

Sequitur decretum inhæsivum 10 Julii 1711.

C

Darauf aber nichts anders als der letzte Kauff-Brieff de Anno 1691. producirt wird.

Sequitur decretum de ulteriore editione facienda 28. Septembr. 1711. Quam declinat summopere Procurator reorum. Es können actores in Protocollo publico nachsehen lassen, ob sie etwas finden.

Sequitur decretum inhæsivum paritorium, 19. Nov. 1711.

Beklagte zeigen non in vim paritionis ad prætensum decretum, sed ultro an, daß sie den ersten Kauff-Brieff de Anno 1594. in Handen haben, sed non obligare reos, quibus ista conditio in contractu non adjecta. Repetunt, daß der folgende Contract de Anno 1600. kein gericht-

gerichtlicher Contract, und der unterschriebene Johann S. kein Gerichts-Schreiber gewesen.

Das Closter urget confessionem partis, und daß der unterschriebene S. allerdings Gerichts-Schreiber gewesen.

Allenfalls si contractus esset nullus, deberi actoribus dominium ædium, cum nemo plus juris transferre possit in alium, quàm ipse habet.

Darauf dann sententia primæ instantiæ 7. Martii 1712. ergangen, worinnen rei comdemniret worden, den Profey-Thurn Einwendens ungehindert, auf ihre Kosten privative reinigen zu lassen; cum expensis: salvo regressu contra venditores, si quem habere putent.

Sententia secundæ instantiæ des Churfürstl. Cöllnischen Commissariats 14. Nov. 1712. confirmat præcedentem, cum condemnatione in expensas.

A qua sententia rei appellarunt ad Cameram: Præcedentibus deinde decretis extrajudicialibus sequentibus:

7. Martii 1713. worinn Rechts-begnügige Erweisung auferlegt wird, daß nach Stadt-Cöllnischen Rechten und Gewohnheit kein Extrajudicial-Contract, wann er nicht per decretum Judicis bestättiget, und dem Judicial-Protocoll beygelegt, einige Realität gewinne, und solche in viridi observantia, vom getroffenen ersten Contract, biß hiehin seye.

Zu diesem Decreto hat das in libello gravaminum angezogene Haupt-Gravamen, worauf die gantze Sache ankommt, Anlaß gegeben, daß nemlich der erste Contractus singulares successores nicht obligirte, weil er nicht judicialiter confirmiret, und also dem Hauß kein onus reale aufgelegt werden möge.

Ob nun wohl Appellantes zu Folgeleistung dieses Decreti ein Attestatum einiger Cöllnischen Doctorum und Notarii übergeben, mit fernerer Beziehung auf Abhörung alter Doctorum:

So hat doch solches attestatum Senatui vor hinlänglich nicht geschienen, sondern es ist per aliud decretum extrajud. 13. April. 1713. die Bestärckung des Attestati durch mehrere alte Doctores practicos, und Beybringung der Observantz auch auf die Clöster und deren angehörige Häuser, erfordert worden.

In dessen Befolgung, Appellantes am 13. May 1713. ein testimonium Schultheiß und Schöffen des Erb-Vogterl. Gerichts Gereonis und Engelstein in Cölln übergeben.

Worauff endlichen, weil solches noch unzulänglich gewesen, Processus Appellationis jedoch *periculo partis* erkannt worden, 15. May 1713.

Reproducti fuere processus 28. August. 1713. per Lt. *H.* vi Mandati procurat. generalis & specialis: addita cautione.

A

Lt. N. hat prævia legitimatione, excipiendo (ubi nota, informem rubricam Except. sub- & obreptionis pro cassandis processibus,) zwar negligentiam circa fatalia angemerckt; aber post prorogationem concessam, vergeblich. In materialibus werden fundamenta ex actis prioribus repetiret, und besonders urgiret, daß appellati erst abgeläugnet, daß sie den ersten Contract nicht hätten, und doch es endlich gestehen müssen.

Wie dann der erste und folgende Kauff-Contract, deren ich oben schon erwehnet, copialiter produciret worden.

Dabey dann, daß der erste de An. 1594. und zweyte de Anno 1600. vor zwey Schöffen des Hohen Gerichts verhandlet, der letzte auch judicialiter confirmiret worden, sonderlich urgiret; und da die beyde letztere des ersten Erwehnung thun, und mit dem Gerichts-Siegel bekräfftigt, so seye auch der erstere vor Gerichtl. bestättiget zu achten: auch beziehe sich der letztere ausdrücklich auf den Inhalt des Vorbriefs, h. e. primi contractus. Stehet in confirmatione Judiciali.

B

Demnach, weil Appellantes ein falsches suppositum in libello angezogen, auch denen Vordecretis kein Genügen gethan, so wären processus abzuschlagen gewesen.

Das testimonium sub B., sey von dem jüngsten Schöffen, auf Verleitung Collegæ & Advocati causæ gegeben, darein reliqui Collegæ nicht consentiren wollen.

Das andere attestatum sub C. sey auch à Collegis des Antipatroni gegeben. Negatur quod contractus extrajudiciales realitatem non habeant, sine confirmatione Judiciali; nam hoc ex decisione in contradictorio lata esse probandum, nam alia ratione non probari posse assertum negativum.

C

Auch seye das testimonium sigillo consueto Judiciali nicht, sondern nur mit des Schultzen Siegel bedruckt, quod indicium de dissensu reliquorum membrorum. Der Schultheiß seye Referens secundæ instantiæ gewesen, dahero testimonium plane suspectum. Negatur, daß Closter-Häuser andern weltlichen Häusern in allem gleich seyen, und gehalten werden.

Petunt puniri temeritatem litigantium, & processus cassari.

In Replica 27. April. 1714. negat constanter judicialem confirmationem contractus. Seyen zwar vorherige Kauff-Briefe Appellantibus eingehändiget, aber zu keiner ferneren Last, als die vorhero realiter auff dem Hauß gehafftet, seye emtor obligirt.

Non obstare die An. 1639. & 1691. erkannte neue Siegel und Brief & relationem ad contractus

ctus præcedentes; dann die seyen nicht vorgezeigt, und also nicht confirmiret, sondern nur ad demonstrandos possessores angeführt.

Per acceptationem voriger Kauff-Brief, ad contenta non obligatos emtores, tanquam rem inter alios actam.

In contradictorio judicatum, quod contractus extrajud. rem ipsam non afficiant, in causa N. contra N.

Advocatus Appellatarum seye consuetudinum Coloniensum unerfahren. Quod sæpe repetitur. Hingegen seye præsumtio pro appellantium Advocato.

Defenditur attestatum des Erb-Vogteylichen Gerichts. Confirmationem esse requisitum substantiale.

Monasteria non esse exemta ab ea consuetudine, nullam dari causam, cur sint exemta.

Der Brief de Anno 1691. seye auch kein Gerichtl. Kauff-Brief, sondern ein Erb-Brieff, Krafft dessen appellantes dominium erworben.

Concluditur ut in Libello.

Duplica 15. Octobr. 1714. bestehet in propositionibus contradictoriis replicæ, und werden die Beylagen exceptionum ad verbum repetiret, das allegirte præjudicium seye in aliis terminis hieher nicht applicirlich, und hat Advocatus den andern tapffer wieder hergenommen. Sustinetur constanter, non deficere insertionem Protocolli.

Completum. 4. Apr. 1715.

Triplica extrajudicialiter exhibita, consistit in meris repetitionibus replicarum, und exercirt sich Advocatus, ut alteri paria referat.

VOTUM.

IN formalibus nihil desidero. Materialia quod concernit, est actio servitutis confessoria, quæ probata est per contractum venditionis An. 1594. & reversales 1608. Probatur etiam contra reos, quia causam habent ab emtoribus, & tradita eis fuerunt instrumenta priorum contractuum, quæ etiam acceptarunt: vid. Replicas.

Exceptiones actionem non elidunt; nam omnes ad unam illam redeunt, an per contractum primum, onus reale ædibus sit impositum, nec ne?

Rat. dub. Quod dicant deficere confirmationem judicialem, neque sufficere præsentiam Scabinorum & sigillum.

Ratio decid. 1) Non adest iste defectus, quia ultimus contractus refert se ad præcedentes, quorum initialia verba & finalia allegantur.

2) Non probavit appellans, quod per decretum præliminare probare debuerat, tempore contractus confirmationem specialem fuisse requisitam, ad onus reale inferendum.

3) Non probavit etiam, quod ædes Clericales, quæ non sunt civium, tali consuetudine etiam transferantur. Non enim mihi sufficit testimonium productum. Imo vero Coloniensis civitatis moribus contractus protocollo Judiciali inseruntur, dicitur ibi *insinuatio* tantum ad effectum oneris realis contributionum vel hypothecæ necessaria, ratione servitutis, ista solemnitate opus non esse, accepimus.

4) Recte ait Advocatus Appellatarum: absurdum foret, ut omnes conditiones contractus primi, per translationem sequentem sint sublatæ. *v. L. 48. ff. de pact. l. 13. Commun. præd. l. fin. Cod. de pact. inter emt. & vend.* Nam aut omnes adhuc valere, aut nullam. Si nulla, tunc ipsum contractum fore nullum, & ædium dominium non translatum.

5) Existimo ego errare Advocatum Appellantium, qui auctoritatem suam & experientiam nimium venditat, dum putat confirmationem judicialem eô fine desiderari, ut contractus tunc demum & alias non, vim & effectum nanciscatur. *V. Mev. ad jus Lub. L. 3. tit. 6. a. 1. n. 7.* Ubi quod tantum fiat ad majorem executionis vim, solennitatis gratia. *Schilt. exercit. ad ff. 30. §. 42. Franzk. 1. Ref. 12.* Neque etiam jure Coloniensi tale quid, quod volunt appellantes, constitutum legitur. Advocati vero auctoritas, judicis animum non movebit.

Et obstant duorum judicum prioris instantiæ sententiæ. Ergo concludo ad sententiam confirmatoriam.

SENTENTIA PUBLICATA.

JN Sachen der Erbgenahm *L.* Appellanten eines, wider Abtißin und Conventualen des Klosters *S. A.* in Cölln, Appellaten, andern Theils, ist erkannt, daß durch Richtere voriger Instantz wohl geurthelt, übel davon appellirt, dahero solche Urthel zu confirmiren und bestättigen seye, als wir dieselbe hiemit confirmiren und bestättigen, Appellanten in die Gerichts-Kosten an diesem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffen, denen Appellaten nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen, fällig ertheilend.

Consultatio & Decisio XXI.

Appellationis.

Facta unione prolium, pactum divisorium inter parentes suo & liberorum secundi matrimonii nomine, cum liberis primi thori, censetur cuique liberorum proprietatem bonorum tribuisse.

SPECIES FACTI.

Zu Bamberg hat *M. M. D.* zwey Ehe-Männer gehabt, der erste war *R.* der andere *L.*

Aus beyden Ehen sind Kinder entsprossen, drey Töchter ex primo matrimonio, dann zwey Töchter, und ein Sohn *Lambertus* jetzo Appellans, ex secundo matrimonio.

Als Mater ad secunda vota geschritten, ist denen Kindern erster Ehe, welche alle ansehnliche Heurathen gethan, jeder 800. fl. zum præcipuo vermacht/und im übrigen unio prolium, inter liberos primi & secundi matrimonii auffgerichtet worden.

Nota: Dieser Articul ist beyderseits in confesso.

Anno 1696. ist eine völlige Grundtheilung zwischen denen Eltern vor sich und NB. ihre Kinder secundi matrimonii, tunc minores ætate, qui omnes nominantur, an einem, und denen Kindern erster Ehe am andern Theil beliebt, sieben gleiche portiones gemacht, und die Eltern haben sich, ohne die 7. portion, noch einen Auszug ad testandum, jeder von 1000. fl. vorbehalten. Welcher Theilungs-Recess in actis Appellat. plenè exhibirt, nicht zwar in forma probante, jedoch von beyden Theilen, sowohl in actis primæ, als secundæ instantiæ, also daß es gleichfalls beyderseits in confesso ist.

Auff die interpretation dieser Grundtheilung kommt es jetzo an, ob darinnen auch denen Kindern zweyter Ehe, eben wie denen von erster Ehe, separirte portiones, und deren proprietas zugeeignet worden; oder ob solcher Vortheil nur denen Kindern erster Ehe darinnen gegeben, die übrigen Güther aber alle quoad proprietatem plenam bey denen Eltern geblieben. Das erste behauptet der Kläger Anselmus und jetziger Appellatus, das letztere die beklagte Appellantes.

Denn es ist dieser Procefs alleine zwischen denen Kindern zweyter Ehe, und dem Appellato Anselmo als Tochtermann, welcher, nachdem seine Frau geb. *Lambertin* ohne Leibs-Erben in puerperio Todes verblichen, vivente adhuc ejus matre, vidua des *Lamberti* patris, so will Anselmus vi communionis bonorum in Provincia Bambergensi receptæ (weßhalber inter partes auch kein Streit ist) portionem uxoris auff sich devolvirt haben, und mit denen beyden

A Schwägern theilen, diese aber wollen ihn dazu nicht lassen, weil seine Frau vor der Mutter ohne Kinder verstorben, viventis aber seye keine hæreditas, und also keine transmissio. Wofern nun in obgemeldter Anno 1696. geschehenen Grundtheilung denen Kindern zweyter Ehe portiones würcklich assigniret worden, gleich denen Kindern erster Ehe, so hätte die *Anselmi*sche Ehe-Frau, die damahls noch minderjährig gewesen, proprietatem suæ portionis würcklich acquiriret, und wäre solche portio ihrem Ehemann zugefallen, wo aber solches ratione der Kinder aus zweyter Ehe nicht, sondern nur ratione der Kinder erster Ehe geschehen, so wäre alles in proprietate plena parentum geblieben. Die Mutter post mortem patris hätte das völlige Eigenthum vi communionis bonorum, quod jus non contradicitur, behalten, und weil des Appellati *Anselmi* Ehe-Frau vor der Mutter gestorben, so schiene dessen intention ex hoc capite nicht gegründet zu seyn.

Der Judex à quo, Fürstliche Regierung zu Bamberg, hat pro Appellato *Anselmo* wider seine Schwäger gesprochen. Dahero seine Schwäger der junge *Lamberti*, und der Tochtermann *Benedictus* anhero appellirt haben. Die Sache ist usque ad duplicam geschlossen, und ad definitivam instruirt.
B
Die acta priora seynd gar klein und kurtz, auch ex actis appellationis der status causæ und derselben Ausführung viel besser und deutlicher zu vernehmen, dahero ich ad extractum actorum Cameralium schreite.

Sequitur extractus actorum Cameralium.

Hernach wird der utrinque confessirte Grundtheilungs-Recefs de Anno 1696., worauff alle decisio beruhet, und dann die rationes decidendi prioris instantiæ cum sententia zu lesen seyn.

Worauff ich mein Votum beyfügen werde.

VOTUM.

In formalibus ist nichts zu erinnern, noch zu decidiren; in puncto desertionis ist zwar verschiedenes verhandelt, und gehören hieher unterschiedliche producta. Es ist aber dieser punct per sententiam 12. May 1713. abgethan.

Materialia betr. so hat Kläger und Appel- A latus *Anselmus* portionem hæreditariam, ab uxore in se translatam defuncta socru, welche bona im Besitz und administration gehabt, gesucht. Fundando intentionem in Statuto & consuetudine Bambergensi communionis bonorum inter conjuges, vi cujus uxori maritus succederet, vel ut rectius dicam, continuaretur dominium in persona solius mariti. Diese Consuetudo ist in Actis ausser Streit, und utrinque geständig.

Ergo est judicium petitionis partis hæreditatis. Quoniam negatur ab Appellante actori jus hæreditarium, quod proinde persequitur actione reali, non personali familiæ herciscundæ.

Exceptio *Lamberti* est non competentis actionis, weil des Klägers und Appellati Ehefrau kein jus gehabt, so sie auf ihren Mann transferiren können viva matre. Nam non dari hæreditatem viventis.

Replica *Anselmi* behauptet, quod uxori B adquisitum fuerit dominium bonorum proprietatetenus in der Grundtheilung Anno 1696., welche beyderseits producirt und agnoscirt ist.

Duplicando wird nicht gestanden, daß die Grundtheilung diesen Verstand habe, sondern seyen bona liberorum secundi matrimonii, in dominio pleno parentum geblieben.

Demnach kommt decisio hujus causæ allein auff die Frage an, ob in dieser Grundtheilung denen Kindern zweyter Ehe, pariter wie denen Kindern erster Ehe dominium suarum portionum, gleich damahls Anno 1696. zugetheilt worden, quo casu vincet Appellatus. Oder ob mater domina & proprietaria geblieben, welchenfalls der Appellantische Theil obsiegen müste. Judex prioris instantiæ hat pro Appellato gesprochen.

Nun muß ich zwar bekennen, daß die quæstio ziemlich ambigua und beyderseits ziemlich wichtige rationes vorgebracht worden.

Rationes appellantis, welche ex omnibus C scriptis zusammen gesetzt, sind folgende:

(1) Sey der Theilungs-Recess inter duas partes gemacht, quarum alteram constituerit uterque parentum *Lambertus* cum uxore, alteram liberi ex primo matrimonio. Ergo hätten die Kinder secundi matrimonii keine besondere abgetheilte portiones bekommen, bevorab

(2) Da sie nicht bevormündet gewesen, und parentes ihre Stelle vertretten.

(3) Seye keine traditio portionum an die Kinder zweyter Ehe geschehen, noch resignatio judicialis. Ergo dominium non translatum.

(4) Habe Mater liberè alles administriret mit Empfahung der Lehn, Verkauffung der Häusser &c. quod probatur per varia documenta, also daß kein eintziges signum dominii in liberos translati vorhanden, noch jemand von ihnen sich unterstanden, etwas zu begehren, da doch *Anselmus* es wohl vonnöthen gehabt. Vielmehr

(5) Seye sowohl der einen Tochter, *Benedicti* Ehe-Frauen, als der andern *Anselmin* eine Anhülff à parentibus gegeben, acceptiret und quittiret worden, so sie nicht gebraucht, si fuissent domini portionum.

(6) Accedere testimonia der beyden Tochter-Männer erster Ehe Hochfürstl. Räthe *N. N.* daraus zu ersehen, quid actum sit bey dem Theilungs-Recess. Nimirum

(7) Seyen die 7. portiones nicht darum genennet, daß die Kinder zweyter Ehe auch abgetheilet, und dominium haben solten, sondern nur pro habenda proportione gegen die Kinder erster Ehe, und seyen die 4. portiones, pro indiviso in dominio der Eltern geblieben.

Dieses sind rationes partis Appellantis in substantia.

Und bekenne ich, daß mich solche anfänglich fast bewogen, ut à sententia Judicis prioris recedendum esse putarem. Tandem animus determinandus erat. Ponderando itaque rationes utriusque, conclusum feci apud me pro Appellato, quia rationes pro Appellato mihi visæ fuerant potiores. Sunt autem sequentes:

1) In re ambigua, prout hæc revera est, non facile est deveniendum ad reformandam sententiam; cum sit pro Judice præsumptio, cumprimis in casu consuetudinis Provinciæ, & quod credendum sit, judicantes exactam notitiam habuisse earum rerum, quæ tempore conventionis Anno 1696. actæ fuerunt.

2) Die rationes decidendi haben meiner Meynung nach die Sache zwar gut explicirt, dahero ich auch solchen beypflichte; jedoch weil nicht alles darinnen enthalten, was gesagt werden kan, so will die rationes etwas mehrer ans Licht stellen. Das allegatum ex *Dekheri votis Cameralibus Relat.* 21. & *Relat.* 17. ist meines Bedünckens nicht wohl hieher gezogen worden, und ist dorten ein gantz anderer casus.

3) Die Grundtheilung præsupponirt unionem prolium, confessam utrinque, quæ etiam poterat fieri in nascendis liberis per pacta dotalia. *v. Lynk. ad ff. tit. de adopt.* §. 18. ergo æquales debent esse prolium utriusque matrimonii conditiones, nisi quatenus expressè legatur exceptum tanquam præcipuum. *Lynk. d. l.* §. 21.

4) In

4) In der Theilung sind sieben portiones ge- A macht, nemlich 3. vor die Kinder erster Ehe. 4. Vor die Eltern und drey Kinder zweyter Ehe, also daß sie jedem durchs Looß zukommen. Quemadmodum igitur liberis primi matrimonii assignata fuit portio, ita & liberis secundi matrimonii. Quia tamen hi adhuc in ætate minorenni constituti erant, parentes pro iis egerunt, & bona in administratione retinuerunt.

5) Wann die Kinder zweyter Ehe nicht auch dominium hätten haben sollen, so wäre nicht nöthig gewesen, jedem von ihnen seinen siebenden Theil per sortem zu assigniren, und hätten liberi primi matrimonii nur abgetheilet werden dörffen.

6) Haben parentes eine gewisse Ausnahm gemacht tanquam præcipuum, ergo portiones 3. liberorum erant separatæ.

7) Daß die Kinder matri alle administration gelassen, ist ex reverentia geschehen, und konte à matre noch aliquid beneficii erwartet B werden. Et competebat matri superstiti ususfructus. Alterutro enim parentum mortuô, plerumque ususfructus superstiti ex portione liberorum relinquitur. *Lynk. dict. tit. §. 24. in fine.*

8) Die Anhülffe bey der Verheurathung der Töchter ist à parentibus vivis, liberâ voluntate geschehen; nam competebat patri administratio & ususfructus. Ist hernach bey der Mutter nach des Vatters Tode so geblieben.

9) Quia totum patrimonium ex ipsa confessione appellantis fuit unitum, so hätte wenigst denen Kindern post mortem patris ihre Vätterliche portion proprietatis jure adquirirt werden müssen. Dico hæc saltem in eventum; nam puto per pactum divisorium Anno 1696. septimam partem, de qua sola jam est quæstio, filiæ defunctæ jure proprietatis adquisitam fuisse.

10) Die alienationes à matre factæ, ob sie eben zu billigen, ist noch sub disquisitione; cre- C do potius ob reverentiam nihil contra egisse liberos.

11) Die testimonia sind erbetten, und solte die nach etlicher Jahren Verlauff producirte triplica billig gar nicht apud acta gelitten, oder darauff reflectirt werden: Wenigst solte der Anwalt wegen vieljähriger Verschleiffung dieser Sache, mit einer Straffe in den Armen-Seckel angesehen werden. So sind auch die Testimonia proprio facto contraria, dann eben diese Personen haben den Theilungs-Recess unterschrieben.

Wann schon die Eltern die 3. portionen ihrer zweybändigen Kinder zusammen behalten, so folget nicht, daß die Kinder darum nicht domini worden ad effectum transmittendi.

12) Wird in rationibus decidendi gemeldet, daß *Anselmus* biß 10. Jahr onera matrimonii getragen, die Anhülff ist nicht groß gewesen, und also æquitati minimè consentaneum, daß er ob mortem uxoris turbato ordine mortalitatis leer ausgehen solte, da gleichwohlen seiner Frau ein siebender Theil mit ausgeworffen, und intentio parentum nicht gewesen seyn kan, ut non haberet suam portionem cum effectu; si interrogati fuissent parentes, aliter responsuri fuissent.

13) Daß *Anselmus* an *Lambertum* Anno 1712. geschrieben, er lebe wie ein einsamer Spatz, i. e. defuncta uxore, wiewohl in der Welt, wolle seine Richtschnur nehmen, damit seinem Schwager *Lamberto* kein Nachtheil zuwachse. Hinc non sequitur illatio Appellantis, daß er kein Recht zur Erbschafft zu haben agnoscirt.

14) Quod Judex à quo, appellato omnino faveat, non solum ex rationibus decid. sed etiam ex documento allato constat, simulque, quod alter appellantium de lucro captando certet, cum Appellatus *Anselmus* in gravi damno esse videatur.

Hæ sunt rationes meæ pro sententia confirmanda. Si cui ex DD. Assessoribus magis arriderent argumenta appellantis, ego ægrè non feram. Est quæstio dubia, multum relictum esse puto arbitrio judicis.

Quid præsumtivè parentes defuncti voluerint, in casu præsente, qui in pacto non est expressus, neque prævideri poterat, incertum est; erat enim filia tunc nondum nupta, sed minorennis.

Æquiorem ego censui cum judice prioris instantiæ causam appellati. Expensas compensandas esse, quocunque modo res cadat, res ipsa loquitur.

SENTENTIA PUBLICATA.

In Sachen *N. Lamberti* und Consf. Appellanten eines, wider *N. Anselmum* Appellaten andern Theils, ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Instantz wohl geurtheilt, übel appellirt, dahero solche Urthel (jedoch nur so viel die zur Zeit des A. 1696. vollzogenen Theilungs-Recessus des Appellanten Ehefrau zugetheilte Portion betrifft) zu confirmiren und bestättigen seye, als wir dieselbe hiermit confirmiren und bestättigen: Die Gerichts-Kosten, so derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Ursachen compensirend und vergleichend.

Consultatio & Decisio XXII.

Expositio facti & Status causæ

SAUVEUR contra AMORE

Appellationis & Mandati attent. revoc.

IN hac causa agitur *de jure thermarum constituendarum.* A

Quæstio autem inpræsentiarum est tantum de Jurisdictione hujus supremi Judicii, sitne causa per appellationem interpositam devoluta nec ne. Tum vero de revocandis attentatis, quæ quæstio à priori dependet. Ubi consideratu necessaria sunt tria:

(1) Privilegium Episcopatus Leodiensis Rudolphinum Anni 1605., confirmatum ab Impp. seqq. & insinuatum Cameræ 13. Oct. 1607.

(2) Formula concessionis Simoni Sauveur, à quo causam habet appellans, illius ex fratre nepos, datæ An. 1696.

3) Qualitas causæ, regalia Principis, administrationem territorii & utilitatem publicam concernentis.

Cum itaque in narratione facti & circumstantiarum multum sit momenti positum, sine quarum expositione non satis intelligi B posse existimaverim quæstionem non devolutionis & attentatorum, cumprimis ob in dubium vocatam Judicii à quo Jurisdictionem, sc. *Cameræ rationum* Principis Leodiensis, necessarium duxi, pleniorem facti narrationem ex actis componere.

Legantur ante omnia

Privilegium Rudolphinum ex copia in Lectoria reposita.

- Deinde Formula concessionis.

Præmissa hac lectione, pergo ad narrationem facti.

In patria Leodiensi ad ripam fluvii Vedræ navigabilis, scaturigines aquarum tepidarum ab immemoriali tempore fuerunt animadversæ, quibus plebecula ad corpus abluendum fuit usa, ita ut loco nomen *Chaudfontaine* fuerit impositum, v. excerptum ex libro, cui titulus: Notitia aquarum mineralium Doct. C Medic. Chrovet, & testimonia duorum Senum.

Scaturigines istæ olim non fuere excultæ ad usum thermarum, per constitutionem balnei & putei effossionem, donec Simoni Sauveur in mentem venit fortunæ periculum facere.

Dicitur ab appellante, quod is suo ingenio, industria & sumtibus magnis, invenerit fontem perennem, quem alii consumtis facultatibus frustra quæsierint. Sed hoc contradicitur, & olim notam fuisse scaturiginem, per testimonium probatur.

Is igitur scaturiginem in via publica, ripæ fluvii contigua, profundius effodi curavit, & lapides in formam putei circumponi; opera & sumtus quam fuerint tenues, ex descriptionibus liquet, quæ habentur in actis ab appellato productis. Dolium nempe aliquod modicum 2½. pedes largum, & 3. pedes profundum, terræ fuit immissum, & lapides sine calce in muri formam circumpositi ad altitudinem 4½ pedum. Porro ædificium aliquod tenue ligneum & luteum cum stramineo tecto exstructum fuit, (v. Except.) in quod aqua per fistulam seu canalem derivata ad balnei usum, sed calefacienda igne fuit, quia frigidiorem esse ad usum, credidere advenientes, vide Excerpt. ex Notitia aquarum mineral. Operæ pretium est inspicere Ichnographiam loci, ubi iste puteus fuit effossus & exstructum ædificium, ab appellante productam cum libello. Observetur hic via publica ad ripam fluminis, in qua & puteus & ædificium est situm. De puteo extat confessio Simonis Sauveur, de ædificio mox demonstrabitur. Observetur etiam pratum viæ publicæ contiguum, cujus possessor olim fuit vir quidam militaris *Major de Chaudfontaine*, qui olim Remigius de Goddet dictus, à loco nomen vel assumsit vel accepit. Erat autem iste vir sororius *Simonis Sauveur.*

Porro notandum, quod iste Major de Chaudfontaine facultatibus fuerit lapsus, ejusque bona à creditoribus impetita, præcipue pratum illud viæ publicæ contiguum: dicto libell. grav.

Creditores itaque cum existimarent sibi fore consultum, si puteus iste à *Simone Sauveur* constructus, cum ædificio comprehendi posset patrimonio privato sui debitoris, *Simon Sauveur* metuens, ne spe sua frustraretur, supplicavit Principi Leodiensi Anno 1696., ut usus scaturiginis illius in publicam utilitatem, & hominum sublevamen, erga annuum censum sibi permitteretur.

Narrat quidem in eadem supplica, ædificium in solo sororii sui fuisse exstructum ejus consensu, bonaque à creditoribus esse evicta, sed

sed errabat in utroque. Nam compertum postea fuit, ædificium esse in via publica extructum, unde & creditores in probatione soli privati defecisse dicit noster appellans in libello, & evictio bonorum Majoris *de Chaudfontaine* accidit dudum post concessionem illam, hoc demum seculo. De periculo evictionis interpretatur verba supplicæ appellans in libello. Observetur cumprimis, quod *Simon Sauveur* ædificium parum curaverit, tanquam partem soli à creditoribus evicti vel evincendi, & obtulerit *se procuraturum sibi alium locum construendo ædificio, quo melius publico inservire valeat*: Ad quæ petita & oblata obtinuit concessionem, prout ex resolutione supplicæ legimus audivimusque.

Et notandum ibidem inprimis, quod data fuerit & acceptata concessio cum expressa conditione, *ut superveniente aliqua difficultate, eadem per Serenissimæ suæ Celsitudinis Cameram rationariam, excluso quocunque alio judice determinari debeat.*

Addita fuit hæc clausula, vi privilegii à Rudolpho Imp. Episcopo Leod. dati & à seqq. Impp. confirmati Annis 1605. 1613. 1624. 1653., quo *Jurisdictio Cameræ rationariæ* virtute Regalium & consuetudinis competens, confirmatur quoad omnes causas, jura, proventus & *præstationes*, fisco & mensæ principis competentes, etiamsi inter partes & Principem ipsum exoriretur aliqua controversia. Unico remedio revisionis à sententiis definitivis vel earum vim habentibus constituto, & *appellatione omni remota.* Insinuatum fuit & acceptatum hoc privilegium in Camera per sententiam 13 Octobr. 1607., quæ legatur ex Protocollo in Lectoria asservato. Observantiam privilegii, per præjudicium denegatæ in Aula Imperiali appellationis, docuit appellatus.

Appellans *Sauveur* negavit initio privilegii existentiam, deinde insinuationem.

Et frivola plane secuta est ejus excusatio in Replica, quod neque Blumius neque Roding. ejus faciant mentionem, & quod non existat in registro Cancellariæ, quia multa alia in registro non habentur, & oportebat in Lectoria certiorem petere informationem. Sed plane deposuit verecundiam appellans, negando, ut dixi, existentiam & insinuationem privilegii in suis scriptis, cum tamen fuisset ei ostensa Leodii copia authentica, antequam pro appellat. processibus supplicasset: Tandem in *Replica* putat, clausulam sententiæ adjectam *salvo jure Imperii & cujuscunque interesse* dare sibi potestatem appellandi, cum eadem clausula in omnibus insinuationibus privilegiorum sit consueta, neque causæ nullitatis vel injustitiæ vi istius clausulæ ad Cameram devolvi possint, v. formular. Sentent. insinuat. reliquor. privilegiorum.

Quod de nullitate & injustitia dicit appellans, sane non ex ejus mente est æstimandum, sed ex meritis causæ, ubi ego neque invenio nullitatem neque injustitiam. Nullitatem ideo incusat, quod sententia à qua fuerit lata ab incompetente Judice Cameræ rationum. Ipse tamen titulum juris ad usum fontis, quem jactat, non habet alium, quam concessionem patruo suo Simoni Sauveur datam, & in se translatam, vide Libell. Gravam. Hæc concessio data ea conditione, ut omnes controversiæ coram Camera rationaria terminarentur.

Ipse appellans in alia causa, quæ cum creditoribus Majoris de Chaudfontaine ei fuit, agnovit Jurisdictionem Cameræ rationariæ, si casus præsens existeret.

Ipse appellans decretis de competentia Jurisdictionis Cameræ rationariæ latis 18. Jun. & 1. Jul. 1712. paruit, nec non sequentibus interlocutoriis ad causam principalem spectantibus 5. Jul. 22. Jul. & 6. Sept. 1712., tandem jus dici petiit.

Et tamen in hac Appellat. instantia, nullam dicit sententiam à qua, ob Judicis à quo incompetentiam, omnia contra manifestam actorum fidem.

Hæc monenda erant, tum ratione privilegii Rudolphini, tum ratione concessionis ipsius, datæ *Simoni Sauveur*.

Revertor jam ad narrationem in causa principali:

Post concessionem impetratam, *Simon Sauveur* transtulit jus suum in nepotem ex fratre *Theodorum* jam appellantem: quod ipse fatetur in libello gravaminum, interventu conventionis cum *Paulo Sauveur*; non exprimitur ibidem gradus consanguinitatis inter utrumque.

Theodorus iste in lite cum creditoribus supra dictis sustinuit, quod non tantum locus, ubi puteus fuit effossus, sed & solum, in quo ædificium erat positum, fuerit via publica, id quod in hoc processu præcipue est notandum, ratione Mandati attent. revocatorii, nam putarunt Consiliarii Cameræ rationariæ, appellantem excessisse fines concessionis, quæ tantum loquatur de fonte, non *vero de via publica* & facultate ibi *ponendi ædificium*, v. decretum 22. Jul. 1712., adeoque se non attentasse, demoliendo ædificium in loco publico, à privato homine positum.

Quod fons in via publica situs sit, fatetur *Sauveur* in supplica, neque modernus appellans negare potuit, quia ad eam concessionem sese refert in libello gravam., quam deinde in replica negare non est veritus.

Quod ædificium etiam in via publica, i. e. solo Principis positum sit, etsi *Simon Sauveur* in supplica privatum esse solum dixerit, & à creditoribus evictum, tamen probatur ex sequentibus actorum præsentium locis, & appellantis confessionibus.

(1) Si

(1) Si non esset publicum solum, fuisset à creditoribus, una cum reliquis terris sive pratis adjacentibus, evictum & possessum, quod tamen non factum.

(2) Ichnographia ab appellante exhibita, non satis quidem distinguit solum privatum à publico, sed tamen demonstrat ædificium viæ publicæ esse contiguum. Designat iter, einen Fußpfad, non viam: pr. Inst. de Servit. prædiorum.

(3) Decretum Cameræ rationariæ 22. Jul. 1712. in verbis: *Concessio ad censum videatur restricta ad solum fontem, neque præsumenda videatur intentio concedendi ad favorem Simon. Sauveur fundum s. locum, quem dictus Sauveur alias edixit & etiamnum prætendit esse viam publicam, jure construendi ibidem ædificium,* quod Decretum obtinuit vim judicati.

(4) Libell. Gravam. ubi confitetur appellans, creditores defecisse in probatione loci hypothecæ subjecti, & fuisse interesse Principis, ne balnea & ædificia sub hypothecam creditorum caderent, sed sub via publica existerent. Ergo ipse confessus est, posita fuisse in via publica.

Cum itaque neque *Simon* ille, neque *Theodorus Sauveur* usque huc alium, construendo ædificio locum, quo melius publico inservire posset, procuraverit, neque etiam procurare potuerit, deficiente non tantum concessione ulteriore viæ publicæ & alvei fluminis, ad *usum privatum*, sed etiam voluntate Cameræ rationum, & privatorum, qui prata vicina postmodum evicta possident: Interim cum novæ pluresque scaturigines thermarum in dictis pratis fonti priori vicinis fuissent detectæ & exploratæ, utilitas publica suasit, ut ædificium cum balneis justa amplitudine & commoditate exstrueretur, eaque facultas possessoribus soli concederetur, quod & factum fuit 26. Maji 1713. de qua nova concessione velut attentato, valde queritur appellans in replica, sed jure suo fecisse Cameram rationum, dicit appellatus in duplica. Principium litis hujus factum ab excitatione Syndici Cameræ rationariæ Leodiensis 15. Jun. quam secuta est imploratio. Post varias sententias sive Decreta Cameræ, quibus acquievit appellans, parendo iisdem, *Theodorus Sauveur* existimavit, per concessionem fontis datam etiam fuisse facultatem ædificium in via publica exstruendi, quod tamen est contra litteram supplicæ decreti subscripti. Tandem obtulit exstructionem amplioris ædificii juxta delineationes, quod vero exstruendum foret vel in eadem via publica & ipso fluminis alveo, vel in solo privatorum adjacente, quorum neutrum sine voluntate dominorum fieri poterit. Adeoque cum concessionem Ann. 1696. *Simoni Sauveur* datam fine suo carere animadverterit Camera rationaria, post multas disceptationes, & causæ cognitionem, sententiam tulit 22. Novembr. 1712. qua pronunciatur: *Fiscum in actione sua finibus & conclusionibus bene fundatum esse, condemnato Sauveur in medietatem expensarum, altera ex causis compensata, salvis sportulis hujus diei dicto fisco integraliter utilibus, relinquitur simul citato facultas super Jure ipsi competente suam indemnitatem exigere, mandando ei ut coram Camera rationum eam deducat.*

Ab hac sententia appellavit *Sauveur* ad Camerale Judicium, intra decendium 1. Xbr. coram Notario, qui in instrumento appellationis dicit, comparuisse appellantem *coram se, jurando & cavendo* aliaque *faciendo*, prout de *Jure tenetur, seu teneri potest.*

Qui modus solennibus Appellationis satisfaciendi hucusque in morem abiit in Leodiensi patria, excepto Judicio Consilii ordinarii; an inposterum tolerandus consilii erit, non vero deliberationis præsentis.

Secuta est alia sententia inhæsiva 20. Decembris 1712. qua jubetur *Sauveur* deducere in proxima congregatione interesse suum & indemnitatem sub pœna rejectionis, item ut migret post 3. dies ex ædibus sub pœna expulsionis, à qua sententia iterum appellavit intra decendium 23. Decembr.

Interim supplica fuit exhibita pro impetrandis processibus, 15. Febr. 1713. intra quadrimestre, qui decreti 10. Mart. 1713. Insinuatio processuum facta fuit 26. Maji 1713. cum interim ante insinuationem processus Camera rationum ad executionem sententiæ 20. Decembr. 1712. latæ, processisset, d. 11. Mart. 1713. relicto tamen appellante in ædificio ad beneplacitum Cameræ rationariæ, ut peregrinis advenientibus balnei gratia prospectum esset, quam benevolentiam ille pro possessione retenta usque ad finem mensis Maji interpretatur in Replica, protestatione usus, quam producit 26. Aprilis & 10. Maji, donec adveniente die 1. Junii recusantem migrare ex ædificio coegerit Camera rationum, juxta narrata supplicæ pro Mandato attent. revoc. & adjunctorum instrumento, ad quæ narrata, etiam decretum fuit *Mandatum revocatorium attentatorum* 21. Jun. 1713. reproductum. Destructum autem plane fuisse ædificium pristinum, & novum elegantissimum amplissimumque exstructum, ipse appellatus fatetur in duplica, cujus delineatio exhibetur. Post reproductionem processuum & Mandati attentat. revocatorii factam per Lt. N. 28. Aug. 1713. in prima post ferias agendi facultate, Ltus N. 30. August. produxit Except. sub & obreptionis, non devolutæ & frivolæ appellationis: porro Ltus N. post plures prorogationes petitas sive collectas, tandem 21. Mart. anni currentis produxit Replicas, in quibus ad Exceptiones quoad merita causæ, pauca respondit, revocationem attentatorum urgens potissimum & ad acta prioris instantiæ, quæ Judex nondum ediderit, provocans, ad quas Replicas Licentiatus N. reposuit 27. August. Duplicas, & ita causa conclusa saltem in puncto non devolutionis & attentatorum, completumque Protocollum 23. Nov. 1714.

Præ-

Prælecto deinde Extractu sive summa A actorum, sequitur

VOTUM.

IN CAUSA SAUVEUR contra AMORE.

HAnc causam per appellationem interpositam ad hoc Imperiale Judicium devolutam non esse existimo: idque ex ratione triplici. Quarum prima: Privilegium Rudolphinum, cujus contenta legimus & intelleximus. Altera; formula concessionis Simoni Sauveur factæ, in qua omne aliud Judicium excluditur. Tertia: Rei ipsius, sive causæ qualitas. Dicam paucis de tribus istis fundamentis, rationes ab appellante adductas simul examinaturus. Privilegium confirmat non solum Jurisdictionem Cameræ rationariæ Principis Leodiensis in quibuscunque causis Regalia Jura & proventus Principis concernentibus, etiamsi controversia cum ipso Principe exoriretur, sed etiam appellationem ad Judicium Imperiale removet, eo B quod gravatis unicum relinquat Remedium Revisionis, versu: *denique ne gravatis &c.* in verbis: appellatione omni remota. Cui non obstat, quod per Decretum Senatus extrajudicialium præliminare, 6. Mart. 1713. causæ cognitio de privilegio videatur suscepta, & per insecutum Decretum 10. Maji judicatum, quod appellationem non impediret. ℞. enim,

(1) Decretum 10. Maji ad falsa narrata fuisse latum, quod privilegii originale nullum extaret, vel non esset insinuatum, adeo ut decernendos in dubio & periculo petentis processus, censuerint Domini Senatus extrajudicialis.

(2) Decreta Senatus Extrajudicialia, devolutionis quæstionem non decidunt. Nam si hoc esset statuendum, nunquam ferri posset sententia non devolutoria, post decretos processus. C

Ergo Decretum Senatus 10. Maji, in quo processus fuere decreti ad narrata Procuratoris in scripto paritionis; & aliud 21. Jun. ubi Mandatum attent. revoc. decretum fuit; quæstionem devolutionis non decidit, neque obstat quo minus in relatione Judiciali decidatur.

Non obstat etiam 2) quod appellans dicat Privilegium ad præsentem casum non pertinere, quia non agatur neque de rationibus per receptorem reddendis, neque de solutione census promissi, sed de continuatione contractus cum Camera rationaria initi.

Resp. (1) Verba privilegii longe esse ampliora, & de omnibus Regalibus loqui.

(2) Hæc objectio pertinet ad quæstionem fundatæ Jurisdictionis Cameræ rationariæ Judicii à quo. Si jurisdictio Cameræ rationariæ erat fundata, necessario sequitur, etiam appellationem per privilegium excludi. Sed fundatam fuisse, in narratione facti à me fuit satis demonstratum (1.) ex ipso privilegio, (2.) ex formula concessionis, (3.) ex re judicata sive Decretis, quibus appellans acquievit & jus dici petiit.

Hæc omnia, cum decernerentur processus, Senatus scire non potuit, cujus religionem, Ltus N. tacendo, quæ appellanti erant adversa, circumvenit ipse, ut æqua mente credo, ab Advocato Leodiensi, cujus artes dudum innotuere huic Judicio, circumventus.

Non obstat 3) quod dicat appellans, esse iniquitatem notoriam sententiæ, & propterea non obstante privilegio, appellationi fore locum, allegando Mean. Obs. 361. n. 12. 14. Respondetur: Appellantem sibimet hic contradicere, nam ita agnoscit privilegium; exceptio enim firmat regulam. Sed ejusmodi exceptioni iniquitatis praxis Imperii Judiciorumque obstat, & interpretatio foret, omnia privilegia de non appellando evertens. Quis enim Advocatus adeo est rudis, ut nullitates aliquas & iniquitates contra sententias prætexere nesciat? Neque Meanus loco allegato agit de casu privilegii, sed de plane diverso.

Porro, an sententia a quà manifesta laboret iniquitate & nullitate, non sufficiebat assertio appellantis; ego enim nihil neque iniquitatis neque nullitatis deprehendere potui, si circumstantiæ, quas appellans tacet, cum libello gravaminum conferantur.

Ut adeo (4) frustra appellans privilegium impugnet etiam ideo, quod à Statibus Leod. non fuerit acceptatum. Nam privilegium istud cum fuerit datum non Patriæ Leodiensi, sed Principis jura, reditusque & Cameræ Rationariæ jurisdictionem solum respiciat, ejusmodi acceptatione opus non fuit. Est ergo hæc exceptio de jure tertii plane frivola.

Superest objectio (5) de usu & observantia privilegii, quam in dubium vocat appellans in omnibus fere sibimet contrarius, & negationibus audacibus sibi consulere tentans. Respondetur: Existente Privilegio, Principis Leodiensis jus esse fundatum, usum vero contrarium ab appellante esse probandum, inverecunde autem postulari, ut usus probetur ab appellato Cameræ rationariæ Syndico. Protulit tamen appellatus præjudicium insigne Aulæ Imperialis, denegatorum à sententia Cameræ rationariæ processuum appellationis. [30]

Quod cum appellans etiam vocaret in dubium, produxit porro appellatus protocollum [40] ex quo patet in causa retractus conventionalis, in qua adhuc gravius poterat esse dubium quam in præsente, sententiam fuisse latam, & appellationem anno 1712.

denegatam, relicto revisionis remedio appel- A lanti. Suspicatus fuit appellans dubii sui remotionem, ideo non veretur dicere in replica fol. 2. judicium aulicum majorem habere rationem privilegiorum quam Cameram, ubi non fuerit simpliciter acceptatum. Quasi vero inter utrumque judicium hac in re esset, vel esse deberet aliqua in judicando contrarietas. Quod de acceptatione Cameræ dicit, respicit ad formulam sententiæ, *salvo jure imperii & cujuscunque.* Sed cum hæc formula omnibus insinuationibus accedat, propterea vis privilegii non infringitur; alias enim nullum privilegium de non appellando efficaciam sortiri posset, & disputationes de vi privilegiorum forent perpetuæ. Tandem quæ de suspecto Judice in revisionis instantia adfert appellans, in rep. fol. 2. vana sunt, & in duplica fol. 7. sufficienter remota, stante pro judicio præsumtione. Dixi de privilegio Rudolphino. Venio ad alterum non devolutionis fundamentum: *Concessionis formulam,* [29] quæ etiamsi privilegium non extaret, tamen appellationem excluderet, cum unusquisque suæ rei legem dicere queat. Patet autem ex hac formula concessionis: B quod exoriente aliqua difficultate, eadem in Camera rationaria determinari debeat, *excluso quocunque Judice alio.* Duo ex hac formula colligo: Primum, quod reservaverit sibi Camera rationum determinationem omnium exorientium difficultatum: Hoc est facultatem præscribendi modum, quo uti deberet *Simon Sauveur* ista concessione, in utilitatem publicam data, si quid dubii exoriretur, si *Simon Sauveur* utilitati publicæ prospicere non posset, si id alia ratione melius fieri posse judicaretur: id omne determinationi Cameræ reservatur, idque *excluso alio quocunque Judice.* Ergo etiam exclusa appellatione. Certe verisimile non est, abdicare voluisse aut potuisse Cameram jura Principis circa constitutionem thermarum in utilitatem publicam, usumque viæ publicæ erga concessionem 4. caponum sine ullo regressu, si ita expediret Reipublicæ, *arg. Cap. sedes* 15. *X. de rescript. c. quod translationem* 4. *de officio legati; vide L.* 1. §. 16. *ff. Ne quid in loco publico. Si quis à Principe,* ait Ulpianus, *simpliciter impetraverit, ut in publico ædificet, non est credendus sic ædificare, ut cum incommodo alicujus* C *id fiat, neque sic conceditur, nisi forte quis hoc impetraverit.* Et §. 11. *Damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, qualequale sit.*

Frustra igitur ingeminat appellans, jus quæsitum ab Imperatore tolli non posse. Contractus Principum cum subditis esse servandos. Nam hæc brocardica, prout ita crude proponuntur, multas patiuntur explicationes; *v. Lynckerum tract. eleganti de beneplacito sect.* 2. *Cap.* 1. *pag.* 15. neque hic versamur in casu contractus, sed potius concessionis beneficæ. Et obstat lex expressa primæ concessioni dicta. Qua lege dum acceptavit *Simon Sauveur* concessionem, renunciasse appellationi merito censetur. Renuncians autem non appellat: vid. *Wildvogel de appell. in caus. non appellab. thes.* 25. *cum allegatis Stryk. de caus. ad Cam. non appellab. cap.* 4. §. 9.

Ad quam concessionem *Simon Sauveur* factam cum provocet appellans, in libello gravaminum art. 10. 11. impudentissime eandem negat Advocatus in replica, neque tamen aliam formulam producit, ad acta priora solum provocans, & id præcipue tentans, ut paritoriam ad mandatum attent. revoc. h. e. demolitionem ædificii magnifici in locum istum positi, obtineat. Scilicet negare, quæ confessus est, quæ publica sunt, e. g. privilegium Rudolphinum, & agnitionem jurisdictionis Cameræ rationariæ, advocatum hunc non pudet. Qui semel verecundiæ leges transiit, eum bene & naviter oportet esse impudentem, didicerat forte ex *Cicerone in Epistola ad Luccejum L. V. epist.* 12.

Satis de altero fundamento non devolutionis. Quodsi nec hoc adesset, tamen ex causæ qualitate, appellationem non esse admittendam, ostensurus sum adhuc paucis.

Agitur de cura thermarum sive aquarum mineralium calidarum, ut utilitati publicæ quam optime prospiciatur, speciatim de fontibus & ædificiis in via publica.

Aquas minerales earumque fontes, qui ad Principum sive territorii domini utilitatem & Regalia referunt, vid. *Klock. de ærar. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 1. sunt intelligendi de compendio ex balneis constitutis percipiendo, de cura & dispositione, ut publico inserviatur quamoptime, non de ipsa aqua scaturiente ubicunque nascatur, sive in privato sive in publico. Nam errare eos, qui omnia quæ sub terra & utilia sunt, quocunque modo ad Dominum territorii pertinere dicunt, ostendit *Lynck. Resp. CVIII. num.* 17. *& Resp. IX. n.* 28. *Struv. J. feud. cap.* 6. *aph.* 26. *n.* 7. Itaque aquas minerales, sive potius earum receptionem ad usum commodiorem privatum, perinde ut *lapicidinas,* ad regalia non pertinere existimo, si in privato fundo nascantur, neque lex vel consuetudo existat in contrarium. Alia quæstio est de cura thermarum solennium, ut in utilitatem publicam constituantur, aptentur, instruantur ædificiis commodis, & exinde utilitas ex confluxu hominum ad territorium perveniat, quam curam ad territorii dominum pertinere, neminem puto futurum, qui non consentiat. Cumprimis cum hic versemur in via publica, ex qua utilitatem percipere Princeps potest jure regalium. *Struv. I. F. c.* 6. *aph.* 23. adeo ut omnia, quæ circa viam publicam accidunt, ad statum pertineant publicum. Cum itaque in istiusmodi causis appellationes ad suprema judicia Imperii non recipiantur, pertinent enim istiusmodi negotia & faciunt ad administrationem territorii, ad promovenda augendaque commercia. *Rec. Imp. noviss* §. 106. in verbis: **und andere Ordnungen,** h. e. omnia ea, quæ ad regimen reipublicæ & omnium rerum affluentiam procurandam referri aliquo modo possunt, *adde Capitul. Caroli VI. Augustissimi Imper. art.* 19.

19. loquuntur quidem hi textus de literis informatoriis decernendis, *adde Deckherr. proc. inform. cap.* 3. *pag.* 67. 71., sed hoc ipsum demonstrat appellationibus in hisce negotiis locum dandum non esse, si ex literis informatoriis constiterit, causam ad territorii administrationem & utilitatem pertinere. Alium enim finem literæ informatoriæ habere nequeunt, vid. *Jac. Brunnem. de Appellat. rescripto Principis remota cap.* 3. §. 12. *seqq.* & §. 18. *Stryk. de caussis ad Camer. non appellab. cap.* 3. §. 7. 12. 14. Neque dubito, si Senatui de circumstantiis constitisset, processus non fuisse decretos, multo minus mandatum attentat: revoc. quod simul cum processibus reproductum fuit. v. *Mev. p.* 2. *Decis.* 39. & 58. ubi quod privilegium sistat inhibitionem & attentat. revocationem. Vel saltem præmissas fuisse literas pro informatione.

In præsenti casu non est quæstio unice de fonte isto *Simoni Sauveur* concesso an. 1696. & de jure privatorum, sed momentum præcipuum in eo est positum, quid Princeps seu ejus Camera rationaria juris habeat circa curam thermarum in via publica nascentium, & ædificiorum sine concessione exstructorum, & cum concessione exstruendorum.

Non enim tolerari debuit ædificium à *Simone Sauveur* cœptum, & à *Theodoro* auctum in via publica, *tit. ff. Ne quid in loco publico.* Putat autem appellans teneri Cameram rationariam vel Principem Leodiensem ex ista concessione fontis an. 1696. facta, ut patiatur exstructionem quamcunque in via publica ad usum fontis; vel etiam ut privati, qui prædia vicina possident, cogantur ad vendendum sibi solum. Vel etiam ut si aliæ scaturigines ibi nascantur, in suam vertantur utilitatem, neque liceat Principi iisdem uti, prout publico expedire judicaverit. Quæ omnia inciviliter admodum postulantur.

Certe in hac causa ob dictas rationes appellationi locum non esse, plane sum persuasus.

Appellatione autem remota, non attentasse dici potest Judex à quo, si executionem sententiæ demandavit, si jure suo & territorii usus, ædificium in via publica positum demoliri jussit, novumque magnificum exstrui fecit. Sane non crediderim ad hoc novum demoliendum unquam deventurum esse Judicem a quo, vel potius Principem Leodiensem (jam, ut fama est publica, reversum & regimen capessentem) ut demoliatur passurum, quæcunque etiam mandata arctiora vel paritoria a Camerali Judicio emanaverint. Consulendum itaque erit auctoritati hujus Judicii, si forte quis putaverit, in reverentiam appellationis attentata ante omnia esse revocanda. Cum etiam auctoritate Plenipotentiarii Cæsarei, qui tunc temporis toti Principatui præfuit, factam esse demolitionem ædificii in via publica, & novam balnei constructionem, non sit dubitandum. Ego nulla esse attentata statuo, non enim attentat Judex, qui suo utitur jure. *Mev.* 2. *Dec.* 59. adeoque concludo, ferendam esse sententiam non devolutoriam & mandati attentatorum revocatorii cassatoriam, nisi potius videatur mandatum hoc per ipsam non devolutoriam esse cassatum, reservato appellanti si eo uti malit, quam interesse suum persequi, (reservatum enim hoc fuit in sententia) Revisionis remedio, quo privatum eum nollem per lapsum fatalis in privilegio præscripti, ex appellatione ad hoc judicium Imperiale provenientem.

SENTENTIA PUBLICATA 19. DECEMB. 1714.

IN causa *Theodori Sauveur* appellantis ex una contra *N. A.* Syndicum & fiscum Cameræ rationariæ Leodiensis appellatum ex altera parte, visis actis dicimus & pronunciamus, causam ad hanc Imperialem Cameram non esse devolutam & proinde ad Judices prioris instantiæ remittendam, prout hisce eandem remittimus, prædictum appellantem in expensas hujus instantiæ, salvo judiciali nostro moderamine condemnantes. Eidem appellanti tamen remedium revisionis, si adhuc eo uti velit, & in eventum indemnitatis suæ persecutionem permittentes.

Consultatio & Decisio XXIII.

Chirographum cambiale à Judæo productum ob suspiciones falsi rejectum, & alia occasione der Ordnung von der Juden Stättigkeit in Franckfurth/ in specie ad artic. der Juden Handlung belangend §. Sie sollen auch keines Burgers zu Franckfurt Kind 2c.

NARRATIO FACTI.

Die Sache betrifft eine angegebene Judische Wechsel-Schuld, welche Appellantinschen Theils als betrüglich und der Juden Stättigkeit zuwider, vom Juden aber als liquid will gehalten werden. Von der Urtheil prioris instantiæ haben beyde Theil ab initio appellirt, der Jud aber hat nur processus aus-

ausbracht, welchen hernach die Wittib von A C. B. adhæriret.

Appellans ist Jude A. aus Franckfurth gebürtig, aber zu M. wohnhafft, dessen Bruder noch in Franckfurth.

Nach der appellatischen Theils Erzehlung, sollen diese Juden und ihre familie wegen verschiedener Falschheit in Wechsel-Brieffen in guter reputation nicht seyn, vide duplicam fol. 17. ad 10*mam* usque ad 11. adde acta priora fol. 52.

Nun war zu Franckfurth eine ledige Person J. T. von B. welche sich zu keiner Handlung appliciret, und verschwenderisch mag gelebt haben, vide descriptionem hominis in dispositione paterna act. prior. fol. 72. verso. Dahero sein Vatter in dispositione ultima der Mutter alle administration der Güther verordnet, und solle sie in der massa sitzen bleiben, biß es ihr beliebig, mit den Kindern abzutheilen, dem Sohn J. T. solle zu Verhütung der Verschwendung nur die Nothdurfft gereicht werden, legatur dispositio paterna de Anno 1698. vel ex actis prior. fol. 70. usque 75. natus erat pater A. 1623. B

Man lieset in Actis nicht, daß solcher vätterlichen disposition vom Sohn jemahls wiedersprochen worden, vielmehr hat er, ob er gleich großjährig gewesen, und im 38. Jahr seines Alters gestorben, matrem schalten und walten lassen, vermuthlich weil er sich zu einer rechtschaffenen Profession zu appliciren keine Lust oder keine Geschicklichkeit gehabt, mithin ipso facto voluntatem paternam agnoscirt, und ist in cælibatu An. 1714. morbo hectico verstorben, matre superstite. Nun sind die Juden zu Franckfurth in ihrer Stättigkeit oder legibus receptionis dahin angewiesen.

» Verba der Juden Stättigkeit: Sie sollen » auch keines Bürgers zu Franckfurth Kind, das » noch unverändert unter dero Eltern oder Vor» mund Gewalt ist, **und das Seine nicht** » **selbst unter Handen und eigener Ver**» **waltung hat**, ichts leyhen, noch von an» dern unsern Bürgern, die ihr eigen Guth ha- C » ben, Verschreibungen oder Versprechniß » nehmen, da sich dieselben Bürger, mit sambt » solchen minderjährigen unveränderten Kinder » und Personen, so noch des Ihren selbst nicht » mächtig sind, unverscheidentlich jeglicher für » volle verpflichten.

» Es sollen auch die Juden oder Jüdin den » jungen Hauß-Söhnen, hinter der Eltern » oder Vormunder Wissen und Bewilligung, » desgleichen auch andern minderjährigen, so » noch unter ihren 25. Jahren, und doch nicht » Krämer oder Handthierer seynd, gar kein » Geld von nahmhafften Summen, weder » auff Schuld-Brieff noch Pfand leyhen, » noch auch sie zu Bürgen annehmen. Wür» den aber sie, die Juden solches überfahren, » so sollen die auffgerichte Schulden und Bürg» schafft-Briefe nicht allein keine Krafft, son» dern auch der Jud oder Jüdin, so hierwider » gehandelt hätte, das ausgeliehene Geld ver» würckt und verlohren haben, und noch auch » darzu je von 10. fl. so er also hingeliehen hät» te, 1. fl. Straff-Gelds ohnabläßlich zu bezah» len verfallen seyn.

Diesem allen ohngeachtet haben obgedachte zwey Juden ausser Zweiffel in der Hoffnung von ermeldtem Sohn als einer bemittelten Person Gewinn zu erlangen, ihm verschiedene ansehnliche Summen, da er doch selbst keine Handlung getrieben, auch zu seinem Unterhalt bey müßigem Leben dergleichen nicht vonnöthen gehabt, crediriret, und Wechsel-Brieff von ihm angenommen, der in Actis und zumahl dem rotulo depositionis testis verschiedene erzehlt werden,

Art. 8. von 1700. Rthlr.
Art. 26. wiederum drey andere über 600. 630. und 538. Rthlr.
Art. 19. 20. über 4000. Rthlr.

Und dann der Wechsel-Brieff, worüber die gegenwärtige Klage sich erhoben über 4794. Rthlr.

Ob es alles, wie es äusserlich scheinet, differente Schuld-Posten seyen, oder alles in der letzten verwickelt, und gekünstelt, ist ex actis nicht offenbahr. Der Wechsel-Brieff, worüber gegenwärtiger Process entstanden, ist, wie gedacht, über 4794. Rthlr. de dato 18. April. 1714.

Causa debendi sollen empfangene Jubelen gewesen seyn, an welchen der Creditor, nach seines Bruders Vorgeben, über die Helffte gewonnen haben solle, und also auch an der Forderung über die Helffte nachlassen solte, vid. deposit. testis ad art. 16. 17. & 34.

Die Zeit des ausgestellten Wechsel-Briefs ist im April 1714., zu welcher Zeit der Ausgeber schon an der schwindsüchtigen Kranckheit, an welcher er gestorben, darnieder gelegen.

Der Wechsel-Brieff ist äusserlich an appellanten gestellt, aber ex rotulo examinis [25] sehr wahrscheinlich, daß der andere Bruder Gemeinschafft daran habe, und zu Bedeckung der gebrauchten Arglist des appellanten Nahmen, weil dieser nicht in Franckfurt wohnhafft, darein gesetzt worden. Auch hat der Jud die Wechsel-Brieff anfänglich an einen Bedienten eines gewissen grossen Herren verhandlen wollen, vid. fol. 9. verso, welcher aber davon abgestanden.

Bey des Ausstellers Leben ist dessen Mutter oder Schwager C. deme der Vatter in testamento alle Auffsicht anbefohlen, von solchem und andern Wechsel-Brieffen nichts vorkommen.

Als aber der I. T. von B. An. 1714. mense Julio verstorben, und die Verfall-Zeit gewesen, wird der Wechsel-Brieff quæstionis in der Michaelis-Messe præsentirt, und als solcher nicht agnoscirt worden, gestalten man in des defuncti Gewahrsam nichts von Geld, oder Jubelen gesun-

gefunden, v. Act. fol. 41. ist protest eingelegt, besage [9. 10.] darauff es mense Octobri zur Klage kommen.

Was nun vorhero zwischen dem andern Jüdischen Bruder und dem Christlichen Zeugen D. vor Reden dieses und anderer Wechsel-Briefe halber vorgegangen, ist ex rotulo depositionis [25] zu verlesen, woraus ich in extractu das hauptsächlichste summarisch annotiret.

Auff angestellte Klage hat die Mutter den Wechsel-Brieff, welcher sie nicht angienge, nicht recognoscirt, noch diffitirt, vid. acta prior. f. 12. vielweniger sich zur Zahlung schuldig erachtet, und als ihr per decreta Magistratus aufferlegt worden, sich zu erklären, an esset hæres filii: Act. f. 20. cum litis contestatione injuncta f. 20. hat dieselbe litem negative contestiret, vide fol. act. pr. 40. Darauff nach hinc inde erfolgter Handlung, deren Inhalt gäntzlich, nichts ausgenommen, in actis Cameralibus wieder vorkommen, am 7. Octobris 1715. sententia definitiva ergangen, act. prior. fol. 106. vel instrumentum appell. [5] dess Inhalts: Daß Beklagtin, welche dasjenige, so ihr seel. Mann hinterlassen, vermöge dessen disposition biß an ihr Ende ohngeschmälert zu geniessen befugt, und vor ihren Sohn wider Willen zu bezahlen nicht gehalten, von der gegen sie angestellten Klage zu absolviren, Kläger hingegen mit seinem Suchen an den deromahligen Erben des I. T. von B. zu verweisen seye, gegen dieselbe hiernächst ferner Klag-Rechts-Ordnung nach zu instituiren, mit Vorbehalt gegentheiliger Nothdurfft.

Von dieser Urtheil haben beyde Theile appellirt, der Jude [5] die Wittib von B. [27] weil aber die Jüdische Appellation gar zeitig introducirt, und processus ausbracht worden, 24. Octobr. 1715. also kaum 3. Wochen post latam sententiam, so hat die Wittib von B. nicht nöthig gehalten, process auszuwürcken, sondern hat appellationi introductæ adhærirt, in specie wegen vorbehaltener Klage gegen des I. T. v. B. Erben.

Legantur jam rationes decidendi sententiæ à qua.

VOTUM.

Circa formalia appellationis Judaicæ nihil laborandum est, nullum ego deprehendi defectum.

Adhæsio viduæ de B. indicata fuit in primo recessu, comparitionis Licentiati N. ante reproductionem: deinde cum exceptionibus clarissime proposita.

Est autem gravamen ob quod adhæsio facta, quia reservata fuit judæo actio adversus hæredem defuncti I. T. de B, cum tamen actio fundata plane non esset, & haud dubie plures ejusmodi schedulæ cambiales adhuc laterent, quarum productio reservata esset à Judæo, expectante hujus causæ exitum.

Eadem ratio est interventionis intervenientis, quia est executor dispositionis paternæ, & gener appellatæ viduæ.

Ut autem ad suos terminos redigatur causa, dicam methodo Camerali;

(1) Actionem institutam à Judæo esse condictionem certi ex mutuo. Forma processus auf Wechsel-Recht. act. pr. f. 13. verso & f. 18.

(2) Contra matrem defuncti I. T. de B. tanquam ejus hæredem. V. act. pr. fol. 2. & f. 19.

Probatio actionis consistit in schedula cambiali I. T. de B. data 18. April. 1714.

Quodsi præsupponamus, nihil opponi posse juste ipsi instrumento crediti, qua de re tamen postea dicentur plura, probandum erat ulterius ream matrem, qua filii hæredem, hac actione teneri. Nam defunctus est filius der Ausgeber des Wechsel-Brieffs. Mense Jul. 1714.

Neque enim sicut liberi parentum sui hæredes dicuntur & præsumptione juris pro talibus habentur, ita parentes liberorum fiunt hæredes. Imovero habentur eo respectu pro extraneis hæredibus. *V. Lauterbach ad tit. 2. de adq. vel omittenda hæred.* §. 5. ita ut non nisi per declarationem voluntatis hæredes fiant liberorum ibid. §. 9.

Ergo hic præsumptio frustra allegabitur, sed necessaria est probatio, matrem esse filii sui hæredem, quam probationem cum actor non præstiterit, prioris Instantiæ Judex, in rationibus decidendi ream ab actione absolvisse se declaravit, tametsi vero in decreto interlocutorio prioris instantiæ 5. Dec. 1714. act. fol. 20. & [11] viduæ injuncta fuerit declaratio, an esset hæres filii, ipsa tamen se usufructuariam bonorum mariti ad dies vitæ esse, dixit, id quod & dispositioni mariti sui fol. act. 69. & [31] & statuto Francofurtensi Reform. p. 5. t. 8. §. 1. ad quem casum etiam rationes decidendi prioris instantiæ provocant, erat consonum, ergo possidebat bona non titulo hæredis filii, sed tanquam usufructuaria: Filius vero adquisita a se bona non reliquit. Proinde actor in probatione suæ actionis omnino defecisse dicendus est, & sententia a qua in eo articulo bene pronunciata, adeoque jure meritoque confirmanda.

Dispositio paterna Joannis de B. impugnatur quidem in actis ab appellante, quod non publicata, non coram testibus ordinata, quod careat institutione hæredis, sed facilis est responsio. 1mo non esse testamentum, sed declarationem voluntatis paternæ inter liberos. 2do usumfructum viduæ deberi ex statuto Francofurtensi, etiamsi hæc dispositio non adesset, adeoque voluntatem patris, legibus patriæ conformem; reliqua sunt nudæ admonitiones & instructiones, mores

 filii

filii J. T., de quo nihil magnopere sperabat pater, cautionis ergo continentes.

(3) Voluntas paterna à liberis nunquam fuit contradicta, ipso facto approbata.

(4) Judæus iste actor non est contradictor legitimus, cui rea vidua de valore testamenti respondere teneatur.

Ad probandam qualitatem hæredis etiam hoc non sufficit, quod morte filii ususfructus cum proprietate fuerit consolidatus, matrem enim esse filii hæredem legitimam, & a patre amplissimas facultates relictas.

Respondetur (1) tres esse portiones, quas reliquit pater Jo. de B. in dispositione paterna, adeoque posito etiam filium pro proprietario trientis massæ habendum fuisse, & matrem ejus hæreditatem adiisse, non tamen in solidum matrem, quæ tamen sola conventa, teneri, quia inter hæredes actiones active & passive dividuntur ipso jure. (2) peti principium, si dicetur, matrem adiisse hæreditatem filii etiam pro rata; nam neque hoc probatum ab actore. Liberum sane fuit matri omittere hanc hæreditatis ratam, quæ proinde ceteris hæredibus jure accrescendi cessit, qui in lite non sunt, neque à Judæo conventi. B

(3) Nondum est probatum filium defunctum etiam pro rata proprietarium fuisse bonorum paternorum viva matre. Licet enim ususfructus & usufructuarius habeant relata, proprietatem & proprietarium; notandum est: quod statuto Francofurtensi viduæ superstiti est tributum, & in dispositione J. de B. jus aliquod sit longe pinguius, quam nudus ususfructus, solle in der massa sitzen bleiben, und nach ihrem Gutbefinden mit denen Kinderen abtheilen. Idque vi communionis bonorum inter conjuges etiam Francofurti receptæ. Cujus vi superstes vidua, si non plenum dominium bonorum, retinet tamen jus aliquod analogum & a nudo usufructu maxime distinctum, quod per singulas partes ostendi posset facile, si id opus esset. Sufficiet hic probatum non esse, ne hoc quidem, quod filius viva matre proprietatem plenam bonorum paternorum habuerit pro rata cum facultate libera disponendi, & gravandi massam. Nam C

(4) In dispositione paterna, quam, ut supra dixi, ipse defunctus filius nunquam contradixit, sed ut erat homo otii magis, quam negotiationis studiosus, alimentis à matre præstitis fuit contentus, ipso facto ratam habuit. In ista dispositione expresse prohibuerat pater, ne isti filio, usque dum ad meliores mores rediisset de facultatibus amplius quid, quam ad necessitates honeste vivendi, in manus daretur.

Tantum abest, ut permiserit pater filio liberam facultatem de patrimonio disponendi, & per contractum cum istis Judæis dilapidandi. Porro, si vel maxime contra dispositionis paternæ verba & contra regulam Reformat. Francofurtensis statuere velimus, filium habuisse facultatem de rata sua bonorum proprietate saltem ad eum spectantium ita disponendi, ut sine præjudicio ususfructus materni, æs alienum contrahere potuerit licite, ab hæredibus suis, quicunque denique sint, solvendum aliquando; nihilominus actionem per exceptionem fraudis Judaicæ esse elisam firmiter statuo, idque porro sequentibus argumentis:

(1) Quia isti homines lucris inhiantes scire debebant, & poterant conditionem ejus, cum quo negotium habebant, daß er das Seinige nicht selbst unter handen, und eigene Verwaltung habe; cum ejusmodi civium filiis non licet Judæis contrahere, pecuniam eis mutuo dando, vel eos obligando, sub pœna nullitatis obligationis & commissi totius crediti, necnon mulctæ unius floreni pro decem creditis. Hæc est lex Judæis præscripta Francofurti in der Stättigkeit, ita appellatur privilegium Cæsareum *vid. Tabor Collat. Jur. Rom. & Francofurt.* §. 3. *p.* 789. *n.* 2. Quo salutari plane consilio sævitia Judæorum coërcita ad exemplum Senat. Consulti Macedoniani *vid. l.* 1. *ff. ad SConsult. Maced. Corn. Tacit. XI. annal. cap.* 13. quibus lucri bonus odor ex re qualibet, & quorum, certe plerorumque, conscientia adeo laxa est, ut inter contractus Judæorum cum Christianis paucos integræ fidei, & fraudis expertes esse existimem, & me judice in omnibus contractibus istorum hominum cum Christianis probatio evidentissima bonæ fidei, & rei sic neque aliter gestæ exigi debeat. Sunt enim juxta *capit. & si Judæis* 13. *de Judæis*, Christianis id quod mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu. Quidquid ergo huic legi civitatis adversum gestum esse reperitur, id merito fraudulentum censeri debet. Sed ita sese habet contractus iste cambialis cum I. T. B. initus, posito rem ita, & non aliter gestam esse, de quo mox audiemus plura.

Non loquitur statutum de solis filiisfamilias aut minoribus, sed etiam de iis, die das Ihrige nicht in eigener Verwaltung haben, respectu filiorumfamilias enim satis cautum erat JCto Macedoniano & ratione minorum, juris communis dispositione; ergo peculiare quid continere hoc statutum puto etiam respectu majorum 25. annis, die doch das Ihrige nicht in Verwaltung haben, cumprimis ob communionem bonorum inter conjuges & uxori viduæ competentem administrationem, idque conformiter Reformationi Francofurtensi, in qua matri viduæ administratio bonorum durante viduitate relicta est, nisi

nisi cum liberis dividere velit. Ergo juxta legem receptionis gentis judaicæ in Civitate Francofurtensi obligatio ista filii licet majoris 25. annis, der doch das Seinige nicht unterhanden, noch in eigener Verwaltung hat, est plane invalida & pro fraudulenta habenda. A

Non obstat, quod dicitur ab appellante, er sey kein Franckfurter Jud, sondern zu M. wohnhafft, adeoque hanc legem ei non esse dictam; v. replicas Camerales. [37] circa princip. Acceptanda est hic Judæi agnitio, quod lex ista contractui cum I. T. de B. inito resistat, si negotium iniisset cum Judæo Francofurtensi. Quo prævio respondetur ad objectionem, modo sequenti.

(1) Lex non est personalis, tantum solos Judæos Francofurti domicilium habentes respiciens, sed in favorem civium quoque concepta, ut civium Francof. liberorum circumscriptio, v. Cic. 3. offic. cap. 15. ab istis improbis fœneratoribus vindicaretur, ne nomen aliquod in expectatam parentum mortem fieri posset, *arg. l.* 1. ff. ad SCtum Maced. B

(2) Contractus, ut schedula præ se fert, est initus Francofurti, & solutio ibi promissa, ergo lex ea est observanda, quæ in loco contractus viget.

(3) Judæus appellans contrahendo Francofurti temporarius fuit subditus, & legi Francofurtensi obnoxius.

(4) Ipse est origine Frncofurtensis, & urbem, ob varia facta non adeo laudabilia, reliquisse dicitur.

(5) Gravissima est præsumtio; istum Judæum, qui jam est appellans, non esse verum creditorem, sed fratrem ejus, callideque in fraudem legis urbicæ schedulam in alterius personam directam, vel saltem ambos fratres esse socios & crediti prætensi, & fraudis. Id quod ex rotulo examinis testis [25] non obscure præsumitur. C

Huc pertinet depositio ad art. 16. 17. 34. 36 daß an diesem Wechsel-Brieff die Helffte solte nachgelassen werden, und wenn es nicht gnug, so wolle er Jude N. aus eigenem Seckel noch 500. Thlr. zulegen, und versichert bey dem allmächtigen GOtt solches auszurichten. Adde circumstantias reliquas ex rotulo mox recensendas.

Quis crederet, quæso, daß die beyde Jüdische Gebrüder, an der Sache keine Gemeinschafft hätten, und daß dem appellanti von seines Bruderen offerto nichts bewust gewesen, und es ohne seine Bewilligung geschehen? ego sane hoc persuadere mihi non possum.

Alterum argumentum fraudis est ex circumstantiis sequentibus.

(1) Quod causa debendi mox dicatur ex mutuo, mox ex venditione einiger Jubelen zu einer reichen Heurath.

(2) Daß an denen Jubelen über die Helffte Jüdischer Gewinst gewesen seyn solle, dahero

(3) Mehr als die Helffte, an dem Wechsel-Brieff zu erlassen anerboten worden.

(4) War der Wechsel-Brieff zu der Zeit gegeben, da der Ausgeber mit schwerer Kranckheit, sine spe magna valetudinis recuperandæ behafftet gewesen.

(5) Potissima inter circumstantias etiam hæc inprimis notanda, daß J. T. de B. keine Handlung getrieben, und an seinem honetten Unterhalt, keinen Mangel, also dergleichen Capital-Summe aufzunehmen nicht nöthig gehabt.

(6) Daß auch in seiner Verlassenschafft von solchen und anderen Wechsel-Schulden keine Nachricht.

(7) Auch weder Geld noch Jubelen gefunden worden, quæ sunt indicia pessimæ œconomiæ, & confirmant judicium cautelamque parentis ratione filii.

(8) Daß auch gegen Wechsel-Brieff exceptio non num. pec. nicht allezeit ausgeschlossen, cumprimis si fraudis adsint suspiciones, quanquam de hac exceptione nobis jam laborandum non sit, quia aliæ adsunt rationes, actionem plane perimentes; denn der Ausgeber des Wechsel-Brieffs keine administration gehabt, und in der Verfall-Zeit, wenn der Ausgeber das Leben behalten, executio ohnmöglich geschehen können, ut proinde executivo processui, ne quidem locus fuerit contra ipsum, ergo neque contra hæredes, da zumahl noch mehrere Wechsel-Brieffe auf etliche tausend, so noch nicht zum Vorschein kommen, in der Juden Händen seynd.

(9) Circumstantia mit dem Wechsel-Brieff über 1700. Thlr. den der andere Jude, appellantis Bruder, zerrissen haben will. deposit. ad artic. 8. cum interrog. quarta art. 21. 22.

Item daß er hernach variando gesagt, er habe nur auf 17. Thlr. gelautet art. 48.

Item von 3. anderen Wechsel-Brieffen, die nicht solten zum Vorschein kommen, wann es nur mit diesem seine Richtigkeit hätte, art. 26 39.

Item daß ein anderer Wechsel-Brieff über 4000. Thlr. an den Herrn von N. wäre negotiirt worden, welcher auch nicht solte producirt werden art. 19 20. 38. = = = =
und solte darüber verbindlicher revers gegeben werden, dummodo conveniretur de schedula præsenti fratris sui appellantis artic. 37.

Equi-

Equidem depositionem hujus testis ideo impugnare vult actor appellans, (1) quod sit unicus (2) domesticus & familiaris, nec non affinis. (3) inimicus fratris sui.

Resp. (1) inimicitiam non esse probatam, neque causam sufficientem allegatam.

(2) Affinitas nulla intercedit inter testem & generum viduæ, familiaritas vero hic non obstat.

Neque (3) quod sit unicus, quia circumstantiæ nulli alii constabant, neque veritas rerum aliter haberi poterat; & semiplenam probationem adjuvat, præter supra dicta, præsumtio generalis fraudulentiæ solitæ plerisque Judæis, in specie vero familiæ isti fratrum. Contra acta & evidentiam rotuli examinis allegabatur à Licentiato N. 16. Sept. 1716., testem ad interrogatoria examinatum non fuisse, cum tamen legalitati examinis nihil plane desit. Sed condonanda est hæc allegatio Procuratori, qui ut verosimile rotulum tunc nondum viderat, & a cliente suo Judæo ita mendacissime erat informatus, unde ego istam schedulam cambii pro suspectissima habeo & fraudulentissima, nullius plane pretii & effectus. Adeo ut si vel maxime J. T. de B. ex sua scriptura obligatus fuisse, & exceptione fraudis ac circumventionis uti noluisse credendus foret, quod tamen post mortem ejus in dubio manet, tamen ejus hæredes quicunque demum sint, ista exceptione tuti esse possint, non solum contra hanc schedulam Cambii, sed & contra reliquas adhuc latentes, argum. *L.* 7. §. 6. *ff.* ad *SCtum Maced.*, est enim exceptio perpetua. Non male adplicari posse huic casui textus juris, quos de Senatus consulto Macedoniano habemus, existimo; nam licet SCtum Maced. de iis tantum sit latum, qui sunt filiifamilias, tamen ob statutum Francofurtense, in quo viduæ administratio bonorum relinquitur, cui consonans est dispositio paterna, addita cautione speciali de non subministrando filio pecunias ex facultatibus præter necessitatem, & insuper propter legem receptionis gentis Judaicæ in urbe Francofurtensi, haberi posse existimo istum J. T. de B. quasi pro filio familias, qui patrimonii, si quod habuit viva matre, arbiter non fuerit, der das seinige nicht unter Handen, und in eigener Verwaltung gehabt, proinde SCti Macedoniani dispositionem, argumento legis huc apprime adplicari posse & debere.

Ex his quæ dixi, fluit

1mo quod sententia a qua, quoad articulum primum absolutionis viduæ, sit confirmanda.

2do quoad alterum vero articulum actionis adversus hæredes reservatæ, sine ulteriori probatione vel juramenti in supplementum parti appellatæ viduæ de B. forte deferendi reservatione, in favorem appellatæ viduæ & adhærentis, sit reformanda, totaque actio Judaica juxta tenorem Legis Francof. der Juden Stättigkeit, ex istis schedulis, quæcunque forte adhuc in posterum produci possent, ab isto I. T. de B. sine consensu matris datæ, irrita declaranda, addita reservatione mulctæ von jeglichen 10. fl. einen ohnnachläßig zu bezahlen, & condemnatione in expensas utriusque instantiæ. Ratione interventionis generi viduæ appellatæ, cum iste appellatæ adsistat, nihil speciatim est monendum, cum eædem sint absolvendi rationes, in sententiæ tamen formula, interventionis facienda erit mentio.

Videbatur Dominis, cumprimis habendam esse rationem ususfructus & administrationis maternæ, neque liberandum Judæum à probatione *valutæ*, esse enim fraudis præsumtiones graves. Num vero adplicatio verborum Ordinationis Francof. der Juden Stättigkeit betreffend ibi: und der das Seine nicht selbst unter Handen etc. in casu præsente conjunctive vel disjunctive cum præcedentibus intelligenda, ulteriorem requirere indaginem. Hinc formula sententiæ publicatæ erat sequens.

In Sachen Juden A. appellanten, eines, contra Wittwen Johannis von B. appellatin und adhærentin, wie auch E. suo & uxorio nomine intervenienten andern Theils, ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß so viel die Entledigung der B. Wittib von angestellter Klage betrifft, durch Richtere voriger Instantz wohl geurtheilt, übel appellirt, dahero solche Urthel zu confirmiren und bestätigen seye, als wir dieselbe hiermit confirmiren und bestättigen, so viel aber die Verweisung des Appellanten Juden an weyland I. T. v. B. Erben anbelangt, ist Lt. D. sein der gleichmäßigen absolution halber beschehenes Begehren n. 3. Z. abgeschlagen, sondern ferner dieser Sachen Beschaffenheit nach erkannt, daß Kläger und appellirender Jud, die von ihm angegeben beschehene Bezahlung der im eingeklagten Wechsel-Brieff enthaltenen Summa 4794. Rthlr. an weyland I. T. v. B., Rechtlicher Gebühr nach zu erweisen schuldig, darauff dann mit Vorbehalt gegentheiliger Nothdurfft den vorkommenden Umständen nach ferner, wie auch der Gerichts-Kosten halber ergehet, was Recht ist. Expedit. 19. Jan. 1720.

Sequentes Sententiæ.

I.

In respective entschiedener Sachen Juden A. wider Wittib I. v. B. und adhærenten appellationis, ist Lt. V. zu Vollführung des in der Urthel vom 29. Jan. nächsthin aufferlegten Beweiß, Zeit 4. Wochen pro T. & P. V. A. W. angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß er sodann damit ferner nicht gehöret werden solle. Expedit. 8. Marc. 1720.

II. In

II.

Expedit. 17. Jul. 1710.

IN respect. entschiedener Sachen Juden A. wider Wittwen I. v. B. Appellatin & Adhærentin, wie auch E. suo & uxorio nomine intervenienten andern Theils, in puncto Interventionis, ist Lt. V. was sich auf den durch Lt. D. am 7. Jun. übergebenen Contradictions-Recess zu handlen gebühret, jedoch ohne unzuläßige taxation der ergangenen Cameral-Urthel die gebetene Zeit, jedoch nur ad primam post ferias magnas endlich zugelassen und angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß alsdann die Sache vor beschlossen angenommen seyn, und darinn ergehen solle, was Recht ist.

III.

Expedit. 13. Sept. 1710.

IN respective entschiedenen Sachen Juden A. Appellanten, wider Wittwen I. v. B. Appellatin und Adhærentin, wie auch E. suo & uxorio nomine Intervenienten andern Theils, ist nunmehro auch in puncto interventionis die B. Erben betreffend, allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, würden Lt. D. Principalen einen leiblichen Eyd zu GOtt und auf das A Heil. Evangelium durch ihren darzu specialiter gevollmächtigten Anwalt schwören, daß sie von der geklagten Wechsel-Schuld und angegebenen valuta von weyland I. T. v. B. bey seinem Leben nichts, noch auch von andern glaubhafften Christlichen Leuthen etwas vernommen, noch in seinen Briefschafften und Verlassenschafft davon glaubhaffte Nachricht, vielweniger bemeldte Valutam gantz oder zum Theil gefunden und überkommen haben, daß deme also vorgangen, in der Sache ferner ergehen solle, was Recht ist.

IV.

Expedic. 7. Oct. 1710.

IN respective entschiedener Sachen Juden A. Appellanten, wider Wittwen I. v. B. Appellatin und Adhærentin, wie auch E. suo & uxorio nomine andern Theils, ist nunmehro auff geleisteten Eyd ferner zu Recht erkannt, daß intervenienten von angestellter Klag zu absolviren und zu entledigen seyen, als wir dieselbe hiemit absolviren und entledigen, die Gerichts-Kosten an diesem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Ursachen B compensirend und vergleichend.

Consultatio & Decisio XXIV.

Weyl. Hanß Heinrich von Künßberg zu Wehrnstein nachgelassener Söhne und Erben.

Contra

Von Rotenhan Appellationis nunc Citat. ad redintegrandum Acta.

In qua tractatur casus notabilis & admodum intricatus reductionis monetæ, per quam debitor aliquot millium florenorum factis postea solutionibus in meliori moneta redditus est creditor. vid. sententias in adjunctis Lit. A. & B. Schema Genealog. vid. Lit. C.

Status Causæ cum inserta Actorum summa.

ES ist diese Sache per Appellationem von Kayserl. Hof-Gericht zu Rothweil, allwo solche Anno 1662. rechtshängig und Anno 1671. definitive erörtert worden, an das Kayserl. Cammer-Gericht erwachsen, und *Anno* 1699. *per Confirmatoriam* entschieden, hernach von succumbirendem Theil, der familie von Künßberg, welche sich in vielen Zweigen Männlich und Weiblich Geschlechts zertheilt, deren theils dafür halten, daß die condemnatori-Urthel sie nicht angehe, per viam petitæ Commissionis ad liquidandum & eventualiter petitam vel potendam restitutionem in integrum die Sache in so viel Weitläufftigkeit gesetzt, daß diesen Acten zu lesen und benöthigte Informationem zu schöpffen ob es wohl am Ende auf nicht gar schwere Fragen ankomt, viel Zeil und Mühe erfordert hat.

der *Casus* ist kürtzlich dieser:

Es hat weyl. Hermanni von Rotenhahn Fürstl. Bambergischen Stallmeisters Groß-Vatter, von Hanß Heinrich von Künsberg zu Wernstein *Anno* 1621. 3000. *fl.*, und wiederum *Anno* 1622. 6000. fl. Anlehn aufgenommen, Inhalts documentorum in Actis primæ instantiæ n. 3. und n. 17. die erste *Obligation* C *n.* 3. lautet von Empfang guter genehmer Müntz, welche Debitor zu seinem scheinbaren Nutzen verwendet, und angelegt, mit Versprechung Landüblichen Interesse und Erstattung des Capitals in solchen Sorten und Werth, wie zur Zeit der erforderten Auszahlung sie gäng und gäb, additis cautelis & clausulis executivis efficacissimis, daß diese Obligation pro exemplo formularum Contractus mutui dienen möchte.

Die andere *Obligation n.* 17. über 6000. fl. lautet auf Fränckische Landes-Wehrung jede Gulden zu 60. kr. oder 15. Batzen gerechnet, mit Versprechung 6. Interesse per Cento. Ist im übrigen in cautelis und clausulis potissimis gleich lautend.

Nun ist zu mercken, daß *Anno* 1621. nach damahliger sehr geringhaltiger kleiner Müntz der Species Rthlr. 390. kr. *sive* 6. und ½ fl. gegolten, und Anno 1622. gar auf 10. fl. ersteigert worden, aber bald hernach wieder bey veränderter Müntz ad justum valorem gefallen, die von *Creditore* bezahlte Gelder aber in

 schlech-

schlechter Müntz nach dem damahligen hohen Werth gezahlt, und von Debitore angenommen worden. In diesen Umständen ist zwischen denen Partheyen kein Zweiffel: der veränderte valor des Reichsthalers respectu der Scheid-Müntz ist auch in Actis beschienen durch Zeugniß der Müntz-Waradein [79] [81] adde Acta pr. n. 5. welches ein Künßbergisch producum pro fundanda actione ist, darinnen des Werths eines Rthlrs auf 6. und ½ fl. gemeldet, Adde *Andler in Corp. Constit. Imperii Rubr.* Müntz, *ubi reperitur tabella* valoris annui des Reichsthalers. In summa von erhöhetem und gefallenen Werth des Reichsthalers und daß das Anlehn in schlechter Müntz nach hohem Werth bezahlt worden, ist gar kein Streit in diesen Actis.

Das 2te Anlehn von 6000. fl. mag circa Annum 1626. per delegationem creditoris, ut solveretur alii Creditori, bezahlt worden seyn und zwar in Sorten nach dem tempore solutionis gefallenen Werth des Reichsthalers. Von solcher beschehenen Abführung des Capitals der 6000. fl. ist in Actis primæ instantiæ und Cameralibus Appellationis usque ad sententiam definitivam kein Zweiffel erregt worden, indem die damahligen litigantes vermuthlich davon gute Wissenschafft gehabt. **Neuerlich und** *post sententiam* **wird dem von Rotenhahn erst dessen bessere Bescheinigung zugemuthet**, dagegen er sich aber ad Acta præcedentia & sententias latas berufft.

Es mag **der** *Debitor* **Rotenhahn sich einige Zeit nach** genommenem Anlehn, daß er an empfangenen Geldern Schaden gelitten, beschwert, und seinen Glaubiger um *Reduction* **der noch schuldigen** 3000. **Gulden ersuchet haben**, also daß es von Schieds-Freunden auf 1200. fl. reducirt worden, nach welcher *Reduction* 2. **fl. vor** 5. **gerechnet sind**, womit auch Rotenhahn zufrieden gewesen, Innhalts seinen in Actis prioribus producirten Schreiben de datis 28. Aug. 1628. 22. Octobr. 1628. 28. Febr. 1629. Augusto 1629. und folgenden An. 1630. und 31. vide Acta pri. n. 4. nach welchem *reducirten Capital* **er auch die Zinßen** *à 6. pro Cento* **mit 72. Gulden jährlich bezahlt**, *vid. dito n. 4. Actorum literas sub n. 6. 7.* Als aber Rotenhan gleichwohl mit denen Zinßen zurückblieben, so sind am 10. Febr. 1658. abermahlige Vergleichs-Tractaten gepflogen worden, Innhalts der Beylag *n. 5. Act. prior.* **welche** aber zur Vollziehung nicht gekommen. Und weil der debitor, sive ejus filius in mora solvendi geblieben, so haben nach **des** *Creditoris* **Hanß Henrich von Künßberg Todte dessen Söhne**

1. Georg Christoph zu Wehrstein
2. Julius Hector zu Tuschnitz
3. Hanß Henrich zu Nagel
4. Adolph August zu Lain
5. Christoph Joachim zu Schmeilsdorff

auf solche 3000. **fl. oder nach** reducirter Summa auf das Capital **der** 1200. **fl. beym Kayserl. Hof-Gericht Klag erhoben** *Anno* A 1662. und Citat. extrahirt Innhalts Actor prior. n. 1. 2.

In Except. n. 6. wird von Beklagten das Anlehn der 3000. fl. gestanden, welche aber nur so viel als 461. Rthlr. 21. kr. oder 553. **fl.** 33. **kr. Fränckischer Wehrung ausgemacht.** Es habe aber Debitor nach dem auf 18. Batzen reducirten valor des Rthlers, in guten Sorten an Zinßen so viel abgetragen, **daß** 409. **fl.** 33. **kr. zu viel bezahlt**, mithin das debitum getilget sey. Negatur der Vergleich auf 1200. fl. seyen blosse tractaten gewesen, und posito es sey Vergleichung geschehen, so sey sie doch in Rechten ungültig, quia subesset læsio enormissima: petitur ergo absolutio ab actione. Additur deinde *reconventio* condictionis indebiti

1.) Wegen zuviel bezahlter 409. fl. Zinßen an diesem Capital der 3000. fl.

2.) Wegen des andern abgetragenen Capitals der 6000. fl. so der Debitor zu 10. fl. den Reichsthaler gerechnet empfangen, und biß ad Annum 1626. mit gutem Geld verzinßet, hernach B den Rthlr. zu 18. Batzen gerechnet wieder bezahlt, also über 6000. fl. Fränckisch zu viel bezahlt, welche Summen denn juxta additam delignationem n. 7. & 9. Actor. prior. per reconventionem gefordert werden.

In repl. n. 11. *ad Actionem* **beziehet sich Klagender Theil** 1) ad formulam Contractus mutui, und hält dafür, quod tempus Contractus non inspiciendum sit, sed solutionis, si partes ita conveniunt juxta *Boer* d. 327. A. *Faber* de var. num. debitor. solution. c. 2. n. 8. c. 7. n. 69. cumprimis in dissidio sententiarum JCtorum vid. *Klock. relat.* 60. *n.* 13. *Fichard.* 1. *Consf.* 28. *Besold. Cons.* 69. *Zorer* rechtliches Bedencken p. 2. qu. 17. fol. 226. seqq. *Ruland* de Commiss. p. 4. l. 2. c. 7. n. 11. seqq. præjud. Camer. ap. *Seiler.* in sentent. a. 1529. aliaque recentiora *Kœpp.* dec. 2. n. 4.

2.) *Ad transactionem* **auf** 1200. **fl. welcher** Vergleich per adjunctas literas parentis bestärcket worden, & per solutiones usurarum fa- C ctas.

Ad reconventionem litem negative contestando, dicit: Man wisse nicht, wie die Obligation über 6000. fl. gelautet, und ob ein solch Anlehn vorgegangen, auch sey actio præscripta, womit Nachkläger stillgeschwiegen haben würde, wenn nicht durch gegenwärtige Klage der Anfang gemacht worden.

In duplica n. 12. **ist** *repetitio priorum*, so viel die Klag anbelangt, mit weiterer Deduction.

In puncto reconventionis producitur copia obligationis **über** 6000. **fl.** *cum apochis, addita narratione*, wie das Capital per delegationem bezahlt sey

inde no. 16. literæ Künßbergs 9. Mart. 1622.
no. 17. Copia obligationis
no. 18. Quittung bezahlter pensionen 26. Maji 1623.

n. 19.

n. 19 Quittung Hanß Georg Walther von Bernstein, wegen empfangener 2500 fl. samt biß daher verfallenen Zinßen, anstatt Hanß Henrich von Künßberg.
Die übrigen 3500 fl. an der Obligation von 6000. fl. seynd an Fuchsen zu Schweinshaupt erlegt worden 24. Julii 1630.

ad præscriptionem opponitur, daß tempore bellico keine præscription lauffen möge.

In triplica n. 20. in puncto Conventionis priora latius deducta.

In puncto reconventionis inhæret præscriptioni sey darinnen etwas moris worden, cumprimis tempore amicabilis tractatus Anno 1658.

Justitium non fuisse tempore belli.
n. 23. ist ein Schreiben Hanß Georg von Rotenhahn, worinnen er die Verglichene 1200 fl. agnoscirt 16. Nov. 1658.
In quadruplica n. 24. In puncto reconventionis adhuc opponitur minorennitas des von Rotenhahn. it. impedimenta n. 25.
Nach verschiedenen hinc inde übergebenen Conclusiv-Schrifften ist Künßbergischen Theils, ad acta producirt n. 27. usque 32. sind Erinnerungs-Schreiben um Zahlung der Nachverglichenen 1200. fl. n. 37. 38. Schreiben des von Rotenhahn, eines weitern Anlehns von 6000. fl. 18. Febr. 1622. it. 25. Febr. 1622. woraus inferirt wird, daß Debitor die ersten 3000. fl. nicht mit Schaden angewendet.

n. 37. ergehet sententia interlocutoria legitimativa ob mortem procuratoris, rei von Rotenhahn.
n. 40. **In dem Schluß-***Recess* *in* puncto valoris monetæ allegantur sententiæ Camer. ex chiliade Blum.
n. 41. Ein Urthel: Partes werden zum güthlichen Vergleich citirt.
n. 43. *Sententia à qua Rotwilensis* **Zinßtags nach** *Misericord. Dni An.* 1671.

Von diesem Rothweilischen Urthel ist ad Cameram appellatio interponirt worden nomine
Georg Christophs, Julii Hectoris, Johann Henrichs, Adolph Augusti } allerseits damahls noch lebenden Gebrüdern von Künßberg.
der fünffte Bruder Christoph Joachim war An. 1664. also ante sententiam prioris instantiæ verstorben vid. [21], mag auch zur Zeit erhobener Klage nicht weit über 25. Jahr gewesen seyn. Da er nun keine Männliche descendenten hinterlassen, sondern **eine Tochter Marien Eleonoren, vermählte von Streitberg, nachmahls von Schaumburg**, von welcher etliche Töchter entsprossen, nuptæ an die von der **Tann**, von **Aurochs**, von **Ußlar**, von **Brokdorff**, so haben diese post publicatam sententiam Cameralem confirmatoriam, gegen den triumphant von Rotenhahn hefftig geschrieben; sententiam prioris instantiæ ipsas non stringere, fuisse latam adversus Avum tunc defunctum adeoque esse nullam, proinde etiam sententiam Cameralem confirmatoriam, denn es hätte ihre Mutter so wenig als sie selbst von der Appellation, ja vom gantzen Process etwas gewust, neque procuratoria Rotwilæ in hæredes dirigi, cum R. I. 1654. in hoc puncto ibi ad usum non sit deductus, petendo sententiam declarari, quod ad ipsas non pertineat, eventualiter petunt restitutionem in integrum. Uber diesen disput ist in Actis Cameralibus post sententiam Confirmatoriam de Anno 1699. mehr Lerms mit weitläufftigen Handlungen gemacht worden, als vorhin in der Haupt-Sache selbst in utraque instantia, und gehören dahin folgende numeri Camerales à Dr. Müng producti:

[15] [16] [17] [18] [19] [20] [21] [22] [33] [34] [35]

darunter die Haupt-Schrifften sind [20] [35], cœtera sunt legitimationes & alia antea in Actis producta. Hingegen von Dr. Marquard nomine des von Rotenhahn, sind wider diese Anzeig und Bitte folgende Schrifften übergeben

[28] cum adjunctis atque [32], & alia de quibus in sequentibus.

Hæc anticipando huc retuli, jam repetiturus filum Appellationis instantiæ.

Acta Cameralia Appellationis usque Anno 1695. sind in Originali zu Speyer verlohren, dahero solche redintegrirt werden müssen. Ad instantiam Dr. Marquards Rotenhanischen Anwalds Citatio ad reassum. & redintegrandum, Acta [2] directa fuit nominatim ad Kunsbergios.

Johann Henrich zu Wehrnstein Söhne und Erben benamtlich,
Johann Heinrich zu Nagel,
Julius Hector zu Teuschwitz,
Adolph August zu Hain,
Christoph Joachim zu Schmeilsdorff qui erat defunctus 1664.
Christian Ernst zu Wehrnstein,

Insinuatio facta
1) Zu Nagel dem Verwalter.
2) Zu Teuschwitz Julio Hectori.
3) Zu Hain Georg Adam filio Adolphi Augusti.
4) Zu Schmeilsdorff, wo Christoph Joachim gewohnet, dem Streitbergund Schaumbergischen Verwalter.
5) Zu Wehrnstein, Christiano Ernesto, qui dixit, non nominatos esse filios nescire se an comparituri essent.

Comparuere ad Citat. emanatam ad reassumendum & redintegrandum per D. Gülich [7]

Julius Hector, Christian Ernst, Hanß Christoph, Johan Christoph, Georg Adam } von Künßberg

Der zu Nagel habuit fratres Christoph Adam, Wolff Ernst vide [9]
[10] allegatur daß die Töchter zu Schmeils-
[11] dorff nicht bevormundet.
In den sub [4] redintegrirten Actis Spirensibus

sibus findet sich, daß in deductione gravaminum sub n.4. in puncto Conventionis eadem plane argumenta, wie in priori instantia geschehen, vorbracht worden.

fol. 72. Kläger sey nicht schuldig seine Rechnung nochmahls zu justificiren, speciatim ad præsumtiones.

fol. 71. (a) Contrarium ex documentis fol. 85. seq. probatur. *legantur.*

(b) Ist in replica nicht in specie beantwortet,

fol. 72. (c) Seyen Privat-Dispositiones und Projecte, woraus nicht erscheine, was würcklich bezahlt worden.

fol. 73. (d) Sey Klägers Nahme nicht exprimirt, habe auch nichts bekommen.

eod. fol. 73. (e) Sey ein Auffsatz inter alios, er habe zwar Anno 1694. die Summe bekommen, aber nicht auf die geklagte Obligation und Wechsel, petit produci quittantiam in originali, nam datum in copia esse omissum.

fol. 54.

(f) Diese Documenta betreffen gantz andere materie und Handel, und sey nicht Kauffmanns-Brauch, bey jedem particulier-negotio andere Dinge mit einzumischen.

(g) Non sequi, acceptavit, ergo solutionem præstitit, sonst habe er nicht protestirt. Der banquerot des Juden, könne Klägern nicht præjudicirlich seyn.

Resolut. quæst. 16. (h) Beschweret sich Kläger, daß in duplica viel nova eingebracht, quæ non sint attendenda, reservat in eventum ulteriora.

Quoad Reconventionem.

Tria membra sunt libelli.

fol. 49. 50. 119. (1) Læsio bey dem Jubelen-Contract, soll aus der Beylage sub num. 5. bescheinigt seyn.

A (2) Editio rationum & præstatio reliquorum. fol. 50. 120.

(3) Satisfactio ob injuriam, factam mit Suchung des Arrests.

Ergo *triplex remedium* locum habet.

(1) Ex L. 2. Cod. de rescind. vendit. quod condictionem indebiti male appellat. actor. fol. 49.

(2) Imploratio officii Judicis ad editionem rationum.

(3) Actio injuriarum æstimatoria, quam videtur innuere Actor. fol. 121.

An probata reconventionis fundamenta?

Ad (1) membr. probanda erat læsio specifice. Quod nulla ratione factum, neque ex documento exceptioni apposito num. 5. quidquam elucet. Vid. fol. 49. 80. 120.

B *Ad* (2) *membr.* probanda erat exceptio à regula, quæ est reum actori instrumenta agendi edere non teneri. *L. f. C. de edendo*, scil. ut sint vel instrumenta gestæ administrationis, vel communia, vel correspectiva, quorum nullum probavit Actor, tantum insistens postulato de edendo, & asserto, reconventum fuisse negotiorum gestorem & mandatarium, id quod hic negat fol. 129. fol. 46. 50. fol. 120.

Ad (3) factum illud, quod ad injuriam suam tendere putat Actor reconveniens, nempe petitionem Arresti, reus reconventus confitetur in narratis libelli conventionis, sed animum injuriandi negat. Vid. f. 5. & 16. fol. 81.

Judicium de hisce probationibus, in sequentibus quæstionibus exponemus.

An elisa?

Exceptiones Dilatoriæ.

C 1) *Legitimationis:* nam nec principalem agere posse ex negotiis cum defuncto parente gestis, cum se hujus hæredem esse neget. Neque Procuratorem, ad causas reconventionis esse legitimatum. fol. 76. 78. 126. 127.

2) *Libelli obscuri:* quia non constet, quid petatur, & quantum. fol. 78. b. 128.

3) *Reconventioni non esse locum*, contra instrumenta liquida. fol. 79. 117. 128. b.

Peremtoriæ.

Ad membr. (1) (a) Læsionem nullam doceri, & inconstanter loqui actorem, à reo vero negari factam læsionem. fol. 80. 119.

(b) Pretia rerum mutari indies.

(c) Temporis decursu, actionem esse extinctam.

(d) Landgravium defunctum, fuisse peritum æstimatorem.

(e) Sey

fol.81.128. (e) Sey eine abgethane Sache und die Weine geliefert, auch die Obligation zurück gegeben.

(f) Integrum fore reo, etiam de æstimatione vini conqueri.

Ad membr. (2)

fol.81. b. 128. (a) Non doceri speciatim, ex qua causa reliqua petantur.

(b) Errorem non demonstrari.

fol.82. (c) Actorem de sua domo, fundamentum agendi petere debere.

cod. fol.82. & 129. (d) Reum neque Administratorem neque negotiorum gestorem fuisse, sed mercatorem.

(e) Non sufficere, quod Actor adserat, es sey Nachbeklagter überzahlt, neque sufficere præsumtiones fictas, quales sint ex document. fol. 115., junct. fol. 117.

fol.130. (f) Repetitioni rationum locum non esse, nisi error vel dolus probetur, sed neutrum ab actore allegatum esse.

Ad membr. (3)

fol. 130. Nullam adesse doli præsumtionem, cum via juris usus fuerit actor reconventus.

Ut itaque de recensitis exceptionibus meum subjiciam judicium, omnem causam ad sequentes video redire quæstiones.

In Conventione.

1) An Actor ad cautionem sit obstrictus, & ad quam?

Resp. Actor cavet hodie, de expensis & damnis litis. *Umm.* diss. 9. proc. th. 3.

Cautione de reconventione non est opus, cum utraque, conventio & reconventio, pari passu terminentur. Neque alias ad cautionem pro reconventione adstringendus est actor, nisi fundamentum reconveniendi ostendatur. *Mevius* 3. decis. 22.

2) An oblata cautio fol. 98. sit sufficiens?

Affirmatur per L. 15. ff. qui satisdare cogant. *Struck.* usu mod. h. t. §. 9. de Mercatore speciatim vide *Mev.* 8. decis. 304. & Jur. Lub. 3. tit. 5. art. 5. sufficit autem possessio immobilium, vel quæ his æquipollent intra fines Imperii, argum. Ordin. Cameral. p. 3. tit. 49. §. 8. *Blum.* tit. 70. num. 70.

3) An Assignatio num. 1. fol. 9. vim habeat obligationis.

Rat. dub. quod instrumentum, ex quo apparet, quis, quid, ex qua causa debeatur, sit obligatorium. *Mev.* 2. *decis.* 37. *&* 311.

Rat. decid. (1) quod nullam contineat promissionem, (2) quod incertum sit an & quando exhibitum fuerit Præfectis. (3) incertum, an debitam actor adhibuerit diligentiam. (4) incertum, an à præfectis mora fuerit commissa.

A 4) An creditor negligens amittat jus crediti?

Negatur, nisi accedat præscriptio, quæ hic non opposita. Et in facto aliud probatum. Vide replicam actoris docum. fol. 85. 72. Ex quibus tamen non elucet, daß die geklagten Posten in specie erinnert werden.

5) An jus cambii lapsu temporis sit extinctum, & obligatio?

℞. Aliud est jus cambii, aliud obligatio. Extinctum jus cambii esse actor non negat, sed obligationem salvam esse contendit. Idque jure, mea sententia; non extincta itaque est, actio personalis ex chirographo.

6) An per Acceptionem extincta sit obligatio contra dantem?

Negat. *Mevius part.* 9. *decis.* 132. aliud est acceptatio, aliud solutio. Hac demum solvitur obligatio. Et protestatione facta, jus salvum conservatur. vide fol. 9. b. 74.

B 7) An successor primogenitus ad solvendum æs alienum defuncti obligetur?

Resp. Affirmando. Videatur *Lynkerus decis.* 102. & quæ dicta sunt de conditione territoriorum Imperii in Tract. *de jure fœm. illustr. sect.* 2. *Membr.* 2. *pag.* 198. In præsente casu, non probat reus aditionem hæreditatis cum inventario. Imo declaravit sese debitorem, æris alieni paterni fol. 108. b. Ergo cadit exceptio, de successione ex pacto & providentia majorum.

8) An ad exceptionem solutionis factæ, proficiant præsumtiones.

Resp. valere præsumtionem, si creditor indigens longo tempore non petiit creditum. *Klok.* 3. *Consil.* 8. *Lynker decis.* 1280. *&* 1340. Sed hic cessat talis præsumtio per dicta ad quæst. 4.

Solutiones autem diversis vicibus factæ, præsumtionem solutionis summæ in hanc actionem deductæ non inferunt, ut potius C contra reum sit præsumendum, ejus ministros rationes exacte curasse, neque chirographa in manibus creditoris reliquisse.

9) An Actor obstrictus sit edere reo libros rationum, ad fundandam exceptionem?

Regula est: Actorem teneri edere reo postulanti documenta, & rationes. *L.* 5. *&* 6. *C. de edendo. l. f. C. eod. Exceptio à regula;* Si petatur ad effectum reconventionis, vel compensationis. *Berlich.* 1. *conclus.* 45. *num.* 18. *Stryk. usu mod. tit. de edendo num.* 16. De compensatione tamen dissentiunt *A. Fab. h. t. Cod. def.* 6. *Lynk. decis.* 128. *&* *Mev.* 7. *decis.* 91.

Quæritur itaque, num ad regulam, vel ad exceptionem, casus præsens sit referendus.

Rat. dubit. quod ad exceptionem pertineat:

1) Quia reus satis clare testatur, animum fundandi reconventionem, ex editis rationibus.

2) Quia nullam adfert causam satis idoneam, ex qua suspicari quis possit, chirographa

 fuisse

fuisse à creditore, ex errore vel mala fide retenta.

3) Quia fundatur intentio actoris, in documentis liquidis.

4) Quia rationes semel redditæ repetendæ non sunt, nisi doceatur error vel dolus, ait *Mevius* 3. *decis.* 113.

5) Neque documentum novum in duplica prolatum aliquam suspicionem facit, quia non est confessio Actoris, sed tertii.

6) Solutio est facti, ab adserente probanda.

7) Non credibile, Ministros Rei reditibus præpositos, adeo supina fuisse negligentia, ut chirographa, post solutionem, in manu creditoris relinquerent.

8) Quod reus aliunde ex propria domo intentionem suam probare possit. vide *Berlich.* 1. *conclus.* 45. *num.* 16.

Rat. decid. quod ad regulam pertineat casus.

(1) Expressa decisio *l.* 5. *Cod. de edendo,* vid. *Brunnem. in Cod. hic.*

(2) Principaliter petitur ad fundandam exceptionem, accessorie ad reconventionem.

(3) Non opus est, ut causa suspicionis adferatur, ipsa lege editionem jubente.

(4) Documentum num. 1. liquidum non est, vide quæst. 3. neque liquidum instrumentum liberat ab editione; dicta L. 5. C.

(5) Non quæritur de repetendis rationibus, sed de fundanda exceptione solutionis.

(6) Ex adductis elucet, Actorem cum defuncto Landgravio remotis arbitris contraxisse, ut adeo successori informatio desit.

In Reconventione.

Quæstio.

(10) An sufficiat mandatum generale in conventione productum?

Negatur per tradita *Mevii* 8. *decis.* 18.

(11) An obstet Domino Landgravio exceptio legitimationis?

℞. Ferit eum omnino retorsio exceptionis de successione ex pacto & provid., quam etiam male defendit. Sed cum in conventione eam locum non habere dixerim, non etiam exceptio hæc in reconventione ei obstabit.

(12) An ob læsionem agi possit, sine expressione quanti.

Negatur *per L.* 1. *ff. de edendo §.* 32. *Institut. de Action. junct. L.* 18. *ff. commun. divid.* vide quæ supra in relatione de probanda actione diximus.

A (13) An agi possit ob læsionem ab hærede, post contractum à defuncto adimpletum.

Aff. de hæredibus *L.* 2. *C. de Resc. vendit.*

Negatur de eo, qui sciverat valorem rei, & per ocularem inspectionem examinaverat. *Lynker. decis.* 1466. Item de eo, qui consensum iterato addiderat, quod hic factum per traditionem successivam vini; vide *Richter. decis.* 99. *num.* 55. Accedit, quod post tot annos difficile sit futurum de læsione judicium, in rebus, quarum pretia crescunt & decrescunt. vide *L.* 4. 8. *ff. & L. f. C. de resc. vendit. Mynsinger.* 4. *obser.* 73. *num.* 7. *Gail.* 2. *observ.* 8. *num.* 2.

(14) An Reus Actori teneatur edere rationes, ad fundandam actionem?

Negat *lex* 1. *& fin. C. de edendo,* neque ulla adfertur causa, quæ id suadeat; adeo ut ne quidem ad replicam actoris fundandam reus indistincte teneatur edere, ex veriore sententia. vid. *Berlich.* 1. *conclus.* 45. *n.* 49. *seq. Carpz.* 3. *Resp.* 78. *num.* 14. Nam illæ rationes quas DD.
B adferunt pro actore, ratione replicæ, ad præsentem casum non quadrant: Ubi scilicet fundamentum actionis, Actor ex sua domo nondum petiit in libello. vide *Mev.* 7. *decis.* 91. *Hartm. Pist. obs.* 218. *Lynker. in Comment. ad ff. tit. de edendo p.* 339.

(15) An ob arrestum petitum, sed non secutum, actio injuriarum locum habeat?

Arresti petitio à creditore non personarum, sed rerum, in se non fundat actionem injuriarum, sed si fiat ex ignominia. Juris enim persecutio non est delictum; & qui actione injuriarum experitur, in delicto sese fundat. Unde & animus injuriandi requiritur. Et facile excusatur à dolo, qui causam justam adferre potest. vid. *Berlich. decis.* 60. *part. I. Carpz.* 1. *Resp.* 66. *&* 67. In casu præsente arrestum quidem fuit petitum, sed denegatum, adeoque nullum actori inde est enatum damnum; Et censebitur petitor obtinendi Juris causa fecisse.

C (16) An libellus reconventionis, ob generalitatem sit rejiciendus?

Ita esse faciendum Judici, communi consensu docent interpretes *ad tit. de edendo.* vide *Gail.* 1. *observ.* 68. neque hic actor ignorantia sua excusari poterit. vide *Gail.* 1. *observat.* 62.

In casu nostro ex libello reconventionis non constat, quid, & ex qua causa petatur, Ergo à vitio non liberabitur.

(17) Quid pronunciandum?

An adducta in duplica sint attendenda.

Resp. nova allegata in facto, prohibentur in duplica proponi, & si proponantur, lex jubet non attendi debere. Est enim duplica ultimum scriptum, ultra quod procedi non oportet. vide Rec. Imp. 1654. §. und demnach 56. seq. Adeoque si in ultimo scripto nova facta adducantur, non attenduntur. *Blum. Proc. tit.* 63. *num.* 19.

Acce-

Accedit in nostro casu, quod, etiamsi documentum illud nove allatum extet, tamen contra actorem nihil probet, est enim scriptura, & rationes tertii, cum potius apocha Actoris, si ei pecunia fuisset soluta, fuisset producenda, quam neglexisse solventem, non est credibile.

Ergo juxta prædictas resolutiones erit sententia interlocutoria, & respective definitiva, sequentibus articulis ferenda.

Quoad Conventionem.

(1) Kläger sey zu weiterer Caution als schon von ihm freywillig geschehen, nicht verbunden.
Rat. decid. quæst. 1. 2.

(2) Herr Beklagter sey auf die Klage sich einzulassen,
Rat. decid. quæst. 3. 4. 5. 6. 7.
und weil solches in eventum geschehen, so sey

(3) Kläger, die vom Hn. Beklagten geforderte Abrechnung, zu ediren schuldig.
Rat. decid. quæst. 9. *juncta quæst.* 3.

Quoad Reconventionem.

Nachklägers Procurator habe sich besser zu legitimiren.
vid. *Quæst.* 10. 11.

A Die Nachklage habe dem An- und Vorbringen nach nicht statt.
Rat. decid. quæst. 12. 13. 14. 15. 16.

SENTENTIA AUSTREGALIS PUBLICA 11. JUL 1711.

In Schuld-Sachen Libert Wolters, Königl. Schwedischen Commissarii und Handelsmanns zu Hamburg, Klägern und Nachbeklagten an einem, und des Herrn Landgrafen Friederichs zu Hessen-Homburg, Fürstl. Durchl., Beklagten am andern Theil, wird von uns zur Fürstl. Sächs. Regierung allhier verordneten Præsident, Vice-Cantzler und Räthen, als in dieser Sache von Sr. Fürstl. Durchl. zu Sachsen-Eisenach subdelegirten Austregal-Richtern zu Recht erkannt: daß Kläger mit weiterer Caution, als von ihm allbereit geleistet worden, zu verschonen, Herr Beklagter aber auf die Kla-
B ge sich einzulassen schuldig, und weil solches in eventum geschehen, auch die Edition derer zwischen Klägern und des weyland letzt-verstorbenen Herrn Landgrafens zu Hessen-Homburg Durchl. ergangenen Abrechnungen gefordert worden, so ist Kläger solche zu ediren verbunden, darauf dann ferner in der Sache, was Recht ist, erfolget. Die Nachklage betreffend, hat solche dem An- und Vorbringen nach, nicht statt. Signatum & publicatum Eisenach den 11. Julii 1710.

Zur Regierung verordnete und zu diser Sache subdelegirte Præsident, Vice-Cantzlar und Räthe.

Consultatio & Decisio XXVIII.

Jus in personas hominum propriorum distinctum a jure territorii, juxta *Laudum Hailbronnense*. Ex neglectu hujus distinctionis facta varia injusta, causam dedere querelæ, & per mandatum S. C. & paritoriam fuere correcta, cum expositione distincta actionum, adversus personas diversas.

FACTUM.

Es hat der Herr von Eltz, Dom-Dechant und Stadthalter, zu Worms, ohnweit dem Pfaltz-Zweybrückischen Ambt Meissenheim auf dem Hunds-Rück ein Dorff, Dörrmoschel genannt: der Ober-Rheinischen unmittelbahren Reichs-Ritterschafft incorporiret.

Antiqui possessores fuere die von Flörsheim.

Von welchen es die von Sickingen & porro die von Eltz erlangt. Der letzte Kauff-Brieff ist de anno 1630. [4] pretium 10000. fl.

In diesem Dorff haben die Herren ausser dem Jure territorii, auch die Leibeigenschafft über die Unterthanen: welche Gerechtigkeit selbiger Orten weiter nichts als einen annuum censum, und das Jus mortuarium nach sich führet, und a jure territorii gantz distinguirt ist. Wie zu
C lesen in replica [62] ubi allegatur *laudum Heilbrunnense* de anno 1667. zwischen Chur-Mayntz, und Dero Associirten an einem und Chur-Pfaltz am andern Theil, die **Wildfangs-Gerechtigkeit** betreffend, Reichs-Archiv p. special. pag. 424., also daß allhier à jure territorii weder auf die Leibeigenschafft, noch vice versa, argumentirt werden kan. Nun haben vor diesem die Pfaltzgrafen zu Zweybrücken einige Leibeigene in besagtem Dorff gehabt. Welche sie aber an den Dorffs-Herrn Augustin von Flörsheim pro pretio cedirt und transferiret An. 1602. Dieses Document ist in duplici copia, & simul originali producirt, [3] [67].

Successit in jura des von Flörsheim Eberhard von Sickingen, und ferner **Hanß Wolff von Eltz.** Daß nun der Pfaltzgraf hierdurch gar keine Leibeigene mehr in loco gehabt, weder sich vorbehalten, ergibt sich klärlich ex reversalibus Pfaltzgraf Friederichs de anno 1641. [5] & in originali [68]. Dann, wann der Pfaltzgraf

Leibeigene daselbst gehabt, so hätte es keines Reversalis bedürfft, und wäre nur alsofort ein Umtausch geschehen.

Jetzo prætendirt die Königl. Schwedische Pfaltz-Zweybrückische Regierung das Leibeigenschaffts-Recht, auf denen in Instrumento [67] nicht in specie gemeldeten Unterthanen, die hernach nach Dörrmoschel gezogen. Sie bescheinigen aber nichts, sondern gebrauchen sich des von klagenden Herren von Eltz producirten Cession-Brieffs, welchen sie vor sich auslegen, haben auch gar Copiæ vidimatæ nicht geglaubt, sondern originale sehen wollen, so der von Eltz nicht nach Zweybrücken geschickt, sondern in Camera producirt ad recognoscendum.

Aus dieser Zweybrückischen Prætension, seynd die folgende ziemlich harte Proceduren gegen den von Eltz hergeflossen, und tempore belli exercirt worden.

Nemlich als der von Eltz das Dorff an die damahls noch im Leben gewesene Frau Wittib Charlottam Fridericam auf 3. Jahr verpachtet, Anno 1705. vom 1. April. biß dahin 1708. *legatur* **der Pfacht-Brieff**, welcher utrinque producirt und also confessirt ist [6] & [38] und sie nicht allein das Pfacht-Geld jährlich B 500. fl. nicht bezahlt, sondern dazu mit dem von Reigersperg, (welcher an dieses Dorff Prætension gemacht, sub prætextu, daß in seinem von Kayserl. Majestät erhaltenen Lehn-Brieff de Anno 1707. Dörrmoschel mit benennt,) colludirt, dem von Eltz die Documenta aus Handen spielen wollen, und endlich gar einen Kauff- und Interims-Pfacht-Contract, mit gedachtem von Reigersperg Anno 1712. den 22. April. eingegangen.

Collusio ist dardurch offenbar, daß der von Reichersperg, Anno 1708. 12. Novembr. am Kayserl. Hof ein Rescriptum an die Fürstin als detentricem des Dorffs ad restituendum ausgewürckt [28] [29 & 40] die Fürstin aber in ihrer Antwort [30] de conductione & causa, quam ab Actore von Eltz habebat, nichts gemeldet, noch ihme davon Nachricht gegeben; Hernach auch in Camera den Reigerspergischen Lehn-Brieff exceptionum loco selbst producirt. Der von Eltz hat, wie leicht zu achten, auf sein Pfacht-Geld gedrungen, und als die Fürstin ihm Kauff angeboten, sich darzu zwar geneigt finden C lassen, jedoch gegen baare Zahlung, wie es auch die Fürstin per reversales fortissimis clausulis executivis munitas, versprochen, 17. Octobris 1709. v. [11]. welchen revers die Fürstin selbst producirt, und daß er ihr abgezwungen, vorgibt, und daß der von Eltz leges contractus nicht gehalten, indem er der Fürstin die Documenta über Dörrmoschel nicht extradirt hätte.

Da nun der von Eltz sich seines Rechts gebraucht, die Huldigung von den Unterthanen eingenommt, so recurriret die Fürstin an die Zweybrückische Regierung, welche unter Vorwand, daß der von Eltz seine territorial-jura über die Zweybrückische Unterthanen und Leibeigene extendirte, sich der Sache angenommen, da es dann zu verschiedenen Thätlichkeiten gekommen, und darüber hin und wieder Brieff-Wechsel geschehen, endlich der von Eltz bewogen worden, sich A ad Cameram zu wenden, und das mandatum ut in rubro zu extrahiren 23. Maji 1712., insinuirt allerseits den 30. Maji 1. und 30. Jun.

Immittelst als der von Reigersperg gemerckt, daß sein Handel mit der Fürstin zur Weitläufftigkeit ausschlagen werde, renuncirt er darauf per literas 23. Maji 1712. [61] und hat gleichwohl in Camera am 29. Augusti 1712. excipiendo sich auf præventionem bey dem Kayserl. Reichs-Hoff-Rath beruffen, da doch dem von Eltz nie Citatio noch Rescriptum war insinuirt worden. Die Fürstin ist hernach gestorben, Dero Mobilia die Königliche Schwedische Zweybrückische Regierung armatis hominibus adhibitis, weghohlen lassen, und darauf mit weiteren Thätlichkeiten in dem Eltzischen Dorff Dörrmoschel continuirt, alles unterm Vorwand, daß sie daselbst Leibeigene Unterthanen, und andere Jura hätten, dargegen Lt. F. nur pro mandato arctiori anrüfft, wie aus folgendem extractu actorum mit mehrerm zu vernehmen.

VOTUM.

Quandoquidem ex specie facti & extractu actorum prælecto cum adjunctis utrinque productis, justitia causæ actoris, & infirmitas exceptionum reorum, satis est in aprico. Facturus tamen sum, ut in ordine justo unoque in conspectu pateat.

Versamur in processu mandati S. C., ubi præter executionem mandati & reproductionem rite factam, nulla formalia sunt observanda.

Facta super quibus mandatum decretum est, plane injusta esse, neque ullam habere juris speciem, nemo non videt, scil.

(1) Conducere prædium, mercedem non solvere, & locatori quæstionem dominii, quod tertio competat, facere.

(2) Locatorem ab apprehensione rei suæ vi opposita impedire, & res conductoris expressæ & tacitæ hypothecæ subjectas, locatori subtrahere.

(3) Territorium immediatum armatis hominibus invadere, violenter subditos alienos tractare.

(4) Jura Magistratus & Imperium, in territorio alieno exercere

(5) Contractum emtionis cum conductore de re conducta, in præjudicium locatoris inire; Hæc sane facta sunt aperte injusta.

Cum tamen diversi sint rei, neque omnes ex eodem facto conveniantur, sed ex continentia causæ omnes ex diversis factis forum in camera sortiantur, neque adeo locus sit Austregis, ad quam instantiam remitti volunt causam hanc Bipontini in [99], separandæ erunt actiones, contra unumquemque institutæ.

(1) Con-

(1) Contra Charlottam Fridericam Principis Bipontini viduam, directum est præceptum.

(a) De non amplius detinendo bona propria.

(b) De solvendo residuum canonem, cum damno & expensis.

(2) Contra Gubernatorem & Consiliarios Regis Sueciæ, in Ducatu Bipontino, directum est præceptum

(a) De abducendo milite.

(b) De non turbando in jurisdictione territoriali, sub prætextu hominum propriorum.

(c) De non facti, sed juris via procedendo.

(3) Ad correum de Reigersperg, simul pertinet præceptum de damno dato refundendo, quod etiam reliquos reos concernit.

Hinc igitur tres distinctæ erunt actiones, per viam mandati in Camera introductæ. Forma enim processus, non mutat genus actionis.

1*mo* Actio locati, quæ datur non solum pro mercede, sed etiam ad rem finita locatione restituendam & resarciendum damna.

In replica petitum etiam extenditur ad pœnam ex *L. pen.* 6. *locati*, ut rea condemnetur in rei æstimationem, tanquam rei alienæ usurpatrix.

Et cum reversales [5] clausula executiva sint munitæ, poterat actor via mandati S. C. experiri.

2*do* Actio in factum, contra Consiliarios Regis Sueciæ, in Ducatu, Bipontino.

Ob inductos in pagum actoris milites.

Ob turbationes varias, prætextu hominum propriorum.

Ob ablatas res conductoris, hypothecæ subjectas, in præjudicium locatoris.

Ob viam facti electam, posthabita via juris.

Quod factum, post mortem viduæ inprimis urgetur ab actore, tanquam continuativum violentiarum.

3*tio* Actio in factum contra Reigersperg, ad præstandum damna, per contractum cum Principe vidua initum, causata.

Expositis actionibus de uniuscujusque probatione, separatim erit quoque dicendum:

1*mo* Actio locati satis probatur per instrumenta contractus & reversalium, producta non solum ab actore [6] [11], sed etiam ab ipsa rea in exceptionibus; [38] & [41]; ut itaque non major sit probatio, quam ipsa reæ confessio.

A Omnes vero exceptiones adeo sunt vanæ, ut valde mirer non erubuisse Advocatum, qui dicitur fuisse Lt. N., eas proferre.

Quod enim dicit de prætensione Reigerspergii: erat de jure tertii exceptio, & cum non liceat conductori, Dominii quæstionem referre locatori, ex sua propria persona *L. 25. C. locati*, multo minus licebat, restitutionem rei negare ob prætensionem tertii, quæ erat incerta, & indaginis altioris. V. *Lauterb. ad tit. locat.* §. 117. *& ibi allegati.*

Quod dicit a Rege Sueciæ sibi esse concessum Jus in hominibus propriis per [35], nihil hoc impedire poterat restitutionem rei conductæ, deinde videtur Rex Sueciæ hic liberalis fuisse ex alieno.

Quod porro ait, actorem vendidisse sibi pagum pro 10000. florenis, non probavit rea venditionem per adjuncta [36] [37], erant enim nudi tractatus, & eliditur hæc exceptio per reversales [11]

B Quod allegat rescriptum ex Aula Imperiali ad se datum, ad instantiam Reigerspergii, dixi in facti specie, collusisse ream cum Reigerspergio, in perniciem actoris. Neque hoc rescriptum actorem nostrum concernit, qui in eo non nominatus, neque ei facta insinuatio: Tandem quod de violentia queritur, ita ut actorem dominio privandum esse putet *ex l. 7 C. unde vi*, Resp. eum jure dominii usum fuisse, neque in actu illicito fuisse versatum. Rejectis itaque futilibus istis exceptionibus, non posset non consequi sententia sive paritoria contra viduam, si res esset adhuc in statu pristino. Verum per mortem Viduæ, rerum status est mutatus. Actor occupavit rem suam, ut adeo in hoc puncto cesset præceptum, de non amplius detinendo rem propriam. Superest tamen querela de non præstita mercede, cujus exactio jam est tanto difficilior, quia non constat, quis sit viduæ hæres, & C omnia bona, quæ expressæ hypothecæ erant subjecta, a Consiliariis Regiis fuerunt occupata, mobilia vero in re conducta existentia, coadunatis hominibus translata Bipontium.

Hinc actor istos Consiliarios loco viduæ reæ condemnari petit, tanquam hæredes viduæ præsumptivos.

Quæ tamen res mihi adhuc dubia videtur.

1) Quia Actio ex quasi contractu contra hæredes est personalis, neque constat, an isti Consiliarii id fecerint animo hæreditatem nomine Regis sui adeundi, neque constat de Regis Sueciæ mandato.

Sane ipsi in ultimis productis literis negare id videntur, prout ex [98.] [& 99] audivimus; **sey ein ungereimtes Angeben**, *mobilia* **seyen** *in utilitatem hæredum & creditorum viduæ* **nach Meissenheim geführet worden**, ubi tamen, qui sint hæredes, qui creditores, non exponunt.

Cum

Cum tamen factum Consiliariorum sit illicitum & violentum, nam territorium non erat Regis Sueciæ, sed Nobilis immediati, qui insuper in rebus illatis jus habebat indubium, & Consiliariis de lite coepta constabat, qui etiam sæpius declararunt se liti isti sese immiscere nolle: Et tamen in præjudicium actoris mobilia apportari jussere, idque militari manu & violenter, ideo putarem Consiliarios actione in factum teneri, atque ad mercedem præstandam esse condemnandos, in quantum ex rebus viduæ ad eos pervenit; nam quod ad *L. pen. C. locati* attinet, etsi termini istius textus satis apposite nostro casui congruant, v. *Brunnem. in Comm. ad L. penult. Cod. locati Lauterbach. Coll. pr. ad tit. locati* §. 116. Neque adeo iniqua sit actoris petitio, neque etiam constet, quod in Camera juxta istam Legem non judicetur, cum potius sit tenendus legis usus, donec probetur contrarium:

Nihilominus cum hæc petitio nostro processui mandati S.C. non congruere videatur, neque etiam præceptum mandati ad illud petitum sit directum, ideo in sententia id prætereundum esse censeo. Accedit ratio, quod ipsa vidua sit defuncta, neque ista actione, quæ B speciem pœnæ habet, Consiliarios Bipontinos conveniri posse existimem, & hypotheca actori constituta non fuerit ad distractionem rei consequendam, sed pro mercede.

2) Actio in factum contra Consiliarios Bipontinos, præsupponit duo actoris fundamenta.

1) Esse se immediatum, ratione pagi Dörrmoschel, & per consequens territorii Dominum.

2) Regi Sueciæ respectu Ducatus Bipontini nihil juris in loco competere, neque etiam ullos ibi habere homines proprios.

Hæc duo si sint certa, sequitur, omnia facta Consiliariorum esse injusta, & mandato pœnali coërcenda.

Primum quod dixi probatur.

1) Ex Instrumento emptionis. [4]

2) Ex ipsa confessione Consiliariorum, quæ sæpe in actis occurrit, neque enim ausi sunt, hanc immedietatem negare. Dum enim declarant, se liti cum vidua conductrice immisceri nolle, eo ipso concedunt, actorem esse immediatum ratione loci. Alias enim si locus esset de territorio Bipontino, so würden sie schon stärckere Saiten aufgezogen haben, imo novissimo in producto [99] expresse confitentur, jus territorii esse actoris. Adeoque de immedietate loci Dörrmoschel dubium est nullum, cum à Consiliariis non abnegetur, sed sit confessum.

Alterum argumentum fluit ex præcedente. Et constituit actorem in possessione libertatis, donec rei aliquod jus probaverint. Verum A & actor ipse non infirmiter probat, quod Ducatui Bipontino nulli homines proprii in loco competant, per duo documenta originalia [67] [68] quæ quidem a Procuratore Bipontini consilii recognita non sunt expresse, sed tamen Dr. Z. post eorum productionem, repetendo reliquas exceptiones, & nihil de fide originalium opponendo, tacite ea recognovisse est censendus. imo de fide rei gestæ non dubitarunt rei ab initio, nam exceptiones suas in istis documentis ab actore productis fundarunt, adeoque documenta ea tacite agnoverunt. Exceptiones vero nullius sunt ponderis, atque, ut mihi quidem videtur, interpretatio documentorum coacta valde, cum credibile non sit, contrahentem Principem aliquid juris sibi reservare voluisse. An. 1603.

Magis vero credibile, quod emtor locum ab alieno jure liberum habere intenderit, & quod nomina adjecta, der Leibeigenen, non restrictionis gratia, quasi alii superessent non venditi, sed explicationis vel enunciationis causa sint instrumento, inserta. Certe cum potior sit ratio emtoris, & pro eo præsumptio, cum apertius loqui debuisset venditor, tamdiu stabit mea sententia, donec Bipontini contrarium probaverint, quæ omnia per reversales de An. 1641. [5] confirmantur, prout dixi in specie facti. Sane id certum est, ab Anno 1603. usque ad novissimi belli Gallici tempus, toto seculo, nullos actus vel jura in homines proprios loci Dörrmoschel exercitos allegatos fuisse, credo nec allegari potuisse a Bipontinis, cum tamen credibile non sit, si quidquam juris competiisset, toto seculo actus non defuturos fuisse.

Quæcunque vero acciderunt tempore belli novissimi, per vim majorem, ea nihil possunt nocere actori, neque reos, possessores justos efficere.

Argumentum vero ex pace Ryswicensi, est plane intolerabile. Nec enim procedit conclusio; Rex Sueciæ debuit restitui in statum Majorum suorum: Ergo Rex Sueciæ non tenetur, contractibus a majoribus initis. Hæc enim nisi est illatio, ego, quid sibi velit allegatio pacis Ryswicensis, non intelligo. Non opus habebat actor, ut mentionem injiceret controversiæ Wildfangiatus, quam ego etiam, tanquam huc non spectantem, prætereo.

C Et posito quod Bipontinus Principatus adhuc juris aliquid circa proprios homines in pago Dörrmoschel habeat, non tamen licebat id ultra naturam istius juris & regionis morem extendere ad actus territoriales, quam distinctionem inprimis observari vult *Laudum Heilbronnense*, in specie facti allegatum, non licebat alienum territorium invadere, & executionibus variis subditos vexare, cum competeret via juris. Si forte exemplis aliorum Principum sese tueri velint, qui ejusmodi executiones in debitores susceperint, meminisse oportet, non exemplis, sed legibus esse judicandum. *Vid. Mevii* Bedencken vom Zustand der Bauers-Leute, und der Leibeignen in der vierdten Haupt-Frage *n.* 16. *& seqq.*

& seqq. Qui tractatus quidem de alia specie hominum propriorum agit, sed tamen in eum finem, quo a me hic allegatur, bene applicari potest; ipse Mevius fuit subdelegatus ad Laudum Heilbronnense, ubi distinctio jurium bene est expressa.

Sufficit itaque, quod actor suam actionem probaverit, rei vero exceptionem suam non probaverint.

Ergo stat præceptum mandati, quod per ullas exceptiones sub- & obreptionis elisum non est.

1) *De abducendo milite*; licet enim primi fuerint abducti, tamen alii successere, neque postea militares executiones cessavere, teste protocollo judiciali.
2) *De non turbando* sub prætextu der Leibeigenschafft.
3) *De non via facti, sed juris procedendo.*
4) *De reparando damna causata.*

In quibus omnibus ego ferendam puto sententiam paritoriam, rejectis exceptionibus tanquam frivolis.

Tandem 3. Actio contra Reigerspergium tantum pertinet ad reparandum damna & interesse. Quodsi id specialius fuisset expressum & deductum, non dubitarem ego, quod Reus sit condemnandus, quia 1) collusio cum vidua satis est evidens, ut supra ostendi.

2) Ipse contractui cum vidua renunciavit, & tamen postea in Camera, exceptiones litis præventæ opposuit.

Nulla autem hic erat præventio. Nam actor a Reigerspergio nunquam fuit conventus in Judicio aulico, & processus rescripti contra Viduam Principem, cum ejusdem morte fuit finitus.

3) Interim Reigerspergius ista sua actione contra viduam, quæ non poterat esse contradictor in judicio, & contractu cum ea inito, actorem & possessione rei suæ defraudare voluit, & vexavit, ut de damno merito teneatur.

Cum tamen in quantum Reigerspergium ratione damni convenire voluerit, actor non expresserit, neque in processu causæ deduxerit, adeo ut videatur contra eum actionem suam tantopere urgere noluisse; ideoque nisi aliud Dominis videatur, ego paritoriam unice contra Procuratorem Bipontinum dirigere vellem, & actori injungere, ut, si voluerit, specialius contra Reigerspergium petitum exprimat.

SENTENTIA PUBLICATA
7. SEPTEMBR. 1716.

In Sachen weyland Adolph Friedrich, jetzo Friedrich Ernsten zu Eltz, wider auch weyland Frau Charlottam Fridericam, verwittibte Pfaltz-Gräfin bey Rhein, und Consorten, die A Königl. Schwedische Regierung zu Zweybrücken, und Veit Frantz von Reigersperg, mandati de abducendo milite, non amplius detinendo bona propria, non turbando in jurisdictione territoriali sub prætextu hominum propriorum, nec amplius via facti, sed juris procedendo, solvendo residuum canonem, cum omni damno causato sine clausula. Ist Lt. F. sein der declarationis pœnæ, und Arctiorum halber beschehenes Begehren, noch zur Zeit abgeschlagen, sondern soviel die Königl. Schwedische Regierung zu Zweybrucken betrifft, läst man es bey der durch Licentiaten W. angezeigten beschehenen Abführung der Soldaten, doch daß es dabey ferner verbleibe, wie auch in puncto der Vorenthaltung des Dorffs und Guths Dörrmoschel, bey der von Klägeren nunmehr beschehener Einnehmung bewenden, dann, die geklagte turbationes und Thätlichkeiten, unterm prætext der Leibeigenen anlangend, ist gedachtem Lt. W. unerheblichen Einredens unverhindert, glaubliche Anzeige zu thun, daß dem ausgangenen, Verkünd- und reproducirten Kayserl. Mandat mit würcklicher Abstellung aller geklagten turbationen und Thathandlung in des Klägers territorial-Gerechtigkeit, wider dessen Un- B terthanen unterm prætext einiger zu Dörrmoschel habender Leibeigenen, gehorsamlich gelebt sey, Zeit 2. Monat pro Term. & Prorog. von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß seine principalen jetzt als dann, und dann als jetzt, in die pœn, berührtem Mandat einverleibt, hiermit erkläret seyn, und der Real-Execution halben auf Gegentheils Anruffen ergehen solle, was Recht ist. Dafern jedoch gedachten Lt. W. principalen, daß einige Zweybrückische, in dem Kauff-Brief de Anno 1603. nicht begriffen, oder darin nicht descendirte Leibeigene zu Dörrmoschel wohnhafft seyn, rechtlich darthun könten, dem Kläger seine Gegen-Nothdurfft vorbehalten, so bleibt denenselben ihre Befugniß auf solche Personen, was sich nach Art der Leibeigenschafft selbigen Orts, ohne Abbruch im übrigen des territorial-Herrn Gerechtigkeit, gebühret, jedoch, daß biß solches rechtlich erörtert, alle Thathandlung unterlassen werden solle, hierdurch unbenommen; dann soviel die aus dem Pacht-Contract und sonsten, gegen die Mitbeklagte, nunmehro verstorbene verwittibte Frau Pfaltz-Gräfin gemachte Anforderung betrifft, wofern Lt. F. die angegebene qualität hæredis, gegen obgeklagte Königl. Regierung, wegen beschehener Abfuhr und Einnehmung der dem Kläger unterpfändlich C verhaffteten beweg- und unbeweglichen, von ermeldte Fürstlicher Wittwe hinterlassenen Stücke, gegen mehrgedachte Regierung besser ausführen, oder besonders anruffen wird, soll ferner darinn ergehen, was Recht ist. Endlich den Mitbeklagten von Reigersberg betreffend, ist das durch Lt. J. der prævention halber beschehene Begehren abgeschlagen, sondern wofern Lt. F. die gegen ihn gemachte Ansprach specialiter benennen, liquidiren, auch sein petitum darauf einrichten wird, soll auch hierin ergehen, was Recht ist.

Conſultatio & Deciſio XXIX.

Rejecta actione ex interdicto *quorum bonorum* in libello expreſſa contra uſufructuarium : rejecta etiam *petitione hæreditatis;* Vi clauſulæ ſalutaris alia actio utiliter eligitur, *negatoria uſusfructus.* Deinde cauſæ merita ad quæſtiones varias reducuntur, cum earum reſolutionibus, ſpeciatim : de excluſione filiarum ab hæreditate paterna. De natura feudorum Juliacenſium. De facultate libera diſponendi competente filio, qui excluſit ſorores. Cuinam ſuccedat filia excluſa defuncto fratre, patri an fratri. Succedente filia, an extinguatur debitum dotis : de uſufructu viduæ in feudo, jure Colonienſ. Archiepiſc. & Juliacenſ. Succeſſor filius, an obligetur promiſſione uſusfructus, in pactis dotalibus a parente facta. &c. &c.

In cauſa.

Meviæ Viduæ Baronis Henrici

contra

Baronem Lælium

Appellationis.

CAUSÆ REPRÆSENTATIO SUMMARIA.

FAbius von Bouland † 1663. hat einen Sohn Cajum, und drey Töchter *Amaliam*, nuptam Wilhelmo de Bouland, *Mariam*, nuptam Lælio, & *Annam* Monialem hinterlaſſen. Der Sohn hat dem Vatter in denen Stamm-Gütern ſuccediret, und die Töchter haben durch ihn, mit einem billigen Pfennig, nach Landes-Gebrauch und beyderſeits Verwandten Gutachen, ſollen abgegütet werden, reſervata tamen ipſis ſucceſſione in maternis & acquiſitis, beſage Vätterlicher Ehe Pacten de anno 1657. [30], *Legatur extractus pactorum dotalium.* Es haben aber die Töchter ihre Abgütung nicht, oder doch nicht völlig empfangen, *v. pact. dotal. filii Caji de An.* 1681. *fol. Act.* 29. Wie denn auch die zweyte Tochter Maria, vermählte an Lælium, hodie appellata, a. 1686. favore fratris, & ejus deſcendentium maſculorum, der Elterlichen Verlaſſenſchafft zwar renunciiret, aber mit ausdrücklichen Vorbehalt der Succeſſion. ſi frater ſine prole maſcu-
C la decederet, daß ſie ſolchen Falls eine unverziehene Tochter ſeyn und bleiben wolle, als ob die renunciation nicht geſchehen wäre, *legatur* **die Verzicht** [32] Ob die erſte Tochter Amalia, in Ehe-Pactis dergleichen Verzicht und Reſervation gethan, iſt in Actis hiſce nicht befindlich, auch jetzo darvon keine Frage. Die dritte Tochter Monialis hat ihr Succeſſions Recht, gegen Empfang ihrer Ausſteuer 1500. Thlr. cum conſenſu Conventus an ihre ältiſte Schweſter cediret, die factæ profeſſionis, *vid. docum.*
B *ceſſionis fol. Act.* 201. *legatur docum.* Nachdem nun der Bruder Cajus mit Hinterlaſſung ſeiner Wittib, itziger Appellantin, die in zweyter Ehe mit Henrico vermählt geweſen, Anno 1694. ohne Kinder verſtorben, und anſehnliche Stam-Güter hinterlaſſen, ſo theils Ertz-Stifft Cöllniſche, theils Jüliſche Lehn, und in beyderſeits Landen gelegen, deren uſumfructum er ſeiner Wittib, jetziger Appellantin, Anfangs nur ad tempus viduitatis in pactis dotalibus Anno 1681. *Act. fol.* 14. Hernach in diſpoſitione an. 1692: Ad fol. 29. ad dies vitæ, cum legato 4000 Thlr. verordnet, *legantur hæc documenta, nota vid. Act pr. fol.* 20. 23. 306. f. 42. 314. So hat ſich **Erſtlich** zwiſchen des verſtorbenen Bruders beyden weltlichen Schweſtern vermählten von Bouland und an Lælium, über der Succeſſion Streit erhoben, indem zwar beyde am 20. Jun. 1694. die Poſſeſſion, und zwar Lælius, jetziger Appellatus, nur quoad proprietatem apprehendirt *Act. fol.* 6. 10. *legatur* : Dieſer auch decretum manutenentiæ erhalten; aber die ältiſte Schweſter ex jure ceſſo ſororis Monialis duas tertias, (ſalvo jure mariti, als
C agnati maſculi, auf die gantze Succeſſion, quam prætendit, *vid. Genealogiam fol.* 157. *petitum fol.* 155. *in ſcripto, quod incipit fol.* 144.) Hingegen die zweyte Schweſter die Helffte prætendiret: welcher Streit per ſententiam in poſſeſſorio ordinario 19. Maj. 1695. abgethan, und jede Schweſter zur Helffte manuteniret worden, ſalvo jure viduæ defuncti, *legatur ſententia fol. act.* 240. 296. Ob die von ſolcher Urthel interponirte Appellation *fol. Act.* 244. proſequirt worden, iſt in hiſce Actis nicht befindlich.

Zum

Zum andern zwischen der ältesten Schwester Mann, und des verstorbenen Bruders Wittbe, *fol. Act.* 249. *vid. petit. libelli fol.* 272. indem die älteste Schwester, oder ihr Mann uxorio nomine, der Wittwen, die a morte mariti ususfructus nomine und sonst apprehendirte Possession der Güter, *fol. Act.* 46. *Instr. appreh. possess.* nicht gestehen wollen: welcher Streit gleichfalls per sententiam erörtert 15. Febr. 1697. die Wittib beym Besitz der Leib-Zucht in der Herrschafft H. gegen Klägerin geschützt, ihr aber cautionem usufructuariam zu bestellen, auch documenta zu ediren auferlegt, und die übrigen prætensiones ad separatum processum verwiesen worden, *fol Act.* 616. *legatur*, welche Urthel zur Rechts-Krafft erwachsen (Nota *fol.* 636. fit mentio Mandati attent. revoc. so in hac causa in Camera erkannt, *fol.* 637. *b.* Schedula appellationis a dicta sententia $\frac{1}{12}$ Martii, alia *fol.* 831. $\frac{1}{24}$ *Maj.* a Decreto 7. Maji *fol.* 828. *b. fol.* 645. Paritional-Anzeige viduæ ad sententiam, cum inventar. docum. usque *fol.* 743. & Inventar. bonor. usque *fol.* 822. jurament. viduæ *fol.* 822. *seqq.* Introductam esse in Camera Appellationem non constat, *vid. rot. quæst. XI.*)

Drittens, (welches der vorhabende Process ist) zwischen der andern Schwester vermählte Lælius, oder ihrem Ehemann uxorio nomine, und mehrbesagter Bruders Wittwe, *Act. fol.* 846. inmassen Lælius auf erhaltene Chur-Fürstliche Declaration vom 1. Mart. 1697. [9] *quæ legatur*, vor dem Düsseldorffischen Hof-Rath gegen die Wittibe geklagt, und von ihr *portionem filialem* der Elterlichen Verlassenschafft, welche der Bruder und sie, Beklagtin, a tempore mortis parentis alleine inne gehabt und genossen, cum fructibus gefordert, darneben viduæ usumfructum prætensum verneinet, *legatur libellus Act. fol.* 846. & observetur, daß darin daß fundamentum nicht etwa in jure sanguinis oder providentia majorum, sondern in jure hæreditario gesetzt werde. Dargegen die Wittib, postea Frau Henrica sich *Excipiendo*

Exceptio. (1) Auf ihres ersten Ehe-Herrn Ehe-Pacta und gefolgte disposition, *Act. pr fol.* 14. 29. 40. *lecta fuere supra hæc documenta*, darin ihr die Leib-Zucht sine ullo onere ad dies vitæ verordnet, welche auch mit Chur-Fürstl. consens bestärcket seynd [34]

(2) Auf die Vätterliche Ehe-Pacta An. 1657 [30], *lecta fuere supra*, Krafft deren die Töchter a successione ausgeschlossen, und dahero der Bruder, als unicus hæres, freye disposition über die Güter gehabt,

(3) Auf der Klägerin eigene Renunciation Anno 1686. [32] *quæ supra fuit lecta*.

(4) Auf rem judicatam zwischen ihr Beklagtin, und der ältern Schwester von Bouland 15. Febr. 1697. *Act. pr. fol.* 616. bezogen. Hierauf Kläger *replicando*.

Replica. Ad 1) Die Ungültigkeit dispositionis testamentariæ in bonis avitis, bevorab in feudis, nach Jülischen Rechten.

Ad 2) Daß die Töchter nicht, wie sichs gebühret, dotiret und abgegütet worden, der Bruder auch mit nichten freye Gewalt zu disponiren gehabt, *vid. Act. fol.* 85.

Ad 3) Daß Klägerin ihr Successions-Recht sich expresse, ut supradictum, vorbehalten,

Ad 4) Daß res judicata inter alios ihr nicht præjudiciren könne, vorgestellt.

Nota hier wird von keiner introducirten Appellation gemeldet, woraus zu schliessen, non fuisse introductam, & transiisse sententiam in rem judicatam.

Beklagte aber *duplicando* ad 1) Daß die mehreste Güter nicht in Jülischen, sondern Cöllnischen Landen, allwo auch pacta dotalia und übrige Dispositiones errichtet worden, gelegen, worinn nach Cöllnischen Rechten viduæ ususfructus ohne diß gebühre, die Jülischen Rechte solchen usumfructum der Wittib gleichfals zueigneten, und also maritus disponendo nicht contra leges gehandelt hätte;

2) daß Maritus nicht in mora gewest, die Aussteuer zu bezahlen. (allegantur solutiones factæ replica [21] *v. etiam* [23] [24] ubi confitetur Actor, se accepisse 1700. Thlr.

3) daß reservatio successionis paternæ post exclusionem semel factam, nichts helffen könne, und daß diese Reservation nur in Absicht auf der ältern Schwester Mann von Bouland zu Phulendorf abgesehen gewest, weil derselbe alleine als agnatus masculus succediren wollen, keineswegs aber, um der Vätterlichen Disposition zuwider zu leben, worüber Klägerin juramentum deferirt, *v. Rat. decid. fol.* 28. *vid. fol. Act.* 1087.

4) Daß Klägerin, ob paritatem rationis, die Urthel 15. Febr. 1697. allerdings præjudicire, bevorab da jetziger Kläger mit citiret worden, und um alles wohl gewust hätte.

Endlich auch 5) Daß Klägerin, indem sie sich pro hærede fratris declariret, seiner disposition nicht contraveniren könte, angeführet: darneben über dem genere actionis institutæ viel disputiret, und obgedachte fundamenta hinc inde, mit vieler Weitläufftigkeit und Verwirrung des eigentlichen status controversiæ, tractiret worden. (Worbey zu mercken, daß der Kläger Lælius, auch bey dem Chur-Cöllnischen Hoff-Raths-Judicio zu Bonn des Cöllnischen Lehns B. halber Klage erhoben, und eine obsiegliche Urthel anno 1700. erhalten, welche zu lesen [37], davon aber an Kayserl. Hof-Rath appelliret worden. Auch in Camera Acta primæ & secundæ Appellationis ergangen, worinn sich in Actis secund. Appellationis, sententia remissoria ad Judicium Aulicum findet, 31. Oct. 1698.) Als nun bey dem Jülischen Hof-Rath zu Düsseldorff am 2. Sept. 1699. die beklagte Wittib per sententiam definitivam condemniret werden, (1) Das Interesse dotis ex pactis paternis 1657. a tempore contracti matrimonii an Klägerin zu bezahlen, (2) von der Verlassenschafft ein Drittheil an Klägerin cum fructibus abzutretten, compensatis expensis: So hat von dieser Urthel beklagte Wittib ad Cameram appellirt, und Processus erhalten, da denn die Sache aufs neue weitläufftig ventiliret, auch in puncto attentatorum mandatum de

de revocando S. C. cum citat. ad vid. incidisse in pœnam inhibitioni insertam erkannt, reproducirt, auch darauf gehandelt, endlich zu anderweitem Urthel submittirt worden.

Informalibus nulla animadvertitur ambiguitas, neque circa desertionem aut Cameræ jurisdictionem, ullum existit dubium. Ergo ad causæ merita citra ambages progrediendum. Petitur in Libello fol. 846. portio filialis hæreditatis paternæ, cum fructibus: Negatur simul ususfructus, viduæ a marito ad dies vitæ constitutus, *legatur Libellus*; Ratio primi: quia sit filia Fabii, ergo hæres; Ratio secundi, non quidem expressa, sed in præsumtione juris, libertatis, fundata. Utrumque argumentum actoris est concludens, neque etiam, quod actoris uxor filia sit Fabii, ullum est dubium. Quæritur itaque de *formula actionis*. Advocatus in libello expressit interdictum Quorum bonorum. Reæ Advocatus impugnavit hoc actionis nomen ex eo, quod justo titulo, sc. ususfructus, res à rea possideatur. *Vid. L. 9. ff. de hær. petit. Struv. Exerc.* 45. *th.* 16. *Mindan. de interdict. tit.* 16. *n.* 56. Multæ hinc in scriptis disputationes. Sed mea sententia fallitur uterque Advocatus, actoris & reæ. Ille, exprimendo nomen actionis quæ non competebat; hic impugnando ex rationibus, analogiæ juris non magis convenientibus. Id quod paucis sum demonstraturus.

Interdictum Quorum bonorum, est adipiscendæ possessionis causa comparatum, competens ei qui non possidet, perinde ut petitio hæreditatis, §. 2. *Inst. de Act.* vers. *quod genus actionis* &c. contra eum, qui pro hærede vel pro possessore possidet, *L.* 1. *ff. quor. bon.* §. 3. *Inst. de interdict. Mindan. tit.* 16. *n.* 53. *seqq.* Atqui actor noster possidet rem quam petit, Vidua rea non possidet: Ergo interdictum Quorum bonorum male fuit expressum, male impugnatum. Dico, actorem possidere rem, quam petit. Probatur id (1) per instrumentum apprehensæ possessionis *fol.* 6. (2) per decretum Electorale manutenentiæ *fol.* 10. (3) per sententiam in Possessorio latam 19. Maji 1695. *fol.* 240. 296. (4) per investituram, quam obtinuit à Serenissimo Electore Palatino 6. Jun. 1695. *fol. Act.* 243. (5) per sententiam Judicii Bonnensis 3. Jul. 1700. act. Cameral. [37], à qua tamen sententia appellatio ad Judicium Aulicum Imperiale interposita, adhuc est pendens, (6) per confessionem viduæ reæ per integra Acta *vid. fol.* 888. esse actorem bonorum, quæ petit, pro quota proprietarium. Atqui proprietarius verè possidet, cum possideat jure veri dominii, *Text. expressi L.* 5. *ff.* §. 1. *ad exhib. L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog. l.* 28. *C. de donat.* Neque potest dici actor amisisse possessionem acquisitam, cum de eo animo non constet, *vid. l.* 8. *de acquir. vel am. poss.*

Dico porro, ream viduam, non possidere rem petitam. Probatur id ex ejusdem confessione, quod tantum usufructuaria esse velit, & ususfructus nomine apprehenderit possessionem *fol. Act.* 46. Certe de proprietate bonorum, cum Actore non contendit. Atqui usufructuarius non possidet, animo domini & sibi rem habendi, sed alteri, perinde ut commodatarius rem commodatam, creditor pignus, locator rem conductam, *vid. Textt. ex-*

A *pressi l.* 10. §. *fin. de acquir. rer. domin. l.* 6. §. 2. *de precar. l.* 1. §. 8. *quod legator. l.* 13. §. 1. & 12. *de hær. petit. add. textt. præcedentes, quibus proprietarium possidere probatum fuit.* Plures autem eandem rem in solidum possidere nequeunt, *l.* 3. §. 5. *de acq. vel am. poss.* Et fallitur planè appellatus, dum asserit, jure Juliacensi titulum ususfructus esse universalem hæreditarium, non singularem, nam à jure communi non recedit Statutum Juliacense tit 95. ubi usumfructum a proprietate accurate distinguit, & jus commune confirmat, *legatur* §. und nachdem rc. Ergo demonstratum fuit, interdictum Quorum bonorum, male fuisse expressum ab Advocato Actoris, qui possidet, contra ream usufructuariam, quæ non possidet animo domini, & pro hærede, male etiam ab Advocato Reæ impugnatum ex eo, quod titulo ususfructus possideat, ususfructus enim non spectat ad rem ipsam quæ petitur, sed est jus in re aliena, cujus dominium & possessio non est usufructuarii, sed alterius. Ergo si ex hoc actionis nomine de causa præsenti, tantis ambagibus, tanta scriptorum mole ventilata, esset judicandum, Rea foret ab actione in-B stituta absolvenda.

Videamus, an alia actio, ex narratis & conclusione Libelli elici queat. Certe, Actor interdicto quorum bonorum non inhærere videtur, addita clausula salutari: *vel quocunque utiliore juris remedio*: judicis officio veram actionis speciem discernendam relinquens. *vid. Gail.* 1. *Obs.* 61. *n.* 10. Ut proinde inutilis fuerit, Advocatorum, de interdicto Quorum bonorum, etsi satis prolixa, in hisce Actis disputatio.

Continet autem libellus membra duo. Petit alterum a vidua, tanquam possessore, portionem filialem paternæ hæreditatis. Negat alterum viduæ usumfructum. Illius fundamentum est sequens: Filia sum, ergo hæres; Tu possides rem hæreditariam: Ergo restitue. Hæ vero præmissæ, *petitioni hæreditatis* respondent exacte. Sed requisita actionis, causæ non magis conveniunt, quam interdictum Quorum bonorum, supra explosum. Nam & Actor verus est possessor, quia apprehendit possessionem animo & corpore, accedente etiam authoritate judicis, *vid. Schilt. Prax. jur. Rom. Exerc.* 15. *th.* 67. *seqq.* Rea non possidet, C quia non sibi, sed contemplatione alterius rem tenet *L.* 13. §. 12. *de hæred. petit.* tantum abest, ut cum Judicibus prioris instantiæ *in rat. decid. ad qu.* 3. dicamus, ream appellantem possidere rem titulo non justo, ut potius non possidere eam tanquam hæredem, vel animo sibi habendi, fuisset statuendum. Enimvero ad fundandam hanc actionem, speciem aliquam videtur habere *ratio 1ma*, quod petatur hæreditatis paternæ portio: In hanc actionem veniat præcipue jus hæreditarium, *L.* 10. §. 1. *si pars hæred. pet. Struv. Exerc.* 10. *th.* 52. Actor vero in possessione juris hæreditarii paterni non versetur, cui renunciaverat [32], sed tantum in possessione corporum à fratre relictorum, cum & eidem jus hæreditatis paternæ a vidua negetur. *Respond.* non sufficere, ut actor qualitatem demonstret suam, sed & fundatam esse debere actionem contra ream. Hæc

vero

vero non videtur pro hærede, vel pro possessore possidere, *per L. 13. §. 12. de hæred. pet.* Neque obstat, quod titulis omnibus, hic pro possessore, hæreat, *dict. L. 13. §. 1.* Resp. enim in hisce titulis rem possideri vere; in nostro casu, ubi tantum de usufructu est quæstio, proprietarium habere possessionem, usufructuariam non item. *2da ratio*, quod videatur actor in libello respicere non tantum ad bona immobilia & avita a parente relicta, sed etiam ad mobilia & acquisita, necnon materna. *Respond.* de bonis maternis nihil in actis esse ventilatum: In bonis mobilibus & acquisitis viduæ pariter ususfructus relictus in dispositione mariti 1692., & proprietas dimidiæ partis in pactis dotal. olim concessa rursus ademta, surrogatis in ejus locum 4000. Imperialibus. Ergo vidua nudum habet usumfructum, etiam in mobilibus & acquisitis. *3tia ratio*, quod & in eum, qui solos fructus ex hæreditate retinet, detur petitio hæreditatis, *L. 13. §. 7. de hæred. petit.* Item contra juris possessores, *d. l. 13. §. fin. Respond.*. Non dari actionem in eos, nisi possideant fructus vel jura pro hærede vel pro possessore; nostra vidua neutro modo possidet, ut supra demonstratum. Negavit autem actori jus hæreditarium, non quod ipsa sibi id tribuat, sed ad defendendum jus usufructus. Ergo & hoc juris remedium & petitum, incongrue contra ream fuit institutum. Quocum etiam imperite satis, negatio usufructus fuit cumulata. Nam actio negatoria præsupponit possessionem corporis in actore §. 2. *Inst. de act.* vers. *quod genus actionis* Id quod est contrarium petitioni hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum.

Ut igitur, si ad juris apices esset decernendum, inepta petitio foret rejicienda, rea ab actione absolvenda, cum expensis. Nobis tamen adeo rigorosis esse non licet, sed tolerandus libellus, quousque aliquid, quod sit utile, contineat, *juxta cap. 37. de reg. jur. in 6to L. 66. de judic. L. 21. de reb. credit, Gail. 1. Obs. 66. n. 10.* atque ad id, quod præcipue est in controversia, atque in actis ventilatum, etsi in libello paucissimis verbis expressum, respiciendum. Id vero est alterum libelli membrum, quod supra innuimus, negatio usufructus, unde nascitur *actio negatoria*, *juxta §. 2. inst. de act.* In eo jure negando & asserendo, omnis sita est controversia.

De *probatione* non multum sollicitos esse nos oportet, cum ea sit hujus actionis natura, ut actor ab onere probandi liberetur, quia nititur præsumtione juris, & servitus sit facti, quam constitutam si reus asserat, ipse, non actor, probare sit obstrictus, *Schilter. ad Inst. de servit. aph. 10. Carpz. 1. Resp. 61. & 68.*

Dispiciendum igitur erit, num *Exceptionem* suam probaverit reus, qui si unquam, certe in hac actione excipiendo sit actor, & quid in replicis fuerit responsum, in duplicis confirmatum. *Repetantur hic ex specie facti summatim argumenta exceptionis, replicæ & duplicæ.* Ex repetitis hisce argumentis omnem hanc controversiam reducere licebit ad quæstiones sequentes, cum facti, tum juris, quæ passim in actis occurrunt.

Quæst. 1. ad factum pertinens. An per pacta dotalia paterna filiæ fuerint ab hæreditate paterna exclusæ? Affirmatur de bonis familiæ, Stamm- und Stock-Güthern, *leg. tenor pactorum* [30] *& add. Statutum Juliac. Cap. 94. Coloniense tit. 6. vid. infra quæst. 6.*

Quæst. 2. est de jure. An filia semel exclusa, maneat exclusa in perpetuum? Resp. Quæstionem inter JCtos multum controversam, a logomachia non multum abesse. Qui affirmant, præsupponunt feudum proprium, & in impropriis existentiam masculorum, *vid. Rosenthal. Cap. 7. concl. 44. n. 1. 2. 3.* Qui negant, declarant per exempla feudi improprii ad fœminas transitorii, & in fideicommissis defectum masculorum, vel accipiunt regulam de successione patris, non fratris, *vid. dict. Rosenthal. n. 3. H. Pistor. 2. qu. 36.* Ergo omnis pugna in verbis magis quam re consistit; nisi regulam filias excludentem cum *Rosenthal. d. l. n. 16.* adeo crude intelligere velimus, ut omnis plane aditus filiabus præcludatur, ubi semel feudum vel fideicommissum ad masculum pervenit, quam sententiam in hoc imperiali judicio receptam esse, solius Rosenthalii authoritas, ut credam, mihi non sufficit: Ut potius sim persuasus, filiam in feudo ad fœminas devolubili in perpetuum non excludi, neque in fideicommisso, nam alias sequeretur, feudum reverti ad dominum, fideicommissum ad fiscum, *v. L. 1. C. unde vir & ux. L. vacantia C. de bon. vacant.* Neque unquam dari casum, quo ex pacto majorum & providentia admitti queat filia, quod absurdum esse, agnovit *Struv. jur. feud. Cap. 9. aph. 8. n. 6. Lynkerus ibid. in Analect.* neque alienus est *Gail. 2. Obs. 148. limit. 4. add. Voet. de jur. Revolut. cap. 9. n. 5. & resol. quæst. 3.*

Quæst. 3. ad factum. An bona immobilia, de quibus hic agitur, feudalia sint, an allodialia? Si feuda, an propriam habeant naturam, vel sint mere hæreditaria? Si allodialia, an sint fideicommisso obnoxia, necne? Resp B. esse feudum Coloniense. Probatur ex confessione Caji primi mariti appellantis *in pact. dotal.* 1681. it. ex actis in Curia feudali Coloniensi & sententia, vid. [35] [36] [37] die Herrschafft *H.* esse feudum Juliacense, vid. die Pfand-Verschreibung 1500. *Act. fol.* 297. *passus concernens fol.* 302. der Oeffnungs-Brieff des Schlosses H. 1303. Latine *fol.* 437. Ein ander Oeffnungs-Brieff Teutsch Anno 1370. add. investituram 1375. *fol.* 447. Et quod non fuerit nudum jus aperturæ, sed feudalis qualitas adjecta, probatur ex verbis: und von uns und unsern Erben empfangen hat, *fol.* 450. quæ verba beneficium inferunt. Porro literæ investituræ Anno 1564. *fol.* 192, item der Muth-Schein Actori gegeben *fol.* 243. item declaratio Electoris, domini feudi [9] qualitatem feudalem aperte testantur. Ut adeo rea fallatur, dum feudum esse proprie, negat: Feudum enim improprium, ideo feudum esse non desinit. Ob aber einige zur Herrschafft

H gehörige Güther, wie beklagte Wittib vorgibt, act. fol. 593. Falckenberg L. oder Cöllnische Lehn sey, ist ex actis und dem documento [33] & confessione actoris fol. act. 503 so klar nicht, imo zu vermuthen, daß alle Pertinentien Jülische Lehn seyn, vid. fol. act. 404. ubi, confitetur vidua, die Herrschafft H. bestehe in denen Anno 1500. acquirirten Dorffschafften; sed hæ villæ acquisitæ a Duce Juliacensi: ergo ist die gantze Herrschafft Jülchisch, und nicht Cöllnisch Lehn vid. fol. 503. b. & fol. 593. ubi quod der Hauer- und andere Höfe Hersische Lehn seyn. Alia etiam allodialia. vid. etiam Extractum Registri Releviorum Curiæ Hersensis. Was die Güther B. N. S. S. vor Qualität haben, ist ex actis nicht ersichtlich, doch glaublich, daß, wo es keine Lehn, doch Adeliche Stam̃-Güther gewesen. Horum mentio in pactis dotal. 1681. Non esse feudum fol. 593. von S. in Quadruplica viduæ. Porro feudalia bona vidua putat esse ejus qualitatis, ut non habeant propriam feudi naturam, sed sint mere hæreditaria, vid. Act. fol. 348. 351. 395. 402. 404. 407. 408. Argumenta, quibus utitur, sunt desumta ex documento der Pfand-Verschreibung fol. 297, passus concernentes fol. 301. legantur. sollen die Dörffer, gleich andern ihren propren Erben und Güthern geniessen und gebrauchen, item erblich besitzen. Aliud argumentum ex natura feudi emti, vel pignoratitii, besage der Pfand-Verschreibung Anno 1500. Aliud ex natura feudi oblati, scil. quoad castrum H. argumento obbesagten Oeffnungs-Brieffs. Ubi notandum:

1) Feuda hæreditaria non una ratione dici, *v. Struv. S. I. F. c. 3. aph. 12. & 13.* alia habent rationem allodii, alia sunt tantum ratione modi succedendi, civilis sc. hæreditaria.

2) Juliacensia feuda regulariter feudalem, non civilem observant successionem, Ord. Feud. Juliac. c. 3. §. 1. cap. 4. § und ist nicht nöthig. *Voet. in Tract. de jure Revolut. c. 4. n. 21. & obs. feud. 7. n. 7. 8. 15.* ibi: manifesto argumento, quod feuda horum Ducatuum non sint prorsus & mere hæreditaria, nec in iis succedatur, ut in allodio.

3) In hypothesi præsentis causæ, feuda Juliacensia, de quibus est quæstio, ab aliis in eo differre, quod contractu feudali libera sit concessa Vasallo dispositio, perinde ut de rebus suis propriis, quo casu maximam induere feuda improprietatem, docet *Struv. I. F. dict. cap. 4. aph. 13. n. 2. & ibi Lynkerus in Anal. add. Gail. 3. Obs. 154.* Utadeo, tametsi ex sola acquisitione onerosa & oblatione feudi improprietas non inferatur, *Struv. d. l. aph. 15. Thomas. de feud. oblat. Tractat. meus de Jur. Fœmin. illustr. Sect. 2. §.* in hypothesi tamen contractus specialis, quo feudum primo fuit constitutum fol. act. 297. feuda hæc Juliacensia, pro mere hæreditariis habenda esse existimem. Id quod actor noster Lælius sæpius affirmavit, in actis contra affinem suum de Bouland; vid. acta fol. 136. fol. 210. & passim, cum & inferantur in matrimonium, velut in bonorum communionem, v. pact. dotal. act. fol. 14. fol. 15. fol. 46.

Superest in resolutione hujus quæstionis 3tiæ, ut de allodialibus dicamus, num fideicommisso sint obnoxia? Et non videtur esse dubium, si de regula bonorum avitorum in Juliaco sit quæstio, *Ordin. Juliac.* cap. 88. ubi jus revolutionis, quod est effectus juris fideicommissi, est constitutum.

Et cap. 69. prohibita est omnis dispositio testamentaria de bonis immobilibus, ne sc. bona de familia exeant, *vid. Voet. de Jure Revol. c. 2. n. 1.*

Quemadmodum autem extincta stirpe masculina primi acquirentis vel disponentis expirat fideicommissum, cum in statuto nullibi reperiatur, filiarum favore esse constitutum, nisi quod successio filiabus ab intestato in eventum sit reservata, dict. cap. 88. & cap. 94. *& Statuto Coloniensi tit. 6. n. 6.*

Ita in hypothesi præsentis causæ, fideicommissum existere, dici non potest, cum Actrix in jure sanguinis vel providentia majorum, vel etiam legis specialis nullum posuerit agendi fundamentum, sed in jure communi hæreditario, vid. fol. 42. act. prior. & libellum actionis fol. 846. Sunt autem jura fideicommissi, a jure hereditario plane diversa.

Quæstio 4ta est de jure: An filio successori & excludenti filias, libera de bonis a parente illatis, competierit disponendi facultas?

Resp. ex iis, quæ ad quæstionem præced. fuere deducta. Pacta dotalia observari jubentur cap. 94. *Ordinat. Juliac.* Exclusio filiarum ibidem approbatur. Coloniensi jure, pacta dotalia etiam firmum habent robur. Filiabus ex providentia majorum, jus quæsitum est nullum. Feuda sunt impropria, & allodii sapiunt naturam, excepto, quod ad alienationem consensus Domini requiratur, qui in casu præsente usufructus constituti, accessit. Ergo quid impediat dispositionem liberam possessoris, nihil invenio; Nam textus *Stututi c. 69.* ubi prohibetur dispositio testamentaria de bonis immobilibus, loquitur de alienatione, neque excludit consensum Domini, neque hic est casus testamenti, sed inter vivos actus, ubi consensum solius Domini sufficere, constat ex *Statut. Juliac. feudali* cum consensu Vasallorum condito, c. 1. & cap. 6. junct. *Voet. Obs. 8.*

Accedit *confessio Actoris:* Cajum fuisse bonorum plenum dominum fol. Act. 50. 57. Cui conveniunt etiam rationes decid. prioris instantiæ in princip. Voti, & in quæstione: *An Elisa actio* fol. 29. 30., itemque sententia Revisorii Bonnensis, pro Cajo contra sororem.

Quæstio 5ta ad factum. An Actrix dotem accepe-

acceperit ex paterna hæreditate? Non accepisse integram, argumento est confessio fratris in dispositione anni 1692., dum viduam a præstatione dotis liberat, eamque cum successione in ipsa bona compensat. Solutas tamen fuisse aliquas summas ex allegatis sequentibus apparet, v. Act. Cameral. [23] [24] & Replicas [21]

Quæstio 6ta est de jure. An filia, quæ dotem non accepit, a paterna hæreditate vi pacti dotalis paterni sit exclusa? Resp. Exclusionem arcere filiam a petitione hæred. paternæ, sed integram ei esse actionem pro consequenda dote.

Non obst. *Ordinatio Jul.* cap. 94. §. 2. ubi videtur fundamentum exclusionis filiarum in propria renunciatione constitui. Resp. in dict. cap. 94. expresse fieri mentionem exclusionis filiarum, favore masculorum & familiæ. Ergo non in sola renunciatione collocatur fundamentum, cum etsi non renunciassent, tamen excluderentur. Exemplum enim in sorore actricis, quæ non renunciavit, & tamen B fuit exclusa. Exempla sunt plurima in familiis illustribus. Posita semel consuetudine renunciandi, ut hic in ordin. cap. 94., excluditur filia per masculum, etsi non renunciaverit. Porro de paterna hæreditate inutiliter actum fuisse, supra, ubi de genere actionis tractavimus, ostensum est, & supervacua in his actis disputatio, cum id non sit objectum actionis, quæ contra Ream viduam possit habere locum. Et ipse Actor, cum olim fraternam petiisset successionem, vid. act. pr. fol. 42. fol. 20. Item fol. 6. 8. 10. Lælius petens dimidium successionis fraternæ, vid. infr. quæst. 10. non potest petiisse paternam, cum ex paterna non dimidia, sed quarta ei competiisset, erant enim liberi quatuor, jam scenam mutare non potuit, & paternam petere, a qua petitione vidua etiam esset absolvenda, cum neque pro hærede, neque pro possessore possideat, sed usufructuario nomine rei insistat.

Quæstio septima de Jure. An filia exclusa per fratrem, hoc defuncto sine liberis, patri an fratri succedere sit dicenda? Ex prio- C ribus resolutionem nanciscitur, fratris esse successorem, non patris, prout & Actor fassus est in Actis, locis supra allegatis. Non obstat reservatio facta in documento [32], (ad quam solam respexisse videntur Judices prioris instantiæ) quæ de paterna, non de fraterna loquitur successione, & ab ipso fratre fuit subscripta ejusque uxore, hodie Rea & Appellante A. 1686., cum frater ab A. 1663. possedisset bona paterna. Respondetur: (1) esse hanc reservationem, pacto dotali paterno & ipsi rei naturæ, per superius deducta contrariam. (2) Viduæ jus ususfructus per pacta dotalia jam ante quæsitum. (3) Ad impediendum agnatum de Bouland fuisse comparatam istam reservationem, non ut novum jus filiæ acquireretur. Quod cum in documento non expressum, inter paciscentes actum fuisse, constanter affirmet Rea appellans, sed multis adjuta præsumtionibus, A vid. Acta fol. 120. b. 223. b. 625. b. 856. 1015. 1087. detulit Actrici juramentum, neque tamen fuit vel præstitum, vel relatum, & male omnino a Judicibus neglectum, vid. tot. fol. 8. fol. 57. & Rat. decid. prior. Inst. fol. 3. adde Acta fol. 912. & 889. & Gravamina Appellat. [4].

Quæstio octava de jure. An per successionem filiæ in bona, debitum dotis & usurarum fuerit extinctum? Resp. esse extinctam obligationem, sive patri sive fratri succedere dicatur, *l. 95. de Solut. l.* 34. §. 8. *eod. l. 75. eod.* Nam onus dotationis ad fratrem transiit; Debitum vero occasione feudi & avitorum bonorum fuit contractum, ergo inducitur confusio. *vid. Lauterb. Dissert. de Confusione.* §. 28.

Quæstio nona juris. De usufructu viduarum, an debeatur jure tum Juliacensi, tum Coloniensi, in feudis & bonis immobilibus? Resp. de Coloniensi jure satis certum est, deberi usumfructum viduis ad dies vitæ indistincte; v. *Statut. Coloniens.* t. 8. n. 3. *Juliacensi* jure regulariter in feudis non debetur; neque ex cap. 95. id evincitur, *Voet. obs. feud.* 6. *n.* 21. *seqq. ubi num.* 35. legitur notabile præjudicium Judicii Cameralis anno 1667. 22. Martii.

Cum tamen idem Auctor clarissimus neget etiam usumfructum viduis in feudis mere hereditariis n. 39. in mente habuisse videtur ejusmodii feuda, quæ tantum ratione modi succedendi, Civilis scil. ita dicuntur, de quibus *Struv. c.* 4. *aph.* 13. *n.* 2. Et *in exegesi n.* 3. non ea, quæ ad allodii naturam accedunt: Deinde Ordinatio Juliacensis non prohibet usumfructum uxori a marito pactis dotalibus vel alio actu inter vivos, prout hic factum, constitui, accedente cumprimis domini consensu, *vid. eund. Voet. Obs.* 7. *n.* 24. Sed tantum loquitur Statutum de usufructu, ceu lucro statutario, quod non perinde debeatur ut patri. Et tamen consensu domini accedente, validam esse constitutionem, evincitur *ex obs.* 5. & addito præjudicio, quod confirmat usumfructum, consensu agnati constitutum. Ergo viduæ competet ususfructus in bonis Juliacensibus, ex dispositione mariti, consensu Electoris Palatini munito. Mariti potestatem etiam agnoscunt Judices prioris instantiæ in rat. decid. fol. 30. In Coloniensibus etiam ex Statuto provinciæ, ut supra dictum. Neque videtur actor id negare, cum f. 58. concedit viduæ usumfructum in portione hæreditaria Caji, manifesto argumento, non prohibitam esse ususfructus constitutionem a Lege, neque uxori suæ actrici, esse jus a majoribus quæsitum. Atqui tota successio paterna erat portio fratris. Ergo in tota portione habebit vidua usumfructum. Et si de successione paterna esset intentio ferenda, vidua foret ab actione absolvenda, ut supra ostensum fuit. Alia confessio Actoris, validi ususfructus, est in Except. [8] fol. 3.

Quæstio decima juris: An per agnitionem hære-

hæreditatis Actrix teneatur præstare factum defuncti, h. e. constitutionem ususfructus? ℞. omnino obligari ex quasi contractu; Nam agnovisse hæreditatem, probatum fuit supra quæst. 6. vid. fol. Actor. 105. 141. b. 155. 240. 243. 620. & sententiam fol. 296. quæ loca de semisse hæreditatis loquuntur, quæ non potuit esse paterna, sed fraterna, Non obstat esse quæstionem de feudis, quæ ad hæreditatem non spectent, neque sit quæstio de filio, sed de sorore. Respond. In feudis hæreditariis ratione successionis civilis eandem esse rationem, quæ est de reliqua hæreditate, ex natura successionis Civilis, *vid. Struv. dict. c. 4. aph. 13. in Exegesi n. 3. Lynk. Decis.* 1291.

Quæstio undecima juris: An sententia 15, Febr. 1697. præjudicet Actori nostro? ℞. si non alio fundamento, quam hac sententia niteretur vidua, succubituram fore indubie. Nam etsi videatur esse par vincendi ratio contra Actorem, quæ fuit contra D. de Phulendorf, quo casu tertio etiam præjudicare sententiam tradunt, *A. Fab. 7. Cod. tit. 19. def. 4. Berlich. Decis.* 98. *n.* 12. *Carpz.* 1. 26. *def.* 16. 2. *Resp.* 104. 3. *Resp.* 17. *n.* 12. Sciendum tamen est, Actoris jura a cohærede sorore esse separata ipso Jure, & cohæredi integram esse cum actionem, tum exceptionem, *p. L. 63. ff. de re Jud.* Non obstat etiam, quod allegetur scientia Actoris & collusio cum vidua in illa lite, fol. 120. 223. 620. 625. 856. 882. 884. 1015. Scientia enim non impedit eum jure suo uti, *arg. d. l.* 63. Et illa sententia lata fuit in possessione, nos versamur in petitorio judicio.

Probavit tamen vidua jus ususfructus sibi competens
- ex pactis dotalibus,
- ex dispositione mariti declaratoria,
- ex confirmatione Electoris Palatini,
- ex natura feudorum hæreditaria,
- ex confessione actricis, quæ proprietatenus tantum apprehendere voluit possessionem,
- ex quasi contractu, aditione hæreditatis.
- ex Statuto Coloniensi.

Quæ argumenta replicando elisa mea sententia non fuere.

Itaque cum sententia a qua condemnet ream
1) Ad usuras dotis a tempore contracti matrimonii vi pact. dotalium paternorum.
2) Ad tertiam hæreditatis restituendam cum fructibus.

Compensatis expensis, quas actor non debuisse compensari, fructus etiam a tempore mortis parentis adjudicari putat, & idcirco appellationi adhæsit.

Non quidem nullitatis vitio laborat sententia ex hypothesi petitionis hæreditatis lata, sed iniquitatis, adeoque non tanquam nulla, sed ut iniqua erit reformanda.

Nam quod nullitatem allegat appellans, ob omissam litis contestationem, nihil est, cum Judex per narrationem sufficientem, de negotio cognoverit, *vid. L. 1. C. de lit. Contest.*

Quod dicit, latam esse sententiam de bonis extra territorium sitis; ℞. forum domicilii Reæ esse etiam competens in actione reali per *L. fin. C. ubi in rem actio. L.* 19. *L.* 50. *§. fin. ff. de Judiciis.*

Quod putat non esse libello conformem, respectu usurarum dotis, fallitur; nam ex hypothesi actionis usuræ dotis fuere adjudicatæ, nulla tamen ratione distincta fuit præstatio sortis, a præstatione usurarum; aut enim utrumque debetur, aut utrumque erat compensandum, & contradicere sibi videntur Judices pr. Inst. in rat. decidendi, dum asserunt in fine, pacta dotalia paterna esse pro Rea, & tamen Ream ex istis pactis condemnant in sententia.

Modus reformandæ sententiæ, a forma libelli, adhuc difficultatis aliquid habere videtur, dixi supra, sustineri libellum posse ob aliqualem, idoneam vel narrationem vel petitionem, cum *Gail.* 1. *Obs.* 161. *n.* 13.

Cui nunc addo: Si ex actis merita constent, Judicis supremi cumprimis esse officium, ut litem terminet, *Mev.* 4. *D.* 274. decernendo id, quod in causa justum æquumque sit, *L.* 21. *de Reb. Cred. Gail.* 1. *Obs.* 166. *n.* 16. qui & alibi *Obs.* 42. *n.* 1. docet: in Camera vitia libelli non attendi, si alioquin de meritis ex Actis constet.

Ne tamen sententiam libelli petitis non convenientem ferre videamur, existimo:
1) Ream ab actione petitoria hæreditatis absolvendam.
2) Usumfructum ei juxta dispositionem mariti adjudicandum.
3) Ita tamen, ut a cautione usufructuaria non liberetur; nam id foret statuto Juliacensi contrarium v. cap. 95. §. im Fall aber., & sententiæ inter viduam & Dn. de Phulend. fol. Act. 616.
4) Expensarum compensatione addita,
5) Necnon revocatione attentatorum pendente lite commissorum.

Sententia publicata reformavit sententiam a qua, adjudicando Appellanti usumfructum in bonis a primo marito Cajo relictis omnibus, præstita tamen cautione, absolvendoque eam a præstatione dotis, cæterarumque postulationum. Interposita fuit ab appellato Revisio, quæ admissa per sententiam subsecutam, simulque cautio usufructuaria ab appellante præstita, declarata pro sufficiente.

Con-

Consultatio & Decisio XXX.

Controversia partim Genealogica partim successionis testamentariæ & fideicommissariæ decisa. In causa Appellationis,

Rickel contra Tollet.

§. 1. INter nobiles Brabantiæ & Leodiensis A provinciæ familias, non postrema fuit celebritate ab aliquot seculis, quæ cognomen habet *Rickel*, ad Flandriæ Comites originem antiquam referens. v. Act. fol. 66., ubi varia antiquitatis testimonia part. 2. v. Act. 2. Instantiæ fol. 57.

§. 2. Neque tamen una eademque isto cognomine fuit usa, sed plures insignibus distinctæ, v. except. [20] junct. [14], quorum sanguinis conjunctio & propinquitas, hodie est ignota.

Adeo, ut etiam naturales filii, quorum aliquot extitisse in actis probatur, idem usurpaverint cognomen. v. depos. testium ad interr. 17. test. 1. fol. 61. documenta de An. 1480. part. 1. Act. f. 249. & part. 2. f. 6. junct. fol. 11. ubi de authentia documenti, aliud documentum de Anno 1539. fol. 44. part. 2.

§. 3. Illa vero, de qua nobis est sermo, vocatur speciatim de Rikel in Rikel v. ex- B cept. [10] & [14] Act. 2. Inst. fol. 77. seqq. cum aliæ dicantur in Berlingen, in Alken, in Birbeck, in Bullecom. &c. a possessoribus locorum, cum castrum Rikel, terræque eo spectantes, in hujus familiæ, quæ se dicit Rikel in Rikel, fuerint olim dominio. Acta secundæ inst. f. 57. v. depos. test. ad interr. 17. fol. 61. 66. 70. 81. b. 85. 92. b. 102. 106. 114. 119. b. inprimis testium 6. 9. 11. 14. 15. dicta fol. 81. 92. 102. 114. 119. Adde tabulam genealogicam ab actore productam [23], ubi varia nomina, & testimonia, a reo producta [14], ubi de insignibus familiæ de Oirbeck trium capreolorum, & illius in Rikel, quæ gerat leonem nigrum in area aurea.

§. 4. Atque de hujus castri *Rikel* terrarumque successione est hodie controversia. v. libell. art. 9. 10. & conclusionem. Quæ sunt feuda curiarum feudalium de *Diepenbach*, de *Hamale* v. f. 181., *de Bruestheim*, de *van der Motten*, aliqua etiam *Curiæ Leodiensis* vel *Lossensis*. Potissima pars autem cum ipso C castro, Curiæ prædictæ de *Diepenbach*, adeoque subfeuda *Ducis Brabantiæ*, Domini directi *Comitatus Diepenbach*, quem olim possedit *Marquis de Westerloh* feudi titulo a Curia Brabantina, hodie *Ordo Teutonicus*; sita tamen sunt in Principatus Leodiensis parte, Comitatu Lossensi, *v. Mean. Obs. 7. pr. Obs. 55. n. 18.*

Negata quidem fuit feudalis qualitas ab actore fol. Act. 14. 15. 169., sed probata a reo per antiqua & recentiora releviorum s. investiturarum documenta, quorum magna copia legitur in actis præcipue Curiæ de *Diepenbach* fol. 13. 135. 139. seqq., 161. 179. 177. 189. seqq. usque fol. 255.

Reliquarum Curiarum feuda recensentur fol. 181., ibidem de feudis Leodiens., putat deinde actor castrum *Rikel* cum omnibus pertinentiis esse subfeudum Leodiense, v. Act. 2. Inst. fol. 65., argumento Octrojæ s. concessionis, quam Dionysius ab Heinsdaël impetravit ad testandum a Principe Leodiensi, f. 144. v. f. 170. b. & pacti de Anno 1615., quo Dominus de *Diepenbach* se fateatur vasallum Leodiensem: sed hoc pactum non fuit productum, & contrarium ex supra dictis documentis aperte probatum.

De Brabantiæ feudo v. documentum fol. 188. 144. ubi Dominus de Merode & Westerlohe, dicitur vendidisse ordini Teutonico, cujus nomine investitus Baro de Wassenaër, adde fol. 202.

In supplica ad Imperatorem, quam exhibuit Anno 1676. appellatus dicit, maximam partem bonorum ab Ottone relictorum, esse feuda Principatus Lossensis, vid. Num. Cam. 11. sed forte hæc sunt bona Dionysii, non Franciscæ uxoris, de quibus jam est quæstio, & actoris petitio in libello, v. art. 9. 11. libelli ejusdemque conclusionem. Dominium de Rikel esse feudum Curiæ Diepenbachianæ, ipse actor fatetur, in exhibito stemmate genealogico [23] in Joanne marito *Annæ de Riviere*, adeoque sibi ipsi est contrarius, cum olim negasset qualitatem feudalem.

§. 5. Actor est *Arnoldus Balthasar de Rikel Baro de Mouland.* Reus vero *Antonius Ægidius de Tollet*, S. Cæs. Maj. exercituum Dux celeberrimus, Comitis dignitate novissime insignitus, olim ejus mater Joanna Catharina, vidua patris Nicolai Bernardi de Tollet. Fruitur autem reus commodo possessionis, atque in hac lite duabus in instantiis extitit victor, post restitutionem in integrum contra sententiam pro actore latam fol. 131. 133. absolutus ab actione, *primo* per sententiam officialis Leodiensis 14. Jan. 1705. fol. Act. 292. part. 2. *secundo* per sententiam confirmatoriam Off. Colonienfis 5. Sept. 1710. in Act. 2. Instant. f. 210. b., ad quem usu antiquo, (abusum

potius dixeris:) in causa hac mere civili appellaverat actor, & Reus comparendo, jurisdictionem prorogaverat. A

Est enim Officialis Leodiensis immediatus judex, & appellationes ad judicium Officialis Metropolitici Coloniensis improbatæ, literis patentibus Imperatoriis. A qua sententia Coloniensi, ad hoc Imperiale judicium appellatio fuit introducta, receptaque.

§. 6. Ut itaque huic judicio, quæ sint utriusque actoris & rei fundamentorum summa capita, innotescat, sciendum est ante omnia, patrimonium Dominorum de *Rikel* in *Rikel* Anno 1623. ad Franciscam filiam Rasonis f. Erasmi de Rikel, uxorem Dionysii de Heinsdaël, hæreditario jure fuisse devolutum, eundemque maritum investitum.

Consentiunt in hoc articulo uterque Actor & Reus, v. libell. fol. 2. & scriptum Rei fol. 134. v. documenta investiturarum Anno 1628. f. 13. 136. 203. b. B

§. 7. Est enim feudorum Belgii Hispanici, imo & curiæ Lossensis ea conditio, ut non solum ad fœminas devolvantur, sed etiam conjugum successio certo modo in iis obtineat, atque adeo ab ordinaria feudorum natura multum abeant, certe in iis non feudalis, sed civilis & hæreditarius obtineat modus succedendi, aliter ac in feudis Leodiensibus & Stabulensibus.

De feudis Brabantiæ v. *Christinæum Consuet. Brab.* c 2. a. 2. & de feudis Mechlinensibus eundem. *Dec.* 46. n. 12. adde *p.* 1. *dec. Belg.* 268. *n.* 5. de feud. Lossensibus *Car. de Mean. Obs.* 7. *n.* 12. probatur id in specie, quoad feuda quæst. ex eo, quod post mortem Franciscæ ad aliam familiam de Heinsdael, & post hanc extinctam ad familiam de Tollet fuerint delata, & proximiores cognati investiti in Curia feudali v. §. 9. & 14.

§. 8. Quæ consideratio eo minus nos morari debet, quod actor noster nullum fundamentum actionis suæ petierit ex jure sanguinis a primo acquirente quæsiti, sive ex jure communis stipitis, (nisi quod in act. 2. Inst. fol. 67. obiter ejus fuerit facta mentio, repetita deinde in act. Camer. Libello grav. in ℞. ad n. 2. & in Repl. extraj. & Tripl. exh. pag. 2. 3. 4. 7.) sed unice ex testamento conjugum prædictorum *Dionysii de Heinsdael* & uxoris *Franciscæ de Rikel*, quod legitur in act. parte 1. fol. 6. v. libellum art. 11. 12. & ejus conclus. f. 3. b. it. libellum 2. Inst. a 4. usque 68. C

In quo testamento fideicommissum familiæ constitutum esse dicit, ut defunctis sine prole liberis, bona ad proximos consanguineos cujusque conjugum, speciatim, bona Franciscæ ad consanguineos proximos, gerentes nomen de Rikel, debuerint devolvi. Atque se Actore proximiorem esse nullum, ergo in testamento vocatum, & castrum Rikel cum reliquis bonis injuste à reo, qui ex alia plane sit oriundus familia, occupatum.

Legatur testamentum fol. Act. 6. & libellus actoris f. 2. Speciem insignem præ se ferre hanc actionem, nemo est qui non sit opinaturus, ante auditas rei exceptiones; si cumprimis accedat fundamentum ex jure sanguinis petitum, cui in Act. Camer. inprimis confidere videtur actor, in actis prioribus plane non, in act. 2. Inst. leviter adductum, cui innititur etiam votum Referentis in act. 2. Inst. f. 207. ad reformatoriam concludens, quod tamen non fuit approbatum.

§. 9. Reus enim de Tollet, olim ejus mater, quæ litem ab initio sustinuit, postea omnia bona filio cessit.

Matris investitura est fol. 135. b. Cessio matris legitur fol. 177., novaque filii investitura & reassumtio litis, ibidem.

Post plurium annorum possessionem, a duobus aliis impetitoribus vindicatam, de quibus postea, contra novam hanc actionem, quam extituram unquam non erat suspicatus, defendit sese strenue, negando actoris fundamenta ad unum omnia, eundemque difficillimæ probationi implicando.

§. 10. Negavit enim testamentum, actionis fulcrum præcipuum, cujus originale non extet, neque transsumtum ex originali, quod coram Notario Schoben confectum esse dicitur;

Hoc per omnia acta inculcat Reus, v. inprimis fol. 11. sq. f. 21. 148. Act. Camer. [5] [10] [21] Neque diffitetur Actor originale produci non posse, solam copiam a Notario confectam, ad consequendam possessionem, sufficere existimans, v. fol. 13. 14. 33. 148. 156. 256. &c.

Sed simplex tantum copia, ex prætenso transsumto per Notarium aliquem Noelmanns non requisitum, descripta, fuerit producta,

Unde plurimi articuli examinis testium hinc ad asserendam, inde ad destruendam fidem istius copiæ testamenti sunt comparati, v. fol. 34. 50. usque 122. interrogatoria. 25. 26. 27. 33. 36. 41. examen testis 1. 2. test. 7. ad art. prob. 7. f. 84. test. 5. ad prob. 7. 8. & interrog. 38. fol. 77.

In ipsis vero Originalibus Notarii Schobens protocollis, quæ deperdita esse actor asseruerat, Reus vero latitantia detexerat, produxeratque, ejus testamenti vestigium reperiri nullum.

v. f. 173. 174. ubi protocolla originalia pro-

producuntur, & ipsius protocolli copia A f. 183. de Anno 1633., quo testamentum dicitur esse conditum.,

§. 11. Negavit porro illationem ex testamento, posito extitisse unquam legitime confectum: nam conditionem fideicommisso adjectam defecisse, liberos Dionysii & Franciscæ improles non fuisse defunctos. v. f. 28. 134. b. & sq. f. 149. 152. b. 151. additis & aliis exceptionibus detractionis legitimæ & Trebellianicæ, sumtuum & meliorationum, præcipue vero deficientis consensus domini directi, qui defectus irritum reddat de feudis testamentum. Ad quas exceptiones quid respondeat actor videre est. fol. 143. 169., & in voto pluribus verbis recensebitur. Productum etiam ab actore documentum consensus, *octrojam* vocant, Principis Leodiensis. §. 144., quam reus sufficere negat, cum sint pleraque feuda Brabantina, pauca Leodiensia.

Et cum ipsi liberi Dionysii, aliter plane ac in prætenso testamento dispositum fuit, de dividenda hæreditate paterna convenerint, B

Act. fol. 22. 162. ubi leguntur documenta divisionum inter filios, adde depos. testis 12. ad interr. spec. 8. f. 108., neque in hisce documentis divisionum, ulla testamenti paterni mentio. v. Act. f. 152.

Verosimilius esse, non extitisse tale testamentum, de quo reus firmiter est persuasus, aut certe fideicommissum ad mentem actoris, ex eo non inferri.

§. 12. Negavit tandem Reus Actorem esse eum, quem se dicit f. 49. 133. b. 155. 159. 182. b. ex familia de Rikel in Rikel, proximiorem Franciscæ consanguineum, petens probationem graduum genealogiæ ab actore prolatæ singulorum, eamque non per probabilem præsumtionem, sed certam & indubitatam.

F. 43. parte 2da. fol. 168. ubi actor putat sufficere præsumtiones adjutas probationibus allatis. f. 12. p. 2. dicit, esse se in possessione generis de Rikel. C

Imo, quod actori est intolerabilius, (& a me absque ullo præjudicio, prout in actis legitur, refertur) status quæstionem ei movet, & ex naturali filio eum descendere, & insignia familiæ usurpare, suspicatur.

V. f. 182. b. adde documenta de filiis naturalibus supra recensita f. 6. 11. p. 2. f. 154. 159. & ration. decid. prioris instantiæ Leod. f. 133. act. 2. Inst. f. 58.

Ad summum ex alia familia, quæ cognomen Rikel habeat, plures enim supra audivimus, ortum trahere credit, adeoque onere probandi accuratiori eum vult onerari.

V. Except. [10] ubi existimat reus, esse actorem de familia d' Oirbeck, quæ sit in vicino pago Bullecom, ex quo descendere se dicit actor. Alibi putat esse ex familia de Richelle prope Viselam fluvium, v. acta f. 41. Acta 2. Inst. f. 77. 97. add. f. 58. ubi de Joannis uxore de Puillhez, quæ fuerit filia rustici.

§. 13. Namque novissimo demum tempore actori in mentem venisse, fortunam hac actione, non alio quam expensarum periculo tentandi, qui lites priores, inter Nicolaum Bernardum de Tollet successorem Ottonis de Heinsdael ultimi familiæ suæ † 1676., & neptem Dionysii, Margaretham Constantiam, magnis, & armorum motibus agitatas, deinde cum fratre uterino istius Constantiæ Barone de Benting gestas, atque dudum cum victoria sopitas, non ignoraverit, nihil quicquam de prætenso jure suo mussitaverit, nuper demum ex conficto testamento, conflatoque in speciem, per Regulum armorum Leodiensem, genealogico schemate,

Quod mense Januario A. 1690. primo ad notitiam suam venisse dicit actor in libello f. 3. a. 22., quod habetur in actis f. 126. de Anno 1673. deinde cum insignibus eleganter depictis, in Act. Cam. productum de Anno 1712. [23]

Quasi sufficerent in rebus antiquis probationes qualescunque, spem veniendi in possessionem castri Rikel & terrarum conceperit, absentiam quoque Reipubl. causa, militiæ sc. sub vexillis Imperatoris in Hungaria, allegare ausus fuerit,

V. Act. Camer. in lib. grav. (c) & except. [10] ad (c) & duplicam [27] fol. 14.

Cum in omnibus legionum Imperatoriarum Tabulis, nullum nomen de Rikel, præter id quod ipse reus gerat, inveniatur.

In Triplica Appellans provocat ad Tabulas legionis Monasteriensis, cui præfuit Colonellus de Weix, qui tunc in Hungaria fuerit.

Et suspicatur reus, Advocatos actoris in persona errasse, credentes actorem, qui se nominet *Rikel* esse illum, qui hodie exercituum Cæsareorum est Dux, scilicet reum [10].

§. 14. Scilicet, ut de illis quas jam commemoravi litibus, pro uberiore historiæ luce nonnihil adjiciam, a morte Ottonis, ultimi familiæ de Heinsdael An. 1676., qui successerat eodem anno 1676. Adriano nepoti ex fratre Joh. de Heinsdael,

V. Extract. libri paroch. fol. Act. 136., ubi anni mortis inveniuntur.

Soror Adriani de Heinsdael Margaretha Constantia monialis, spe successionis illecta, ab Ottone etiam hæres instituta. testam. Otton. v. f. 137. de Anno 1676.

Religionem deserere ausa, Nicolaum Bern-

Bernhardum de Tollet patrem rei nostri, de cujus jure succedendi mox audiemus, ex castro Rikel terrisque depulerat, hic pari violentia sese defenderat, Judicum Leodiensium authoritatem, & XX. duumvirorum officium contra se fuerat expertus.

V. Sententias Offic. Leodiens. de An. 1676. [11] lit. C. D., & XX. duumvirorum præceptum Lit. E.

Donec Pontificis Romani jussu Monasterio inclusa monialis Cisterciensis, a prætenso jure succedendi, deficientibus etiam investituris feudalibus, & corruente testamento Ottonis, favore religiosæ sororis contra leges patrias condito, desisteret,

V. Mean Obs. 36. n. 6. O. 75. n. 48. deerat & consensus domini, ob quem defectum omne testamentum est irritum. *Mean. Obs. 4. n. 15.* Et privilegia Leodiensia Caroli V. & Maxim. II. prohibent ejusmodi translationes, *in manus*, ut vocant, *mortuas.*

Nicolaus vero Bernardus de Tollet accedente Imp. Leopoldi authoritate, & subsequente sententia Leodiensi cassatoria,

V. literas Imperatorias inhibitorias ad Episc. Leod. Anno 1677. [11], cum adjuncta supplica de Tollet. cassatoriam sententiam sub lit. F. ibid., & declarationem aulæ Caringianæ. [12]

Possessionem castri Rikel cum pertinentiis evinceret.

Quarum rerum historia ex [11] Act. Camer., amplioribus circumstantiis potest intelligi.

Juncta narratione in Except. [10] & duplica. f. 13.

§. 15. Excepit hosce motus altera lis cum prædicto fratre uterino Constantiæ, Domino de Benting.

V. Depos. test. 3. ad interr. 29. f. 71. & ad interr. 30. sq.

Cujus testimonium pro actore datum Anno 1670. legitur f. 48., quæ per transactionem amicam fuit sopita, facta deinde omnium jurium cessione amplissima in familiam de Tollet, quæ legitur in Act. Cam. [13] de anno 1684.

Dehinc tertia a moderno actore Dno. Baroni de Tollet fuit mota anno 1690., qui non solum ut supra recensui, actoris fundamenta pernegavit, sed & suæ successionis jura demonstrare, non neglexit.

Sunt autem ea deducta ex jure hæreditario familiæ de Heinsdael, extinctæ cum Ottone sæpius nominato anno 1676.

V. Except. [10] & tabulam genealog. [22]

Cujus amita erat Sophia, avia Nicolai Bernardi de Tollet & proavia nostri rei. Qui propterea Ottonis illius proximus fuit ab intestato hæres, & feudorum, quæ civili, non feudali modo, ut supra dictum, devolvuntur, successor.

Immissus in possessionem per Decretum Aulæ Caringianæ, sive judicii supremi in Principatu Lossensi, quod legitur [11] sub lit. B., sed bona feudalia non designantur.

Multæ itaque in hac causa, utraque ex parte probationes & reprobationes, eæque, ut fieri solet in rebus antiquis, difficillimæ & operosissimæ.

Unde factum, ut a reo ceu extraneo a familia de Rikel, & a juventute Cæsar. Majest. militante, circumstantiæ quædam fuerint negatæ, quas postea probatas esse agnovit.

V. f. 157. b. f. 58. p. 2. ubi negat, Johannem de Rikel, qui fuerit maritus Joannæ de Kerkem, quod tamen probatum per documentum f. 7. p. 2., & in Act. Cam. [23], id quod ipse agnovit in duplica [7] fol. 9.

Vicissim ab actore quædam a principio litis collocatæ, quas corrigere oportuit.

Errores actoris v. f. 42. b. ubi Joannis de Bullecom. parentes ex linea primogenita desumit, correxit deinde errorem f. 125. sq. & [23] adde p. 2. act. f. 53. ubi excusat errores.

Et tamen defecisse actorem in probatione arbitrati fuere priorum instantiarum judices, absolventes reum ab actione, ut supra audivimus.

Rat. decid. Leodiensis Officialis f. 123. sqq. usque 129. p. 2., in Act. Coloniens. f. 169-207. secundæ instantiæ, legitur votum quoddam pro actore, sed istud votum non fuit secutus Judex.

Quæ fuit causa, ut a supremo hoc Judicio reformatoriam sententiam sperans actor, tertium fortunam tentare voluerit.

Processus decreti 9. Febr. 1711.

Atque hæc pro summaria causæ narratione dixisse sufficiet, quæ omnia ut reddantur clariora, schemate Genealogica erunt explananda, & qua ratione unusquisque gradus fuerit probatus, quid in singulis sit certum, quidve dubium, ostendendum. Deinde in voto quæstiones occurrentes cum distincta resolutione, & remissionibus ad acta sum propositurus. Quæ opera præsenti narrationi juncta, extractus vicem subire poterit, cum quæcunque in omnibus actis triplicis instantiæ sunt utilia, ad suos redegerim locos diligentissime, inutilem laborem pro ratione hujus causæ Actorum & probationum, imo vix

vix ferendum, arbitratus, ut in summam redigerem folia actorum singula; sunt enim scripta omnia utriusque partis, eaque numerosa, articulatim & satis concise composita, plurimæ in iis remissiones & repetitiones, articulatæ probationes, examen testium quindecim ad articulos probatorios & interrogatoria; non pauca documenta ad genealogiæ probationem, tum & feudalium investiturarum adducta, magno numero, in ipsis Actis illustranda, quæ ego suis locis digessi: ut describenda forent acta integra ferme, si quis prolixiore methodo, quam qua ego rem sum aggressus, componere extractum voluerit.

Sequitur genealogicorum schematum, familiarum de Rikel & Heinsdael, plenior expositio cum suis probationibus.

Conspectus Genealogiæ.

a) N. de Rikel, uxor de Monterat

N. de Rikel, uxor de Suprelle

b) Johannes Bolle de Rikel, uxor de Harcourt † 1413.

Joannes de Rikel, uxor de Hyer. † 1482.

c) Joannes Bolle de Rikel † 1488. uxor de Kerkem

d. Raso s. Erasmus de Rikel uxor Printhagen.

e. Joannes de Rikel uxor de Rivieren.

f. Raso de Rikel † 1623. uxor 1. de Linden. 2. d'Oignier.

g. Anna Francisca, uxor Dionysii de Heinsdael.

h. 1. Otto † 1676. ultimus familiæ. h. 2. Joannes. h. 3. Arnoldus.

i. (1.) Adrianus † 1676. cujus hæres fuit Otto patruus. | Constantia i. (2) Monialis.

k. Joannes de Rikel, uxor de Wieloux van Bosch.

l. Joannes uxor 1. de Pouilhez. 2. Anna de Malbourg.

m. Joannes de Bullecom, uxor de Buren.

n. Joannes, uxor d'Elven.

o. Joannes Georgius, uxor 1. de Blankard 2. de Biland.

p. Arnoldus Balthasar de Rikel, Baro de Mouland, Actor.

Schema Genealogiæ de Heinsdael.

q. Dionysius & Anna Heinsdael.

Dionysius & Francisca de Rikel, Soror. Horum liberi supra nominati, sub lit. h.

r) Sophia, uxor Bernhardi de Tollet.

s) Jacobus de Tollet.

t) Nicolaus Bernardus de Tollet, Successor Ottonis de Heinsdael, pater Appellati Ant. Ægyd. de Tollet.

Notæ & probationes ad ſchemata genealogica.

Lit. a) Hi duo collocantur in Tabula [23] ab actore producta & ab armorum Regulo Leodienſi confecta: allegatur probationis loco ſpeculum Nobilitatis Hemricourts f. 267. 336. 345. Sed reus de Tollet per [28] docet, auctorem iſtum locis allegatis nihil habere, quod ſchemati ſuffragetur; neque etiam multum refert, ſintne hi duo gradus probati, necne; ſed tamen vacillat auctoritas Reguli armorum, Egidii le Fort.

Lit. b) Hi duo probantur ex Epitaphio ſeu Lapide ſepulchrali, in templo Rikeliano ſuperſtite. & in ſchemate [23] depicto. in Act. prioribus etiam recenſito v. p. 2. f. 96.

Lit. c) Hos conjuges negavit quidem reus Tollet, fol. 38. p. 2. & in Except. Cam. [10], ſed tamen probati fuere in Act. prior. ex relevio An. 1486. fol. 27. part. 2. B

Ex documento alio. An. 1486. fol. 32.

Quæ documenta falſitatis accuſat reus fol. 40. quia tempora mortis non conveniant: nam dicitur Joannes mortuus An. 1488. & documenta illa dicunt Joannam viduam An. 1486. deinde in originali non vocari Joannem de Rikel, ſed Bolle de Richelle, quæ loca ſint diverſa.

Probatur tamen ex alio documento ſufficienter, ſententia ſc. Conſilii Leod. An. 1473. inter Joannem & ſocerum Adamum de Kerkem v. fol. 7. p. 2. adde extractum regiſtrorum f. 61. ſqq. Mirum igitur, Reum in Act. Cam. hunc articulum iterum negaſſe, unde occaſio data Appellantis Advocato, eum irridendi, ſed agnovit in Duplica errorem [27] fol. 9., omnem difficultatem eſſe dicens circa filium ſecundum Joannis de Rikel, & Joh. de Kerkem, in quo tamen iterum fallitur reus, vel potius Advocatus, vid. infra lit. k., hinc appellans C judicialem dicit eſſe confeſſionem appellati, ceterorum omnium graduum, in triplica. pag. 8.

Lit. d) De hoc Raſone ſeu Eraſmo nulla eſt controverſia, & probatur inſuper ex prædictis documentis de an. 1486. fol. 27. 32, aliisque releviis: quemadmodum & omnis progenies Raſonis in controverſiam non vocatur v. [10], ubi a Reo admittitur genealogia Raſonis.

Lit. e) Hic Joannes probatur ex teſtamento A. 1551. fol. 73. ubi nomen uxoris de Rivieren. Item: ex documento 1538. f. 98., ubi nominatur ejus pater Raſo de Rikel. adde docum. fol. Act. 104.

Lit. f) Hic Raſo ſ. Eraſmus probatur ex teſtimonio Prætoris & Scabinorum de Rikel A. 1599. fol. 100. ſq. & ex releviis ſive inveſtituris fol. Act. - -

A Lit. g. h. i) De his perſonis nullum eſt dubium, & ab utraque parte admittuntur.

Lit. k.) De hoc Joanne fratre Raſonis omnem eſſe genealogiæ difficultatem dicit reus in duplica [27] fol. 8. 9. Et tamen in antea allegatis documentis fol. 27. 32. p. 2. expreſſa fit mentio fratris Joannis, qui fuerit filius Joannis & Joannæ de Kerkem; videantur loca hæc ex actis. Probat etiam actor, fratres fuiſſe germanos ex teſtimonio Scabinorum de Rikel fol. 42. lit. F. fol. 102. p. 2. & in Act. Cam. [29], quod documentum falſitatis incuſat Reus in Dupl. [27], ſed non eſt dubium fuiſſe fratres, ex ſupra allegato documento f. 27. 32. p. 2.

Matrimonium iſtius Joannis cum Catharina de Widoux, probatur ex pactis nuptialibus filii Joannis an. 1527. fol. 220. parte 2.

Lit. l.) Hic Joannes probatur ex dictis pactis nuptialibus cum Catharina de Pouilhez an. 1527. fol. 220.

Iſta Catharina fuit ruſtici filia. v. Acta 2. Inſt. f. 58. unde infert reus, maritum non fuiſſe ex nobili proſapia, ſed v. Reſponſionem actoris. fol. 71.

Sed alterum matrimonium cum Anna de Malburg, non fuit ab actore probatum, a reo contradictum f. 155. 182. Atque teſtamentum Annæ de Malburg de a. 1570. cujus fit mentio in tabula genealogica, [23] in actis reperitur quidem fol. 123. ſed nihil minus quam hoc probat, maritum Annæ de Malburg fuiſſe illum Joannem, filium Joannis & matris de Widoux. Imo alii plane recenſentur filii Annæ, quorum in ſchemate nulla fit mentio; adeſt quidem documentum Conſulum oppidi Trudonis de an. 1598. fol. 43. datum Joanni ſequenti lit. m., & dicitur fuiſſe filium parentis ex nobili proſapia de Rikel & matris de Malburg, ſed nomen patris non additum eſt.

Cum itaque plures fuerint familiæ de Rikel, neceſſum erat, probare deſcendentiam ex Joanne & uxore de Kerkem, per ſingulos gradus concludenter atque certe, quod hic non fuit factum.

Lit. m) De hoc Joanne dicto de Bullecom, ſupereſt omne dubium, quod Advocatum rei non ſatis attendiſſe oportet. Dicitur fuiſſe filius Joannis de Rikel & Annæ de Malburg. hos conjuges negavit reus f. 129. 155. 182., neque probavit actor, ut litera præcedente oſtendimus. Certe variat actor in genealogico ſchemate, dum f. 42. art. 9. dicit, hunc Joannem, fuiſſe filium Raſonis & Emerentianæ de Malburg, cum tamen in hac linea nullus inveniatur Raſo; unde & correxit ſchema actor in Act. Appell. & in Act. prior. fol. 53. p. 2. neque adeo ſatis concludenter probavit actor, hunc Joannem de Bullecom fuiſſe filium Joannis præcedentis de Rikel, & nepotem Joannis atque Catharinæ de Widoux.

Nam

Nam neque documentum emtionis pagi Bullecom, f. 44. p. 1., neque pacta nuptialia sua, f. 241. id evincunt: neque etiam documentum p. 2. f. 273. quod tantum matrem de Malburg nominat, & in anno plane erroneo est descriptum, cum legatur in actis annus 1640. qui cum personis & actis non convenit, forte debuerat scribi 1540., neque de authentia documenti constat.

Matrimonium ejus cum Dorothea de Buren, satis probatur per pacta nuptialia 1529. fol. 241.

Lit. n) De hoc Joanne minus dubii esse videtur, vid. pacta nuptial. 1614. fol. 254. p. 2. Actorum.

Lit. o. p) De his personis etiam nulla est controversia, & probatur earum nobilitas antiqua per testimonia f. Act. 42. lit. F. F. & fol. 70. 71. p. 2. adde pacta nuptialia 1614. fol. 254.

Lit. q. r. s. t) Pertinent ad genealogiam familiæ de Heinsdael, de quo nullum est dubium, & conceditur ab ipso actore in producto schemate sub [22], in eo tamen est differentia, quod Appellatus duos Dionysios ponat, Appellans vero tres: quorum ultimus fuit maritus Franciscæ de Rikel. Item: Dionys. secundi sororem Sophiam, nuptam de Tollet, non fuisse germanam, sed consanguineam, quæ differentia nihil ad rem facit, neque merita causæ immutat.

VOTUM.

§. 1. In formalibus nihil desidero. Sententia a qua publicata 5. Septembr. 1710. Appellatio justo tempore interposita, & decreti processus 9. Febr. 1711. Procuratoria quoque mandata recte sese habent.

§. 2. De jurisdictione priorum judicum dubium poterat moveri, quod feudalium causarum cognitio ad Officiales non pertineat. *vid. Mean. observ.* 52. *n.* 6. *sqq.* Act. prior. in voto f. 147. Sed cum reus isti exceptioni non inhærendum putaverit, sed contra actionem se defenderit coram officiali utroque, neque etiam in Act. Camer. ulterior ejus rei occurrat mentio, & de hujus supremi Judicii jurisdictione dubium sit nullum, licebit istam quæstionem sine examine ulteriori prætermittere, atque ad causæ merita progredi.

§. 3. Actionis fundamentum, si libellum primæ instantiæ inspiciamus, cui etiam convenit libellus secundæ instantiæ, est unicum testamentum conjugum Dionysii & Franciscæ ab Heinsdael, & illatio libelli est sequens.

Dionysius & Francisca testamento fideicommissum proximioribus cognatis reliquerunt, Actor est proximus ex Francisca de Rikel, ergo petit se manuteneri, & quatenus opus, immitti in possessionem bonorum Franciscæ de Rikel. Patet hinc fundamentum actionis non quæri in jure aliquo singulari, puta lege feudi, vel jure sanguinis & providentiæ primi acquirentis, de quo actor expresse protestatur f. Act. 5. pag. 2., sed in jure hæreditario universali, vid. dict. fol. 5. p. 2. & fol. 14. p. 2., dicit enim actor, agere se universali judicio petitionis hæreditatis, & quidem possessorio. Et tamen in Actis secundæ instantiæ f. 67., expressius deinde in Act. Camer., confugit ad aliud actionis fundamentum, ex jure sanguinis, feudali. Quæ duo quomodo cumulari possint, ego non perspicio, certe ad primum actionis libellum in elicienda actionis formula, respiciendum esse arbiror.

§. 4. Tametsi vero actor possessorium judicium petitionis hæreditatis nominet, f. Act. 5. pag. 2., forte quod successionis collateralis relevium simile esse bonorum possessioni Prætoriæ didicerit *ex Meano obs.* 104. *num.* 2., ego tamen Prætoriam actionem Juris Romani de qua *in Tit. ff. de possess. hæred. petit.* huic causæ accommodare nolim. Quid enim ad nos, post confusionem juris civilis & Prætorii, successio illa prætoria, ex qua sola ortum trahebat petitio hæreditatis possessoriæ, *v. Collegæ nostri Dn. Schragii Introd. ad jus ff. dict. tit. & tit. de Bonorum possess.* certe illi casus, quibus utilem adhuc esse petitionem bon. possess. a Magistratu docent JCti, & inter eos prælaudatus *Dominus Schragius dict. l. num.* 15. ad nostrum casum minime pertinent. Deinde cum actor ex jure possessionis, in specie ex Statuto *Le mort saisit le vif* v. libell. fol. 3. art. 19. agere velit, Act. prior. f. 125., errat insigniter, dum possessoriam hæreditatis petitionem ex jure possessionis derivat, cum potius ista actio Prætoria fuerit jure Romano petitorium judicium, non possessorium. *D. Schrag. tit. de Bonor. poss.* §. 3. *Ulr. Huberus accuratissimus juris interpres Frisicus prælect. ad ff. tit. de possess. hæred. petit.* §. 1. imo & jure Leodiensi *vid Mean.* 104. *num.* 2. nam quod *Mevio* alias accuratissimo excidit *p.* 3. *decis.* 135. *num.* 6., est haut dubie erroneum.

§. 5. Sed neque fideicommissaria hæred. petitio conclusioni libelli convenit, quæ conclusio, ut dictum, manutenentiam respicit in possessione, vel immissionem ex regula *le mort saisit le vif.* Act. pr. f. 125. cum fideicommissariæ hæreditatis petitio petitorium sit remedium, non possessorium. *D. Schrag. tit. ff. de fideicommiss. hæred. petit.* §. 5.

§. 6. Tandem nec remedium *ex L. fin. Cod. de Edicto Divi Hadriani tollendo.* actori nostro competere potuit, etsi in testamento vitio visibili carente sese fundet; nam ut taceam vitia a reo objecta, imo plane negatam veritatem testamenti, Actor agit ex

ex jure fideicommissi, v. Act. fol. 124., sed fideicommissarius remedio dictæ L. fin. uti non potest, quæ loquitur de hærede directo, non fideicommissario. *vid. Tiraquell. tractatu le mort saisit le vif. p. 2. declar. 1. num. 3. Mevium p. 9. decis. 135. Lynker. decis. 862.*

§. 7. Quodsi missionem in possessionem ex more ab actore petitam diceremus, fundatam etiam jure Justiniano *in l. fin. C. de codicillis, juncta l. penult. Cod. §. f. ad SCtum Trebell.*, quæ fideicommissario certis casibus possessionem tribuit ipso jure, vide *Brunnem. ibid. num. 8. sqq.*, non erit aliena hæc actionis formula ab intentione actoris & petito libelli, si cumprimis attendamus consuetudinem Leodiensem, cujus vi possessio vera tribuitur hæredi non tantum ab intestato, sed etiam testamentario, directo & fideicommissario, ex sententia *Caroli de Mean.* luculentissimi juris Leodiensis interpretis *Observ. 21. num. 3. Observ. 97.* qui vi prædictæ consuetudinis, fideicommissario hæredi actionem utilem ex interdicto Salviano largitur, *num. 12. observ. 97.* Nobis placet, verbis *Justiniani in l. fin. C. de codic.* petitionem missionis in possessionem ex moribus, nominare.

Approbata? §. 8. Dixi de Actionis formula, examinaturus jam an fuerit probata:

Probanda erant actori duo. Unum: extare testamentum conjugum de Heinsdael in quo fideicommissum sit relictum: Alterum. Fideicommissum istud ad se pertinere; id quod duo iterum comprehendit membra. Primum: conditionem fideicommisso adjectam: *si sine liberis decesserint filii testatorum conjugum*, extitisse. Secundum: Esse actorem Franciscæ de Rikel proximum consanguineum, ex familia de Rikel in Rikel.

De primo membro posterioris articuli, cum juris magis quam facti quæstio, dicemus infra §. XIII. An actio sit elisa; de reliquis jam erit dicendi locus, & non dubito ex facti narratione, atque schematis genealogici explanatione constitisse, quam minime actor intentionis fundamentum probaverit. Sed tamen repetendum hic erit distinctius.

§. 9. Quod attinet ad testamentum, notandum est.

1) Originale non fuisse productum, neque produci potuisse. v. narrat. facti, §. 10.

2) Copiam productam non fuisse desumtam ex originali, sed ex copia alia, quam dicit actor originale, fol. Act. 10. confer f. 14. 33. 148. 186. 256., nam originalia protocolla Notarii Schobens producta f. 173. sqq. testamentum istud non continuisse, fuit apertum, neque instrumentum originale ex protocollo confectum, unquam apparuit.

A Non obstat depositio testis 2. Noelmanns f. act. 65. pag. 2. ad interrog. 33. 36. 41. f. 67., nam refellitur plenissime, per producta a Reo protocolla integra Notar. Schobens, conscripta eodem anno, quo testamentum dicitur conditum, in quibus nulla plane testamenti mentio. Neque descripta fuit copia a deponente ad requisitionem Notarii Omalia, mariti secundi viduæ Schobens, sed in ædibus viduæ Schobens, quam mox dicit uxorem, mox socrum dicti Omalia, v. depos. ad interr. 33. & art. prob. 11. f. 69. conf. depos. test. 3. ad interr. 37. f. 75. b. test. 4. ad inter. 37. f. 75. b. adde rat. decid. primæ instantiæ f. 126.

Ut proinde tota illa testis depositio vacillet, cui tamen ceu sacræ anchoræ innititur actor, ceteri autem testes vel nihil, vel tantum de fide Notarii Omalia deponunt. Et cum unice ad protocolla Notarii Schobens fiat relatio v. f. 67., in relato vero nihil de testamento inveniatur, quis non videt copiam productam fidem non mereri *v. L. 2. ff. de probat. auth. si quis in aliquo, C. de edendo. A.* B *Faber. tit. C. de edendo def. 4.* Et quamquam exemplo fides quandoque fuerit habita, concurrentibus adminiculis aliis, teste *C. de Mean. Obs. 399. num. 1. usque 8.*, hic tamen nullum plane accedit tale adminiculum, nulla relatio vel observantia, ut potius contrariis præsumtionibus gravissimis a reo adductis verosimile reddatur, testamentum istud vel non extitisse, vel fuisse revocatum; quo pertinet, quod in divisionibus filiorum testatorum, nulla plane testamenti fuerit injecta mentio.

v. Act. fol. 127. adde renunciat. Ottonis de Heinsdael, factam fratri Joanni fol. 252. 253.

imo partitio hæreditatis plane aliter facta, quam in producta testamenti copia descriptum legitur, nulla etiam de eo testamento post mortem testatorum extiterit, nisi novissimo demum tempore per actorem edita fama.

C Ceteras exceptiones contra testamentum, etiamsi extitisse probatum fuisset, seq. §. XI. audiemus.

§. 10. Quod attinet ad alterum probationis articulum, in ejus membro posteriore genealogico schemate probando, maxima fuit actoris sollicitudo, maxima etiam actorum pars ei insumta.

Et cum in expositione schematis supra fuerim prolixior, licebit hic saltem revocare in memoriam, quod non fuerit probatus Joannes de Bullecom filius Joannis de Rikel & uxoris de Widous, neque hic sufficiunt præsumtiones, ut quidem videtur actori, sed cum adsit contradictor legitimus, hæres ab intestato Ottonis de Heinsdael, cui erat intentio fundata ad feudi possessionem, etiam contra agnatos jure Leodiensi *v. Mean. tota observ. 21.*, adeo, ut jus hæredis etiam probabile ad excludendos agnatos sufficiat, *idem Mean. Obs. 19. num. 4. & Obs. 100.*, omnino singuli gradus

gradus cognationum argumentis non topicis, sed certis atque indubitatis, erant ab A actore probandi. *Menoch. L.* 6. *praes.* 15. *num.* 49. *Fusar de substit. quaest.* 615. *num.* 1. neque hic sufficiebat Reguli armorum testimonium, cujus auctoritas alioqui foret major, quam judicis superioris. *v. Mascard. de probat. conclus.* 1139. *num.* 11. *Peregr. de fideicom. art.* 43. *num.* 60. *Gratian. disc. for. Tom.* 3. *cap.* 49. *num.* 14. *sq.* Quid? quod praesumtiones pro actore facientes eaeque satis leves, aliis per reum adductis, magis adhuc fuerint elevatae. Inter quas non est minima plurium familiarum cognominum de Rikel, imo & filiorum naturalium eodem cognomine utentium & eodem aevo viventium, probatio clarissima, ut proinde actionis institutae fundamenta, ab actore probata non fuisse, ut oportebat, nemini possit superesse dubium.

Actio an elisa?

§. 11. Id quod, tametsi ad absolvendum reum etiam in hac tertia suprema instantia sufficere posset, non pigrabor tamen exceptio- B nes reliquas proponere, atque ostendere, actionem, etiamsi probata fuisset per omnes articulos, excipiendo a reo esse elisam. Est enim exceptio

1) Testamenti injusti, sine consensu domini feudi conditi; quod est vitium insanabile, jure cum Leodiensi, tum vicinarum provinciarum, teste *Mean. obs.* 4. & 45 *num.* 2. ubi de feudis Brabantiae, quo pertinere feudum Rikel, in narratione facti audivimus. Certe consensus ab actore non fuit probatus, nam quod attinet ad consensum Principis Leod.; datum Dionysio ab Heinsdael ad testandum, qui productus fuit fol. Act. 144. notandum est, concessam fuisse licentiam marito, non uxori. Erant enim revera duo testatores, testantes in iisdem tabulis. *Mean. obs.* 77. *num* 3. Et quamvis Leodiensi jure suffecisset consensus marito praestitus, propter jus manus pli- C catae, quo marito acquiritur dominium omnium bonorum uxoris. *Mean. observ.* 55. *num.* 11. *num.* 36. *obs.* 9. & 35., tamen jure Comitatus Lossensis, ubi feuda, de quibus controvertitur, sita esse perhibentur, jus illud manus plicatae non obtinet, teste *Mean. obs.* 55. *n.* 13. & 18. adeoque non sufficiebat ad testamentum uxoris, consensus datus marito.

Deinde notandum, consensum Principis Leodiensis pertinere tantum ad feuda Leodiensia vel Lossensia, quorum quidem satis amplum erat patrimonium Dionysio, sed castrum de Rikel cum pertinentiis, quod acquisiverat per uxorem Dionysius, non erat feudum Lossense, sed sub-feudum Brabantiae, immediatum Curiae de Diepenbach, hodie Ordinis Teutonici, aliquae partes etiam aliarum Curiarum Brabantinarum, paucissimae vero curiae Leodiensis vel Lossensis. Sed in feudis Brabantinis, jus istud connubii soli Leodiensi provinciae proprium, non obtinet, teste *Mean. observ.* 55. *num.* 24. Neque probavit unquam actor, omnem Franciscae testatricis haereditatem, subfeuda esse Leodiensia.

§. 12. 2) Exceptio est testamenti irriti redditi seu aboliti, per praescriptionem 20. annorum, ex consuetudine Leodiensi, *v. Epitomen Petri de Mean.* publico edicto approbatum. *cap.* 6. *art.* 14. cujus verba:

» Tous transports, œvres de loi & jugements, non mis en usage par espace de
» vint ans entiers & continuels, entre gens
» capables & qualifies, sont tenus pour nuls
» & de nulle valeur. *adde observ. Caroli de Mean.* 219. sed ad transportus seu translationes & legis actiones haut dubie pertinere testamenta & fideicommissa, quae ex jure Romano & nostro, solennitate legis constant, *v. l.* 77. *de R. I. ibique Jac. Gothof. in comment.* §. 2. *Schilter ad tit. de inoff. testam.* §. 11.

Nostrum testamentum conditum dicitur an. 1633., Francisca supervixit marito domina omnium bonorum; divisio inter fratres facta plane contraria testamento an. 1644. Praesentem usque ad litem nulla testamenti, nulla fideicommissi, neque mentio, neque fama. Ergo si vel maxime vere extitisse testamentum & omnibus instructum requisitis fuisset probatum, tamen obstaret actori, exceptio praescriptionis.

§. 13. 3) Exceptio: Deficientis conditionis fideicommisso adjectae, cujus examen vid. supra §. 8. hunc in locum reservavimus, verba testamenti sunt. fol. Act. 9.

» Volunt dicti testatores, quod casu, quo
» contingat Domicellum Ottonem filium
» suum primogenitum in domino obire,
» non relinquendo post se proles legitimas,
» vel etiam cum prolibus, quae ad legiti-
» mam aetatem non pervenerunt: in eum
» eventum bona ipsi hoc praesenti testa-
» mento relicta seu legata, ad ejus fratres
» devolventur &c. Et paulo post item:
» volunt & ordinant, quod casu, quo
» contingeret praenominatos suos filios in
» Domino obire, prout praescriptum est
» &c. (scil. in verbis praecedentibus) bona
» provenientia a nobili domina testatrice,
» devolventur ad proximiores ejus con-
» sanguineos, gerentes nomen de Rikel,
» similiter exclusis foeminis.

Ecce conditionem adjectam, si filii obierint non relinquendo proles legitimas, vel etiam cum prolibus, quae ad legitimam aetatem non pervenerunt. Clausula adjecta, *vel etiam &c.* indicat, non fuisse constitutum fideicommissum perpetuum, sed tantum ad personas filiorum restrictum.

Et vero Joannes de Heinsdael, qui in divisione fraterna castrum Rikel obtinuit, quod juxta testamentum Arnoldo filio debebatur, non decessit sine prole, sed reliquit filium Adrianum, qui defunctus 1676. fol. Act. 136. b., Et cum pater Joannis defunctus fuerit an.

1661. dicto f. 136., sequitur Adrianum tunc A habuisse annos 16., si computentur a tempore mortis parentis, cum probabile sit, natum fuisse diu ante mortem patris v. rat. dec. pr. Inst. f. 138 pag. 2., qui erat justæ ætatis vir Anno 1644 & possessor castri Rikel; Etsi 16 tantum annos habuisse filium dicamus, erat tamen ejus ætatis, ut condere posset testamentum, adeoque expiraverat substitutio illa avita, ad tempus legitimæ ætatis restricta, quæ alium sensum habere non poterat, quam ut daretur substitutus nepoti impuberi; mater enim jure Leod. liberis valide pupillariter substituere potest. *Mean. Obs.* 61. *n.* 1.

Certe fideicommissum familiæ perpetuum exinde nemo eliciet, & est communis JCtorum sententia, extingui fideicommissum ita conceptum, per nativitatem filii, *l.* 17. *§.* 7. *ad SCt. Trebell. l.* 148. *de V.S.A. Faber. L.* 6. *Cod. tit.* 22. *def.* 3. *C. de Mean. observ.* 311. *num.* 22. *observ.* 454. *num.* 16. *& inprimis obs.* 663. *num.* 8.

Et quamquam in verbis fideicommisso adjectis conditionalibus, *si sine liberis*, vel *etiam* B *cum liberis* &c. non videatur esse παραδιάζευξις (ut Justiniani voce utar *L.* 4. *C. de V. S.*) sed vera disjunctio conditionis utriusque, binæque substitiones repetitæ, & quidem utraque in verbis: *prout præscriptum est*, adeoque morte Adriani, qui fuit nepos testatoris, vel quod magis est, morte Ottonis, qui fuit filius testatoris & hæres Adriani, extitisse conditionem fideicommissi speciose dici possit, atque inferri successio proximiorum consanguineorum de Rikel *arg. L.* 57. *§.* 1. *ad SCt. Trebell. Faber. C. L.* 6. *tit.* 22. *def.* 3. Facile vero resolvitur hoc dubium, si consideremus, in textu illo duas recenseri substitutiones, primam inter filios, alteram si uterque filiorum sine liberis decesserit, favore neptis, dicit ibidem Papinianus, cessasse primam substitutionem, cum alter fratrum filio superstite decessisset, dicit porro, extitisse secundum casum, *novissimo sine liberis defuncto.* Veruntamen nepti substitutæ non integram deberi C hæreditatem, sed tantum portionem fratris novissime sine liberis defuncti.

Ex hac textus ἀναλύσει perspicuum est, nihil actori nostro proficere textum, quem (in hypothesi scil. probatæ sufficienter actionis.) summopere urget. Nam prima substitutio inter liberos testatorum, per nativitatem filii Adriani expiravit, per hunc ipsum text. *& l.* 17. *§.* 1. *ff. eod.* Alter casus, si dicatur morte Ottonis extitisse, substitutio locum invenire non potuit, nisi quoad partem Ottoni in testamento relictam, ne sit plus in substitutione, quam in institutione. Atque portio Ottoni relicta in testamento, non erat castrum Rikel, quod erat datum filio Arnoldo, sed alia, prout ex verbis testamenti liquet: Adeoque quoad portionem *Joannis*, cui in divisione fraterna contra dispositionem testatorum (posito extitisse vere illud testamentum) initam, castrum Rikel obtigerat, per nativitatem filii Adriani filiæque Constantiæ, conditio fideicommissi plane evanuit, *dict. L.* 57. *§.* 1. *ad Trebell.* neque successit Adriano patruus Otto jure fideicommissi, vide ejus renunciationem Joanni fratri factam A. f. 253. sed quod esset Adriani proximus ab intestato hæres. Soror enim Constantia, erat Monasterium ingressa, alias patruo prælata. vide *Mean. Obs.* 103. *n.* 3.

§. 14. Transeo reliquas exceptiones contra testamentum & fideicommissum adductas, detractionis quartæ legitimæ & Trebellianicæ, necnon meliorationum, quæ dubiis adhuc variis sunt involutæ, cum has, quas recensuimus, actor nulla ratione removerit, omnem operam in asserenda testamenti & genealogiæ suæ veritate in utriusque Instantiæ actis collocans, & tamen, ut sæpius dictum fuit, in probatione deficiens.

§. 15. Unum est, quod ante conclusionem voti monendum restat: Actori & fundamentum a jure sanguinis, de pacto primi acquirentis seu lege feudi petitum, quod in secunda demum Instantia obiter fol. 67. in Act. Camer. libello grav. in repl. ad except. rei, n. 2. [5] & repl. [21] fol. 1. 2. & Triplica extrajud. exhibita, prolixius urget, proficere non posse;
Etenim

1) Aliud plane, ex lege feudi jure singulari experiri, aliud ex jure universali, quod in libello actionis expressisse actorem, supra monuimus.

2) Ipse actor in primæ instantiæ actis omni modo pugnavit contra feudi qualitatem, v. narrat. facti §. 4. in allegatis Actorum foliis & rat. decid. secundæ instantiæ.

3) Nunquam actor relevium feudi præstitit, seu investituram suscepit, v. rat. decid. pr. inst. f. 163. b. *Mean. Obs.* 104. *num.* 1. *& Obs.* 37. *num.* 4. *Obs.* 21. *num.* 5. neque absentiam, ignorantiam, aut alias justas causas probavit, sciens lites agi inter Tollet & Constantiam, deinde inter eundem Tollet & fratrem uterinum Constantiæ, quod ipsum argumentum est, nulla ratione, ad jura sanguinis, actorem adspirasse.

4) Naturam successionis feudalis habere feuda, de quibus est controversia, non vero civilis, actori erat probandum, quia obstante communi usu feudorum istarum provinciarum, præsumtio erat contra eum. *vid. Mean. Obs.* 7. *num.* 4. ubi de feudis Lossensibus. Actor enim inconstans est, jam in jure hæreditario, jam in jure feudali, præsidium quærens actioni suæ.

5) Ipse, quod maximum est, in probatione consanguinitatis Franciscæ de Rikel defecit, quod in notaminibus ad Schema genealogicum lit. (m), ostendisse me puto clarissime. Ut proinde Actore non probante, ab actione reus merito fuerit absolutus, qui insuper nititur proximitate cognationis per proaviam de Heinsdael, & in-

& investituris feudorum, & sententiis contra Constantiam monialem & transactione cum Barone de Benting, & duabus sententiis priorum instantiarum, contra actorem præsentem latis. Quem propterea & ego, concludendo votum, ex rationibus deductis, absolvendum esse existimo, adeoque sententiam priorem confirmandam, & insuper actorem impensarum præstatione reo condemnandum.

Publicata Sententia Cam. Imp. confirmatoria die 27. Martii An. 1713. postea expensarum taxatoria die 9. Martii 1714. formulis consuetis.

Consultatio & Decisio XXXI.

Tractans materiam officinæ & artis ferri-fabrorum, ubi utilitas officinarum, & lucra explicantur, cum nomenclatore, occasione litis Adolphi Diesterwegs/ contra die Hammerschmiede zu Bosch-hütten/ Appellationis.

STATUS CAUSÆ.

In diesen Actis sind allerhand verwirrte facta und assertiones, daß ich dermahlen nicht gründlich urtheilen kan, quid definitive statuendum. So viel daraus in facto klar, bestehet in folgenden: Im Fürstenthum Nassau-Siegen, sind die Eisen-Bergwerck die vornehmste Nahrung, vid. Land-Ordnungen. Cap. X. vom Eisen-Handel §. 1.

Die Hammerschmidte sind certo modo adscriptitii, dann sie aus dem Land nicht weichen dörffen, auch darauf mit leiblichem Eyd sich verpflichten müssen. Et vindicantur a receptoribus, per Mandata sine clausula. Ich weiß mich dessen eines Exempels vor etlichen Jahren in meo Senatu zu entsinnen, & profertur im Bericht-Schreiben [34] A sub lit. I. aliud exemplum, ex Consilio Imp. aulico de Anno 1707.

Das Gesetz der Hammer-Schmidte, oder ihr Zunfft-Brieff, nominatur der Chur-Brieff. Darvon extractus öffter vorkommt, ist auch dem Bericht-Schreiben beygefügt sub lit. H. Kläger und Appellati setzen darauf ihrer Klage Grund, und appellans agnoscirt solchen Chur-Brieff vide Act. pr. in Duplica sub lit. I. negat autem, daß er solchem zuwider gehandelt, explicando die facta anders, als Kläger solche angegeben.

Nach denen in actis sparsim befindlichen Nachrichten, mit Beyhaltung der appellatischen theils gedruckten facti speciei, (welche zwar ad acta nicht gekommen, jedoch so weit als ad descriptionem der Eisen-Hämmer dienlich allegirt werden kan,) * hat jeglicher Hammer 24. Tage zu arbeiten, und in jeglichem Hammer sind zwey Schmidte-Herden, hoc patet etiam ex contractibus in actis productis.

Ein jeglicher Tag hat 16. Stunden Arbeit, und weil in beyden Herden zugleich geschmidt wird, so werden die 24. Tage, oder 24. mahl 16. Stunden in 14. Tagen vollendet, welches man eine Reise nennet, und werden dergleichen Reisen jedes Jahr XVI. biß XX. vollendet.

Was ein jeder Tag dem Eigenthums-Herrn einbringe, überlasse ich noch zur Zeit, weiterer Untersuchung. Appellatischer Theil gibt an, daß der Profit sey jeden Hammer-Tag deductis impensis, der Anschaffung des rohen Eisens und Schmidt-Lohns, 3. Rthlr. 28. alb. Vide spec. facti pag. 14.

Wann nun die Reise der 24. Schmidte-Täge in 14. diebus naturalibus, des Jahrs 20. mahl absolviret wird, so ist der Profit 61. Rthlr. 78. Kreutzer jedes Jahrs von einem Hammer-Tag, welcher sich dann vermindert, nachdem etwa die Reise weniger mahl geschicht, oder auf das Gebäu und Gezeug Unkosten zu wenden sind, doch siehet man daraus, daß sich ein Hammer-Tag sehr wohl nutzet.

Nun hat sich in facto zugetragen, daß eine Adeliche Wittib von Rothleben, bey dem damahligen Cantzley-Director Heeser, 400. Rthlr. aufgenommen, und dafür ein Drittheil ihres Hammers, das ist, acht Hammer-Täge nießbräuchlich verschrieben, Anno 1672. laut obligation in act. pr. Beylage ad exceptiones 28. Febr. 1707. sub lit. A. Legatur. Darneben sie die Kosten der Haupt-Gebäu über sich behalten. Ist also jeder Hammer-Tag, vor 50 Rthlr. antichretice verschrieben. Wann nun ein jeder Hammer-Tag, so viel wie obgemeldt, jährlich seintrüge, so hätte der Creditor in einem Jahr über die Helffte des Capitals wieder zurück, wenigst erscheinet so viel, daß diese antichresis, das gewöhnliche Interesse, gar weit übersteige.

Es mögen nun verschiedene Umstände verhindert haben, daß der Creditor in Besitz des antichretice verschriebenen Unterpfands nicht so bald gekommen, biß endlich er per decretum immittirt worden, vide gedachte Diesterwegische Exceptions-Schrifft & adjuncta lit. B. C. wie dann Anno 1679. die von Rothleben den gantzen Hammer an die Hammerschmidte, gegen jähr liche

* Diese speciem facti hat man wegen des darin befindlichen Nomenclatoris, der gefolgten Interlocutori-Urthel nachsetzen wollen.

jährliche 55. Rthlr. locarium auf 5. Jahr verlehnt, Beylag ad dictas except. lit. D.

Auch nach ihrer Verheyrathung Anno 1684. an den von Meschede, hat dieser die Lehnung um ermeldtes Locarium 55. Rthlr. renovirt, vid. adjunct. replicæ Cameralis [44] lit. II., in except. sagt Diesterwegen 65. Rthlr. dergleichen Contracte Meschede mehr gemacht, vide sein eigen Zeugniß de 11. Oct. 1706. lit. E. except. act. pr. aber nicht ohne Beschwerung der Hammer-Schmiedte, welche mit ihm öffters Streit gehabt:

Videatur der Vergleich vom 23. Januar. 1696. so Diesterweg in actis prioribus mit der Justificat. Except. producirt sub lit. K. Nichts destoweniger hat Meschede Anno 1702. die Hammerschmidt noch viel härter beschwert, im Lehn-Contract, ibidem producirt lit. H. darinn sie 90. Rthlr. zum Locario, und noch dazu einige Gebäu-Kosten übernehmen müssen.

Hingegen aber sind die Handwercks Bescheide ergangen, 30. August. anno 1701. und 18. Febr. 1705. welche zu lesen, vide Beylag Diesterwegischer Duplic-Schrifft in act. prior. lit. O. In welchem Jahr Meschede dem Diesterweg zehen Hammer-Täge, inclusive der vorhingehabten acht Täge, sive drittentheils der Hammer, widerkaufflich pro 1250. Rthlr. verkaufft, vide Contractum de dato Siegen 13. Maji 1705. ibidem sub lit. M., ist also ein Tag vor 125. Rthlr. und also höher als vorhin 8. Tage pro 400. Rthlr. verkaufft, oder vielmehr wiederlößlich versetzt worden.

Nun ist zu wissen, wie Diesterweg zu denen 8. Tägen vorhin gelangt. Es ist die Obligation der 400. Rthlr. vom Cantzley-Director Heeser, an einen, genandt Holtzklau, und durch dessen Eheweib, nachdem sie sich secundis nuptiis an Appellanten Diesterwegen verheyrathet, gekommen, ich finde aber in actis nur von 350. Rthlr. Capital, so Diesterweg acquirirt, und also nur sieben Hammer-Täge, jeden zu 50 Rthlr. gerechnet: vide seine Except. Schrifft in act. pr. vom 28. Febr. 1707. weiß also nicht, wie obgedachte Beylag Widerkauff-Contracts lit. M. d. anno 1705. von acht Hammer-Tägen rede.

Ehe und bevor nun Diesterweg Anno 1705. die zehen Hammer-Täge wiederkaufflich acquiriret, hat er sieben der acht darin qua Creditor, antichretice vor die 350. Rthlr. oder 400. Rthlr. (differentiæ ratio nondum liquet.) genutzet, dabey von denen Hammerschmidten eine Renthe, juxta narrata libelli, so ich noch zur Zeit an seinen Ort gestellt seyn lasse, von jedem 5. Rthlr. abgefordert und bekommen, und ferner ihnen die Bau-Kosten zu tragen zugemuthet: Hierüber ist es nun Anno 1706. mense Julio zur Klage kommen, Innhalts Act. pr. lit. A. Die Siegische Cantzley verweiset die Sach an das Handwerck oder die Zunfft. Daselbst hat sich Diesterweg nicht einlassen wollen, dahero die Zunfft, nach Summarischer Cognition, einen Bericht oder Gutachten erstattet, so in act. prior. sub præsentato 30. Aug. 1706. lit. B. zu lesen,

A absolvendo die Lohn-Schmidte, a præstatione der Interesse vom Capital, oder der Renthen, und der Bau- und Gezäu-Kosten.

Appellavit Diesterweg ad Cancellariam Siegensem, doch ist die Sache, wie es scheinet, nicht per modum Appellationis, sondern vermittelst repetition der Klage und vorgewandte Exceptiones, ab ovo tractirt worden. Das Haupt-Fundament Disterwegischer Exception, so auch in Camera wiederhohlt, wird darinn gesetzt: (1) mit denen Bau-Kosten habe er nichts zu thun, sondern gehörten dem Proprietario von Meschede.

2) Die Renthe habe er gezogen von denen Hammerschmidten, nomine sui debitoris, dem sie ex contractu das Locarium schuldig, qua creditor, auf des von Meschede Anweisung.

3) Die Hammer-Täge aber habe er genossen, als Verleger, oder Reitmeister.

Vide in Act. prior. Justific. Except. sub lit. G., & duplicam ejusdem lit. I., allwo er solches Genusses allenthalben geständig ist.

Bey der Nassau-Siegischen Cantzley, ist des Handwercks Ausspruch, per sententiam 27. Maji 1707. confirmirt, darauf Diesterwegen ad Principem Nassovicum Sigensem appellirt,
B und ad consilium JCtor. Altorfiensium am 21. Oct. 1709. fernere Confirmatoria ergangen. Es meldet Diesterwegen von Veränderung der Verschickung, welche vorhin nach Franckfurt an der Oder geschehen seyn solle, addendo litteras Cocceji an seinen Verwandten zu Halberstadt. Allein es ist genug, quod sententia ista Altorfiensis fuerit publicata. Ob aber Diesterweg von solcher Urthel ad Cameram appelliret, solche appellation introducirt, und justificirt habe, kan ich aus denen in termino reproductionis, und hernach ad acta gebrachten Stücken nicht sattsam erkennen, da auch die Sache in meritis mir noch zu unklar, so wolte einige Umstände, vermittelst eines Interlocut-Bescheids, gern zur Erläuterung gebracht wissen.

Exposito statu causæ, & prælectis numeris Actorum quatenus opus, de variis prioris instantiæ vitiis dicere superfluum puto, cum Judicium Camerale defectus inferioris instantiæ, si in superiori emendari possunt, curare multum non soleat, *vid. Gail.* 1. *Obs.* 75. *num.* 5. adeoque hoc imprimis curandum, ut in hac causa opificiaria liti quamprimum finis
C imponatur, cognoscendo de meritis, sine ambagibus.

Videtur autem res in circumstantiis facti adhucdum esse confusa, neque satis clara, adeoque per interlocutoriam sententiam clarior facienda. Hanc loco voti hic subjicio.

In Sachen Adolph Diesterwegs, Appellanten, eins, wider Bosch-hütter Hammerschmidte, Appellaten andern Theils, ist Dr. H. sein der End-Urthel halber beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern Dr. D. auf nachfolgende Puncte, vermittelst eines von seinem Principalen abzustatten habenden Juramenti

menti calumniæ specialis, sich deutlich und unbeschränckt vernehmen zu lassen.

1) Wenn und wo sein Principal von der Haupt-Urthel voriger Instantz vom 21. Octobr. 1709. gebührend appelliret.

2) Ob der von Meschede, als Proprietarius des Bosch-hütter Hammers die Haupt-Gebäu und übrige Kosten, denen in actis befindlichen Contracten und Bescheiden zu Folge würcklich abgestattet, oder, ob die Bosch-hütter Hammerschmidte, solche Kosten, und aus was vor beständiger Ursach, entrichten und tragen müssen.

3) Was jetzt-gedachte Hammerschmidte, wann sie nach Appellantis Vorgeben, als Conductores des Hammers anzusehen, deßhalber sie seine jährliche Renth zu præstiren schuldig gewesen, vor Nutzen darvon gehabt, und ob nicht vielmehr Appellant, allen Nutzen alleine genossen.

4) Wann und welcher Gestalt Appellant von denen Hammerschmidten, zum Reitmeister oder Verleger angenommen worden.

5) Wann und wo der von Meschede Appellanti die Hammer-Renthe, an statt der Zinse vom Capital der 400. Rthlr. angewiesen, und wie viel er jährlich deßhalben empfangen.

Zeit vier Wochen pro termino & prorogatione von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß alsdann in der Haupt-Sache ergehen solle, was Recht ist.

Tota decisio meo voto dependet ab explicatione per sententiam hanc interlocutoriam exigenda; nam *primo*, si appellatio non interposita a sententia An. 1709. cadit appellatio a sequente inhæsiva. Credo tamen huic Articulo satisfieri posse; invenio enim indicium aliquod interpositæ appellationis tempore Justitii, sed debite hoc non est probatum.

In reliquis articulis subesse possent forte contractus simulati & usurarii, adeoque si Proprietarius onera reparationis officinæ actu non præstitit, necessario ea præstanda erunt ab Appellante, cum tamen Appellati dicant, ipsis hoc onus de facto incubuisse: Porro, si Appellati ex officina nullam habuerunt utilitatem, si appellans omnem percepit, utique non tenentur ad aliquod locarium, & simulate tantum dicerentur Conductores, Appellans habendus potius pro Domino, vide contractum act. prior. sub lit. I. lit. M. An. 1705. & hinc Appellati non possunt esse obstricti ad utrumque & locarium, sive eine Hammer-Renthe, & ad sumtus reparationum, imo, ad neutrum teneri eos putarem.

A Neque etiam Appellant ullo verbo adhuc probavit, daß die Bosch-hütter ihn zum Reitmeister oder Verleger angenommen. Den Zunfft-Bescheid de anno 1701. allegat quidem in actis Cameralibus, sed in actis prioribus nullam mentionem ejus facit, neque adeo credibile, daß er sey vertuschet worden. Est autem adjunctum dem Gegen-Bericht sub lit. L., & non videtur facere ad appellantis intentionem; das Decretum de anno 705. 18. Febr. ist sub lit. O. apud duplicas befindlich, de anno 1706. ist sub lit. K. apud Exceptiones sub lit. G. & tamen conqueritur, die Stücke seyen nicht apud acta Die, Replic-Schrifft [43] [44] ist längst verspätet, dahero zu verwerffen.

Placuit, & publicata fuit sententia, quæ supra recensita 16. Maji 1721.

SPECIES FACTI A PARTE APPELLATA DISTRIBUTA OB NOMENCLATOREM INSERTUM HIC ADDITA.

B Es erste Protocollo bey der Fürstl. Nassau-Siegischen Evangelischen Regierung, laut Memorialis sub lit. A. die Klägere und Appellaten am 31. Julii 1706. gegen anmaßlichen Appellanten Diesterweg, Rechtliche Klage erhoben, wie daß in anno 1672. **Johanna Sybilla von Rothleben**, gebohrne von der Hees, bey damahligem Cantzley-Director Heesern, auf bittliches Anstehen, baar geliehen und vorgeschossen bekommen ad 400. Rthlr., vor welche Capital-Summa, vorhin bemeldte Frau von Rothleben ihrem Creditori Heeser, zu seinem sicheren und wahren Unterpfand, einige Hammer-Täge (*a*) auf Busch-hütten, loco Pensionum & Hypothecæ, nießbräuchlich, seu Jure Antichretico eingestellet, welcher Schmidt-Zeit dann Herr Heeser seel. sich alsobald angemasset, und dieselbe, unter die Buschhütter Hammerschmidte repartiret, wie dann auch Gerlach Spies von erwehnten Hammertägen zwey, als Lohnschmidt (*b*) zu schmieden übernommen, und biß in annum 1678. nach Handwercks-Gebrauch geschmiedet.

Nachdeme aber der anmaßliche *Appellant* **Diesterweg, die** *quæstionirte* **und** *versetzte* **Hammertäge, von seinem** *Antecessore* **Holzklau**, in Handen bekommen, so hätten Klägere C und Appellaten, auch demselben, biß ad annum 1706. und consequenter in die 28. Jahr 7. ad 8. Hammertäge, (welche præmemorirter massen seinen Antecessoren in anno 1672 den 1. Julii von der Frau von Rothleben zu Langenau Jure Antichretico versetzt,) als Knechte oder Lohn-Schmidte, nicht allein geschmiedet, sondern sie

 wären

(*a*) Ein Hammer-Tag bestehet in 16. Stunden, welche die Hammerschmidte dem Reitmeister schmieden, und in dieser Zeit von 4. Stahlen oder 38. Pfund Roh-Eisen 4. Waagen oder 122½. Pfund geschmidt Eisen lieffern müssen; Worinnen aber eigentlich der Nutzen eines Hammer-Tags bestehe, ist aus Anmerckung sub Num. 2. zu ersehen pag. 14.

(*b*) Diese müssen dem Reitmeister auf die Hammertäge um ihren Lohn schmieden, dargegen der Reitmeister vermög des ad 204. Jahr eingeführten und observirten Chür-Brieffs, die Bau-Kosten und Eisern-Getzau, abführen und abstatten muß.

Num. 1. wären auch gegen den Churbrieff, und Handwercks-Gebrauch, vermög der Anlage sub n. 1. von denen quæstionirten Hammertägen, und zwar **ein jeder insbesonder 5. Rthlr. Renthen** (c) biß in annum 1705. zu geben, und noch darbeneben alle Haupt-Bau-Kosten und Eisern-Gezau (d) mit schweren Kosten anzuschaffen, von dem anmaßlichen Appellanten Diesterweg angehalten, wie dann in specie der Hammerschmidt Gerlach Spies, je länger je tieffer in Schulden gestürtzt worden, indeme er **von diesen Renthen verschiedene Handschrifften** ausstellen, und jährlich verpensioniren müssen, **auch von denen zuruck gebliebenen** *Pensionen* wiederum eine Obligation extradiren, und *per consequentiam* **Renthen von Renthen** (e) geben müssen, wodurch er dann *præter propter* 840. **Rthlr.** schuldig, und gäntzlich zu Grund gerichtet worden, da doch der beklagte und anmaßliche Appellant, NB. die quæstionirte Hammertäge vor die Interesse, so von gedachtem Capital der 400. Rthlr. fallen dörffte, eingenommen, über deme auch seine Vorfahren respective Herr Cantzley-Director Heeser, item Ebert Heeser, noch Adam Holtzklau, welchen sie und ihre Eltern auch von 1672. biß 1677. die versetzte Langenauische Hammertäge als Lohn-Schmidte geschmiedet, keinen Heller Renthen, wegen derer Hammertäg, noch auch die Höltzerne Bau-Kosten von ihnen prætendiret, wie solches ab dem bey denen Actis prioribus befindlichen Attestato sub lit. E., klärlich zu ersehen. Lit. E.

Dahero ab Anno 1678 biß in Annum 1705. von beklagtem und anmaßlichen Appellanten Diesterweg, per condictionem indebiti, restitutionem der empfangenen Hammer-Renthen, und um Satisfaction deren Haupt-Bau-Kosten und Zoll, gebetten.

Ist diese Sache, als eine Zunfft- und Handwercks-Sache, ihrer Natur nach, sogleich zu erster Instantz, an das Handwerck, zur Handwercks-gebräuchigen Entscheidung verwiesen worden, gestaltsam Ihro Hochfürstl. Durchl. zu Siegen als Lands-Herr gnädigst und heilsamlich verordnet, und respective befohlen, daß alle Handwercks-Sachen summariter, nempe ut partes Jura sua de simplici & plano, ore tantum absque Scriptis proferant, nec per subtilitates domi cogitatas, & in Scriptis conceptas lites protrahant, adeoque hæ citius determinentur & finiantur, & ne utilitas publica, quæ in Provincia Nassovica in mercimonio ferri consistit, labefactetur, solten abgethan, und hiervon nicht weiter dann für Ihro Hochfürstl. Durchl. appelliret werden. vid. Nassau Catzenelnbogische Berg-Ordnung pag. 8. §. Wir wollen auch in Sachen das Bergwerck belangend &c. item §. Wir wollen auch, daß von ihrem Berg-Gericht &c. &c.

Nachdeme nun Inhalts des bey denen Actis prioribus befindlichen Handwercks-Protocolli vom 17. Augusti sub lit. B., der beklagte und Lit. B. vermeyntliche Appellant Diesterweg, auf der dißfals angesetzten Tagfahrt zwar erschienen, jedoch aber, nach der von denen Klägern und Appellaten, mündlich wiederhohlten Klage, allermassen solches oberwehnter massen, in dergleichen summarischen Handwercks- und Zunfft-Sachen die Observantz und Gewohnheit ist, sich keineswegs einlassen, sondern unter scheinbarem, an sich aber unerheblichen Prætext, seine vorsetzliche Tergiversation und Contumaciam verbergen wollen, so hat der zeitliche Bergmeister, auch alte und junge Hammerschmidte, nebst einigen Reithmeistern oder Verlegern derer Hammerschmidten, Handwercks-Gebrauch und Gewohnheit nach, anders nicht gekont, als mit ordentlicher Umfrage fortzufahren, und ihre Meynung und Observantz einhelliglich zu eröffnen, daß nemlich **ein Lohn-Schmidt von denen Hammertägen dem Reithmeister keine** *Interesse* **zu geben, weniger die Haupt-Bäue, am wenigsten die Eisern-Gezau anzuschaffen verbunden wäre**, aus Ursachen, weilen solches (1) gegen das alte Herkommen, (2) weilen die andere **Reithmeister, welche ebenfals auf dem** *quæstionirten* **Hammer einige Tage Versatz-Weise**, gleich dem anmaßlichen Appellanten Diesterweg, von der Frau von Rothleben im Gebrauch gehabt, **dannoch keine** *Interesse* von denen versetzten und gebrauchten Hammertägen bekommen, sondern

(c) Hierbey ist zu wissen, daß zwar ein Hammerschmidt von denen Hammertägen zuweilen pflegt Interesse zu geben, allein alsdann muß er die Hammertäge eigenthumlich schmieden, und denjenigen Nutzen, den sonsten der Reithmeister einziehet, selbsten geniessen. Nun hat aber im Gegenspiel, der anmaßliche Appellant Diesterweg, als Reithmeister, **unerachtet derselbe** *in effectu* **des** *Proprietarii* **Stelle vertretten**, und die Hammertäge eigenthumlich geschmiedet, und ihme laut Handschrifft, von der Frau von Rothleben, die quæstionirte Hammertäge an statt der Interesse, zu geniessen versetzt worden, über dieses auch die Renthe gefordert, und per consequentiam sich doppelt zahlen lassen; Und daß derselbe, sobald er die Holtzklauische Wittib geheyrathet, von denen quæstionirten Hammertägen, denen Hammer-Schmidten die Hammer-Renthe von Anno 1681. biß 1704., schnurstracks gegen der Hammerschmidten Chur-Brieff, abgenommen und angekreidet habe, ist durch dessen eigene Hand-Unterschrifft probiret vid. in lit. H. Adjunctum sub num. 4. & 5. Item Extract Thielmann Patte alten Abrechnungs- Lit. H. Buch in 4to fol. 137. so bey der in prima Instantia sub lit. K. übergebenen Contradiction, Lit. K. Acceptation und Submissions-Schrifft, und dessen Adjuncto sub lit. L. befindlich. Item Lit. L. Extract. Johann Jacob Hardts seel. Buchs in 8vo und rothen Papier eingebunden.

(d) Was hierunter verstanden werde, ergibt sich klärlich ab der Beylage sub num. 2. Num. 2.

(e) Welche Prætensio als eine usuraria pravitas, bekandter massen, in Jure eine schwere Straffe nach sich ziehet.

Express. L. 20. C. ex quib. caus. infam.

dern selbst alle Bau-Kosten hätten abführen müssen.

Und ob nun wohl darauf besagter Appellant Diesterweg, am 30. ejusdem, mithin *post lapsum Decendii*, vermittelst Exhibirung einer so genannten Rechtlichen Verwahrungs-Protestations- und Appellations-Scheda cum petitio legali sub Lit. C., gegen diesen Handwercks-Bescheid, sich zu dem Beneficio Appellationis, vermeyntlich gewendet, so ist doch solche anmaßliche Appellation, in sich um deßwillen null und nichtig zu achten und anzusehen gewesen, als derselbe, fals er mit Bestand Rechtens zu appelliren gemeynet gewesen wäre, die in der, biß an das Ende eines gantzen Seculi, und darüber eingeführten und observirten Nassauischen Lands- und Procefs-Ordnung vorgeschriebene Form hätte halten, und keine andere, zumahl aber die expresse verbottene nicht gebrauchen sollen. Paria enim sunt, aliquid illegitime & nulliter fieri, aut prorsus omitti.

Per vulgat.

Cum non servata forma a Lege præscripta, actus plane corruat.

Everhard. a Middelburg. *in Synops. loc. top. legal. loc.* 18. *a defectu formæ.*

Dahero dann hernachmahls dieser in prima Instantia ergangene Handwercks-Bescheid, in secunda Instantia, von Fürstlicher Nassau-Evangelischer Regierung am 27. Maji 1707. confirmirt, oder vielmehr vor Rechts-bündig angenommen, und darauf in allen Clausulen confirmiret worden, und da auch hiergegen er Diesterweg, abermahls durch eine, an Ihro Hochfürstl. Durchleucht von Nassau-Siegen Evangelischen Theils, vermeyntlich ergriffene Appellation, seiner Boden-losen und unartigen Sache zu helffen bemühet gewesen, solcher Appellation auch zwar, wie gewöhnlich, von dero nachgesetzten Regierung, jedoch bloß aus unterthänigstem Respect gegen höchstgedachte Ihro Hochfürstl. Durchl. in tantum deferiret worden, so ist dannoch restantibus Actis, nach langwüriger Tergiversirung des Beklagten und anmaßlichen Appellantens, causa utrinque submissa, die von auswärtigen unpartheyischen Rechts-Gelehrten, nach beschehener Inrotulir- und Verschickung derer Acten eingehohlte Urthel sub Num. 3. wiedermalen dahin ausgefallen, daß die von Fürstl. Nassau-Siegischen Evangelischen Regierung gefällte und publicirte Urthel, confirmirt und bestättiget worden.

Hieraus nun, und nach vorerzehlten auch sattsam verificirten Umständen, fliesset von selbsten, da gegenwärtig tres conformes, & primæ Confirmatoriæ Sententiæ vorhanden, worvon die erstere vorgededucirter massen, ob illegitime, nulliter, & contra præscriptam Legis Provincialis formam, prætense interpositam Appellationem, vires rei judicatæ, die Appellaten aber dadurch ein Jus quæsitum, quod ipsis invitis, salva Justitia, auferri non potest, erlangt, daß auch die an ein Höchst-preißlich Kayserlich Cammer-Gericht anmaßlich vorgenommene Appellation, weder ratione Formalium, secundum doctri nam.

Blum. *Process. Camer. tit.* 46. *num.* 64.

noch ratione Materialium bestehen könne; gestaltsam quoad Materialia zu mehrerer Erläuterung vorläuffig nicht zu verschweigen, auch aus dem sub Num. 4. beyliegenden Extractu der Nassauischen Policey-Ordnung zu ersehen, welchergestalt der Eisen-Handel die vornehmste Nahrung in dem Hochfürstlichen Nassau Siegischen Land ist, und von dessen guter Unterhaltung, unwidersprechlich und bekandtlich, des gantzen Fürstenthums Wohlfahrt dependiret, gestaltsam aus dieser Bewegnuß höchstgedachte ihre Hochfürstl. Durchl. als Landes-Herr, allerdings dahin zu sehen, und es darauf einzurichten haben, daß durch den, von denen so genanten Reitmeistern oder Verlegern, auf allerhand listige Art und Weise, offtermahls mit denen schlechten und einfältigen Lohn- und Hammerschmidten treibenden Wucher, (als welche Hammerschmidte, wie alle Nothleidende Debitores, offtmahls in angustiis, und wann sie einen rigorosen Creditorem haben, sogleich aber nicht bezahlen können, seiner Gnade leben, und aus Beysorge, daß wann ihnen die quæstionirte Hammer-Täge, bey solchen elenden schweren theuren Zeiten entzogen würden, sie crepiren müsten, alles demselben, so wohl mobilia als immobilia generaliter, ja gar Leib und Seele verschreiben (wie er dann bereits die Eck-Posten ihrer Häuser, durch Abschneidung derer Spänen gantz debil gemacht, und Zinß von Zinsen sich anrechnen lassen müssen,) diese nicht zu Grund gerichtet, und wann sie hernach durch dergleichen Ubernehmung und Erpressung in völliges Armuth gestürtzet worden, gegen ihren, nach Erforderung des Chür- oder Zunfft-Brieffs sub Num. 1. ausgeschwornen schweren Eyd aus dem Land zu weichen, also einen verdammlichen Meyn-Eyd zu begehen, und per consequentiam zu des gantzen Landes Ruin und Verderben, durch anderwärtige Anrichtung neuer, oder Retablirung alter Hämmer, die schädliche Beförderung zu thun, nicht genöthiget werden: Wie dann Höchst-gedachten Ihro Hoch-Fürstl. Durchl. von Nassau-Siegen Evangelischen Theils, dergleichen vor verschiedenen Jahren würcklich also begegnet, so daß dieselbe dadurch sich gemüßiget befunden, bey Höchst-preißlichem Kayserl. Reichs-Hof-Rath, nach Ausweiß des ad Acta gebrachten Extractus Rerum Resolutarum, ein Mandatum Pœnale de non retinendo, sed remittendo subditum, contra Leges & Constitutiones Imperii in patrocinium & clientelam susceptum, ac cassando & nullum declarando homagium ab eodem nulliter præstitum, sine Clausula auszuwürcken.

Als leben Appellaten, (unter denen viel arme Wittweiber, und unmündige Waysen-Kinder vorhanden, welche nicht nur durch die bißhero ihnen von anmaßlichen Appellanten verursachte unsägliche Procefs- und andere mit so viel hundert ausgezahlte Kosten, sondern auch durch die im vorigen Sommer eingefallene Dörrung und Wasser-Mangel gantz zu Grund gerichtet worden,) der festen rechtlichen Zuversicht, ein Hochpreißlich Cammer-Gericht, werde auch die Materialia, und Objectum dieser anmaßlichen Appellation, in gegenwärtiger NB. offenbahren Policey-Zunfft- und Handwercks-Sache dergestalt

gestalt bewandt erachten, daß darvon secundum doctrinam A

Mev. *part.* 3. *decis.* 154. *num.* 5. & 7. & *Praxin Imperii.*

die Appellation an das Hochpreißliche Cammer-Gericht nicht erwachsen seye, oder aber eventualiter in causa principali, durch eine gnädigst förderliche Urtheil zu erkennen, und auszusprechen geruhen, daß der anmaßliche Appellant Diesterweg denen Appellaten, die gegen die Chur-Brief und gegen die gemeine Schmidt-Observantz abgenommene Renthen, und den von denen Appellaten bezahlten Eisen-Zoll, auch die von ihnen angeschaffte Haupt-Bäue, und Eisern-Gezau, cum refusione Expensarum, zu refundiren schuldig seye; Weniger nicht den Kayserlichen Fiscal, wider die von anmaßlichen Appellanten getriebene offenbahre und höchst-verpoente Usurariam Pravitatem, seines Amts sich zu gebrauchen, erinnerlich zu machen. Wie dann Appellaten darum hiermit unterthänigst flehentlich angesucht, und ihnen zu der Justitz, welche ja dem geringsten Menschen nicht versagt, oder aufgehalten zu werden pflegt, offentlich zu B verhelffen, und endlich auch noch einmahl zu dem, was ihnen gleichwohl GOtt, und das Recht in die Hände gegeben, dereinst gelangen zu lassen, nochmalen inständigst gebeten haben wollen.

Beylagen.

Num. 1.

Extract Chur-Briefs.

§. 33.

Als und demnach uns auch glaubhafft vorgekommen, über das ohnlaugbar ist, **daß nunmehro fast alle Hammer- und Schmidt-Zeit, denen Reitmeistern Erb- und eigenthümlich zuständig, die Hammer-Schmidte** *per consequens* **nicht anders, als Taglöhner und Knechte ihrer Reitmeisteren seyn**/ die denenselben auf ihrer eigenen Zeit ihr Eisen um Lohn schmieden, destoweniger aber nichts bisher so wohl an der Bezahlung des geschmiedeten Eisen-Zolls und Wasser-Gelds, als der Haupt-Bäuen und **der Eisern-Gezau das ihrige** *attribuiren*, **und anschaffen oder ertragen müssen; und dann Wir ein solches vor billig nicht erkennen, und weniger zusehen können; So verordnen und wollen wir hiemit/ daß die Reitmeistere, von nun an und künfftig, von ihrem eigenen Eisen, den geschmiedten Eisen-Zoll, und Wasser-Geld allein bezahlen**, und darzu von ihrer eigenen Hammer-Zeit die Haupt-Bäu und Gezau stellen, sodann den Kohlen-Zoll, künfftig, von denen ins Land kommenden Kohlen bezahlen sollen 2c.

C *Hoc etiam est in confesso.* Act. pr. fol. 54. ubi additur, es sey Renovatio in Emphyteusi sub pœna privationis nicht vonnöthen. Id quod pertinet ad quæstionem juris. Hic tantum de facto probato agere volui: additur etiam excusatio, quod *aliqui reorum tunc fuerint in ætate minore constituti*, productum vero fuit scriptum hoc 11. *Febr.* 1693. v. fol. 48. neque adeo ad tempus sequens facit, in quo adepta dudum majorennitate in contumacia perseverarunt. Alibi dicitur fol. 96. ad art. 50. qui ita sonabat: Wahr, daß Wittib und Erben renovationem investituræ zu requiriren nicht verlanget. Responsio: Ja, und wahr, daß keine renovatio Investituræ dato noch requiriret, keinesweges aber *ex contemtu* vel vilipendentiæ Domini directi, sondern NB. lediglich ex intentione, wie nechst vorhin gemeldet, scil. ad artic. 49. ibid. nur hiedurch Klägern zu Recht und Billigkeit

keit

Zeit zu vermögen. Egregiam rationem! Hoc scriptum productum fuit 10. Febr. 1694. fol. 87.

Hic *quæritur tantum de facto*, & demonstratum esse puto per singula capita, Actores facta, in quibus fundata est actio, ad caducitatem plena manu probasse.

Illud hoc loco prætereundum non est, quod Actor in libello primæ Instantiæ 1. Jun. 1689. exhib. rationem privationis fol. 15. *in solo neglectu investituræ & petitione protectionis* extraneæ collocaverit, concludendo simul pro condemnandis reis *ad solutionem canonum præteritorum* quos recte peti salva actione ad caducitatem supra ex Fulgineo ostendi Jur. Emphyt. tit. de var. caduc. qu. XV. In sequenti deductione producta 6. *Maji* 1693. fol. Act. pr. 63. *ante responsionem solennem* per Advocatum ordinarium confectam & ad Acta admissam, quæ sequitur fol. 88. 10. *Febr.* 1694. causæ ulterius deducuntur & cæteræ *causæ specifice enarrantur.* vid. Act. pr. fol. 84. verso & fol. seq.

Constat etiam ex jure quod si *lite supra caducitate instituta & pendente exoriatur causa aliqua antea non expressa*, ista causa privationem non eo minus operetur, præclare hoc deducit *Hodierna ad Surd. decis.* 6. *Giurba decis.* 17. cumprimis ante responsionem rei.

Jam pergo ad examen probatæ actionis in jure, hoc est, *an facta, quæ probata esse hucusque ostendi, etiam in ea qualitate probata sint, ut effectum privationis de jure inferant*: in quo articulo non potest non fieri, ut etiam ea, quæ pro elidenda actione a parte appellante in medium fuere prolata, ad examen vocentur, proinde in capite illo: *an actio sit elisa*, licebit mihi esse breviorem, & ad hunc articulum in conclusione me referre.

1) Excusatur factum ab hæredibus ex hac ratione, quod pater ex documentis repertis de qualitate Emphyteuseos & oneribus melius fuerit informatus, neque licuerit Domino facere conditionem ejus duriorem contra tenorem Investiturarum antiquiorum.

Intelligitur scil. ipsa jurisdictio, quam Domino directo competere negarunt, vid. Act. priora. fol. 8. ad art. 5. 6. & Acta Cameral. Libell. grav. fol. 3. Replic. fol. 7. 16.

In feudis, investitura antiquior cynosura est sequentium, atque præjudicium infertur Vasallo à primo adquirente descendenti, si investituræ sequenti aliquid inferatur contra tenorem primæ. Rosenthal c. 6. concl. 69. n. 14. seq. In feudo novo juxta contractum feudalem omnia sunt exigenda: Emphyteusis est contractus magis ex pactis & conventionibus, quam ex natura propria judicatur. Textus expressus *L. 1. C. de J. Emphyt.* esse jus emphyteuticum validum contractum, in quo *cuncta, quæ inter utrasque contrahentium partes super omnibus*, vel etiam fortuitis casibus, *pa*A*ctionibus scriptura interveniente habitis placuerunt*, firma *illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri. Myns.* ad Instit. tit. de locat. conduct. §. adeo. Adde *Fulgin. de Jure Emph.* tit. de var. caduc. qu. 1. n. 1. seq. & de success. in bon. emphyt. qu. 9. n. 22. *Hod. ad Surd.* decis. 198. n. 5. Atqui *in casu nostro* aderat *conventio expressa* inter Dominum Emphyteuseos & novum Emphyteutam, neque conditiones novæ, sed jam antea in præcedentibus Reversalibus immediate præcedentium possessorum expressæ & agnitæ; vid. Rosenthal. cap. 10. concl. 14. num. 20.

2) *Pacta, de quibus est quæstio*, redeunt ad duos articulos.

(1) De præstando laudemium extra casus alienationis, **auch in Sterb-Fällen.**

(2) De jurisdictione inferiore permissa Emphyteutæ novo personaliter.

B Unum saltem ex his articulis in reversalibus correctum esse reperio contra fidem datam. De utroque tamen dicenda sunt aliqua specialius, quia Emphyteuta novus B. plane non voluit amplius teneri reversalibus, neque etiam agnoscere jurisdictionem Domini directi, putans antiquas literas reversalium debere esse cynosuram causæ, & dolens, quod in Judicio Imperiali Aulico recentiores pro cynosura habita fuerint, favorabilius judicium expectans in Camera vid. Replic. [55] fol. 11.

Proinde est quæstio hoc loco, *an propter pacta non servata Emphyteuta jure suo cadat?*

Distinctione aliqua decidunt hanc quæstionem Interpretes, an pactum respiciat rei concessæ *usum vel rem ipsam*, quæ fuit in Emphyteusin data, an aliquid externi, quod rem ipsam non respiciat. Priore casu amittere emphyteusin, qui pacta conventa non adimplet, posteriore non amittere tradit *Surdus Decis.* 180. & permulti qui eum sequuntur. Duos inter multos nominare volui C saltem, *Hodiernum* ad dict. decis. 180. Surdi, *Fulgineum* de jur. Emph. tit. de variis caducit. qu. 1. n. 39. 40. Tametsi vero iste casus, vel causa amittendi emphyteusin, in lege civili expressus non reperiatur, sufficere tamen docent JCti causas similes vel graviores, *culpam in solutione Canonis*, non restrictive sed *exempli gratia* esse expressam L. *fin. C.* de Jur. Emphyt. argum. 2. F. 24. verso: *Sed quia notum. Surdus* dicta decis. 180. *Ruin.* Cons. 167. n. 18. Vol. 1. *Fulgin.* dict. loc. Non obstat, quod laudemii præstatio referatur ad ea, quæ sint externa, ad rem s. ipsam Emphyteusin non pertinentia *Fulgin.* de var. caduc. quæst. 16. n. 4. adeo ut ob culpam in non præstando laudemio Emphyteusis non amittatur juxta *Fulgin.* d. c. videtur etiam jurisdictionem esse ad externa saltem referendam.

Respondetur: *Verum hoc esse in casu, ubi pacto*

pacto expresso de laudemii præstatione non fuit conventum; præstatur enim laudemium, nisi aliter conventum, vel consuetudo aliud exigat, tantum in casu venditionis, ubi mutatur Emphyteuta intellectu juris, *Franzk.* de laudem. toto cap. XIV. adeoque non a liberis vel iis, qui in prima Investitura comprehensi, Id. cap. VIII. n. 23. seq. conf. *Reform. Noric.* parte 2. tit. 23. lege 13. versu: wenn denn ein Erb-Guth & versu seq. Unde & liberi investituræ renovatione opus non habent regulariter, qua in re diversitas Emphyteuseos a feudis agnoscitur. *Franzk.* dicto cap. VIII. n. 25. adde *Fulgineum* J. Emph. tit. de laudem. quæst. 8. n. 1. *Quando autem in pacto cum emphyteuta* conventum, ut laudemium præstare debeat in aliis etiam casibus mutationis personæ Emphyteutæ præter alienationem, hoc est, ut investituræ renovatio petatur, perinde ut in feudis. Est enim *investitura causa efficiens* propinqua *laudemii præstandi.* *Franzk.* cap. XVI. n. 362. adeo ut Investituræ renovatio & laudemii. præstatio sint relata quorum unum necessario supponit alterum. Idem *Franzk.* cap. V. n. 14. sq. Posito inquam tali pacto, necesse est *ut ingrediatur ipsam Emphyteuseos constitutionem,* sive modum habendi rem neque amplius haberi potest pro extrinseco accidenti. Hinc *& Surdus dicta decis.* 180. pactum de renovatione Investituræ petenda expresse refert inter ea, quæ ipsam rem afficiunt, ita ut emphyteuta pactum tale non servando pœnam privationis incurrat. Neque mihi hic obstabit, quod vulgo dicitur, quamcunque causam etiam stolidam, *ut loquuntur*, vel bestialem a pœna privationis liberare. *Fulgin.* J.E. tit. de solut. Can. qu. 1. n. 80. nam ut taceam phraseos ineptitudinem in sensu verborum proprio, quando agitur de administranda justitia, cum nemo hominum sit adeo sensuum expers, ut vim legum aliqua bestiali causa evertere non possit, & frustranea futura sit legum dispositio omnis, si locutio proprio in sensu esset cupienda; Existimo Autores, qui ea utuntur locutione, id dicere voluisse, judicem non debere esse pronum ad privationem, si probabilis adsit ratio Emphyteutam non peccasse animi destinatione, sed vel errore, vel rusticitate, vel ignorantia aliqua, etiam juris non voluntaria, aut affectata ejus, quod ignorare licebat: c. 47. de R. J. in 6. to. *Surd.* Decis. 342. n. 23. *Masc.* de probat. conclus. 1292. *Gail.* 2. Obs. 48. Et licet *a dolo* excuset causa etiam levior non tamen excusat a pœna legali juxta *Mynf.* 3. Obs. 98. n. 5. In nostro autem casu Emphyteuta non erat rusticus, non imprudens vir, sed satis callidus, in dignitate constitutus, sciens contractum proprium, qui animum habebat Domino Emphyteuseos, nescio an æmulatione aliqua, an protervia illudendi eumque defraudandi, id quod ex circumstantiis sequentibus satis elucet.

Scilicet quod ad jurisdictionem attinet, pertinet eadem ratione ad modum habendi Emphyteusin, quia sine jurisdictione noluit habere hunc Emphyteutam Dominus, adeoque Appellantes negantes plane Domino jurisdictionem haud dubie intervertunt Domino jura dominicalia, quæ est causa privationis legitima declaravit B. aperte *se Reversalibus amplius teneri nolle postquam jus civitatis ei esset renunciatum* a Magistratu, adeoque haud dubie jura Domini directi penitus intervertere voluit, fidemque datam frangere. Alias enim Emphyteusin debuerat vel Domino reddere *vel vendere, quod omnino licebat minime vero sine condicionibus conventis retinere.*

3) Extranei Principis protectionem & judicium ceu Domini feudi superioris quærendo peccavit haud dubie animo destinato in leges sibi probe cognitas patrias, quæ Emphyteutas eo casu privationis pœnam incurrere statuunt. vid. *Reform. Noric.* p. 2. tit. 23. von Eigenschafften und Erb-Rechten, lege XVI. adde *Lynker* Decis. 1393. ubi etiam Vasallum feudum amittere docet, si causam feudalem ad alium Judicem trahere laboraverit. Erat autem Protector iste quæsitus suus Princeps Margravius Baruthinus, qui plane nullum jus superius Domini feudi habebat. Ut adeo *de animo* atque consilio Emphyteutæ illius *male faciendi* non solum Domino Emphyteuseos, sed etiam civitati Noricæ, cui cum Domino Marggravio variæ sunt controversiæ, dubium plane sit nullum.

4) Accedebat culpa insignis *in non solvendo Canonem per triennium* continuata, frivola sub excusatione, quam hæredes allegant, er hätte erst seine differentzien debattiret wissen wollen. Voluit ergo Emphyteuta Dominum directum *ex possessione sua percipiendi Canonem dejicere, eumque, ut postulatis admodum injustis annueret, cogere.* Quæ sane sunt facta cum conditione Emphyteutæ & fidei datæ omnino pugnantia. Monitum fuisse Emphyteutam, ut solveret Canones cessos, ex supra recensitis circumstantiis probatum fuit. Non quidem monere eum tenebatur Dominus directus v. Fulgin. J.E. prælud. qu. 9. n. 3. & tit de var. caducit. qu. 1. n. 16. & qu. 8. sed ex civilitate factum fuisse dicitur. conf. *Reffor. Noric.* tit. 23. lege 1. & quidem duabus vicibus. v. Act. pr. fol. 94. resp. ad art 33. 40. Consensus vero Domini directi a parte rea & appellante frustra allegatur sine ulla vel similitudine veri, nedum probatione. vid. supra dicta in probat. facti art. 5. Ubi non factam solutionem Canonis probatam dedi, & quidem cum contemptu satis aperto Domini directi.

5) *De hæredibus,* quare contra eos caducitatis pœna locum habeat, plenius jam est dicendum, conjungendo simul articulos sequentes *sextum, septimum atque octavum,* qui est ultimus.

In thesi quidem vera est sententia, hæredem non privari Emphyteusi ob culpam defuncti *Fulgin.* I. E. tit. de var. caducit. qu. 8. *Mynsing.* 3. Obs. 97. nisi litis contestatio cum defuncto præcesserit vel saltem Dominus impeditus agere, voluntatem suam vivo Emphyteuta declaraverit *v. Struv.* J.F. cap. XV. §. 12. n. 4. 5. *Rosenthal.* c. 10. conclus. 40. paria enim sunt jura feudorum & emphyteuseos in hoc articulo. Verum in casu præsente perquam multæ occur-

currunt circumstantiæ per quas prædicta sententia exceptionem patitur.

Primo *natura Actionis* quam ab initio voti constitui talis est ut detur heredibus & contra heredes sive actionem in rem vindicatoriam respiciamus sive personalem. Condictionem causa data causa non secuta. Vide *Rosenthalium cap.* 10. conclus. 40. num. 27. seqq. usque 30. inclus. & porro num 41. *Brunnemann* ad L. 2. C. de jur. Emph. n. 9. conf. *Struv.* J. F. cap. XVI. aphor. 2. n. 4. & 5. junct. cap. XV. aph. 12. n. 6. cap. 8. aph. 4. n. 2. in fine ubi *Lynkerus* in analectis.

Secundo: Concedunt interpretes Actionem etiam pœnalem (qualem esse vult condictionem ex moribus ad repetendum dominium utile *Struv.* cap. XV. §. 12. n. 6.) in heredes dari si Emphyteuta incurreret pœnam ipso jure uti ob non solutos Canones. *Fulgin.* tit. de var. caduc. qu. 8. n. 3. vel si agitur ad repetendam rem in Emphyteusin datam ob pactorum violationem, quia sicut promissio transit ad hæredes, ita & actio hæredibus competit & contra hæredes datur. *Fulgin.* dict. tit. qu. IX. n. 12. *Surd* decis. 29. n. 11. *Hondedeus* 1. Cons. 55. n. 94. seqq.

Tertio: Hæredes facta defuncti *multis modis approbarunt*, defenderunt, imo eandem culpam vel potius animum eundem defraudandi Dominum directum jure suo, continuarunt, vide supra in probatione facti artic. 5.

Quarto. Hæredes factis sui antecessoris nova si non graviora sane non minus enormia addiderunt adeo, ut omnino ob propria facta in pœnam privationis inciderint. Huc spectat *art.* 6.

Abnegatio qualitatis Emphyteuticæ constanter facta etiam in Imperiali Camera, quæ est felonia maxima, quia fidem datam renunciat. vide *Struv.* J. F. cap. XV. aph. 9. n. 7. 2. *Feud.* 26. §. Vasallus feudum. *Rosenthal.* c. 10. concl. 32. *Fulgin.* tit. de var. caduc. qu. 51 a & Abnegatio jurium dominicalium circa jurisdictionem & laudemii præstationem etiam in hac appellat. instantia. Porro artic. 7. animi destinati continuatio non solvendi Canonem. Duo hic occurrunt in Actis quibus potissimum student heredes a se amovere hanc culpam: *Unum*, quod oblati fuerint canones, sed non acceptati. *Alterum*, quod Dominus directus spoliando Emphyteutam per arrestum fructuum media solvendi Canonem ademerit, neque adeo Emphyteuta teneatur solvere Canonem si facto Domini fructibus non possit frui. Observandum hic est contra dicere sibi heredes dum causantur factum Domini, & se non teneri volunt, simul vero factam a se oblationem allegant. Nolo immorari huic contradictioni. *Respondeo* ad primum: oblationem sive purgationem moræ ut loquuntur *factum non esse* re ipsa, adportando vel deponendo, & quidem tempestive L. 2. C. de J. Emphyt. sed verbis contemtum satis indicantibus, der Ei-

A gen-Herr mögte hinschicken und die Gült hohlen lassen, tenetur autem Emphyteuta Canonem ad domum Domini deferre *Fulgin. de solut. Can. qu.* 1. *n.* 122. & quod primo dicendum erat actione ad repetendam rem Emphyteuticam jamtum instituta. Vide supra prob. artic. 7. (*Fulgin.* J. E. tit. de solut. Canon. qu. 2. tota) ubi ex actis docui, ne quidem sincero animo aliquam licet intempestivam oblationem factam fuisse. Nullum ex omnibus requisitis legitimæ oblationis observasse heredes clarissimum est. Qui enim conditionale offert, nil offert. Nam conditio erat a voluntate Domini directi dependens quam non placituram satis sciebant offerentes wollen Klägern erst zur rechten Billigkeit bewegen. Act. pr. f. 96.

Respondeo ad alterum de arresto: litem illam, quam actionem spolii vocarunt, in Aula Imperiali fuisse tractatam & decisam, uti dixi & ostendi in historia facti atq; processuum. Quia tamen in Camerali Instantia appellationis agitur de privatione, ideo in quantum ad privationis causam pertinet hoc factum, dicendum tantum erit.

B Itaque a privationis pœna absolvunt JCti emphyteutam, si a Domino non tradita fuerit possessio rei Emphyt. vide *Surd.* decis. 6. *Fulgin.* tit. de var. caduc. qu. 18. n. 6. & tit. de solut. Canon. qu. 1. n. 280. seqq. Aliam tenent sententiam, si Emphyteutæ tradita fuerit possessio, & pendente lite super caducitate Canonum præstatio intermittatur, hanc enim causam supervenientem prodesse Domino ad victoriam *Surd.* dict. decis. 6. n. 1. & n. 12. quæ sententia in casu præsente multo potiori jure locum vindicabit, quia (1) defunctus B. ante obitum per triennium cessaverat præstare Canonem, & proinde emphyteusis ipso jure erat commissa. (2) Eo in casu etiam hæredibus nocere culpam, volente Domino, communis est sententia apud *Fulgin.* tit. de solut. Canon. qu. 1. n. 48. in ampliatione decima regulæ positæ num. 1. ubi plures allegat. (3) Licebat autem Domino ob Canones cessos non solum jure communi v. *Fulgin.* d. l. n. 1, sed speciatim quoque Norico virtute jurisdictionis sibi competentis fructuum pignorationem sive Arrestum suscipere. Monitio facta erat duabus vicibus vid. *Act. pr.* fol. 94. resp. *ad art.* 33. & 40. vid. *Reform. Noric.* tit. 23. lege IX. versu: a sie aber ꝛc. ibi: so mag der Eigenherr unersucht und unerlaubt deß Gerichts ungefährlich dem verfallenen Außstand gemäß pfänden, ꝛc. adde *Wurfbein.* in differ. juris civ. & Norici pag. 278. Neque obstat sententia in causa prætensi spolii lata, quia per sequentes res in alium statum reducta fuit.

C

Cum itaque hæredes hanc parentis sui culpam non modo non purgaverint tempestive, sed in eadem continuaverint, sequitur quod Arrestum fructibus fundi impositum eos a culpa hac non persolutorum Canonum minime liberet.

Moram purgare Emphyteutam non posse tradit *Borcholt.* 1. *Cons.* 4. *versu:* Ingleichen *Merenda L.* 24. *controvers. cap.* 21.

Bbb Tan-

Tandem quod attinet *ad artic.* 8. sive causam privationis propter neglectam non solum intra anni spatium, sed pluribus annis sequentibus investituræ renovationem; novi equidem quæ doceat *Carpz.* 2. Const. 38. def. 20. & 1. Resp. 87. cum *Berlichio* p. 1. dec. 68. n. 12. Negligentiam Emphyteutæ in petenda Investituræ renovatione non puniri eodem rigore privationis uti Vasallus amissione feudi. Adde *Casp. Ans. Thesaur. L.* 1. *qu.* 23. Verum ad hos JCtos frustra provocat pars appellans, cum & dissentiant alii, quos vide apud *Berlich.* dicta decis. 68. nec non *Thesaurum* d. l. & loquantur *de Emphyteusi* simpliciter concessa & investitura a successore singulari petenda. Nos vero versamur in casu non solum legis Noricæ v. *Reform. tit.* 23. *l.* 13. §. wenn denn ein Erb-Guth auf dem Land nach deß Erbmanns tödlichen Abgang mit oder ohne testament auf seine Erben in ab- oder auffsteigender Linie erblich kommt, so sollen dieselbe in Jahrs-Frist das Erb-Guth bey dem Eigenherrn fordern und gebührliche Erbpflicht thuen, und darauf ihnen vom Eigenherrn ohne einig Handlohn, scil. nisi aliud convenerit, geliehen werden. *adde Wurfb. differ. jur. Civ. & Nor.* §. 79. *pag.* 123. Verum etiam in casu conventionis expressæ quam illibatam modis omnibus custodiri oportebat. *L.* 1. *C. de J. Emphyt.* & in hac Emphyteusi solitæ & in recentissimis mutationibus per Reversales agnitæ, de præstando etiam laudemio auch in Erb-Fällen a descendentibus vel ascendentibus, nam de collateralibus jure Norico nulla est dubitatio per §. seqq. Legis ejusdem *Wurfbein* dicto loco pag. 124. Pactum hoc expressum cum Emphyteuta, cui Dominus in concessione nova, de qua supra artic. 1. dixi, legem dicere potuit, naturam Emphyteuoses *& modum habendi* ingreditur, & non sine contemtu Domini fuit violatum, adeoque hæc causa inter eas referenda sit, ob quas *artic.* 1. emphyteusin amitti demonstravimus, scil. *ob pactorum violationem.* Largitur ipse *Thesaur.* dicta quæst. 23. quod in *casu conventionis cumprimis juratæ* negligentia investituræ inferat amissionem. vid. ibi. n. 9. fuit autem obstrictus B., ut juramento sese obstringeret Domino, quod tamen non fecit, cum statim post mutationem reversalium susceptam fastidire Dominium & Emphyteuticariam obligationem cœpisset.

Hinc & frustra appellantes ad doctrinam *Wurfbeinii* dicto §. 79. pag. 123. *& præjudicium aliquod Noricum pag.* 282. adductum provocant, quod Emphyteuta non privetur Emphyteusi ob non petitam investituram intra annum, nam in præsente casu occurrunt & confluunt circumstantiæ plane singulares in superioribus notatæ, conventionis, contemtus insignis in hunc usque diem durantis, aliarumque causarum, ex quibus privatio infertur.

De jure hæredum Domini Directi A. non puto dubium fore ullum, quod his competat facultas ad privationem agendi contra hæredes B., nam fundati sunt contractu, cujus obligatio active & passive ad hæredes pertinet, & actio instituta nonsolum ob facta pa-

A tris, sed etiam cumprimis ob ea, quæ ab ipsis hæredibus Emphyteutæ sunt commissa, & in hunc usque diem continuata atque cum magna animi verborumque contentione in judicio defensa, ut proinde frustra ad ætatis beneficium provocent, & priora facta exinde excusare velint. Nam ætatis beneficium juvare non potest, si majores facti in eodem facto continuarunt, idque defenderunt. Hoc autem in appellationis Instantia quoque factum esse, Acta testantur. Sane tempore appellationis minores fuisse aliquos vel excusare factum & meliora cœpisse consilia non constat ex Actis prior. fol. 176. dicitur: es sey der jüngste Erb des Baron B. qui est Appellans, vide [13] [14] tempore motæ litis Anno 1689. schon 17. Jahr alt gewesen. Ergo reliqui fuere majorennitati proximi & post remissionem causæ a Judicio Imp. Aulico ad Magistratum Noricum cum principalis causa tractaretur, id quod factum Anno 1704. omnes fuere majorennes, & in paternis principiis pergere non dubitarunt. Non est itaque opus, ut immorer quæstioni: an defunctus A. *pater appellati declaraverit suam voluntatem*

B *repetendi Emphyteusin. Verum est,* quod declaratio talis, quæ requiritur ab Interpretibus v. *Fulgin.* tit. de var. caducit. qu. 9. num. 1. & quæst. 15. n. 12. in Actis non reperiatur. Verum tamen & hoc docetur ab Appellato, quod per absentiam Emphyteutæ novi, qui novis titulis ornatus supercilia erga patriam & hæc vicissim erga illum erexerant, ut etiam civitatis jura ei renunciarentur, & vendere possessiones suas juberetur, pater fuerit impeditus, ut actionem quam, juxta rationes decidendi prioris Instantiæ præparaverat, in judicio proponeret, credens probabiliter facta venditione horti ad priorem statum rem deventuram esse. *Verum est* porro, quod post mortem patris A., ejus filii, ex quibus unus est superstes & appellatus, *monuerint* B. *ut reversales juxta formam a Patre præscriptam traderet & Canones solveret; alias experturus, quod jure suo uti vellent,* sed neglectui eos habuit. Tandem & verum est, quod in eadem culpa continuaverit B. erga filios A. & illius hære-

C des, accumulando facta ad privationem sufficientia. Nam (1) ad monitionem filiorum nonsolum pater B. reversales dare noluit, sed in abnegatione jurium dominicalium continuavit negando pacta conventa. (2) Hæredes ejus facta parentis approbarunt, defenderunt & immemores fidei a parente datæ satis injuriosis verbis, se non teneri pactis declararunt etiam in Camera. (3) Canones non præstiterunt. (4) Investituram petere neglexerunt, adeoque ipso facto, de reversalibus amplius teneri nolle, demonstrarunt, ut proinde nihil juvet eos si vel maxime pater appellati A. voluntatem suam non declarasset. Neque desunt JCti, qui statuunt fundatam esse intentionem Domini ex tempore, quo emphyteuta suo facto incidit in commissum, quia declaratio fit tantum rei jam tum existentis, sed adhuc latentis. Vide *Merendam.* L. 22. controv. cap. 34. num. 7.

Denique nec hoc obstat caducitati, quod in prima petitione Actoris Canones cessi etiam fuerint

fuerint petiti. Num fieri hoc posse salva caducitate supra ex *Fulgineo*, *Trentacinquio* & aliis ostendi, quibus adde *Fachin.* 1. contr. 99. conclusione sexta. Recusavit enim Emphyteuta solvere donec finem suum juxta tenorem antiquiorum Investiturarum obtineret, & sic sibi ipsi jus dicere voluit. Omnes JCti, qui docent censeri remissum caducitatem si receperit vel petierit Canones præteritos, excipiunt protestationem factam, quæ sane clarior fieri nequit quam si in eodem libello caducitatis declaratio à Judice petatur.

Major enim est effectus actus, qui fit de præsenti quam protestationis quæ interponitur ad finem reservandi facultatem petendi caducitatem in futurum: vide Trentacinq. L. 3. resol. 7. casu primo. Et declarando caducitatem Dominus petit Canones cessos, non ut tales agnoscendo Emphyteutam, sed tanquam fructus rei suæ. vid. Merand. Lib. 16. contr. cap. 19. ubi etiam num. 9. tradit non intelligi in materia Emphyteuseos consensum Domini tacitum.

Hisce ita positis, si dicendum sit qualis ferenda sententia? patebit non obscure ex præcedentibus Actionem esse bene probatam etiam respectu hæredum active & passive, minime elisam, unde fluit confirmatio sententiæ a qua, sed tamen adhuc monenda putavi sequentia: Quæ de odiosa privatione traduntur, & quod Judex pronior esse debeat ad absolvendum reum quam ad condemnandum, omnemque interpretationem ita fieri debere ut quovis modo evitetur privatio, adeo, ut (1) etiam causa injusta excusationis loco esse possit, si recte rationem in eas, ita crude non accipienda, & incidere in quæstionem de natura favorabilium & odiosorum in jure; quam distinctionem nihili esse, & Actoris partes æque ac Rei favorem Judicis mereri non credo esse, qui non agnoscat. Explosa dudum est illa distinctio de favorabilibus & odiosis, cur enim non æqualem favorem exhibeat Judex Actori quam Reo? cur non etiam pro re nata potiorem? Nimirum considerandæ hic sunt gravissimæ causæ supra probatæ, quarum unaquæque contemptum Domini directi involvit & ad privationem sufficiet, quia singulæ ad interversionem jurium Domini directi tendunt, multo magis conjunctæ istæ causæ omnes validæ erunt. Considerandum quod per varios anfractus appellationum & tergiversationum fatigatus fuerit per triginta annos Dominus Emphyteuseos & variis modis divexatus.

Attendendum, quod facta appellantium nulla probabili ratione & specie justitiæ excusari possint, sed intolerabilem Domini directi contemtum sapiant. Juris autem est indubii quod ob contemtum Domini directi, qui variis modis contingere potest, neque gravior quam si jura Domini negare, impugnare, in-

A tervertere studeat Emphyteuta, obtineat privatio, ita ut, ubi committitur Emphyteusis ipso jure, etiam fructus a tempore declarationis Domini huic acquirantur licet sententia Judicis non accesserit. Vide omnino *Benitendis* decis. 37. quem sequitur *Thesaurus* decis. 114. *Fulgin.* tit. de var. caduc. quæst. 15. num. 8. Adeo ut non immerito habendus sit Appellans pro tali, qui bona fide rem non habet, quia non habet consentiente Domino, violavit enim pacta conventa modumque habendi.

Non est nihili habendum, quod Appellatus per sententiam Judicis prioris, rationibus decidendi non sane vanis subnixam, victor extiterit. Reformare autem sententiam Judex superior non solet, sed si ex arbitrio mero injuste pronunciasse Judicem, a quo constet evidenter, quod ut affirmem ego, tantum abest, ut potius rationes Judicis prioris pluribus aliis rationibus confirmaverim.

B Considerandum denique quod in casu reformatoriæ sententiæ res ad eum statum deducatur, qui existere vix potest. Dicere volo, quod appellantes possidere nequeant Emphyteusin, ein Nürnbergisches Bauren-Guth, quod nonnisi Cives habere possunt juxta leges patriæ, & recenter ab Augustissimo Imperatore confirmatas. Appellantes autem sunt forenses, cumprimis moderni. Si existimes vendere posse Emphyteusin Civi Norico, responderem: Emtorem difficulter repertum iri, & quocunque eventu Domino directo deberi canones cessos, laudemia variarum mutationum, & mulctas pro condonanda culpa.

Sua scil. pertinacia contraxerunt sibi Appellantes hoc detrimentum, cum in tempore debuissent Domini directi favorem quærere, non vero ad ultimam usque instantiam in assertis suis & defensione factorum continuare. Quare igitur auferamus Domino benefi-
C cium legis, cujus contemplatione ipse consensum dedit Auctori appellantium ad habendam emphyteusin, is vero pacta conventa violavit, & hæredes in eadem culpa & animi destinatione permanserunt. Cum itaque sententiæ a qua iniquitatem ego non agnoscam existimo cum *Petro Surdo* decis. 342. n. 25. ubi casus fere similis in materia feudali recensetur, nulla habita ratione excusationum, sententiam esse confirmandam: compensatis tamen expensis; arbitrarium judicium & cerebrinam æquitatem mihi fingere religio fuit, ne inciderem in culpam misericordiæ intempestivæ, de qua dissertationem scripsit *Rhetius*. Majoribus salvis.

Sententia confirmatoria Formula consueta conclusa fuit & publicata 13. Sept. Anno 1720.

Consultatio & Decisio XXXIV.

Cum Continuatione.

Causa Tutelaris an appellabilis? Differentia sententiæ quæ constituit Tutorem ab ea, quæ constitutum esse declarat. Quis Judex constituat tutorem, specialiter si bona sint in diversis territoriis sita. Et de rationibus reddendis. De matre binuba, aliisque quæstionibus huc facientibus, instituta simul collatione Juris Leodiensis cum Stabuletensi.

SPECIES FACTI.

JOhannes Philippus Baro de C. improlis quidem, sed propagandi stemmatis & nominis sui sedula cogitatione occupatus, una cum Conjuge de R. nepoti ex fratre Wilhelmo de C. cesserunt, & donaverunt bona sua in L. villam in Modawe, atque alia bona in Hollandia, patriaque Leodiensi superiori atque inferiori Condros sita &c. ut iis actu frueretur, Baronatum vero & dominium F. & B. Territorii Stabuletensis, ad fruendum iis, demum post donatoris Johannis Philippi mortem, ita quidem, ut 1*mo* congruum nativitati suæ cum puella nobili matrimonium ducat, 2*do* bona respective cessa, & post mortem donatoris ad eum devolvenda jure fideicommissi ad natu majorem & primogenitum filium donatarii Wilhelmi de C. devenire debeant.

Tertio futura donatarii Uxor loco dotalitii bonorum nunc cessorum in superiori & inferiori Condros &c. usufructu in casum maritalis obitus gaudere jus habeat, & tandem 4*to* quod donatarius ea, quæ donator suæ uxori præfatæ de R. per testamentum secretum, clausum, & obsignatum reservavit, subministrare teneatur. Vide Instrumentum donationis de dato, 18. Dec. 1702. fol. actor. primæ Instantiæ 4to & seqq.

Iniit ergo matrimonium Wilhelmus cum Johanna Theresia de N. præviis pactis ante nuptialibus signatis 26. Augusti 1704. in quibus post plura alia cautum fuit, quatenus acquæstus, stante matrimonio faciendi pleno jure ad superstitem spectare debeat, nisi proles adsint, quo casu superstes solum habiturus sit usumfructum eorum, quemadmodum tenor allegatorum pactorum fol. act. 1mæ Instantiæ uberius exponit.

Sterile non fuit dictum matrimonium, procreati siquidem ex eo fuerunt aliqui liberi adhuc superstites, sed mox patre suo Wilhelmo, post decessum e vivis munifici illius donatoris Johannis Philippi de C. possessionem Baronatus & Castri de F. occupante, & vix per duos dies tenente, misere occiso, iterum orbati. Necesse fuit proinde viduitatis peplo Theresiam matrem obduci, quæ ut securius bonorum maritalium administrationem gereret, effecit se una cum patruo suo Engelberto per Officialem Leodiensem 5ta Nov. A 1708. tutores constitui, juxta [5] in vim hujus tutorii res pupillares ubicunque locorum dispersæ ad aliquot annos curatæ sunt.

Verum posteaquam solitariæ vivendi rationi repudium mittere, & ad secundas transire nuptias Theresia decreverat, imo inscio contutore & patruo Engelberto cum moderno marito Antonio, jam jam convolaverat, indigne & male id ferens Engelbertus, Consilium Provinciale Stabulense accessit, petiitque ut proximus pupillorum consanguineus, quatenus Judex Stabulensis, mutato Theresiæ statu, & conjugio rursus initio, ejusdem primi thori liberis, ratione bonorum sub sua jurisdictione sitorum, nimirum dominii de B. & Baronatus de F. ne illa sub manu alienigena absque cautione administrationi se ingerente in pejus labantur, Mamburno, seu B tutore, uno aut pluribus providere, necnon ulteriore bonorum prædictorum, in quibus nec usufructu, nec successione gaudet Theresia, & ipsi ejusque neonupto Antonio saltem sine Mamburnorum consensu administratione interdicere dignetur.

Vide supplicam fol. 1. act. 1mæ Instant.

Detulit petitioni mediante apostilla die 25ta Junii 1715. Consilium Stabuletense, deputavitque Engelbertum pro Mamburno, ita tamen, ut articulo 3tio capitis 1mi Statutorum se conformare debeat, quo facto, conventi conjuges quicquid jure suo nomine repererint, facere & producere possent.

Urserunt nominati conjuges, ut Statutis per Engelbertum prius satisfiat, alias rationes suas deducere non obligati essent, instantes simul, ut tutori Engelberto, cum quo ipsis C lis intercederet, & qui Neo conjuges vexatoriis jurgiis, uti moderna esset, qua administrationis ulterioris Baronatus in F. & dominii de B. aliorumque bonorum ab iis dependentium interdicto petitur, lacessere studeret, alius contutor adjungi velit. Post multas in puncto cautionis, quam denique sufficientem & realisatam præstitit Engelbertus altercationes, inceperunt conjuges neonupti forum Concilii Stabulensis declinare, & opponere, quod a Leodiensi Officiali legitimo & competente originis liberorum & domicilii judice fuisset una cum Engelberto anno 1708. constituta tutrix, cum quo & hactenus administrationi bonorum, tam in Principatu Leodiensi,

diensi, quam alibi sitorum incubuisset, sed si A quid neglectum fuerit, in pari ille cum ipsa versaretur culpa, habenti vero tutorem alius non daretur. Neque provinciale Consilium Engelberto munus tutelæ noviter contulisset, nisi ad suam sollicitationem.

Tutela matris per transitum ad secundas nuptias jure Leodiensi non cessaret, frustra ergo diceretur aperta, & frustra rationum redditio exigeretur coram alio Judice, cujus leges nonnisi suæ jurisdictionis subditos ligarent. Cœterum fideliter orphanorum bona curasset vi potestatis ab officiali Leodiensi adepta, secundum ea, quod tutela per competentem Judicem quæsita, ad bona alterius territorii per consequentiam extendatur, quibus perpensis subrepta nova tutelæ ordinatio cassanda foret.

Sed in aliam plane, quam Theresia cum marito suo spe conceperat, opinionem, descendit Concilium Stabulense, pronunciando 26ta Febr. 1718. quod Engelbertus *Sententia a qua* solus possit & debeat exercere Tutelam B & Curatelam liberorum minorennium primi thori Theresiæ & eorum bonorum sub jurisdictione Stabulensi sitorum. Ab hac sententia appellavit Theresia, cui maritus Antonius adhæsit, uxorisque appellationem ratificavit ad Imperialem Cameram, & obtentis ac insinuatis & parti & Judici respective 25ta & 28va Junii 1717. processibus, dum interea Engelbertus ad Consilium Imper. Aulicum pro confirmatione Sententiæ Stabulensis, quam & sub [22] obtinuit, recurreret, licet postmodum in petitione sua, ut contra omnem Cameræ Imperialis prosecutionem manuteneretur, non auditus, sed ad forum præventum vigore extractus protocolli die 3tia Novemb. 1717. sub [24] remissus fuerit, supplicaverunt, ut ob illicitum, legibusque vetitum in litis pendentiæ Cameralis præjudicium tentatum illum recursum, Fiscalis officii sui admoneretur.

Attamen nihil curæ adversarias supplicas C habens Engelbertus, nec inhibitionis emanatæ, decretorumque appellationis processuum rationem gerens data occasione commoda Castrum F. cum quibusdam armatis invasit, maritum Theresiæ Antonium, quem cum uxore liberi secuti sunt, vi expulit, sed desuper querela ad aures Principis Stabulensis ceu Territorii domino delata, dejectos appellantes pristinæ possessioni donec a Superiore Judice aliud cognitum fuerit restitui mandavit, & effecit. Cum itaque conatus & tentamina Engelberti enarrato modo fortiter repressa essent, alia moliri cœpit consilia, terruit nimirum, admonuit, & timebundos reddidit debitores pupillorum, persuadendo, ne ulli alii, si securi esse velint, quam ipsi, utpote vero & unico tutori, solvere debeant, imo, ne ad solvendum per Curiam F. ubi lis inter illos & appellantes super exactis, sed non præstitis solutionibus hærebat, condemnarentur. Interveniendo debitorum partes egit, nulli labori parcens, ut ab administratione bonorum redituumque pupillarium perceptione, quantum possibile fuit, appellantes excluderentur.

Cui malo, ob increscentem pupillarium bonorum, & Status domestici inter has altercationes, impedimenta & vellicationes, manifestum collapsum, obviam eundo, impetrarunt appellantes *Mandatum de appellatione pendente nihil amplius innovando, sed damnum per invasionem Castri de F. attentatorie causatum, cum omni interea restituendo Appellantemque Theresiam in libera administratione bonorum pupillarium non impediendo*, ideoque *prohibitiones debitoribus pupillaribus factas revocando, easque respective non attendendo S.C. sub* [48].

Et cum intentus quietis scopus nec dum attingi potuerit, ad instantiam appellantis Theresiæ prodiit ex Imperiali Camera Mandatum arctius sub pœna 12. Marcarum auri puri sub [90].

Ante cujus Judicialem reproductionem ipse Engelbertus personaliter Wezlariæ comparuit in humillima paritione annexis sub- & obreptionis rationibus sub [84] in dilapidationem & periculum bonorum pupillarium, quandoquidem causa non fuerit appellabilis. Et 3tio Theresia nec cautionem præstando, nec abstinendo a secundis nuptiis tutela exciderit, quod ipsum 4to agnovisset & rei judicatæ assensisset, dum alium tutorem Engelberto adjungi petiverit. 5to se nihil aliud petere quam damnum ex contutela tali imminens vitare.

Imo 6to exonerationem, si ita huic excelso Judici videbitur, petere, nam cum binuba & ejus marito externo, homine nullibi possessionato, tutelæ onus subire, præcipue cum inter eos mortales inimicitiæ intervenerint, impossibile esset: paratus cœteroquin, quemadmodum aliorum bonorum, quam quæ ad pupillos pleno jure devoluta sunt in patria Stabulensi, administrationem, consequenter eorum ad Theresiam forsan spectantium haud desideraret; Ita submitteret se decisioni & declarationi superioris, judicaturi, quod Theresia bonorum pupillarium Curam & directionem absque cautione gerere, debitorum pupillarium præstationes recipere non debeat.

Opposuit quidem Engelberti præ recensitis, aliisque in actis deductis argumentis pars appellans plurima suis locis commemoranda, sufficiat tamen hic statum causæ ita repræsentasse, ut exinde quæstiones decisioni subjectas colligere in proclivi sit.

VOTUM.

Et quidem circa Jurisdictionem Cameræ, & Procuratorum legitimationes nihil quod reprehendendum sit, animadverti.

Si quidem a Consilio Provinciali Stabulensi superioribus Imperii Tribunalibus immediate subjecto appellatum, Acta requisita, ad solennia oblationem tempore debito factam fuisse, acta perhibent, Procuratorum

Mandata requisitis suis munita adsunt, directa per appellantes, in Ltum J. per appellatum in Ltum S.

De Excussione summæ appellabilis tanto minor sollicitudo habenda venit, quanto magis liquet de tutela, & administratione integri Baronatus præstantissimorum eo pertinentium bonorum agi.

Succedit alia quæstio.

An Causa devoluta sit?

Negativam acerrime propugnat appellatus. Quippe a datione tutelæ, vel Curæ appellationi locum non esse statuit

Scaccias de appellat. C. 2. quæst. 17. limit. 7. n. 11.

Ruginellus de appellat. cap. 3. §. 2. n. 246. sub verbo *cura:* ibi à cura delata non appellatur, *per L. scire oportet ff. de Excus.* Item sub verbo *dilatio n. 270.* dilationem cum res non patiatur, non est appellationi locus.

Quæ autem res minus dilationis patitur quam nominatio tutoris, cum quamdiu nullus tutor adest, omnia orphanorum bona dilapidationibus pateant.

Porro sub verbo *Tutor n. 961. §. 9.* ubi inquit, quid si inter duos controvertatur, quisnam debeat esse tutor, & Judex declarat unum ex ipsis in tutorem, utrum ab hac declaratione possit appellari. Dicerem non posse, per ea quæ supra hoc capite *n. 182.* dicta sunt, res enim celeritatem desiderat, nec bona sub incerto defensore debent relinqui, quod eveniret, si definitio causæ vel causarum appellationum expectanda esset.

Pergit appellatus jam, etsi Idiota per *§. 4. num. 961. ex Ruginello* in errorem labi posset, facilis tamen liberatio evadet illi, qui animadvertit magnam esse differentiam inter Sententiam nunc primum facientem aliquem tutorem, & Sententiam declaratoriam aliquem esse, vel fuisse tutorem, qui putabat se non esse, vel non fuisse, quia in primo casu facit sententia tutorem, in secundo declarat eum esse factum, in primo casu solum futuras, in secundo futuras & præteritas culpas præstare deberet declaratus tutor.

In primo casu ageret Judex ex officio nobili, a quo non appellatur. In secundo ex officio judicis mercenarii, a quo appellari potest.

Ex diverso regeritur, Legem *scire oportet 13. ff. de Excusat. tutor:* loqui de eo, qui nominatus est ad tutelam, aut Curam, quem JCtus non appellare quidem dicit, quia ipse non eget remedio appellationis, cum habeat aliud remedium, excusationis scilicet, & ratio esset, cum illud removeri possit probato impedimento, unde dicitur ibi, quod adversus sententias, auferentes tutoribus excusationes, licentia sit appellandi; ast de eo casu hic

A & nunc non ageretur, quia appellatus excusationes contra delationem per Consilium provinciale Stabulense factam non fecit. Mirandum quoque esset appellatum in verba *Ruginelli* tantum confidere, quia tamen *cit. cap. 3. n. 691.* sermonem non habeat de eo, qui jam tutor datus erat, sed ibi solummodo controvertebatur inter duos, quisnam debebat esse tutor, prout innuunt verba ibi relata.

Res enim celeritatem desiderat, nec bona pupilli sub incerto relinqui debent defensore.

Verum ea ad casum præsentem trahi nequirent, eo quod appellanti Theresiæ & appellato conjunctim eadem tutela a multis retro annis ab Officiali Leodiensi, cum judice competente data fuerit, bonorumque administratio suscepta, ut proinde sub incerto defensore bona relicta dici non possint, præsertim cum appellans administrare continuaverit, & administrare pergat, tanquam mater & legitima tutrix, quæ a judice Stabulensi

B incompetente removeri non potuerit. Tacendo jam, quod *Ruginellus* non resolutive, vel decisive, sed dubitative per verbum Imperfecti temporis: *dicerem*, loquatur. Cum autem ex parte appellantis coram judice, a quo instantia mota fuisset, quod ipsa conjunctim cum appellato tutrix data a judice competente fuisset, adeoque quæ appellans a dicta tutela removeri non deberet, nisi cum causa legitima, & quidem per talem judicem, a quo tutela accepta erat. Attamen præmissis non obstantibus Concilium Stabulense noluerit appellantem admittere pro liberorum suorum tutrice, sed potius illam removerit, soli appellato tutelam deferendo, nemo sanæ mentis dicet, a tali sententia definitiva, vel definitivæ vim habente, gravamenque non nisi per appellationem reparabile continente, provocare non licere.

Ruginellus ipse cit. loco n. 961. diceret, quod appellanti a decreto judicis dantis tutorem, quando quis læsus esset, vel imperitia, vel iniquitate ejusmodi judicis, porro *eod. loco §. 5.* tradit appellationem tutori concedi, qui admissus non est.

Consentiret *Scaccias de appellat. qu. 17. limit. 6. Membr. 7. n. 68.* ubi docet, dari appellationem, quando Judex pronunciat tutorem esse, vel non esse legitimum.

Inter has partium contentiosas opiniones, appellantium sententiæ subscribo, appellationi utique locum fuisse, & ei propugnantium. Nam, absque quod in illam vulgatam quæstionem inspicere necessarium credam:

Utrum a tutelæ delatione, & nominatione? an vero a rejectis demum excusationibus appellari fas sit, ita tamen, ut pupillo interim aliunde provideatur, vel si tutor malitiose appellavit, patiatur periculum rerum pupillarium.

Tractatam per *Gratianum decis. 30. & in scholiis apud Carolum Antonium de Lu-*

ca

ca aliosque citatos Besold, in delibatis juris ad lib. 27. quæst. 5ta & Lynker de gravamine extrajudiciali cap. 3. part. 2. §. 2. pag. mihi 214. & 215. qui statuit a nominatione provocari quidem posse, sed si coram deferente tutelam Judice datus tutor excusationes proponere maluerit, ob eas repulsus tum demum appellare debet.

Eo res cadit, & inde petenda decisio est, an a tutela tutor quam habuit remotus, appellandi facultate potiatur. Quod vero remotis ab officio vel munere quodam appellationis beneficium competat, v. g. ab ordine senatorio equestri &c. præsertim cum talibus personis dejectio, vel destitutio aliquid affricare soleat per L. 51. ff. de Manumiss. testam.

Dubium nullum relinquunt tradita

Lynckeri de grav. extrajudic. cap. 3. part. 2. §. 3. pag. mihi 216.

Tanto minus in materia tutelæ scrupulus ea propter subesse potest, cum si nudum habenti tutelam ex sola delatione, vel a rejectis excusationibus saltem via appellationis aperta est, quis invidebit beneficium jam datum a judice tutrici, quia per alium, cujus jurisdictio adhuc impugnatur, ex possessione vel exercitio muneris sui, tot compendiis & utilitatibus ditato, destitui vult.

Hinc devolutam esse causam omnino statuo.

Ad aliam Exceptionem se confert appellatus, desertionem ob prætensam sero nimis Actorum redemtionem & productionem arguens. Corruit tamen & hoc oppositionis infrugiferum molimen, non tantum per plura attestata in calce Actorum primæ instantiæ relata, & in Actis appellationis per partes, ad judicium oblata, inque extractu prælecto mentionata, in specie sub [94] & [98] quorum prius docet, Acta non potuisse ad transmittendum parata esse ante 27. Julii 1718. posterius vero, quod acta illa ex Gallica in Latinam linguam translata sint, paucique dies ad eorundem ultimam collationem adhuc requirantur.

Ne dicam, si culpa forsan aliqua latere in appellantibus clam valeret, quoties de ea aperte non patet, pronunciandum esse contra desertionem per ea, quæ leguntur apud *Roding. in ff. Cam. lib. 1. tit. 32. n. 33. & Blum. in proc. Camer. tit. 55. n. 17.*

Restat quidem adhuc unum obmotum, quasi Theresia sententiæ a qua extradendo claves archivi & arcis de F. necnon permittendo fieri inventarium ab Engelberto &c. paruerit. Facile tamen solverunt nodum hunc appellantes, nolentes sibi præjudicari recensitis actibus, explicantesque mentem suam, quod non in vim Sententiæ Stabulensis, sed in agnitionem juris contutorii, per Officialem Leodiensem olim appellato collati, refragari non potuerint, & quæsitæ rerum pupillarium descriptioni & clavium ad necessariorum inspectionem traditioni.

Remotis itaque his dilatoriis impedimentis, merita causæ aggredior, ubi circa *Actionem* considerandum venit, Engelbertum nulla persecutione impropriam utilitatem contra Theresiam directo, sed solum in favorem pupillorum egisse: Instando apud Judicem Stabulensem, sub cujus jurisdictione castrum de F. situm est, quatenus curæ suæ, ceu proximi consanguinei incumberet, res pupillorum salvas fore, cum mater Theresia hactenus tutrix ad secundas transiverit nuptias, tutela ob superinductum vitricum exciderit, dignari velit, tutorem unum aut plures constituere, necnon Theresiæ, suove novo marito administrationem bonorum Stabulensium, utpote quorum usufructus juxta Instrumentum donationis Philippi de C. Theresiæ absque hoc non competeret, interdicere.

vid. Supplic. loco libelli fol. 2. act. primæ instantiæ & [85]

Officium vero boni consanguinei expletum fuit petitione ad providendum orphanis, *si non* ex capite, ut suspectam removeret tutricem, qualis fuit mater, in ulteriores secundi superinducti mariti amplexus ruens, *primo* ratione morum inhonestorum, tum *secundo* ratione immutatæ affectionis, tum denique *tertio* præsumtæ dilapidationis.

Montanus de tutel. cap. 36. n. 39. Regula prima.

Saltem ex eo, quod ob secundas nuptias, tutela prior, si quæ fuit, vacet, ut proinde novos Mamburnos designet Judex, & in alium thorum transilientem matrem continuatione administrationis bonorum interdicat, & arceat, quod postremum consequens necessarium antecedentis remotionis. Neque vitio verti possum Engelberto, denunciationem talem fecisse & amotionem matris tutorumque constitutionem petivisse. Interest enim Reipublicæ pupillis de tutoribus provideri, suspectosque removeri. Unde actio, vel postulatio suspecti tutoris, quasi publica audit, ad quam omnes de populo admitti, videre est

ex §. 3. Instit. & L. 1. §. 6. ff. de Suspect. tutor.

multo magis contutor, concurator, etiam honorarius, & notitiæ causa datus.

per LL. & authoritates *a Lauterbachio in Colleg. Theor. pract. lib. 26. tit. 1. §. 5.*

Præsertim quia absque suspecti postulatione in genere proximis pupilli agnatis, & cognatis, sive ab intestato, sive jure substitutionis successionem sperantibus, ex necessitate, remotioribus vero affinibus familiaribus & amicis ex libera voluntate jus est tutores petere.

per L. 10. C. de legitim. heredib. & L. 28. §. 2.

§. 2. *de administr. tutor. Lauterb. lib.* 26. *tit.* 6. §. 4. & 6.

firmata ergo qualitate agendi, ex parte Engelberti avunculi magni orphanorum, fundamentum implorationis, aut si malimus actionis intentatæ, apertissime subsistit

1mo *in L.* 2. *C. quando mulier tutelæ officio fungi possit*: ibi: nam si (intellige matres) alia malint optare matrimonia, tutelam administrare non debent.

2do *in Authent. Sacramentum de tutel.* ibi contractis 2dis nuptiis expelli eam a tutela convenit.

3tio *in Novell.* 22. *cap.* 4. in verbis: *Providentia vero sit per provincias quidem, gentium Præsidibus, hic autem gloriosissimo Præfecto felicissimæ hujus urbis, una cum Prætore, cui hujus urbis cura est, ut volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere, & ordinetur minoribus tutor, & rationes suscipiantur, & quod mater debet, occasione gubernationis, hoc reddatur.*

B Quibus præcognitis quis de Actione, seu condictione ex recensitis legibus, quibus Statuta Stabulensia in passibus sub [58] notatis addi possunt, profluente, ejusque probationis sufficientia, facto ipso, & contractis a Theresia secundis nuptiis verificata dubitabit?

An elisa sit? Graviter factum appellati, & Judicis a quo concoquit appellans Theresia, exponens, notorium esse primo & Tutorium sub [6] fidem faceret, quod defuncto circa finem Augusti 1708. Wilhelmo de C. primo Theresiæ marito, sequenti 5ta 9bris dicti anni per Officialem Leodiensem relictorum orphanorum tutores dati fuerint Theresia mater, cum Engelberto, in quem finem bonis cavendo solenne præstiterint juramentum fideliter administrandi pupillorum bona. vid, libell. [5]

C Quare appellans dicta bona de Consilio, scitu & assensu appellati contutoris, administrare continuasset, ita ut omnia conjunctim, & pari manu per ipsos circa dictam administrationem peracta fuerint, in quo statu usque ad finem mensis Aprilis 1715. ubi appellans secundas elegerit nuptias, res permansisset, a quo tempore in furorem quasi actus Engelbertus, lites & amotionem a tutela contra Theresiam temere suscepisset, verum 3tio de jure cautum extaret, quod tutorem habenti alius tutor dari nequeat.

§. *interdum* 5. *Inst. de Curatoribus & L.* 9. *C. qui petunt tutor. & curator.*

Non enim desinunt tutores esse, nisi finita tutela, vel nisi removeantur ob id, quod suspecti visi sint, vel quando se excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt.

Textus est in §. 6. *Inst. quib. mod. tutel. fin.*

De potestate conferentis tutelam, videli-

A cet Officialis Leodiensis dubitare non liceret, qui Præses provinciæ est, jurisdictione in Ecclesiasticis, profanis & civilibus pollens, atque ab omni ævo tutores constituens, talibus quam maxime personis, & personas suo foro subjectas, inter quas, & defunctum maritum, & Theresiam superviventem, & tandem ipsos orphanos connumerare, necessitas & ratio exigunt, & quidem *maritum* primum defunctum, ideo, quia in pago L. prope Leodium domicilium suum fixerat, & ex post larem fortunarumque suarum summam in ipsam Civitatem Leodiensem, ubi aliquoties pater factus fuit, contulerat, *Theresiam* autem illa de ratione, quod origine, domicilio & habitatione Leodiensis sit.

Orphanos denique, quia auram vitalem Leodii hauserunt, ibique sacris undis abluti fuere; ita ut de validitate tutelæ dationis, omnis hæsitatio plane concidere debeat. Etenim quamvis pupilli bona sua in uno loco haberent, in alio vero originem, & domicilium, Judex originis dare debet tutorem.

Gothofred. ad L. un. C. ubi pet. tutor. dicens originis & domicilii Judicem competentem esse, quia tutor datur personæ, in quam Judex loci & facultatum jurisdictionem non habet.

Imo in concursu præfertur Judex domicilii Judici originis, multoque magis Judici patrimonii

Gothofred. ad d. L. unic.

Idem tenet *Faber in Cod. tit. qui tut. aut Curat. dat. def.* 3. in verbis: Judex provinciæ, in qua sita sunt pupilli bona, tutorem dare, non potest pupillo, qui neque ex ea provincia originem trahat, neque in ea domicilium habeat, nisi prius constet Judicem loci originis, aut habitationis, tutorem dare vel nolle, vel non posse, aut tutorem ab eo datum, nolle, aut non posse administrare bona quæ sunt extra provinciam, his enim demum casibus potest Judex loci in quo bona sunt, tutorem vel curatorem dare, atque ita judicatum refert.

Quod si itaque Judex Leodiensis undiquaque competens fuerit, jureque tutores dederit, frustra sub prætextu, quod aliqua bona in provincia Stabulensi comperiantur, novi tutores exposcendi sunt; datus enim tutor, ad universum patrimonium datus censetur.

§. 17. *Inst. de Excusat. tut.*
Tulden. ad Cod. tit. ubi petant tut.

Et tutor talis, ubicunque sita bona, administrandi facultatem habet, ratio est, cum persona trahat ad se bona, dispositio principaliter personam respiciens, effectum suum in consequentiam ad bona etiam extra territorium jacentia porrigit.

Gail. 2. *O.* 123. *in fin.*

Id quod sane appellatus pluribus annis agno-

agnovit, quandoquidem ipse, licet ab Officiali datus tutor, absque ullo scrupulo in tempus usque secundarum appellantis nuptiarum conjunctim tutelam administravit. Non obstaret *L. 27. ff. de tut. & Curat. & L. un C. ubi petantur tut. & curat.* ubi JCtus ait:

> Pupillo, qui tam Romæ, quam in provinciis facultates habet, rerum quæ sunt Romæ Prætor provincialium Præses tutorem dare potest, Magistratus ejus Civitatis unde filii originem per conditionem patris ducunt, vel ubi eorum sunt facultates, tutores vel curatores his, quamprimum secundum formam perpetuam dare curabunt.

Restringendi siquidem essent textus illi ad casus, ubi tutor excusare se vult, ex eo quod in diversis provinciis positæ sint facultates, per textum

> *L. propter litem 52. ff. de excusat. tut.* ubi dicit JCtus, licet datus tutor ad universum patrimonium datus est, excusare tamen se potest, ne ultra centesimum lapidem tutelam gerat, nisi in eadem provincia pupilli patrimonium sit, & ideo illarum rerum dabunt tutores in provincia Præsides ejus.

B

Durum quippe esset, cogi aliquem ad hoc, ut a provincia in provinciam abeat, & defendat

> *L. sed & hæ 35. §. 2. de procurat.*

atque in illo solum casu, nimirum excusationis procedere dispositionem dictarum legum docerent.

> *Stephani de Jurisdict. lib. 1. c. 23. n. 44. & Marcellus Conversanus in tract. de tutel. de Attilian. tut. n. 14.*

Quæ eo magis in hypothesi cessarent, eo quod bona quæstionis in provincia Stabulensi sita, tribus etiam horis a Civitate Leodiensi distent, deficiatque proinde ratio *legis 35. §. 2. de procurat.* Nec refert, quod Theresia ad secundas accesserit nuptias jure Romanorum eatenus odiosas, ut 2do nubens tutelam perdat, quandoquidem consuetudo vim habeat non solum legi derogandi, sed & eam abrogandi *L. 32. ff. de LL.*

C

Moribus autem Leodiensium scriptis introductum est, quod mater, etiamsi secundo nubat, absque satisdatione, & absque juramento, & absque inventario tutela suarum prolium fungi queat.

> *Mean. ad Jus Leod. O. 113. & 568. n. 14.*

Nam eodem jure mortuo patre reinciderent liberi in potestatem matris, sicque materna potestas succedanea esset patriæ potestati.

> *Artic. 7. Cap. 1. Epitome Consuet. Leod. Mean. ad dict. artic. O. 61. n. 5. in fin. & Obs. 568. n. 15.*

Quæ potestas matris in liberos consortem habet vitricum, si secundo nubat mulier, cujus potestati, & tutelæ privigni subjiciuntur, quorum bona pleno jure ipsis competentia, si minores sint, vitricus administrandi jus habet, ita tamen, ut potestas Vitrici soluto morte Uxoris matrimonio, si vir & uxor esse desinant, finiatur.

> *dict. art. & Mean. ibid. n. 6. & 8.*

Cui consequens est, consuetudine Leodiensi ex secundis nuptiis male non præsumi de matre, imo nec de vitrico, quamdiu consortem habet uxorem, ita *Mean. d. obs. 568. n. 25.* quia ut ait Mean. ibidem n. 24. nullus affectus vinceret paternum aut maternum, quin mores, pro decisione spectandi essent, nam Leodii ab Officiali, & judice competente ratione originis & domicilii tutela data esset, quæ una cum administratione ab illa dependente personalia essent, personæ adhærentia, & per omnia territoria vim & effectum suum exercentia.

Locorum consuetudines interdum quidem etiam inspici deberent, sed non nisi quando agitur de rerum soli alienatione, mancipatione, investitura, successione, aliisque translationis & acquisitionis modis, sive quæstio sit de habilitate, vel inhabilitate, & qualitate personæ, sive agatur de statuto verbis in rem, vel in personam concepto, cum effectus potius, quam verba, attendendus sit, qui prorsus realis est, quoties de rebus soli transferendis, vel mancipandis quæritur, uti docet

> *Stockmann decis. Brab. 125. n. 9.*

Quo ergo juris colore Consilium Stabulense Theresiam, tutela ab Officiali Leodiensi accepta, & juxta patriæ Leodiensis leges observandas, non vacante privare, sed illam contutori affectanti (nam alias tanquam extraneus cogi non potuisset) administrandum soli, & unico conferre potuerit? æque parum liquet, quam justificari potest, alia per appellatum Theresiæ dictata actio de rationibus tutelæ reddendis, sed reddi non solitis, nisi finita tutela.

> *L. 1. §. ult. L. 4. L. 10. ff. de tutel. & rat. distr.*

& coram competente Judice demum, a quo Theresia tutelam accepit, cujus & jurisdictioni subjecta est, qualis Stabulensis Judex non est, sed Leodiensis. Accedit, rationis redditionem fieri debere coram Judice loci, ubi administratio facta est, ut notatur in

> *L. 1. & 2. ubi de rationibus agi oportet. Cancer Var. resolut. cap. 7. de tut. n. 99.*

Præterea vetitum esset privilegio Imp. Caroli Vti de anno 1521. ne subditi Leodienses extra patriam in prima instantia evocarentur. Quod inculpatur, Theresiam inventarium non confecisse, nec cautionem rem pupilli salvam fore præstitisse, non Theresiam matrem liberorum suorum, jureque Leodiensi

a talibus oneribus, uti supra expositum fuit, A immunem, sed appellatum ferit, qui etsi cum Theresia tutor datus fuerit, nihilominus bona pupillis pleno jure competentia conjunctim cum appellante, donec illa secundo nupta fuerit, administravit, absque prius confecto inventario, ob quem defectum, si in rigore juris procedendum esset, appellatus a tutela & administratione bonorum removeri deberet, quia allegatos defectus dissimulando legitima suspicio intrat, quod cum inventarium non fecerit, neque deinceps munere suo recte functurus sit.

L. 3. §. pen. ff. de susp. Tutor. & L. ult. C de arbitrio tutel.

Non obstat porro, quod articulo 1mo & 4to cap. 1mo Epitome consuetudinum Leodiensium cautum sit, mulierem per matrimonium transire cum bonis suis in potestatem mariti, qui de illis ea inconsulta disponere valet, ita ut ipsa sine jussu mariti contrahere, testari, & in Judicio stare non possit. *Mean. Obs.* 58. *n.* 7. *&* 10.

Item quod in articulo 7mo ejusdem capituli primi contineatur, quatenus in patria potestate sint liberi ex justis nuptiis procreati, & mortuo patre recidant in potestatem matris, quæ si secundo nubat, vitrici potestati & tutelæ privigni subjiciuntur, quorum bona pleno jure ipsi competentia, si minores sint, Vitricus administrandi jus habet, data cautione rem pupilli salvam fore, ita tamen, quod Vitrici potestas cesset per mortem uxoris *d. art.* 7. *O.* 61. *n.* 5. *&* 6.

Unde concludit Engelbertus: Atqui Theresiæ maritus hucusque cautionem istam non dedit, ergo nec ille, nec illa bona pupillorum, etiam Leodiensia administrare valerent, ille defectu cautionis, illa defectu potestatis, dictum fuit hæc non obstare, quia Consuetudo Leodiensis ad extraneos conjuges non pertinet, sed illos a jure Connubii Leodiensis longe removet, proinde Uxor & maritus talis extraneus nec uxorem sub potestate habet absoluta, nec illa subest, neque jure Connubii Leodiensis lucratur bona in provincia Leodiensi sita.

Mean. O. 55. *n.* 16. *&* 17. *in fine* addens: quotiescunque statutum vel consuetudo certam rationem, vel onus annexum habet, quod extraneis non convenit, toties ex vi ejusmodi consuetudinis, vel statuti successionem prætendere non possunt.

Atqui maritus Theresiæ extraneus ne quidem Germanus est, consequenter ipsa in ipsius potestatem una cum bonis suis non transivit, minus pupilli transiverunt, proinde nec illa nec ille ad dandam cautionem tenebuntur. Deinde procedit objecta consuetudo Leodiensis eo usque nisi in pactis dotalibus, quæ suæ personæ Uxor retinuerit.

Mean. d. O. 55. *n.* 17. ubi tradit: in ea matrimonii, seu pacti dotalis, etiam inter Leodienses initi specie, ex quo uxor jus suæ personæ solum retinuerit, non facta mentione bonorum, ut aliquoties usitatum vidi, cum enim ex vi hujus pacti, in viri potestatem uxor non transierit, nec ejus bona per acccessionem personæ, sed tanquam persona sui juris, res suas sibi habere & agere potest.

Eodem modo se habet cum illo articulo, quod jure Leodiensi maritus defunctæ conjugis bona lucretur, non existentibus liberis; nam si contrariis pactis dotalibus, vel provisione hominis aliud dispositum existat, vincitur jus Consuetudinarium.

Mean. d. O. 55. *n.* 29.

Quin etsi pacto dotali Jus personæ suæ sibi non reservaverit uxor, potest tamen pacto dotali bonorum suorum potestatem, & jus de iis disponendi retinere.

Mean. de O. 55. *n.* 30. cujus verba sunt: quamvis enim bonum erat, mulierem, quæ se ipsam marito committit, res etiam ejusdem pari arbitrio gubernari, attamen muliere id pacto prohibente æquum est, virum se nullo modo immiscere, præsertim cum hoc pacto tollatur potestas mariti in bonis uxoris, dependens a jure connubii, quod odiosum est.

B

Prærecensitas dispositiones jam ad factum applicando, juratæ & in instrumentum redactæ declarationes sub [81] & [82] probarent, quatenus Theresia, cum marito moderno ante nuptias convenerit, de retinendo jure personæ suæ omniumque bonorum suorum, mobilium & immobilium &c. tam in patria Stabulensi, Leodiensi quam alibi sitorum, atque ut eorum Domina sit, & petens, ut de iis disponere possit eodem modo, quo ante præsens matrimonium, prout etiam, ut in judicio independenter ab omni ejus mariti authorisatione stare possit. Quæ cum ita sint, manifestum evadit, & Theresiam, non impediente ipsius secundo matrimonio, sui juris, uti ab ante, permansisse, ipsamque nec ejus liberos, in potestatem mariti sui moderni transiisse, utpote non extante, sed sublato inter eos jure Connubii, eandemque liberos suos in potestate retinuisse, & adhuc retinere, quia Leodiensium jure, mortuo patre reinciderent liberi in potestatem matris.

C Non immutata hoc modo per nuptias conditione, quid impediret administrationem maternam bonorum ad liberos, ubicunque pertinentium.

Quemadmodum ante nuptias bono Engelberti assensu fiebat, & cautione maritali plane opus non est, qui uxorem orphanorum matrem, & ideo ipsos in potestate non habet, adeo ut illa absque mariti authoritate coram Concilio Stabulensi steterit, procuratoremque tanquam agnita legitima contradictrix steterit, quæ si impugnari & maritalis potestas in Theresiam statui velit, sequeretur, Theresiam in Concilio Stabulensi stare non potuisse

tuisse, imo sententiam nullam, & executioni demandandam non esse. Sed quid, si Theresia in potestatem 2di mariti transiisset, nec dum adhuc verum fuit dicere tutelam tunc fuisse vacuam, quandoquidem jure Leodiensi 2dis nuptiis, matris potestas non omnino absorbetur, sed secundo marito Leodiensi ut tali communicatur, cujus potestati privigni subjiciuntur, quorum bona pleno jure ipsis competentia si minores sint, Vitricus administrandi potestatem habet, atque ita, cum tutela matri Leodiensi data non amittatur per transitum ad secunda vota, sed ipsa marito suo communicetur data per ipsum prælibata cautione non potuit appellatus Concilium Stabulense adire, ipsique exponere tutelam vacare, sed Officialem Leodiensem a quo appellans tutrix prolium suarum cum appellato data, & deputata fuerat, adire debuisset, in suppositione ad hoc quatenus secundus & modernus maritus cautionem daret, rem pupilli salvam fore, sin minus eidem ulterior cum Theresia administratio inhiberetur, solique appellato relinqueretur. Nihil ad rem faceret Statutorum Stabulensium artic. 19. Cap. 11. [13] volens, „si vidua ad secundas convolaret nuptias, media parte usufructus immobilium ex latere primi sui mariti provenientium (jure viridarii, quod est domicilium, salvo) excidere, liberumque esse prolibus majorennibus factis, vel eorum Mamburnis se immittere, & prompte renunciando alimentis, illa frui &c.“

Etenim extra controversiam positum est, & præfata Statuta mulieres provinciæ Stabulensis secundo nubentes, minime vero appellantem, & alias extra dictam provinciam degentes afficere. Quoniam jure receptum habetur, quod si consuetudo vel Statutum circa personas aliquid disponat, puta habilitando eas, vel prohibendo aliquid, utroque casu extra territorium consuetudinis vel Statuti, non fieri extensionem, ratio est, quia Statutum non potest ultra quam extendatur potestas statuentium porrigi, per

text. in L. fin. ff. de jurisdict. omnium Judic.

Gail. lib. 2. O. 124. n. 11.

Ad hæc Statuta allegata nihil dicunt de privatione tutelæ, sed quod tantum media parte usufructus bonorum maritalium, immobilium, habitationis jure tamen salvo, amittere secundo nubens debeat. Quæ omnia ad appellantem trahi nequeunt, tum quod non sit Stabulensis, tum quod pactis dotalibus cum præmoriente marito initis usufructuaria omnium bonorum constituta sit, cum derogatione jurium & Statutorum in contrarium facientium, ergo etiam cum derogatione Stabulensium. Tum denique quod appellatus prætendat Castrum de F. cum bonis eidem annexis, & ab eodem dependentibus, pleno jure & dominio prolibus per mortem Wilhelmi de C. patris sui devoluta fuisse & in dubium non revocari. Per hoc ipsum suppositum appellati inclarescit, Theresiam, quæ usumfructum bonorum in F. in Stabulensi territorio sitorum non habet, amissione ejusdem Statuto Stabulensi puniri haud valuisse.

A Tandem adductæ notulæ & quietationes aperiunt satis, quod ceu fidelis mater conservationi pupillarium bonorum invigilaverit solvendo creditoribus, reparando & ædificando rem eam, & statum ita comparatum esse, ut annue aliquid prærogari deberet, plus quam reditus producerent, id quod hactenus præstitisset, & ulterius præstare, nec non una cum appellato administrationem continuare, a qua illegitime detrudi voluisset, parata esset, petendo reformari sententiam a qua.

Inter antefatas altercationes utrinque plausibiliter quid definiendum sit, ut dignoscatur, suscipiendum videtur examen sequentium quæstionum, ex quarum resolutione decisio totius causæ prono fluet alveo.

1) Quid jura communia & Stabulensia circa Tutelas in genere & in specie transeuntium fœminarum ad secundas nuptias disponant.

2) An Concilium Stabulense potuerit juste removere appellantem Theresiam a tutelæ munere, administrationemque bonorum pupillarium Stabulensium soli appellato committere.

3) Quid pronunciandum sit tam in causa principali, quam expensarum.

Ad primam quæstionem expediendam nulla caret ambiguitate, inter fœminas ad tutelæ munus ceu virile officium, nullam nisi matrem aut aviam admitti, 1mæ quæstion. resolutio.

B

per Novell. 118. cap. 5. ibi: nisi mater aut avia fuerit, his enim solis &c.

Subituras tamen tutelam oportet 1) 2dis nuptiis & SCto Vellejano

per Authent. Nostram matri, & aviæ Novell. 118. c. 5. Jurato renunciare, & quidem 2) judicialiter.

Eyben de tutela fœmin. p. 3. membr. 2. §. 4.

ita ut, nisi hæc præstita fuerint, tutela nulla sit

Eyben d. loc. §. 3.

Tenentur 3tio omnia bona, non tacita sed expressa devincire obligatione per

Novell. 94. ut sine prohibitione matris &c.

quin tacitam bonorum obligationem confirC mationi judiciali non sufficere, eo quod expressæ hypothecæ plures & potiores sint effectus quam tacitæ, adstruit & ostendit.

Dekherius lib. 2. dissert. Brabant. 10ma n. 6.

4to Inventarii confectionem, & quidem solennis matri injungit.

L. 2. C. quando mulier tutel. offic. omnino Novell. 94. in Epilogo.

& 5to finita tutela rationes, & quidem nuptiis re ipsa contractis reddere debent.

Eyben laud. loc. §. 12. & sqq.

E contra si secundas optaverit nuptias, cadit tutela, etsi illustris sit,

per LL. supra adductas communi DD. calculo receptas *Fontanella decis.* 431. *Capycius Latro decis.* 131. *per tot.* adeo quidem, ut matrem binubam quoad tutelam & educationem liberorum pro mortua habeat. *Arias de Mesa variar. resolut. L. 2. C. 25. n. 11.*

Cumque hæc legis prohibitio exinde originem suam ducat, ne mater amore novi sponsi, ejusque persuasionibus inducatur quicquid in præjudicium liberorum primi matrimonii faciendi, cum propensus ille amor, ob quem tutela illi delata fuit, novis contractis nuptiis cessare præsumatur, cum viduæ & bona, & vitam liberorum sæpius posteriori marito addicant.

L. 22. C. de adminiſt. tut.

Non immerito illustri etiam matri tutela deneganda videtur, cum maxime Principum quoque pupillis intersit res illorum salvas custodiri, quam post vulneratam causam remedium quærere.

Arg. L. fin. C. in quibus cauſ. reſt. in integr. Stryk. de tutel. matern. Principum cap. 5. §. 9.

Dixi denegandam esse tutelam, sed addendum est, quod & auferenda sit, & amittatur *Andler in Corpore Recessuum Imperii tom.* 2. *voce:* Vormund *n.* 22. *Eyben de tutela fœmin. part.* 3. *membr.* 4. *n.* 1.

Ipso jure quidem;

nam *Novell.* 94. *c.* 2. verbis supra relatis expresse dicit: mox ubi secundas nuptias contraxerit, a tutela repente expelli debet *Montan. de tutel. cap.* 16. *n.* 7. *Eyben. d. memb.* 4. §. 7. ubi tamen Judicis cognitionem & authoritatem non excludit.

Quod ipsum in Camera Imperiali, etiam circa Leodienses tutelas, si alio forsan in territorio occurrat quid agendum, receptum esse videtur mihi ex præjudicio ab ipso *Eybenio* relato.

Ubi *p.* 3. *membr.* 2. ita testatur Margaretha Isabella de Merode Ducissa Holsatiæ &c. tutrix & custos Nobilis filii sui prioris matrimonii, Johannis Marquisii de Westerlo, Comitis de Merode non fuit, (utpote amplius vidua non existens, sed in secundo matrimonio vivens) in Camera pro tutrice admissa, sed per decretum jussa nominare filio suo Curatorem ad litem in Camera confirmandum, cui paruit d. 8bris 1687.

Si tamen dispensatio Principis specialis superveniat, uti ratione Ducis de Mirandula Francisci Mariæ anno 1688. contigit fœminam tutelam adhuc retinere posse, asserit.

Laudatus *Andler d. l. n.* 23.

Et hæc sunt, quæ de jure communi & Imperii circa tutelas matrum secunda vota appetentium constituta habemus. Quo cum Statuta (De Statutō Stabulenſi.)

A Stabulensia non tamen certo modo consentiunt, quando capite primo articulo 2do officiatis curam & protectionem orphanorum & minorennium commendant, insimulque ut verba sonant, acriter præcipiunt, ut adveniente alicujus obitu, relictis prolibus, nisi testamentarii adsint, a Curiis locorum minorennibus de tutoribus & curatoribus provideatur, & Inventarium bonorum pro eorum custodia, ad quam proximiores parentes operam dare debebunt, conficiatur.

Item quando articulo 3. disponunt, quod deputationes tutorum cum inventario & repertorio relictorum bonorum Justitiis locorum insinuari, nec non constitutos tutores, antequam administrationem suscipiunt, cautionem idoneam & realem præstare oporteat, vid. [15] Verum etiam ulterius progrediuntur, quia matrem secundis nuptiis implicatam media parte ususfructus immobilium ex latere prædefuncti mariti provenientium (jure viridarii, quod est domicilium, salvo) privant, data facultate, prolibus majorennibus factis, vel eorum Mamburnis, se immittere, & prompte renunciando alimentis, illa fruendi, juxta [13] qualia Statuta in aliis etiam locis vigere recenset

B *Harprecht in tractatione juridica de Impedimentis ususfructus Statutarii materni* §. 14. rationem ex Forstero allegans: quod in matre secundo nubente nulla amplius fides, & nullus porro amor in priores matrimonii liberos præsumatur.

Addatur idem *Harprecht* §. *sequente* 16. ubi firmat, quod Statuto deficiente, sicuti pater, ita etiam mater ob solum transitum ad secundas nuptias, usumfructum non amittat, neque ea perdat, quæ illi debentur ex pactis nuptialibus, siquidem omnis pactio dotalis suo jussu contractus proprietatem in se recipit, & nemo citra legem expressam suo jure privari debet.

Laudatus *Harprecht memor. tract.* §. 17.

Si instes: quicquid severitatis in puncto privationis mediæ partis ususfructus, Stabulensia Statuta ostendant, nullibi tamen expressum esse, quod mater secundo nubens ea propter tutela privetur. *Respondeo*: sufficienter Principem Stabulensem de amotione a tutela disponere, eo quod Juris Civilis pœnas per sublatam Ususfructus medietatem quam ex pacto v. g. debitam jure Civili, uti ex *Harprechto* allegavi, retineret, supergressus sit, cœtera quæ C jure Civili per se constant, in non expressis ejusdem sanctioni relinquens juxta notoria, videlicet quotiescunque statutaria dispositio deficit, subintrat dispositio juris communis.

Clemens Merlinus in decis. Rotæ Romanæ 353. *n.* 46. *per L. si cum dotem ff. solut. Matrimon. L. si extraneus ff. de Condict. causa data &c. Gail. l.* 2. *O.* 124. *n.* 10. atqui Jus commune non admittit fœminas secundo nuptas ad tutelam.

Et hæc dicta sunto de Statutis Stabulensibus

Leodiensibus, videndum jam & accidit, quantis passibus a prædicti juris communis, & Stabulensis provisione consuetudines Leodienses distent, id quod ante ad quæstionem, an actio elisa sit, intelleximus quidem, ast pleniori stylo thema istud persequi omnino non e re esse videtur.

Volunt autem, quod soluto morte alterutrius Conjugum matrimonio, bona eo constante ab his possessa, proprietatetenus devolvantur in liberos, remanente penes superstitem sive patrem sive matrem usufructu, ita tamen ut mobilia, res creditæ & actiones personales pleno jure dominii etiam extantibus liberis, soluto morte unius ex conjugibus matrimonio, ad superstitem spectent, nihilque juris liberis supersit, ad cujus petitionem admitti possint.

> *Mean. obs.* 112. 2do quod mortuo patre recidant liberi in potestatem matris, sitque materna potestas succedanea patriæ potestati *Mean. O.* 61. *n.* 5.

Unde evenit 3tio, ob hanc maternam potestatem consecutumque propterea usumfructum omnium Immobilium, matrem semota juris ratione, tutelæ liberorum rationes reddere, satisdare, reliqua tutorum onera subire, B aut inventarium facere non teneri, bene tamen ad descriptionem aliquam obligari.

> *Mean. O.* 113. *n.* 4 & 6. *It. O.* 568.

Idque 4to licet mater ad secunda vota transiret, ceu de quibus consuetudines Leodienses male non præsumunt, imo nec de vitrico, in cujus potestatem 5to incidunt, quamdiu materna durat.

> *Mean. O.* 568 *n.* 24. & 25.

quæ potestas matris in liberos consortem habet vitricum, si secundo nubat mulier, cujus potestati & tutelæ privigni subjiciuntur, quorum bona pleno jure ipsis competentia, si minores sint, vitricus administrandi jus habet data Cautione rem pupilli salvam fore.

> *Mean. O* 61. *n.* 7. & 8. ubi dicit: Hæc potestas vitrici non est impatiens consortis, quia secundis nuptiis matris potestas non omnimodo absorbetur, sed communicatur secundo marito, ut tali, secundi mariti potestas non sua vi nixa, dependet ab uxore, liberorum matre, adeoque soluto matrimonio, si vir & Uxor esse desinant, finitur illa potestas, vitrico in privignos non nisi ut marito uxoris, & sub ea qualitate competens.

Quis non videt præfata Statuta, ubi mater secundo nubens omnium relictorum bonorum mariti immobilium usufructuaria, mobilium vero demum liberos in potestatem suam communicativam cum vitrico recipiens ipsaque alienæ potestati subjecta, absque inventario, absque satisdatione & absque rationum reddendarum obligatione tutelæ capax declaratur, imo absque Judicis ulteriori ordinatione tutrix constituitur exorbitantia odiosissima, magnumque semper rerum familiarium & pupillarium discrimen involventia esse, vim consequenter suam ultra territorium Leodiense nequaquam porrigere posse.

> *Gail.* 2. *O.* 124. *n.* 7. & *O.* 33. in terminis de usufructu matri in Statuto debito extra fines territorii Statuti non procedente, pulchros casus adducit *Harprecht laud. supra dissert. de usufructu materno* §. 32. ubi dicit, id obtinere etiamsi maritus testamento caveret, quod uxor dimidium bonorum, ubicunque sitorum propria authoritate capere possit.

Siquidem recepta doctrina pragmaticorum unanimis, quantum mihi eos & illorum complures evolvere licuit, habet, si consue udo vel Statutum circa personas aliquid disponat, puta habilitando eas, vel prohibendo aliquid, utroque casu extra territorium consuetudinis vel Statuti non fieri extensionem.

> *Gail. d. Obs.* 124. ubi exemplum *n.* 11. & *seqq.* tale ponit: Filiusfamilias, qui de jure communi tantum de Castrensibus bonis testatur, si testamentum facit in loco statuti, ubi contrarium inductum est, tunc testamentum a filiofamilias vigore d. Statuti factum non extenditur ad bona extra territorium sita, sed quoad illa intestatus decedit, & sic limitatur regula, inquit Gail. *L. Jus nostrum ff. d. regulis juris* cum similibus, quod nemo partim testatus, partim intestatus decedere possit, quia non procedit in Statuto vel consuetudine de rebus vel personis contra jus commune disponentibus.

Et hancce doctrinam brocardicam Dd. vocat

> *Hertius in dissert. de Collisione LL. Sect.* 4. § 8 ubi ait: quando leges circa personas aliquid disponunt, habilitando, aut inhabilitando eas, non fieri extensionem ad bona Immobilia, quæ extra territorum sunt: adducendo in istum *Barthol. Fabrum, Mevium, & Mynsingerum.*

Ex quo fluit, Statutum Leodiense habilitando mulierem contra leges Juris communis, Stabuleti obtinentes, ut sine cautione, & C incumbentia rationum reddendarum, atque sine inventarii confectione etiam secundo nupta tutelari officio præesse, immobilium habere usumfructum, & administrationem, & quod amplius est, potestatem paternam quondam, succedaneam habere, vitricoque communicare possit, extra territorium non egredi, nec in provinciam Stabulensem ingredi, sed cancellis Leodiensis districtus tanquam odiosum, ita enim ipse

> *Mean. O.* 55. *n.* 30. jus connubii Leodiensis, de quo immediate plura, appellat, concludi debere.

Nec mirum videri debet Statuti ejusmodi A exorbitantis effectus, limitibus Leodiensis territorii sepiendos esse, quia ipsimet Leodienses in suamet patria præfatæ potestatis parentalis in liberos, non quosvis Conjuges participes reddunt.

Cum enim ante dicta potestas certo connubiorum generi (quod antiquitus per coemtionem, Romanis ex jure Quiritum usurpatur, per quod Uxor, cum bonis suis quibuscunque in viri manu, ac mancipio erat, à Leodiensibus in usum revocato) originem debeat, idque vocent Jus Connubii Leodiensium, vel *jus manus plicatæ*, quia per matrimonium hoc jure, vir conjugem suam, manu sua, id est, potestate implicat, producens effectum, ut materna potestas in liberos succedanea sit paternæ.

Mean. tract. 2do part. 1. in præfat. ante observat. 55.

Introductum fuit, quicunque conjuges hocce connubii genere se non junxerunt, aut B jungere noluerunt, neque effectibus tali connubio attributis gaudere. Unde venit, licet a dispositione Statuti circa immobilia in patria Leodiensi sita, exteri, v. g. Namurcenses, Brabantini &c. non arceantur, aliud tamen accidat, quoties effectibus juris Connubii Leodiensis gaudere, & v. g. succedere velint, eo enim ne quidem Lossenses, etsi Episcopatui Leodiensi incorporati, fruuntur. Item non fruuntur conjuges pactis dotalibus vel alia provisione jus suæ personæ vel bonorum irrestrictum Dominium, aut administrationem sibi reservantes, nec exteri; Ergo facile captu erit, statuentes extra territorii limites eo minus sua, juris Quiritum obsoleti renovatione, evolare voluisse, cum nec omnes personas, nec omnia sui territorii bona comprehendere intenderint.

Probantur antecedentia ex Theresiæ ratiocinatione, & propria allegatione, in replica [71] ubi inquit: non opus fuisse secundi mo- C derni mariti sui satisdatione, rem pupilli salvam fore, tum, quia nupserit extraneo & Italo, in cujus potestatem non transivisset, quia extraneis non conveniret ratio juris Connubii Leodiensis, tum quod pactis dotalibus jus suæ personæ, & bonorum insuper sibi reservasset, adeoque cum bonis & jure suæ personæ eatenus in priori, uti ante 2das nuptias statuerat, permansisset liberorum suorum tutrix, inventarii confectione, satisdatione & rationum redditione immunis, adeo ut in his circumstantiis, nihil operaretur, quod Vitricus satisdationem non præstiterit. Bene sese habet inductio illa, & explicatio juris Connubii Leodiensis data, modo advertisset Theresiæ Causidicus uno vulnere sanato, ut putavit, exinde pejus alia corporis parte ulcus erumpere.

Equidem primus Maritus Baro de C. quoque origine extraneus, regione Flandrus, patria Dendermondensis erat, si ergo Jus Connubii Leodiensis, cum insignibus suis effectibus potestatis in liberos, dominii & proprietatis mobilium, & ususfructus Immobilium a defuncto relictorum, tutelæque ipso jure devolutæ, sine inventarii confectionis, satisdationis & rationum redditionis obligatione in forenses non cadit, sequitur, quod decantatum illud Jus inter Theresiam & primum maritum æque sicut inter secundum haud substiterit, atque hoc supposito in tam pingui Jus Connubiale Leodiense in acceptum ferente tutelari munere, constituta esse, nec constitui potuerit, tanquam nupta binis vicibus maritis exteris juris Connubialis, ut dictum incapacibus, licet ipsa de per se Leodiensis sit; jus enim connubiale illud correlativum est, ita, ut si maritus eo exclusus fuerit, & uxor quoque exclusa censeatur.

Mean. dict. observ. 55. num 17. ubi inquit: Correlativorum, qualia sunt vir & uxor, ea natura est, ut ad remotionem unius Correlativorum sequatur remotio alterius, cui consequens est, ut uxor successionem viri ex jure Connubii prætendere non possit, soluto morte illius sine liberis matrimonio, cum in marito constante matrimonio Jus Connubii locum non habuerit.

Quo cum simul corruit suspectissima allegatio illa, qua Theresia Jus suæ personæ pactis dotalibus cum Antonio reservaverit, etenim præterquam quod Antonius quoque à sententia Stabulensi appellaverit, vel uxoris appellationem ratificaverit, imo hucusque in lite steterit signo satis aperto, laudata pacta dotalia, quæ absque hoc non existunt, sed ex orali [81] conventione ante nuptias, post modum mediante declaratione coram Notario facta, ab hoc in instrumentum redacta fuerunt, in fraudem litis hujus excogitata esse videntur.

Præterea adhuc considerandum est, Jus suæ personæ & bonorum reservatum, quod in prætensis pactis dotalibus in jure connubii cum Antonio Theresia exemisse voluit, nec dum efficere, ut domina & tutrix talis, qualis esse affectat, haberi debeat, quia ad hoc probandum requiritur, quod ante secundas nuptias talis privilegiata tutrix fuerit, qualis pactis postmodum dotalibus munita, post illas nuptias manere desiderat, sed ex prædeductis liquet, ob matrimonium cum primo marito etiam forensi initum, Jus connubiale Leodiense, consequenter istam pinguem ex ex illo Jure fluentem tutelam maternam defecisse, ergo conclusio sequitur, inanem fuisse reservationem juris cujusdam specialis, quod tempore reservationis penes reservantem non reperiebatur. Agnovit sane pridem in effectu causidicus Theresiæ, illam ex jure connubiali tutricem esse non posse, cum loco ejus, quod alias absque Officialis opera, absque etiam collata ab aliquo facultate, ipsa legis virtute sola post obitum mariti Domina, tutrix, cum irrestricta administratione, in supposito præexistentis juris connubialis cum priori marito, liberorum relictorum patre, fuisset constituta tutrix. Cur maluit alio

jure

jure, & Civili quidem, tutrix constitui, obtenta desuper authoritate ab Officiali Leodiensi? qui ipsam (1) non solum, sed una cum appellato Engelberto, non (2) in tutricem vi juris connubialis, sed (3) ex tenore tutorii sui, non etiam (4) ipso jure a morte mariti prædefuncti, sed (5) tribus mensibus ex post, videlicet 5ta Novembris, atque a dato subscripti tutorii, dat, & deputat, non (6) ut Domina sit, inventarii confectione, rationumque redditione, & juramenti præstatione quasi liberata juxta connubialis consuetudinis Leodiensis mores, sed (7) ut Inventarium conficiat, computus & rationes reddat, juretque, prout jurasse perhibetur, se administraturam & gesturam esse, eo modo, quo veri & legitimi tutores, de jure & consuetudine facere possunt & debent. A

Unde dimanat, quandoquidem non jure connubiali, sed virtute nostri juris Civilis, & ab Officiali deputato Leodiensi, Theresia tutrix sit, frustra ad Privilegia & effectus ex laudato connubii jure circa potestatem & tutelam maternam, non obstantibus secundis nuptiis, favorabiliter profluentes, provocare. B Ex eo siquidem jure tutela Theresiæ metienda est, ex quo provenit: Atqui non ex fonte juris Connubii, sed juris communis tutela in Theresiam devenit, ergo secundum istius juris regulas administratio tutelaris expendenda est; *Subsumo:* Sed prætactum jus commune ipso jure tutela privat matres secunda amplectentes vota, aliasque muneri suo, omittendo Inventarium, subtrahendo se a rationibus, nec faciendo ea quæ de jure competunt, ut par est, non defungentes tanquam suspectos removet, ergo non solum removenda est a tutela Theresia ut suspecta, quæ iis etiam, ad quorum observantiam se jurejurando obstrinxit, articulis non satisfecit, sed ipso vacabat jure tutelæ, habebaturque, ut supra ex *Aria de Mesa* allegavi, mater pro mortua, ut eam ob causam a quolibet judice competente tutor rite dari potuerit.

Et sic non opus est quæstionum fusius in C actis memoratarum tractationem suscipere, v. g. quod Tutorem habenti Tutor dari nequeat, & Tutor in loco domicilii datus omnium bonorum etiam extra territorium domicilii sitorum administrationem nanciscatur, ne tamen omnino obmutescam, & 2dæ quæstioni satisfaciam, dico *primo*, receptam esse sententiam, quod tutor a judice originis vel domicilii datus administratione pupillarium bonorum in aliis provinciis existentium potiatur, quia tutor datur personæ principaliter, cui in consequentiam, bonorum gubernatio cedit, nisi ob difficultatem diffusi patrimonii se excuset; tunc enim demum judices locorum, singuli in suo loco, v. g. Prætor Romæ, Præses in provinciis, aut si in duabus provinciis facultates pupillus habeat, utriusque provinciæ Judex ad tutoris constitutionem qualificatus est, eo casu, scilicet excusationis factæ.

Clemens Merlinus decis. 352. *num.* 25. *Cardinalis de Luca tract. de tutoribus & Curatoribus disc.* 3. *num.* 14. *Manzius in bibliotheca aurea, vol.* 1. *tract. de tutel. tit.* 3. *quæst.* 5. *num.* 30. *& seqq.* ubi de pluribus concurrentibus Magistratibus, fori originis, domicilii rerum sitarum, tam allodialium quam feudalium agit.

Dico 2*do* licet tutor a judice domicilii datus regulariter præferatur, quia tamen *Lex un. C. ubi petantur tutores*, disponit, quod Magistratus illius loci, unde filii originem per conditionem patris ducunt, vel NB. ubi eorum sunt facultates, tutores vel curatores, his, quamprimum dare debeant, inde alios statuere, non tantum Magistratum domicilii, originis, sed & habitationis, imo & Magistratum loci, ubi est major pars bonorum pupilli, competentem esse, ad dandum tutorem, etiamsi domicilium ibi non habeat.

Bardili alleg. a Lauterbach in Colleg. Theor. pract. lib. 26. *tit.* 5. §. 5.

Vel uti *Luca* loco ante citato *Hugonem* refert, dicentem: quod quilibet Judex tutorem dare queat, in bonis existentibus in proprio territorio, quodque datus ab uno, non possit se ingerere extra jurisdictionem dantis, nisi agatur de testamentario.

In quam sententiam inclinat.

Schilter exerc. ad ff. 37. §. 86. *& Mev. ad Jus Lubecens. lib.* 1. *tit.* 7. *artic.* 2. *n.* 6. *in not.* ubi concedunt quidem tutori, in loco domicilii constituto, potestatem administrandi res ubicunque sitas, addunt tamen, Magistratum rei sitæ non impediri alium deputare tutorem. *Hopp. ad Inst. lib.* 1. *tit.* 20. §. 4. ubi eandem potestatem in tutore a judice domicilii dato, ad bona pupilli ubicunque sita agnoscit, limitat tamen in casu, ubi tutor se excusavit, vel quando Judex rei sitæ illum repulit, tunc enim Judex, sub quo bona sita sunt, tutorem dabit, quoad illa bona, per *Rennemann in jurisprud. Rom. disp.* 47. *de jure personar. tit.* 12. *in fin. add. Besold. in delibat. juris ad lib.* 26. *&* 27. *quæst.* 1*ma pag. mihi* 122. qui tradit, si pupillus quoad facultates, aut etiam domicilii & bonorum ratione judices habeat diversos, uter in dando tutore præferendus sit? Ego tutius putarem, ut is utriusque decreto constituatur.

Dico 3*tio* alios sustinere, quod situatio bonorum operari possit competentiam circa actiones reales, vel rei persecutorias, nunquam vero subjectionem personæ non originariæ, nec domiciliariæ, sed ad summum judici loci, in quo sita sunt bona, facultatem deberi, deputandi particularem Curatorem, vel administratorem compatibiliter cum tutore a proprio judice pupilli deputato. Nec impediri ex officio inquirere, an eidem pupillo bene consultum sit, cum idoneis cautionibus, & an inventarium respectu bonorum in suo territorio existentium fideliter confectum sit, idque coram judice non informato convinci non valeat. Quo casu saltem locum esse

esse provisionali deputationi tuti administratoris, sive alteri provisioni competabili cum jure habituali tutoris dati.

Card. de Luca laudat. tract. & discursu 3. num. 14. 19. *&* 20.

Ex quibus præmissis, licet inter se non conformibus, uniformis tamen conclusio procedit, gravissimas subfuisse causas judici Stabulensi, cur bona pupillaria a matre, in statu secundi matrimonii vivente, legibusque Imperii tutela incapace, absque Inventario, Cautione, contra juramentum administrante, ulterius gubernari prohibuerit; *Si instas:* Illi judici fas esse removendi tutorem, qui eum instituerat, ergo Stabulensi facultas non fuit Theresiæ tutelam ab Officiali Leodiensi collatam auferendi?

Card. de Luca dict. dis. 3. *num.* 20.

Quemadmodum etiam talis tutor alibi non tenetur, quam coram judice deputante.

Idem de Luca dict. dis. 3. *num.* 5. *add. eund. dis.* 4. *num.* 21. ubi tradit: quod tutor non administrans, administrantem cogere possit ad annuam rationum redditionem, si non formalem, sed per quandam speciem summariæ revisionis, ut dignosci valeat, quomodo se gerat, & quid agendum sit de reliquatu pro ejus interesse & incolumitate.

Respondeo 1. objectionem procedere, si per examina procedendum, an v. g. causæ suspicionis veræ sint nec ne? & ubi ad remotiorem per cognitionem plenam prius veniendum esset. Sed in hypothesi nihil simile opus est, nisi pura puta facti scientia, nimirum quod Theresia ad secundas nuptias transiverit, quo probato vel in notorio existente, jam Imperii & Civilia Jura disposuerunt, ut cognitione opus ulteriori non sit, statuere talem fœminam tutelæ incapacem esse, quare aperta sic tutela facto Theresiæ ipso, non judicis remotione, Magistratus Stabulensis exorbitantem Leodiensium Statutorum in pupillorum publicum dispendium vergentem dispositionem in Principatu Stabulensi non ferens, nec ferre obligatus, bene *potuit* & *debuit* succurrere, ne pupillorum bona suæ jurisdictioni subjecta a Vitrico matreque binuba, aliis liberis onerata, alioque amore imbuta, penitus diglutirentur.

Non gratis dixi Stabulensem *debuisse* succurrere; quis enim Judex alius aderat? certe non Leodiensis, qui Statutorum suorum tenax, & ampliandæ Jurisdictionis in alias usque provincias avidus, tutela vix Theresiam privasset, quia Leodiensi jure connubiali, ab ea 2do nuptæ non arcentur, evincere vero quod ex jure communi tutela data solummodo subsistat, in litem abiisset ætatem pupillarem forsan superaturam. Ergo Stabulense Consilium superfuit, cui ob facultates pupillares, & ut Judici loci incubuit rationem orphanorum curæ sibi habere, ingravescentiaque damna, ne ulterius serpant, sistere. Dixi quoque, & *potuisset* Stabulense Consilium tutorem constituere, quippe Theresia, cujus solius interesse hic versatur in eo, consensit, confessa est, & agnovit, quando ad libellum coram Consilio Stabulensi porrectum, ubi unius vel plurium tutorum deputatio, propter 2das appellantis nuptias petita: & simul interdictio administrationis bonorum, in hoc Principatu sitorum, præstolata, subsecutumque decretum 25ta Junii 1715. fuerat, quod nimirum Engelbertus tutor pupillorum de C. creatus esse debeat, ita tamen, ut artic. 3. ap. 1mi Statutorum Stabulensium præstando inibi requisita se confirmare teneatur. Non appellavit, inque rem judicatam abire Sententiam passa est, verum etiam dum expresse vid. fol. 9. act. 1mæ instantiæ enixe institit, quatenus non solum articulo illo Statutorum Engelbertus se confirmaret, alias suas deducere rationes obligata non foret, sed ut alius ipsi tutor, ne vexatoriis ab ipso litibus lacesseretur, adjungi voluit. Quid evidentius, quam ingenua hæc Theresiæ submissio, quid apertius, quam potestatis in Judice Stabulensi, quod tutorem Engelbertum rite dederit, modo Statutis se parem præbeat, & alium tutorem insuper adjungere possit ac debeat, facta agnitio, quid denique manifestius, quam ex tutoris alterius superadjunctione rogata, elicita confessio, jurisque approbatio, se tutela sua saltem respectu bonorum Stabulensium excidisse? a qua post rem judicatam, paritioneque in tantum præstita, vel saltem cœpta, resilire, agnitumque semel videlicet, quod Judici Stabulensi in casu 2darum Theresiæ nuptiarum tutorem dandi facultas competat, in novam deducere velle controversiam. Jura nostra plus uno in loco improbant inculcantia sententiam in rem abire judicatam, si quocunque modo paritio ei data fuerit.

L. 7. *§. fin. ad SCtum Maced. & L.* 5. *C. de re jud.*

Imo quod sufficiat ad hoc, ut inceptum fuerit ei parere.

Hilliger ad Donell. in not. lib. 28. *cap.* 6. *lit. O.*

Non diffiteor, gravem forte in re domestica Theresiæ, cum moderno suo marito eventuram turbationem, cum ab utili tot bonorum dispensatione vel saltem gubernatione recedere compellatur, soleantque matres, ubi tutelæ liberorum suspicionem attrahunt, non removeri, sed potius alius iisdem tutor adjungi, per ea, quæ discurrit.

Card. de Luca citat. sæpius tractatu de tutor. & Curat. dis. 2. *&* 4. in quo ultimo loco dicterii memor est, quod turpius ejiciatur, quam non admittatur hospes.

Magnaque intercedat differentia inter matres & extraneos tutores suspicionibus innodatos. Idem dict. disc. 2. num. 3. Ast parum proficiunt conquisita illa argumenta, quoniam prætereundo, quod *Card. de Luca* & allegatus ab eo *Gratianus* loquantur de lite existente

stente inter matrem & filium, non adeo magni momenti. Aliud est removere velle Matrem ex capite suspicionum, quæ forsan tantæ non sunt, aut elidi queunt, ut adhuc maternus amor haud extinctus esse appareat, proinde adjunctione alius tutoris sufficienter pupillo prospectum sit. Aliud est mulierem tutela excidere, & facto proprio ob præexistentes juris expressas dispositiones inhabilem se reddere.

In priori casu qualitas suspicionis efficit, ut remotione opus non sint, in posteriori legis præceptum omnem potestatem & habilitatem a muliere tollit, nam ita rescribitur *in L. 22. Cod. de administrat. tutor.* Lex enim non solum contra tutores, sed etiam fœminas immoderatas, atque intemperantes NB. prospexit minoribus, quæ plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt.

Non obstat Engelbertum quoque jam ab anno 1708. cum Theresia per Officialem Leodiensem simul datum tutorem, æque defecisse in inventarii confectione, satisdatione & similibus, ita ut pari sorte cum Theresia gaudere, & ceu suspectus removeri debeat. Equidem tametsi multa in his regerat Engelbertus, quod tantum adjunctus fuerit tutrici Theresiæ, neque bonorum Stabulensium aut extra territorium Leodiense sitorum, & rerum pupillarium extranearum administrationi sese immiscuerit, quibus tum tutorium Officialis contradicit, ubi videre est, quod in ipsum æqualiter ac in Theresiam collata fuerit tutela, tum, quod ex fol. 81. & 82. act. priorum constet, quod revera eas tutoris vices expleverit, proinde non ex omni parte adeo puras manus habeat, vel non omni exceptione major sit, quemadmodum apparere, vel videri gestit. Attamen quia 1*mo* magno zelo pro pupillorum commodo, contra Matrem binubam assistentibus eum in finem juribus communibus scriptis, & Romani Imperii, decertat; 2*do* Tutelam Stabulensium bonorum teste libello ibi porrecto sibi conferri non postulavit, consequenter eam affectasse dici nequit, sed tamen in dationem factam consensit; potest enim is, qui non est subditus patiendo se tutorem dari a judice non suo, Jurisdictionem ejus prorogare.

Manzius dict. tract. de tutel. tit. 5. quæst. 4. num. 45. & 55.

3*tio* satisdationem sufficientem coram judice Stabulensi præstitit, qualis satisdans, per quem indemnitati pupillorum consulitur, aliis præferendus est.

Et tandem 4*to* non solum utile est si, tutela per unum administratur, quam cum per plures diducta est.

Ratio est, quoniam non solum segnius expediuntur, quæ in communem sollicitudinem cadunt, verum etiam quod homines sint ad dissentiendum ex natura sua faciles.

Manzius dict. tract. tit. 7. part. 1. n. 8.

A Maxime litigantes nostri, utpote in tantas animorum exacerbationes delapsi, ut ex eorum simultanea administratione nil nisi tragici personarum, destructorii vero bonorum exitus timendi sunt.

Sic juxta naturam vel structuram libelli in prima instantia producti, necnon ad normam juris scripti, solliciti omnem a pupillis removere ærumnam, *concludo sententiam a qua confirmandam*, tutelamque & administrationem bonorum in Stabulensi territorio sitorum, quatenus tamen ad pupillos pleno jure devoluta fuerint, appellato deferendam esse. De Leodiensi tutela, quanquam ex connubii jure in Theresiam non devoluta, & sic ad mensuram tutorii judicanda sit, cujus juratis obstrictionibus aperte contraventum fuit, posset quidem etiam ex officio aliquid statui, tamen quia desuper nulla controversia in actis, præcipuaque bona in provincia Stabulensi jaceant, brevi admonitione tantum excitasse vigilantiam Officialis Leodiensis sufficere existimo.

B Quod ad verba, sententiæ inferenda scilicet *quatenus ad pupillos pleno jure devoluta essent*, fundamentum habet, in ipsa declaratione Engelberti sub [84]; nam posteaquam Theresia demonstraverat, quod vi pactorum dotalium cum primo marito initorum ususfructus acquæstuum etiam susceptis invicem liberis competat, necnon in facto certum satis esse saltem videatur defunctum maritum 3. quartas partes partis 4tæ territorii Dominii, & Baronatus in F. cum bonis inde dependentibus, & quidem ex pecuniis, a Theresia pervenientibus acquisivisse; Item quod durante sua viduitate, tamen in suum favorem jus habitationis, quod Baronissa de R. donatoris vidua in Castro de F. per testamentum sui mariti Johannis Philippi de C. habere debebat, necnon pratorum, hortorum, redituum in spelta & avena lignorum, stramentorum, & generaliter omnium, dictæ de R. per allegatum testamentum & donationem reservatorum, usum comparaverit. vid. fol. 9. act. primæ atque alio loco in actis 2dæ Instantiæ. Ad hoc Engelbertus respondet in humillima paritione [84] pag. 9. C 1*mo* generaliter, quod si Theresiæ jus aliquod in Castrum deberetur, hoc illæsum eidem maneat, cum non intenderit, nec intendat aliorum, quam quæ pleno jure, ad pupillos devoluta essent administrationem suscipere.

2*do* Specialiter reponit patere ex donationis tabulis Philippi de C. sub [48] Baronatum & dominium in F. & B. cum ap- & dependentiis a prædicto donatore fuisse Theresiæ marito 1mo jam defuncto suoque natu majori filio, & sic deinceps per modum fideicommissi perpetui, majoratus & primogenituræ relictum, consequenter religionem Judicis circumvenisse Theresiam, allegando castrum de F. suum esse dotalitium, contrarium ostendentibus prædictis literis donationis, in quibus idem donator donatariæ futuræ Uxori, quæ fuit Theresia, loco dotalitii, seu vi-

 dualitii

dualitii usufructutenus assignat bona in superiore & inferiore Condros. Jam vero usufructu semel ad specialia bona relicto, & speciali constitutione Doarii facta, exploditur jus hæreditatis & jus connubii Leodiense cum omnibus suis effectibus, inter quos universalis usufructus relictorum a marito defuncto bonorum numeratur, quia fœmina providendo sibi de dotalitio conventionali, vel quod idem est, acceptando vidualitium in pactis a Prædecessoribus mariti sui constitutum, prout Theresia fecit, ineundo placita antenuptialia, in quibus relatio facta ad donationem, renunciat provisioni legis vel consuetudinis. *Mean. Obs.* 11. 13. & 76.

Ergo Theresia nec usumfructum jure connubii, nec aliud quoddam Jus prætendere potest in Castro illo, imo nec jus habitationis quidem in casu nimirum & statu, quo Theresia cum secundo suo marito ibi habitare prætendit. Nam etsi dicat se jus habitationis a Baronissa de R. vidua quondam Johannis Philippi de C. donatoris, cui habitatio, utra cum diversis commodis & præstationibus ad dies vitæ concessa erat, mediante ære suo redemisse, & cessionis titulo acquisivisse. Tamen inspicienti testamentum testatoris, & donatoris sub [89] affulget in limine, cessionem talem fieri non potuisse; quia testator ille uxori suæ, Baronissæ de R. jus habitationis aliter non reliquit, quam sub expressa conditione, de alium in dicto castro non admittendo, quam hæredem denominatum (is est Theresiæ primus maritus & postericius.)

in verbis: casu, quo nos Johannes Philipp. supra fatus moriamur, ante charissimam uxorem nostram de R. supra dictam, volumus, ut eadem residua vita habeat habitationem suam, si illa ita exoptaverit, in castro nostro F. neminem alium præter heredem nostrum recipiendo, aut admittendo, habeat etiam fruitionem usufructuariam pratorum &c. quos modios, paleas, ligna & prata uxor nostra percipiet pro tempore, quo in F. habitabit, & casu quo discederet, & alibi resideret, hæres noster ab eis exoneratus erit.

Ex quibus testamenti verbis duo eruuntur: primum, quod ipsamet Domina de R. non potuerit jus habitationis, & cœtera habitationi propriæ personæ annexa commoda, & emolumenta alteri cedere, sed illa omnia debuerit perdere, nisi ipsamet inhabitaret.

Alterum quod supposito, citra tamen præjudicium Jus habitationis sibi relictum alteri cedere, seu vendere potuisset, attamen sicut illa alium habitatorem & neminem in castro de F. admittere non potuisset, præter denominatum hæredem; ita enim a fortiori Theresia admittere non potuisset Antonium, tanquam ignotum & cessionarium, quia cessionarius plus juris habere nequit, quam cedens, a quo jus in eum transiit, nec emptor plus quam venditor.

A His potest addi, usuarium tantum sui causa uti, consequenter usum, tanquam jus personale alteri concedi, aut locari, vendi vel alio modo in alium transferri non posse, usus enim personæ adhæret, eamque non egreditur, ne forte per cessionem conditio gravaretur, cum non omnibus idem utendi modus, eadem temperantia, & abstinentia sit, varietque in qualibet persona. *Müller ad Struv. lib. 7. tit. 8. ad thes. 58.* Et quanquam habitatio specialis servitus sit, *tot. tit. ff. & Cod. de usu & habit.* Item, *usufructu & habitatione*, atque ea cedi & locari possit, per expressam juris antiqui & dubiorum sublationem.

in L. cum antiquitas. Cod. de Usufruct. & habit.

Nihilominus tamen, cum non simpliciter habitatio, sed habitationis usus, vel habitandi commoditas sive facultas legata sit;

per verb. testamenti, si optaverit &c.

Ubi locatio & cessio prohibetur, aliaque B verba non tantum generalia, v. g. *suam habitationem*, quam particulam *suam* pro personalitatis indicio in casu, ubi maritus uxori pro *suo* usu, habitationem reliquit, ponderat.

Luca in Gratian. disc. 77.

Sed & specialissima clare denotantia ad usum legatariæ propriissimam habitandi facultatem restrictam fuisse interveniunt, v. g.

1. Quod aliam habitatrix in domum recipere non possit nisi hæredem.

2. Quod paleis, lignis pro tempore frui debeat, quo in castro habitabit, & denique

3tio. Quod si Legataria a castro discedat, & ibi non resideat, hæres a præstatione liber, & exoneratus esse debeat. Sic bene quidem verum est, me non videre, qua ratione salvis testamenti prædicti verbis, & testatoris nimis aperta voluntate, ex cessione Baronissæ de R. Jus suum habitationis in Castro F. stabilire Theresia valeat, quemadmodum C nec usumfructum etiam præter bonorum in Condros prætendere potest. Tutius tamen, ob nec dum sufficienter instructum istum articulum, & quod juxta ipsamet Statuta Stabulensia mulieri ad secundas nuptias convolanti, jus viridarii vel habitationis salvum sit, in jure præterea cautum habeatur, usum domus Mulieri concessum, includere quoque maritum.

Müller. dict. tit. & thes. 58. ubi ait: Si viduæ usus ædium legatus sit, quæ deinceps secundo viro nubit non minus uxori, quam ejusdem novo marito usus ædium imposterum debetur, nec eidem adimitur, si forte ea conditione uxori legetur, ut a marito divertat; nam hæc conditio tanquam turpis rejicitur, cum vir & uxor, & liberi & parentes pro una persona habeantur.

L. fin. C. de Impub. & alior. substit.

Sic

Sic existimo, hunc punctum expresse non explicandum, sed sub complexu supra relata clausula capiendum. *De altero reddendarum rationum articulo* quoque supersedendum adhuc videtur, tum quod rationem reddere consequenter amissæ tutelæ, & obligatio tutori administranti de per se incumbens sit, tum quod a die Constitutionis novæ, Judex Stabulensis jus rationum redditionem sibi faciendam jubere, demum acquisiverit. Monitum tamen aliquod ad Consilium Stabulense dirigendum, improficuum non erit eatenus, ut reliqua in consequentiam collatæ appellato tutelæ, respectu bonorum ibi sitorum emergentia vel ex officio, vel ad instantiam Engelberti pro Justitiæ exigentia, & ratione ejusdem celeri administratione, semper promovere intentus esse debeat, aut saltem utriusque territorii Judicem excitare ad invigilandum huic tutelæ, promtamque Justitiam administrandam, si casus, inter quos tutelæ redditio est, occurrunt. Legibus enim Imperii provisum est, annue deberi rationes reddi.

Heser de Ration. redd. loc. 4. *n.* 10.

& absque requisitione sponte offerri

Heser dict. l. num. 17. *&* 18.

etiam a matre, ita ut quilibet Magistratus loci, ubi negotia sunt gesta, desuper adiri possit de jure communi, licet forsan in Gallia & Brabantia tutor in loco, ubi constitutus est, & juramentum præstitit, teneatur tantum,

per alleg. ab Heser de ration. redd. loc. 5. *num.* 26. *&* 30.

Expensas quod attinet, eas Judex a quo compensavit, easque & Ego compensare vellem, quia inspecto jure connubiali Leodiensi, non adeo improbabilem litigandi causam Theresia habuit Jus suum solitariæ administrationis, vel communis cum appellato contutelæ, prout adhuc optat, & continuare offert, persequendi, aliunde satis hac lite vexata, ut facile credam novarum nuptiarum præmeditata gaudia a subsecutis, & in dies ex hac controversia magis subsequentibus animi exasperatis mœroribus multum jam suppressa esse, & in profundas amaritudines, ne dicam tristes planctus & nænias sese resolvisse.

Superest adhuc attentatorum punctus prærogativa sua ante omnia quidem excutiendus, sed cum (1) multum a causa principali dependeat a me contra Theresiam determinata (2) restitutio in castrum de F. a Consilio Stabulensi vel loci Principe jamjam facta, vid. Suppl. Theresiæ [4°] (3) Engelbertus in [84] declaret se paratum post cognitam hujus Supremi Judicii mentem nullatenus impedire, quo minus Theresia bona Stabulensia sola, & absque prævia cautione administret, atque debitores pupillares debita sua eidem solvant. (4) Referens adverterit in deliberatione extrajudiciali pro decernendo Mandato attentat. revoc. Acta judicialia inter partes agitata ad manus vix habuisse;

A Engelbertus autem (5) supra dicta declaratione, tutelam suam cedendi, modo Camera mentem suam exponat, intelligat expositionem judicialem, & ad cognita utriusque partis merita decisionem, non extrajudicialem aliquam decretionem, ubi unus tantum litigantium auditur, & mandata aut alios processus obtinet. (6) Si reparatio attentatorum sustineri, & assignatis debitoribus, ut matri, non tutrici solvere debita pupillaria debeant, injungi velit 3tii damnum nempe pupillorum subinde versaretur, cum a matre semel exacta nunquam recuperaturi sunt debita. (7) Quod in præsenti statu matri remotæ fieri debeant solutiones, quas tantum tutoribus recipere licet.

(8) Quod omne damnum prætensum ab Engelberto reparandum, ille quondam in rationes pupillis, ob quorum bonum se litem suscepisse dicit, illaturus erit, consequenter 3tiis præjudicium eveniet, pro quibus tamen laboratur.

B (9) Quod implicet, uberam administrationem bonorum pupillarium in vim Mandatorum attent. revoc. restituere, & vi definitivæ sententiæ in causa principali Theresiam a tutela & administratione repellere;

Ita censeo, vel cassanda esse Mandata attentator. revocatoria in totum, vel saltem in puncto debitorum pupillarium hactenus non solventium, ad litem tamen vocatorum, deducentiumque rationes, cur matri ut solutionem in præsenti causæ statu sine periculo præstarent, coërceri nequeant. Addere tamen vellem, quod si damnum aliquod per invasionem castri Theresiæ, quæ ob varios titulos saltem coleratos indecisa lite expelli non debuit, passa fuerit, & quod hactenus non fecit, ostenderit, ad illius retributionem Engelbertus ex propriis obligatus esse debeat. Atque hoc, quo recensui modo, prætereundo pœnam propter recursum ad Consilium Aulicum ab Engelberto tentatum, a quo tamen recursu destitit, dictari petitam, pronunciandum esse existimo modo se-C quente:

Sententia, quam ad præcedentem relationem Domini conclusere, erat sequens, publicata 23. Decembr. Anno 1718.

IN causa J. Theresiæ de la N. & consortis contra Engelbertum de la N. appellationis & Mandati attentatorum revocatorii simplicis & arctioris S. C. Lto S. suas in puncto non devolutionis & desertionis factas petitiones denegamus. Sed causam principalem pro conclusa accep antes, dicimus ac pronunciamus bene judicatum, male appellatum, proinde sententiam a qua confirmandam, necnon prædicta Mandata, quatenus impeditam per appellatum solutionem debitorum pure pupillarium concernunt, cassanda esse, prout respective confirmamus & cassamus, expensas intuitu privatæ causæ principalis

palis in hoc Imperiali judicio factas ex causis nos moventibus compensantes. Denique quod si appellans ratione perpessæ ab appellato invasionis & expulsionis ex Castro F. damna & sumtus aliquos tulisse, probare specifice poterit, fiet quoque desuper, quod juris est.

Deinde cum inter utramque partem violentiæ non cessarent, conclusa fuit & publicata *Sententia sequens* 13. Nov. 1719.

IN causa J. Theresia de la N. & Cons. contra Engelbertum de la N. decisæ appellationis nunc supplicarum pro Mandato de dimittendo Castrum F. cum omnibus adpertinentiis legitimo atque confirmato tutori, & de non impediendo in munere & administratione sibi commissæ & confirmatæ tutelæ, necnon de manutenendo & exequendo tam judicata Stabulensia, quam Cameralia S. C. Item pro plenis appellationis processibus ad judicium successive remissarum; Suspensis omnibus post definitivam de 23. Dec. proxime præcedentis in hocce Cameræ Imperialis judicio latam, emanatis à Consilio provinciali St. Sententiis & Decretis ex una, ex altera vero parte interpositis appellationibus, aliisque remediis juris, & ea propter petitis fatalium prorogationibus, pro causæ hujus speciali qualitate, non obstante Lti incongrua petitione de 30. Aug. 1719. ex Officio decernimus, quatenus litigantes ab omni violentia, via facti, armorum illatione, exprobrationibus, injuriis, turbis & comminationibus sub pœna 5. Marcarum auri Fisco Imperiali ab earum Auctore posthac pendendarum, serio abstinere, sed interim, sine tamen ullius præjudicio, tam in possessorio quam petitorio, salvaque imperturbata temporanea habitatione nec non pacifico semper accessu in Castrum F., & ibi asservato pupillorum de C. archivo, ipsi Engelberto de la N. qua Tutori permisso, uti & reservato regressu vincenti, adversus futurum succumbentem, quilibet pro medietate imposterum, & usque dum bona pure pupillaria, admixtam qualitatem habentibus discreta fuerint, fructibus & emolumentis, quæcunque ex bonis quæstionis provenerint, ex æquo dividendis tranquille frui, nullus autem quidquam solitaria auctoritate agere, ligna cædi curare, aut vendere, braxinias, molendina, domos, hortos, & alia elocari consueta, elocare, debitores pupillares excutere, pecunias & reditus percipere, jurisdictionem exercere, Scabinos vel Officiales dimittere & alios surrogare, invito & contradicente altero debeat.

In quem finem, utque exacta prædictorum paritio contingat, Consilio provinciali St. non tantum sollicitam desuper habere curam atque attentionem, injungimus; verum etiam, quatenus visis hisce ambas partes ad jura sua omnia & singula in Castrum F., jus habitationis ibidem prætensum & dependentia, seu reditus, quocunque titulo competentia, sive quænam bona sint pure pupillaria aut non? deducendum atque intra trium mensium spatium, admissis quatuor scriptis universim, i. e. pro qualibet parte duobus, necnon concesso pro cujusvis productione termino peremptorio & præclusivo trium septimanarum, totum hoc negotium absolvendum, noviter adstringat, commissionem hisce conferimus atque impertimur.

Mandantes desuper, ut acta sic conclusa, compilata & inrotulata juncto suo impartiali judicio, additis etiam literis informatoriis super commissis post præ allegatam sententiam de 23. Dec. hinc inde excessibus & violentiis, ad Cameram hanc Imperialem sumtibus ab utraque parte ex æquo subministrandis, transmittat.

Continuatio Consultationis XXX.

Ubi inter matrem & liberos sive horum Tutorem post contractum illius secundum matrimonium variæ controversiæ de usufructu bonorum & adquæstu dirimuntur.

Repetitio Status Causæ summaria in causa Theresiæ contra Engelbertum de N.

Cum expositione Actorum post Sententiam Cameralem confirmatoriam in puncto Tutelæ 23. Decembr. 1718. latam.

Ingressus.

CAusæ hujus Dijudicationi operam navavit Dominus Assessor N. Reliquit is lucubrationes suas, quarum perlectio tamen, prout conscriptæ sunt, non minori fere vel breviori studio, quam Actorum integrorum absolvitur. Experiatur qui voluerit. Duæ sunt publicatæ Sententiæ:

Una definitiva 23. Decembr. 1718. per quam decisa fuit quæstio de Tutela filiorum Wilhelmi de C. quorum mater erat appellans.

Altera

Altera provisionalis 13. Novembr. 1719. post varias Supplicationes à Tutore Engelberto de N. per Ltum St. unam alteramve autem per Lt. J. appellantis nomine exhibitas, mox pro Mandato, mox pro Appellationis processibus novis, moxpro revocandis attentatis &c. quarum aliquæ ad Acta productæ, plures vero in numero extrajudicialium hucusque relictæ. Quæ supplicarum multitudo atque varietas non parum difficultatis attulit Referenti novo.

Potuissent utique supplicæ istæ dudum & debuissent decreto qualicunque expediri; sed in tanta rerum confusione opus erat mihi, informatione pleniori, quam inter alia negotia capere brevi tempore non potui. Verissimum est interim, quod mora ista multum intulerit damni, cum & Judex Stabulensis & Theresia cum marito interim, quæ visum fuit, egerint libere. Proinde gravitate sententiæ tandem ferendæ, tarditas erit compensanda.

Tota causa, maxima animorum exasperatione tractata inter partes, si fontes decisionis spectes, difficilis non est admodum, quamprimum series rei, atque controversiæ status constiterit. Sed prout nactus est Engelbertus de N. advocatum, ingenio atque affectu sibi simillimum (nisi sit, quod mihi videtur verosimile, idem Advocatus, qui est Engelbertus) scriptorum multiplicium numerus, atque prolixitas, stylo Rhetoricis pathematum flosculis exuberanti, sæpe etiam pungenti, multum sane opus fuit patientiæ ad laborem superandum: Quo jam absoluto, causæ statum mirum in modum intricatum, extricate satis sum propositurus, repetita narratione ab origine.

Series Rei gestæ usque ad Sententiam Cameralem 23. Decembr. 1718.

Joannes Philippus de C. una, cum uxore *Joanna Antonia de R.* impetrata pro more regionis venia à Principe Stabulensi 9. Oct. 1698. (vide Acta Stabulensia recentiora [151] adjunct. Replicæ lit. C.) *faciendi dispositionem tam inter vivos quam aliter, viis, formis, & modis permissis & licitis*, condiderunt Anno 1698. 19. Nov. Testamentum commune, in quo scripserunt hæredem ex asse Wilhelmum de C. testatoris mariti ex fratre Antonio Adalberto nepotem, cum lege fideicommissi majoratus gradualis masculini, & onere præstandi post mortem testatoris ejus uxori viduæ præter *habitationem* in Castro F. mille quingentos florenos Brabant. i. e. 500. *Imperiales* annuos loco dotalitii. Reliqua ex tenore testamenti percipienda sunt. Productum est in Actis Cameralibus [89] & [149] [31] [65] & in Act. Stabulens. [151] Lit. F. ad deductionem Engelberti de la N.

Non contentus testator cum uxore sua, ut Wilhelmus nepos frueretur bonis post mortem suam, sed exoptantes eum parentem fieri prolis masculæ, transtulerunt uterque in ipsum Wilhelmum per actum inter vivos dominium & possessionem partis bonorum, reservato sibi dum viveret maritus Castrum F. cum pertinentiis in Stabulensi provincia situm 18. Decembris 1702. in Act. Stabulens. [95] fol. 4. seqq. & in Actis [151] Lit. E. dicto loco, & alibi sæpius [110].

Sunt hæc duo documenta causæ totius fundamenta præcipua, in quorum Lectione attendendi sunt articuli, ubi agitur de fideicommissi constitutione, de bonorum distinctione, quæ donatarius adquirere debuit illico, & quæ post mortem donantis mariti, quibusve adjectis conditionibus. Imprimis notanda verba ibi: *Verum in omnem eventum &c.* ubi uxori futuræ hæredi & donatarii dotalitium constituitur. De quorum verborum interpretatione hodie est controversia, num intelligenda sint ad casus quoscunque, vel saltem ad casum proxime præcedentem, si Wilhelmus absque prole decesserit.

De uxore testatoris Joanna Antonia de R. observatio est, quod ex Actis non constet quantum ex bonis testamento relictis & donatis ab ipsa provenerit, & quæ mariti fuerint propria; ait tamen Engelbertus ad ipsam pertinuisse partem non modicam bonorum donatorum. vid. deduct. in Actis [151] fol. 4.

Ipsa vero maluit post mortem mariti dotalitio 500. Imper. ab hærede præstando frui, quam patrimonium proprium retinere. Sane si ad quantum dotalitii constituti æstimetur quantitas bonorum illatorum, hæc non erit magna, nam dotalitium solet plerumque constitui ad rationem usurarum duplicium, sive decimi denarii. Vixit adhuc ista R. Anno 1720. neque constat mihi an vivere desierit. Hoc ex actis didici, quod cum appellante Joanna Theresia de la N. adversus Engelbertum Tutorem inierit concordiam.

Itaque vivo testatore Joanne Philippo de C. matrimonio sibi junxit Wilhelmus 26. Aug. 1704. Joannam Theresiam de la N. Engelberti ex fratre neptem: Compositis pactis matrimonialibus, quæ legenda ex Act. prior. [95] fol. 11. 12. 13. & notandi articuli de usufructu bonorum adquisitorum superstiti ex conjugibus promisso, adjectis certis conditionibus. De usufructu reliquorum bonorum mariti nihil in hisce tabulis legitur, sed tantum de usufructu bonorum immobilium uxoris, si maritus foret superstes, id quod bene notandum. Adquisita dicuntur durante matrimonio pecunia uxoris aliquæ partes dominii de F. Quartæ partis dimidia, juxta Document. de Anno 1704. 7. Septembr. adjunctum Replicæ in Act. Stabul. [151] Porro quarta pars unius quartæ partis juxta documentum ibidem Lit. E. de Anno 1704. 31. Octobr.

Nati sunt ex hoc matrimonio filii duo, qui mox ab obitu liberalis donatoris (defunctus

erat 15. Aug. 1708.) patre suo orbati sunt, A occisus enim fuit à percussoribus missis à quodam *Rahier*, cum quo de castro F. lites fuerant, & causam ad Judicium Imperiale aulicum delatam esse indicant Acta præsentia Cameralia.

Mater itaque vidua, interventu patrui sui Engelberti, cum vidua donatoris & testatoris Joanna Antonia de R. paciscitur, promittendo huic summam 2000. flor. Brab. annuorum, erga cessionem omnis juris, quo in testamento hæres erat oneratus. Actus cessionis celebratus 4. Sept. 1708. Act. prior. fol. 13. pag. vers. & [151] ad Replic. Lit. F.

Recensui hucusque Documenta omnia ad causam hanc pertinentia in Actis producta & prælegenda. Quousque Joanna Theresia de la N. vidua mansit, concordia erat inter eam & patruum Engelbertum, ita ut ipsius Consilio res administrarentur, & conjunctim tutelam liberorum susciperent, interposito decreto Officialis Leodiensis 5. Novembr. 1708. [6]

Cum vero Anno 1715. viduitatis pertæsa mater viro Italo Antonio nupsisset, indignatus Engelbertus patruus adiit Stabulense Judicium, petens ut tutores liberis Wilhelmi de C. constituerentur, mater vero cum novo marito administratione bonorum in Stabulensi territorio sitorum prohiberetur. Act. pr. fol. 1.

Constituitur ergo Engelbertus de la N. filiis C. tutor per Decretum Stabulense 25. Jun. 1715.

Hinc litis origo & larga seges. Severum enim experti sunt novi conjuges Inspectorem, & unusquisque pro asserendo jure fuit vigilantissimus; Tutor pro pupillorum, Mater & Vitricus pro commodo proprio.

Prima exoriebatur de Tutela, à qua Mater removeri noluit. Tutorem habenti alium non dari, neque competentem esse Judicem Stabulensem.

Sententia lata fuit Stabuleti 26. Febr. 1718. per quam Engelberto soli onus tutelæ impositum & administratio bonorum sub Jurisdictione Stabulensi sitorum injuncta. Act. pr. [95] fol. 83. A qua sententia, cum ad Cameram appellasset mater, causa de novo acriter ventilata, tandem publicata fuit 23. Dec. 1718. *Sententia confirmatoria.*

Illud optassem, ut ulteriores meditationes de subsecutis controversiis reliquisset. Nam quod decernebatur & expectabatur intra spatium trium mensium futurum, nondum factum est toto triennio, magno cum pupillorum damno. Interim quod Dominus Referens texere filum cœpit, hoc absolvere mei erit & vestri, Domini, officii. Quid definiendum supersit, summatim nunc recensebo.

Actorum post sententiam confirmatoriam Cameralem enarratio summaria.

Concitatiore animo sunt uterque litigantium Engelbertus de la N. & adversarius Antonius Italus, uxorio nomine rem administrans: Controversiarum nullus finis, donec dedicatur id, quod est controversum in principio. Unaquæque administrationis rerum pupillarium pars nova fuit hucusque litis materia. Causa est, quod bona & jura ex hæreditate competentia matri, à bonis juribusque pupillaribus nondum sint distincta per sententiam judicis. Hinc tot supplicæ pro Mandatis, pro Appellationis processibus, pro revocandis attentatis & similes.

Excusatior tamen Engelbertus, qui quidquid facit, non utilitatis propriæ gratia facit, sed officii tutelæ: Qui etiam deponere hoc onus, se velle libenter, si jubeatur, declaravit. Cum è contra quid matri cum novo marito, liberorum de C. vitrico curæ sit, facile intelligatur.
B

Stabulenses Judices fecerunt respectivè plus & minus quam oportebat, & præscriptum erat in sententia provisionali 13. Nov. 1719. *Minus*, quod causam intra spatium trium mensium instruendam atque ad Cameram remittendam, moras conjugibus dictis permittendo, usque huc distulerint, & nuper admodum 1. Octobr. Anni currentis 1722. Rotulum Actorum [151] huc transmiserint, qua de re extant supplicæ diversæ Engelberti, querelarum plenæ. *Plus* vero, quod suspensæ ipsorum Jurisdictionis, omniumque decretorum ab ipsis post sententiam Cameralem 23 Decembr. 1718. latorum immemores, varia publicaverint decreta nova, quæ intentioni Judicii supremi congruere nemo facile est existimaturus; Quod non solum decreta ista ad supplicas adversarii, non audito Tutore, tulerint, sed etiam posthabita Appellatione interposita per Engelbertum sæpiusque repetita, exequi non dubitaverint. Hinc tot supplicæ pro Appellat. processibus & pro revocandis attentatis, adversus decreta Consilii Stabulensis sequentia:
C

20. Januar. 1719. [122] }
4. Mart. 1719. [117] [118] } pertinent ad quæstiones, & querelas violentiarum.

18. April. 1719. vid. Supplicam Lt. S. pro Appell. processib. 5. Maji exhib. Pertinet ad venditionem lignorum.

29. April. 1719. vid. Supplicas ejusdem 10. Maji exhibitas.

Aliud decretum 4. Mart. 1719, quod pertinet speciatim ad Scabini de Roux personam. vid. Supplic. 22. Maji.

Nota-

Notabile Decretum 3. Maji 1719. quæstionem principalem de usufructu materno in summariissimo decidens. vid. Supplic. 24. Maji 1719.

Et hæc quidem decreta *ante sententiam provisionalem* 13. *Nov.* 1719. publicata fuere. Supplicas Lti St. à me allegatas, pluresque alias, quare ad Acta remissæ non fuerint dudum, id equidem ignoro; non dubito tamen in deliberatione pro ferenda sententia sequente 13. Nov. 1719. fuisse pensi habitas.

Post sententiam hanc sequuntur Acta nova coram consilio Stabulensi [151] in quibus tamen non continetur decretum 25. *April.* 1720 [134] suspensorium omnis cognitionis Curiæ F. Neque etiam illa, quæ ad cessionem jurium viduæ R. pertinent 23. *April.* 1721. 8. *Jul. &* 13. *Oct.* contra quæ novi processus petiti 1. Jul. 30. Jul. 11. Decembr. 1721.

Omnis hujus novæ litis, post finitam scil. quæstionem Tutelæ, *Objectum est hoc*: Quod Engelbertus dicat & petat declarari, Castrum & Dominium F. cum pertinentiis, *omniaque bona in donatione* Joann. Philip. de C. comprehensa,

vid. Deductionem Engelberti in Act. Stabulens. [151] fol. 2. pag. vers. ibi: Dico & prætendo &c.

ad pupillos esse devoluta à momento mortis parentis, ergo tutori extradenda, liberaque administratio relinquenda, pupillos etiam ipsi ad educationem exhibendos esse.

vid. Conclusionem deductionis in Act. [151]

E contra Mater ejusque maritus Antonius dicit petitque declarari, sibi deberi *usumfructum omnium bonorum sine distinctione, quousque liberos apud se habuit & educavit*; In casu separationis vero ususfructus bonorum dimidium, utroque casu usumfructum integrum acquæstus.

Porro vult uti Jure viduæ de C. natæ de R. *ex cessione* ab ipsa adquisita. Cætera postulata Matris Theresiæ, (ad quæ, si præstanda forent, omnis massa bonorum filiorum sufficiens esse non videtur,) vide in scripto exhibito Stabuleti 16. Febr. 1720. in Actis [151] paulo post principium. Ex his patet, quantum differant Tutoris postulata à maternis. Responsiones ipsius potissimæ ad prætensum usumfructum sunt sequentes:

1) Extante provisione hominis, cessare provisionem Legis. Atqui in instrumento donationis Joann. Phil. de C. *dotalitium esse constitutum* uxori Wilhelmi. Ergo cessare usumfructum.

2) Matrem non esse civem provinciæ Stabulensis, sed Leodiensem, adeoque beneficio Statuti frui non posse.

Replicæ matris argumentum est tale: Versiculum instrumenti donationis: *Verum in omnem eventum &c.* non loqui de casu, si extarent liberi ex matrimonio. Ergo casum non expressum *juxta Statutum Stabulense* esse decidendum. Hoc vero etiam sibi esse utile, quia & prior maritus in Castro F. habitaverit, & ipsa cum marito secundo inhabitet.

Ad probandam vero intentionem donationis, adfert testimonium viduæ R. quæ ipsa cum marito defuncto actum celebraverit: Adjunct. Repl. Lit. A. datum 10. Maji 1720.

Adversus cessionem viduæ R. opponit Engelbertus *Testamentum commune conjugum*. Cessionem ususfructus esse nullam, *nisi fiat proprietario*.

Cæteras responsiones vide in deductione Engelberti fol. 63. versu: *Deveniendo nunc ad singulos &c.* usque ad finem.

Cum ageretur de sententia definitiva Anno 1718. mense Dec. ex actis innotuerat quidem controversia de Usufructu jam tunc nata, sed in sententia ea de re nihil definitum, nunc vero materia litium amputanda erit. Quod ut fiat ordine & decenter, Consilium cœpi tractandi molem hanc Actorum indigestam ratione tali, ut *Primo* examinarentur summatim materiæ supplicarum post sententiam 23. Decembr. 1718. publicatam, partim ad acta productarum, partim inter extrajudicialia relictarum, ex quibus *an aliquæ, & quænam* Actis adjungi debeant, in Voto explicabo.

Ad acta producti numeri sunt à [105] usque [132.] Extrajudicialia vero Anno 1719. exhibita per Lt. St. 5. 10. 13. 24. Maji. 5. 10. Junii, 15. Julii 27. Sept. Non autem est opus isti productorum farragini immorari multum, posteaquam per sententiam sequentem provisionalem 13. Nov. 1719. omnibus decretis Stabulensibus effectus rei judicatæ fuit ademtus, & Jurisdictio Stabulensis suspensa, adeo ut quidquid extra fines præscriptos in sententia egerunt, nullitate manifesta laboret, & absque dubio cassari mereatur, cumprimis etiam ob provocationem Engelberti ad Judicem superiorem, quam Judices Stabulenses nihili duxisse videntur. Et cum Acta Stabulensia sive deductio jurium utriusque partis tandem ad nostrum forum sint transmissa 1. Octobr. anni currentis 1722. [151] istis quæstionibus decisis, reliqua omnia consequentur sua sponte, neque ulteriori opus erit inquisitione, quænam sint bona pure pupillaria, quænam mixtæ qualitatis, quæ res ambigua tenuit Vota Dominorum Anno 1718. in quæstione attentatorum.

Ad postulata potius utriusque partis in actis singulatim exposita animus erit advertendus.

Supplicarum Engelberti [105] [114] [116] pro

pro Mandato S.C. de dimittendo Caſtrum F. A &c. & pro appellat. proceſſib. [117] [118] [119] usque [132] materia eſt eadem plane quæ in Actis Stabulenſibus [151.] Adeoque cum per ſententiam Cam. 13. Nov. 1719. omnis vis & effectus Decretorum Stabulenſium ceſſare debeat, non eſt opus, ut iſtis ſupplicis immoremur, ſufficiet brevi narratione explicare, quæ fuerit occaſio petendi Mandati & Appellationum ſupra dictarum.

Nimirum, poſtquam Engelbertus in Officio tutelæ fuit confirmatus, occupavit bona, & colonos atque conductores in ſuam fidem recepit, contradicente matre cum novo ſuo marito, qui etiam molendini bannalis poſſeſſionem apprehenderant, Engelbertum vero ab aditu Caſtri prohibuerant, ejusque miſſos injurioſe tractaverant, allegantes uſumfructum omnium bonorum matri debitum, & id quidem ex ſtatuto Stabulenſi artic. 19. cap. XI. *Appellationis vero* [117] usque [132] *cauſa* fuit decretum Stabulenſe 4. *Mart.* 1719. per quod ad ſolam ſupplicam & narrata adverſarii Antonii, Caſtellano Comitatus Lognienſis demandatur inquiſitio de Violentiis adverſus decretum 20. *Januar.* 1719. [122] commiſſis, ſimulque injungitur Tutori de la N. reſtitutio & reparatio omnium factorum. B

Poſt publicatum novum decretum 18. *Aprilis* 1719. novi appellationis proceſſus petiti fuere 5. Maji in ſupplica extrajudiciali: Quia rurſus ad inſtantiam Antonii inhibita fuit Tutori de la N. venditio lignorum ex ſylvis cæduis per proſcriptionem publicam, & ſimul Caſtellano ſive Præfecto Lognienſi executio demandata.

Repetita deinde appellatio à decreto inhæſivo 29. *Aprilis* dato, & petita in Camera revocatio attentatorum commiſſorum pariter à Judice atque à parte appellata, per ſupplicas binas 10. Maji exhibitas, aliamque 13. Maji. *Elocaverat Antonius domum aliquam pupillorum, & Tutorem ab aditu Caſtri F. ſemper prohibuerat.*

In alio negotio occurrente, circa conſtitutionem officii Scabini in Judicio F. exorta erat controverſia, cum mater pupillorum aliquem del *Roux* conſtituiſſet, Tutor vero ſuum hoc eſſe diceret, neque iſtum del *Roux* admittere vellet, qui etiam renunciare ſe velle ſimulavit, & tamen manutenentiam in officio à Conſilio Stabulenſi impetravit per decretum 4. *Martii* 1719. à quo Engelbertus de la N. appellavit & petiit proceſſus per ſupplicam 22. Maji 1719. C

Tandem 3. *Maji* 1719. Conſilium Stabulenſe tulit decretum, per quod manutenetur mater pupillorum in fruitione & *poſſeſſione ſummariiſſima partis dimidiæ uſusfructus bonorum quæ ad Wilhelmum de C.* primum ejus maritum ſpectavere, *una cum habitatione in Caſtro F.* mandantes Tutori, ut reparet attentata ſub pœna capturæ corporalis. A quo decreto *rurſus appellavit, & petiit* proceſſus mediante ſupplica exhibita 24. *Maji* 1719. cum libello gravaminum, quorum ulterior deductio reperitur in Replica illa judicialiter producta [148].

Sequentes ſupplicæ 5. Junii trinæ, 10. Jun. 15. Julii, 27. Sept. ſunt ſaltem monitiones pro decreto maturando, plenæ quærelarum, ex quibus *illa de* 15. *Julii* attentionem mereatur, & 21. *Jul.* cujus Rubrica: *Humilliima indicatio &c.* in qua matri aſſeritur uſusfructus, neque eſſe adhuc diſtincta bona, in quibus Tutor adminiſtrationem gerere poſſit, cum ipſe eſſe velit adminiſtrator omnium.

In hac partium *contradictione captum fuit conſilium proviſionalis decreti per ſententiam* 13. *Novembr.* 1719. *publicatam.*

Quievere tunc per aliquot menſes litigantes à pulſatione portæ judicialis. Mox vero 17. Jun. 1720. renatæ querelæ Tutoris in Actis judicialibus comparentes à [132] usque [142] & *interſcenio quodam de hiſce ſolis actum* eſt *excipiendo & replicando usque ad completum* 6. *Aug.* 1721.

Tota materia hujus interſcenii pertinet unice ad *moram Judicii Stabulenſis*, quam deplorat & valde exagitat Engelbertus; adverſaria pars vero culpam in ipſum conjicere annititur.

In hiſce productis à [132] usque [142] porro in ulteriori querela [143] usque [145] & tandem in Replica [148] [149] [150] Engelbertus repetit prolixa oratione ſtatum cauſæ, & adjungit protocolla Stabulenſia aliaque ſcripta, quæ in Actis noviſſime productis [151] occurrunt, ſtomachando maxime contra Judices Stabulenſes propter decreta moratoria [133] 16. April. 1720. & 16. Aug. 1720. [144] [145] & ſuſpenſivum cognitionis Curiæ Frayponenſis 25. April. [134]

Videatur inprimis in [132] verſum: *Quid remedii his malis &c.* & [143] verſu: *Ad hunc malum finem &c.* & porro: *Interim Thereſia &c.* & ibi: *Unde apparet inobedientia, temeritas & arrogantia &c.*

Ad hæc omnia Lt. J. in Except. [146] nihil reſpondet, quam quod *culpam moræ in Tutorem referat*:

Lt. S. vero in Replica [148] prolixa deductione culpam à ſuo principali amovere ſtudet, Judices Stabulenſes partialitatis accuſans, & Officium Judicis Cameralis implorans, videatur in hoc ſcripto inprimis pag. 12. pag. 18. 19. 20. 24. 25. 28. Hæc eſt ſumma omnium productorum usque ad completum protocollum, quibus, cum cauſam principalem non tangant, ſed ſaltem ſint interludiorum inſtar, hinc, ut iisdem immoremur, opus non eſt.

Nova litis ſcena exorta eſt exceſſione jurium facta Thereſiæ per Joannam Antoniam, viduam C. natam de R. Narravi ſupra

5. Mater

§. *Mater itaque vidua &c.* quod ista vidua jura sua ex testamento mariti sibi competentia Ao. 1708. 4. Sept. reliquerit, acceptando annuos 2000. flor. Brabant. Acta priora [95] fol. 13. & Act. pr. [151] adjunct. ad Replic. Lit. F. Postea mater Theresia à vidua R. surrogationem in ejus locum obtinuit 6. Febr. 1721. ita narrante Engelberto: Et Consilium Stabulense, quasi hæc causa sibi esset commissa per sententiam Cameralem, (in qua tamen nullum hujus rei legitur vestigium) tulit sententiam 23. Apr. 1721. in qua NB. *in conformitate Commissionis imperialis* condemnatur Tutor Engelbertus ad solvendos Canones pensionis Dominæ de R. in sequelam testamenti vel ad permittendum percipi ex reditibus Coloniæ des Rives, molendini & Braxiniæ in F.

Videatur hic Testament. conjugum Anno 1698. Acta Cameral. [89]

Ab hac sententia appellavit Engelbertus. vid. Supplic. 1. *Jul.* 1721. ubi in Libello gravam. recensentur & adponuntur documenta Testamenti & donationis A. B. narrat prolixe lites hucusque agitatas, queritur gravissime, quod hucusque nullum auxilium obtinuerit contra attentata Judicis: addit sententiam Cam. 13. Novembr. 1719. & describit odium contra se captum, ita ut nihil boni, nihil æqui obtinere possit.

Lit. D. est sententia à qua, cujus occasionem miris circumstantiis enarrat.

Theresiam conquestam fuisse, quod Engelbertus tutor viduæ R. nihil præstaret, statim secutam esse apostillam arrestatoriam 29. *Jul.* 1720. *Lit. E.* cum tamen Judex Stabulensis in prima instantia non esset competens; neque ad narrata tertiæ personæ decretum ferre poterat.

Remonstravit Engelbertus necessaria, & obtinuit suspensionem decreti per aliud 9. Aug. 1720.

Tum vero Theresia putavit se posse subrogari in locum viduæ R. quod obtinuit ab ipsa 25. Aug. 1720.

Hunc actum tanquam non legitime factum impugnat Engelbertus.

Et jam agit Theresia, constituto marito Antonio, tanquam procuratore viduæ R. 6. Febr. 1721.

Utraque mulier oblita, quod Anno 1719. 17. Aug. dimiserit omne jus Theresiæ modo prohibito, quia ususfructus cedi non potest, nisi proprietario.

Chaos actionis dirimere voluit Consilium Stabulense per decretum 14. Decembr. 1720. Lit. F.

TENOR: *Declarent conjuges pro quibus terminis & cessionibus instituerint actionem & super qualificatione:*

Tunc utraque mulier conjunctim egerunt, ut quæ ageret, quæ peteret, quid peterent, non constaret: Engelbertus excepit, præcedens decretum purificatum non esse: & fulminatum decretum ad concludendum 28. Mart. 1721. Lit. H. paulo post sententia à qua: §. *Incompetenter* legatur usque ad finem.

8. Jul. injungitur Engelberto restitutio sportularum: Hinc queritur de attentatis per supplicam 30. Jul. 1721.

13. Oct. 1721. fertur decretum executivum ad supplicam Antonii, hinc repetitur petitum pro revocandis attentatis mediante supplica 11. Dec. 1721.

Præter habitis itaque omnibus supra commemoratis intersceniis, Extractus Actorum absolvetur sola expositione Voluminis [151] in quo omnia continentur, quæ ad decisionem causæ faciunt; præcipue vero *Scriptum Theresiæ de la N. matris*, de dato 16. Februar. 1720. *sub Lit. C.*

Tum vero *Deductio Engelberti* Tutoris de 8. Maji 1720. sub Lit. D. cum adjunctis, quæ etiam in Actis Cameralibus repetita sunt.

Tandem *Replica Theresiæ* de 9. Jul. 1720. sub Lit. H.

Quam replicam generali contradictione dimisit Engelbertus declarando se coram Consilio Stabulensi nihil amplius agere velle, sed decisionem in Camera expectaturum esse, juxta Lit. K. 11. Januar. 1721. [51] sequitur Extractus.

Actis ita instructis, sed demum 1 Octobr. 1722. ad Cameram transmissis, (an translationis in linguam latinam & collationis opera, an aliæ fuerint causæ, in medio relinquo) addiderunt Judices Stabulenses literas suas informatorias, in quibus à fol. 1. usque 12. summam scriptorum supra dictorum utrinque exhibitorum accurate satis recensent, deinde subnectunt ad singula judicium suum, pronunciandum esse censentes, Theresiam de la N. in suis prætensionibus & conclusionibus bene, e contra petita Engelberti qua Tutoris minime fundata esse.

Cui voto, si subscribendum esse Domini amplissimi hujus Senatus existimaverint, forte quod præsumtio sit pro Judice, cui probationes dictarum prætensionum Theresiæ, licet in Actis non comparentes, melius & certius cognitæ fuerint, ulteriori voto meo opus non erit.

Ego tamen, ut satisfacerem officio & conscientiæ meæ, quid mihi visum sit, scripto comprehendi; quod, si percepto jam causæ statu exponere permissum sit, facturus sum breviter, ut habeatur ratio & temporis, & vestræ, Domini, patientiæ.

VOTUM.

IN hac Actorum mole & confusione, partiumque contentionibus acerrimis, finem huic liti inter Matrem & liberos horumque tutorem quanto citius atque plenius fieri potest, imponere, ratio suadet.

Systema decisionis præsentis pro ratione Actorum & situs causæ ad methodum vulgatam construi non potest, sunt enim querelæ variæ & postulationes hinc inde formatæ. Instructa est causa & devoluta ad hoc Judicium per varias supplicas, postea per Commissionem Judicio Stabulensi datam in sententia provisionali de Anno 1719. qui est modus non admodum usitatus huic supremo Judicio, sed tamen pro ratione circumstantiarum bene in hac causa adhibitus, in aliis pro re nata non negligendus.

Rubrica sententiæ ferendæ peculiari modo erit formanda, qua de re in conclusione.

Puto itaque convenire huic causæ ordinem tractandi per Conclusiones sive positiones, ex quibus omnium quæstionum deduci possit decisio. Quarum positionum priores quatuor ad ordinem processus sive potestatem & Cameræ Imperialis & Judicum Stabulensium spectabunt, reliquæ ad causæ ipsius merita. Esto igitur

Positio 1ma.

Inter Judices duos, qui de re eadem judicant, executio sententiæ pertinet ad superiorem. Hinc Imperialis Camera exequitur Sententiam Judicis inferioris confirmatam in appellatorio judicio. vid. Gail. 1. Obs. 113. n. 14. Fluit hinc

Positio 2da.

Quicunque Judex decernit Tutelam, is etiam definit connexa tutelæ officio, administrationem hujusque objectum: Ergo Camera Imperialis post definitam quæstionem tutelæ, de objecto administrationis recte suscepit cognitionem suspensis omnibus decretis Stabulensibus, & committendo Judicio Stabulensi causæ instructionem, non vero definitionem: Hinc

Positio 3tia.

Nullum Decretum Stabulense post sententiam Cameralem 23. Decembr. 1718. habet vim rei judicatæ, omnia quæ gesta sunt, spretis etiam appellationibus, nullitate laborant, multo magis ea, quæ post sententiam provisionalem 13. Novembr. 1719. fuere lata decreta in causa principali, sive ad possessorium sive ad petitorium aliquid definientia. Omnia hæc purè & simpliciter tanquam à Judice incompetente lata, sunt cassanda, speciatim vero exprimenda illa de 3. Maji 1719. per quod in possessorio definitur quæstio de usufructu materno. vid. Suppl. 24. Maji 1719. & de 23. April. 1721. per quod veluti ex delegata sibi potestate decisionem quæstionis de cessione viduæ R. facta in Theresiam de la N. sibi arrogarunt, vide Suppl. 1. Jul. 30. Jul. 11. Decembr. 1721. imo etiam ad executionem deproperare Judices præsumserunt per decreta 8. Jul. & 13. Octobr. 1721.

Non potest haberi hæc causa pro separata, quia Judices eo modo tractare noluerunt, sed uti ajunt: *in conformitate Commissionis Cæsareæ.* Atqui talis Commissio ipsis data nunquam fuit. Ut taceam inordinatissimum tractandi modum parte adversa non audita; ut proinde ea in re, imo in omni processu à partis studiis liberos sese non præstiterint. Neque enim, quæ est

Positio 4ta.

Tenorem Commissionis ejusque terminos observarunt, litis moras non excusanda ratione permiserunt; quemadmodum provisionalis dispositio Judicii fuerit observata, nihil in literis informatoriis referunt: Matris Theresiæ partes nimium defendunt; Tutorem Engelbertum de la N. nomine saltem esse, re ipsa administratione carere volunt, dum Matri omnia, liberis & tutori in effectu nihil, quod administrationis officio dignum sit, attribuunt.

Idcirco posthabito judicio istorum judicum in causæ meritis existimo,

Positio 5ta.

De usufructu materno.

Primo, competere matri usumfructum in bonis constante matrimonio priori quæsitis: & id quidem vi pactorum dotalium [28] & Act. prior. [95] fol. 11, 12. 13. De ulteriori enim usufructu in hisce pactis nihil reperitur dispositum.

Secundo, competere matri usumfructum in bonis, in quibus habere eam *Dotalitium* voluere paciscentes Joannes Philippus de C. & Wilhelmus de C. prior Theresiæ maritus in pacto donationis inter vivos & translationis bonorum, quod productum in actis [151] Lit. E. vel [95] fol. 4. seqq. & [110] Est autem dotalitium usus fructus aliqua species, & certæ bonorum partis. Ergo contradictio foret, esse matrem usufructuariam partis bonorum pacto definitæ, & bonorum omnium vel dimidiæ.

adde Mean. Obs. ad Jus Leod. 76. n. 5. seqq.

Male itaque fundatam esse Theresiam matrem in sua conclusione & petitione universalis usus fructus vel dimidiæ bonorum, ego judico.

Neque facit pro ipsa Statutum Stabulense, cujus

cujus dispositio est sub titulo: de success. ab intestato cap. XI. §. 19. Excerpta quædam ex Statuto in Actis [13] [15] producta sed ad manus est hic exemplum Statutorum Patriæ Stabulensis, ex quo legendus textus. Minime, inquam, hæc Statuti dispositio facit pro matre Theresia, (1) quia ipsa non est Stabulensis origine, sed Leodiensis, & insuper nupsit viro plane peregrino Italo, statutaria autem beneficia intelliguntur saltim de Stabulensibus civibus, quem articulum pluribus illustrarem, nisi abunde id esset præstitum in quæstione de tutela a priori Dno. Referente ubi etiam agit de usufructu, cujus voti partem huc pertinentem meam facere non dubito.

2. Quia licet Statuti beneficio frui posset Theresia, tamen per dispositionem hominis cessavit provisio legis: Agnovit hujus argumenti firmitatem Theresia, hinc ipsam dispositionem supra dictam paciscentium [151] Lit. E. cavillando verba: *In omnem eventum &c.* vel ut alibi legitur: *In omni casu*, Gallice: *En tout cas.* Conferantur translationes [95] f. & [151] interpretatur de casu verbis proximè præcedentibus expressum, i. e. si nulli existerent ex isto matrimonio liberi. Quæ enim absurditas: Si nulli existunt liberi, debet vidua mater frui dotalitio sive usufructu certæ & definitæ bonorum partis; si vero existunt liberi, multo pinguiori usufructu partis dimidiæ bonorum? Quis crederet hanc fuisse paciscentium mentem? Imo vero casus existentium liberorum pro omisso vel non intellecto haberi non debet, quia §. loquitur de omni casu, vel de omni, h. e. quocunque eventu.

vid. Mean. Obs. XI. n. 3. cujus doctrina ad terminos nostri casus apprime quadrat. legatur dict. Obs. XI. n. 3. seq.

Et tamen futilia ista argumenta Theresiæ laudant atque amplectuntur Judices Stabulenses in literis informatoriis.

vid. fol. 12. ubi ex Lexico Etymologico Academiæ Trivultianæ decisionem juridicam petere satagunt.

Postulat autem mater Theresia, quod in Extractu audivimus, universalem usumfructum quamdiu liberos apud se habuerit, dimidium vero juxta statutum, a tempore separationis. Neutrum ei deberi ego censeo, neque ex pactis, neque ex statuto. Tanto minus, quod in pactis dotalibus Theresiæ relatio fiat ad testamentum & donationem, quorum dispositionem beneficia sibi data ipsa acceptavit, atque proinde juxta eas, absque extensione ad dispositionem statuti erit judicanda & condemnanda.

Porro non juvat Theresiam matrem declaratio viduæ R. hanc fuisse intentionem paciscentium Anno 1702. quamcunque etiam speciem veritatis habeat ista declaratio, tanquam uxoris Johann. Philip. de C. quæ simul cum marito pactum iniit cum Wilhelmo de C. ut proinde videatur de mente paciscentium, & sua propria optimam agere posse interpretem. Sciendum enim est (1) quod ista

A fœmina novissime in partes Theresiæ transierit, cedendo ipsi contra Engelbertum tutorem & pupillos jura, adeoque est suspecta: (2) Non valet declaratio sive interpretatio, quæ ipsi verborum textui sanoque sensui repugnat. Accedit, quod non versemur in casu pure intestati, sed testamenti confecti Anno 1698. & pacti donationis ad testamentum relativi. Adeoque in casu successionis fideicommissariæ & majoratus; Fideicommissi, inquam, a latere relicti.

vid. Stockmann. decis. 61.

Cum quo repugnat omnino ususfructus maternus omnium bonorum vel dimidiæ, ut potius dotalitio contenta esse debeat Theresia.

Nihil obstat ratiuncula illa in medium prolata de Octroya sive consensu Principis Stabulensis ad testandum, non vero ad fideicommissum constituendum; repugnat enim tenor consensus sub Lit. C. ad Replic. in [151] ubi datur facultas non restricta, sed liberrima disponendi, quomodo libuerit.

De confessionibus Theresiæ, quod ususfructus sibi non competat factis in aliis causis in judicio, ubi hac exceptione tueri se voluit juxta T. U. ad deduct. Engelberti [151] dicere nolo, quia præcedentia argumenta suffi- B ciunt, & ipsa allegat ignorantiam & revocationem factam.

Dixi meam sententiam de usufructu materno, secundum quam decisi erunt ex postulatis maternis artic. 1. 2. 3.

De portiunculis Dreyer Sechzehn-Theile der Herrschafft F. pecunia Theresiæ adquisitis notandum, istarum partium fructus habere non posse titulo alio quam usus fructus ex adquæstu prioris matrimonii; Nam dominium consolidatur cum tota massa fideicommissaria.

Positio 6ta.

Quemadmodum autem si ususfructus juxta petita matris ipsi relinqueretur, cætera postulata cessatura forent omnia, prout ipsa satis innuit in Replica Lit. H. [151] §. possent silentio præteriri cæteri articuli &c. Pupilli è contra habituri forent nihil quam spem inanem post fata matris suæ dudum binubæ, & forte novarum litium cum vitrico Italo, & liberis secundi thori, materiam; Ita decisa C hac quæstione primaria contra matrem & contra Stabulensium Judicum votum, videndum erit de reliquis articulis peculiariter.

Positio 7ma.

Ad articulos 4. 5. & 6. postulatorum Theresiæ matris. Pertinent omnes ad cessionem a vidua de C. nata de R. ipsi facta novissime. Hanc cessionem si vel maxime ita gestam rem esse vere non simulate, in probante forma probaretur, quod nondum est factum, & ne quidem copia simplex cessionis prolata (alia enim est transactio producta [32] de An. 1717.) invalidam esse plane judico.

 Et

Et hoc quidem per testamentum Joh. Philippi de C. quod cum uxore sua jam cedente fecit commune [89] In hoc testamento concessa viduæ habitatio in castro F. hac lege, ut neminem alium, quam heredem recipere debeat, cum fruitione quorundam pratorum hortorumque ibi sitorum. Porro dotalitii loco 1500. flor. Brabant. Monetæ Leod. cum nonnullis modiis frugum in testamento expressis. Addit testator quod hæres præter onus 1500, flor. (de quibus viduæ relinquitur dispositio libera) ab omnibus reliquis præstationibus exsolutus esse debeat, si vidua alio migrare voluerit.

Concluditur ex hac dispositione, habitationem tanquam jus personalissimum alii cedi non posse. Id quod etiam jure communi ita decisum est.

§. 2. & 5. *Instit. de usu & habitat. junct. L.* 10. *π. eod.*

Neque etiam dotalitium ceu ususfructus cedi potest alii quam proprietario,

per §. 3. *Inst. de usufructu.*

nisi testator aliter voluerit.

Quodsi de sorte 1500. flor. libertatem disponendi relictam esse viduæ censeamus, hæres tamen præstando interesse ab executione sortis erit liber.

Nisi ipse sortem exsolvere maluerit, quam graves usuras decimi quinti Denarii (ad quas voluntate testatoris onerari potuisse hæredem censeo, aliamque esse rationem oneris a testatore hæredi impositi, quam contractus mutui) præstare. Proinde hanc summam cedere tertio non erit prohibita vidua testatoris, nisi aliud obstet impedimentum.

Verum enim vero, cum omnia jura ex testamento mariti quæsita, jam dudum Anno 1708. in liberos Wilhelmi de C. fuerint translata, in quo negotio mater tunc tutricis officio functa erat;

vid. [151] ad Replic. Lit. F. vel [95] fol. 13.

sane non potuerunt eadem jura rursus cedi Theresiæ.

Quodsi dicat Theresia, non eadem esse jura cessa, sed illa, quæ per dictam transactionem Anno 1708. acquisiverat vidua R.; Respond. surrogatos esse annuos 2000. flor. in locum dotalitii ab hærede fideicommissario præstandos, non a tertio. Et satis est apertum cessionem hanc novam esse simulatam vel captiosam, cum nulla pateat causa ob quam maluerit vidua R. a Theresia sibi satisfieri potius quam a successoribus fideicommissi. Si adferatur causa talis, quod solutio ab Engelberto tutore non sit præstita. Respond. Theresiam matrem esse in culpa cum suo marito novo Italo, qui tantas Engelberto moverunt molestias, ut de omnibus reditibus fideicommissi adhuc nihil perceperit tutorio nomine administrandum. Si amplissimo Senatui videatur hujus quæstionis decisionem esse suspendendam, & appellationis Processus potius decernendos a decreto Stabulensi 23. April. 1721. Ego non impediam. Sed tamen dissimulare nequeo, appellationem mihi videri supervacuam, cum decretum illud defectu potestatis sit aperte nullum. Deinde litis non erit finis, quia prætextu istius cessionis Theresia semper mansura est in possessione ususfructus & castri F. Præstaret, mea sententia, cessionis istius quæstionem definire. Ego dixi meas rationes, ob quas habeam pro non valida.

Positio 8va.

Omnia reliqua postulata materna à Num. 7. usque 13. puto esse maxime illiquida, altioris indaginis, in folle allegata absque probatione debita; hinc merito folli inclusa, ad separatum judicium remittenda, cum etiam paratus sit Engelbertus Tutor cavere, si quidquam ejus rei evicerit. Quod ait Theresia, probatas esse suas impensas per ipsas Engelberti rationes: Istæ rationes nondum sunt productæ, & verosimile est, alias fuisse considerationes Engelberto, priusquam Theresia sociaretur matrimonio isti homini Veronensi, alias postea. Tunc communia habebat cum nepte consilia contra creditores hæreditarios, ut ipsa amplissima illatorum enumeratione vires hæreditarias conservaret. Nunc mutata sunt consilia. Interim hoc suspicor, duram satis conditionem fore Engelberto tutori & pupillis, cum hæreditas C. ære alieno videatur onerata, & si mater Theresia imposterum credita, quæ allegat, evicerit, eventus docebit, an suffectura sint bona fideicommissaria oneribus. Sed cum hæc sint futura contingentia, de quibus in præsentiarum judicium fieri nequit, statuendum interim est quod justum. Hoc vero compendio sequenti complector:

Positio 9na.

Cassatis Decretis Judicum Stabulensium, de quibus supra dixi Posit. 1. 2. 3. 4. restituatur Engelberto Tutori pupillorum nomine filiorum Wilhelmi de C. libera possessio atque administratio Castri F. cum Jurisdictione, Archivo omnibusque appendicibus, necnon fructibus a tempore secundi matrimonii perceptis, deductis tamen oneribus liquidis, vel quæ in continenti ad liquidum deduci queunt.

Exhibeantur ei pupilli ad educationem. Tutor enim personæ datur, sed Engelbertus curam personarum hucusque habere non potuit.

Apud matrem educari filios videtur mihi in dies periculosius, postquam pueri adolescunt, & institutione decora opus habent, quam a cura vitrici matrisque vix fruentur. Matris postulata in puncto ususfructus sive universalis quamdiu liberos apud se aluit, vel dimidiæ bonorum post separationem plane rejicienda, salvo tamen usufructu in bonis quæsitis tempore prioris matrimonii, juxta pacta dotalia ejus cum priore marito de Anno 1704. salvo etiam dotalitio in pacto donatio-nis

nis Joannis Philippi de C. de Anno 1702. Salva etiam hypotheca in partibus der drey Sechzehe Theile der Herrschafft F. ad quas comparandas suam erogavit pecuniam; remissis omnibus ejus prætensionibus & Jure retentionis, tanquam in re illiquida non fundatis, ad meliorem probationem in separato judicio Stabulensi, vel si malint Domini, ob suspiciones contra judices istos prolatas, in Camera, faciendam: Expensis interim propter mutua jurgia, & quia lis est inter matrem & liberos, compensatis.

Illud addendum esse putavi, ne dubium aliquod hæreat, quod olim fuit Anno 1718. cum de sententia confirmatoria esset deliberatio.

Decisa supra dicto modo causa ususfructus, nullam superesse quæstionem, quænam sint bona pure pupillaria, quænam nescio quam mixturam habentia. Nam bona materna non sunt neque pure neque mixtim pupillaria.

Si res decideretur juxta Votum Stabulensium Judicum, nihil etiam supererit rei pupillaris, neque purum neque mixtum, omnia absorbebit matris vitricique aviditas. Ea bona, in quibus mater retinet usumfructum vel jus hypothecæ, si dicere velis, mixtam habere naturam, per me licebit, vereor tamen, ut unquam de iis aliquid fiat liberorum prioris matrimonii.

In Supplica ad Acta producta [105] Engelbertus ita explicat bona pure pupillaria: Esse omnia, quæ sita sunt in F. & sub jurisdictione Stabulensi, comprehensa in testamento atque donatione Joh. Philippi de C. non repugnans ut Theresia mater retineat bona alibi sita & pro dotalitio reservata, & quæcunque alia, sive in F. sive alibi sita, quæ habet alio titulo, quam testamenti dicti & donationis: Concedens etiam, ut bona pure pupillaria ob credita materna hypothecæ subjecta maneant.

C E contra Theresia in scripto [113] existimat, administrationem tutoris excludi in parte dimidia bonorum, cujus ususfructus sibi debeatur ex Statuto, unice saltem ad medietatem immobilium, quæ à patre provenerunt.

Ego puto, uti supra dixi, nullam amplius superesse ea in quæstione difficultatem, causa ususfructus decisa.

Tenor sententiæ de Anno 1718. ansam dedit hisce quæstionibus inter partes; cum tamen illa verba pertinerent saltem ad objectum Mandati attentatorum revocatorii cassandi.

Id vero erat decretum ob exactiones nonnullorum nominum, cum itaque nesciret Senatus, an fuissent nomina ad pupillos pertinentia, vel in quibus matri aliquid juris competeret, hinc restrictio illa sententiæ inserta,

A nunc vero decisa quæstione de Usufructu nullam amplius video ambiguitatem.

SENTENTIA PUBLICATA 16. JULII 1723.

IN causa Joannæ Theresiæ de la N. nuptæ C. contra Engelbertum de la N. tutorio nomine Filiorum Wilhelmi de C. & dictæ Joannæ Theresiæ, Appellationis decisæ, nunc Commissionis Cæsareæ, in puncto Supplicarum diversarum pro Mandato de dimittendo Castrum F. cum appertinentiis tutori legitimo atque confirmato, neque impediendo in munere & administratione tutelæ, ut & pro Appellationis Processibus, & reliquarum usque huc sive ad Acta productarum, sive extrajudicialiter exhibitarum: Visa Relatione Præsidis & Senatorum Consilii Provincialis Stabulensis ceu Commissariorum, cum Actis 1. Octobr. Anni 1721. huic Imperiali Judicio exhibita, perpensisque dictis & reliquis Actis atque Supplicis, dicimus atque pronunciamus:

B Primo, Decreta Judicii Stabulensis in hac causa post Sententiam Cameralem definitivam de 23. Decembr. 1713. sequentemque provisionalem 13. Novembr. 1719. lata, quatenus in iis quidquam in causa principali & sequenti definitioni adversum decisum fuit, speciatim verò illa de 3. Maji 1719. de 23. April. 8. Julii, 13. Octobr. 1721. tanquam incompetenter pronunciata, esse cassanda & annullanda, prout eadem hisce cassamus atque annullamus.

Secundo, rejectis postulatis Joannæ Theresiæ de la N. in puncto ususfructus bonorum prioris mariti Wilhelmi de C. sive bonorum omnium, sive partis dimidiæ, & prætensæ cujusdam cessionis a vidua de C. nata de R., tanquam non fundatis, salvo tamen ipsi dotalitio, juxta instrumentum donationis & translationis bonorum in dictum Wilhelmum de C. Anno 1702., ut & usufructu bonorum in priore matrimonio adquisitorum juxta pacta dotalia de Anno 1704. necnon hypotheca in bonis filiorum, quatenus reperitur legitime constituta; restituendum esse Engelbertum de la N. pupillorum nomine in possessionem plenariam Castri F. cum omnibus appertinentiis, Jurisdictione, Archivo, Reditibus & reliquis, eique administrationem relinquendam, filios etiam tutelæ ejus vel curæ commissos, ei exhibendos, eum in finem, ut in loco tertio congruo educari & instrui condigne possint & debeant: Porro rationes perceptorum ex bonis prædictis à tempore mortis mariti prioris Wilhelmi de C., a Joanna Theresia esse tutori reddendas, deductisque oneribus liquidis, vel in continenti liquidandis, necnon sumtibus pro alimentis & educatione filiorum, (quos sumtus ad præcavendam desuper litem novam, à tempore mortis ipsorum patris, quovis anno ad centum quinquaginta patacones pro uno quoque filio per aversionem, a matre in rationes annuas inferendas, ex officio provisionaliter taxamus) reliqua exsolvenda. Prout dicto modo tutorem

torem Engelbertum restituimus Castrum F. cum pertinentiis a Joanna Theresia ejusque marito deoccupari, filios de C. exhiberi, rationesque perceptorum reddi volumus atque jubemus:

Postulata ejusdem Joannæ Theresiæ reliqua in puncto Creditorum variorum & expensarum, atque eo nomine prætensi juris retentionis, in separato processu ad liquidum deducenda, ita tamen, ut restitutio supra dicta & deoccupatio, exhibitio & rationum redditio, interim non impediatur, remittentes; Expensas etiam hujus Instantiæ, ex causis nos moventibus compensantes.

Quibus sic decisis, provisionalem nostram Ordinationem in Sententia de 13. Novembr. 1719. tollimus, & ad docendum de facta plenaria paritione effectuque sententiæ præstito, Joannæ Theresiæ ejusque marito C. terminum ad primam post ferias magnas ad faciendam restitutionem & deoccupationem Castri F. cum pertinentiis, exhibendosque tutori filios; trium vero Mensium ad perficiendas rationes, & solvendum reliqua, præfigimus, cum tali comminatione, quod, si inobedientia in parendo dictæ nostræ sententiæ commissa fuerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, in pœnam 10. Marc. auri Fisco Cæsareo exsolvendam, condemnati esse, & ratione Executionis tam causæ principalis, quam pœnæ, fieri debeat, quod Juris.

A

SENTENTIA PUBLICATA 16. FEBRUARII 1724.

IN causa J. Theresiæ de la N. & Conf. contra Engelbertum de la N. appellationis decisæ, nunc Executorialium, paritione Lt. J. allegata veluti non sufficiente nihil obstante, petitum per Lt. S. Mandatum de Exequendo S.C. ad Dominum Principem Abbatem Stabuletensem decernimus tali modo, ut per subdelegatos nulli partium addictos sententias Camerales nostras de 16. Jul. & 19. Novembr. anni proxime præteriti modis pro exigentia circumstantiarum opportunis tam quoad deoccupationem plenariam Castri F. cum omnibus pertinentiis & reliquis articulis sumtibus condemnatorum Conjugum C. ab ipsis simul exigendis promte in quantum ab ipsis paritum nondum fuit, exequatur, Engelbertum de la N. libera administratione bonorum tueatur, minores etiam de C. ad reverentiam Curatori præstandam debite adhortari, porro rationes perceptas juxta tenorem sententiæ B fieri curet, atque ad liquidum deduci, conjugesque dictos ad ea, quæ necessario facienda, debitis modis compellant, tum vero de peracta executione quoad integritatem, deoccupationem & liberam Curatoris administrationem huic nupero judicato intra tempus unius mensis, quoad rationes vero intra tres menses relationem accuratam transmittant.

Consultatio & Decisio XXXV.

Sententia prioris Judicis post divortium conjugum ratione bonorum in detrimentum liberorum pronunciata, declaratur nulla, & juxta Statuta Civitatis divisio ordinatur cum definitione variarum quæstionum incidentium & Sententiis aliquot successive publicatis.

FACTI NARRATIO.

vid. Protocoll tutelare [24] rat. decid. fol. 35. vid. Stat. bonor. in adjunct. rat. decid. lit. B. ist auch in act. prior. befindlich num. 418. adde Inventar. n. 308. vid. Supplicam pro Mandato de annulando iniquam æstimationem & alimentis.

IN der freyen Reichs Stadt Hall in Schwaben hat Anna Rosina, gebohrne Hönningerin, Wittib des Apotheckers daselbst, weyland Johann Christoph Döllins, in matrimonium mehr nicht als 600. fl. einbracht, alles übrige tempore viduitatis in Händen behaltene Vermögen auf 15735. fl. Werth, ist a marito hergerührt. Maritus defunctus Anno 1683. relictis filio **Johann Heinrich Döllin**, Supplicante Auxilium Supremi hujus Judicii & filia, die nachhero auch verstorben.

Anno 1684. hat sich die Wittib wieder verheurathet an einen Lt. Medicinæ, Johann Friederich Ekardt, welcher in matrimonium nichts als seine Profession einbracht.

C

Bey dieser zweyten Verheurathung ist ein ohngefehr Æstimation des Vermögens auf 8000. fl. gemacht, und denen Kindern ersterer Ehe zum Voraus Vätterlicher Verlassenschafft 5000. fl. außgesetzt worden.

Pacta dotalia [23] Act. prior. n. 2. vid. Protocoll. tutelare [24] & pacta dotalia prædicta.

Diese Æstimation aber, soll juxta rationes decid. fol. 34. per veri suppressionem & falsi assertionem geschehen, und die unmündigen Kinder sehr verkürtzt worden seyn, indeme die Apothecke allein, welche doch nach des Provisoris Bericht num. 13. post mortem prioris mariti mehr ab- als zugenommen gehabt, vor 12653. fl. verkaufft, und hierüber 46. Fuder Wein, Capitalia, schöne Mobilien und Prætiosa, auch andere ohnbewegliche Güther vorhanden gewest seyn sollen. Dahero auch tutores pupillorum sehr nachdrückliche Vorstellung beym Magistratu gethan.

vid. Rat. decid. fol. 34. Anzeige de[s] Magistrats [30] fol. 4[…] Kauffbrie[f] in supplica[…] filii extra[…] num. 4. vide Act. prior. [23] Inventarium. nu[m.] 308.

Das

vid. Act. prior. num. 101. 117. præcipue num. 115. vid. Stat. bonorum Rat. decid. lit. B. Rat. decid. fol. 4. b. fol. 32. 36. Rat. decid. fol. 36. Act. prior. num. 26. vid. Act. prior. n. 3. 74. usque 79. 23. usq; 87. Rat. decid. fol. 2. b. Rat. decid. fol. 2. 10. vid. Act. pr. n. 14. usq; 19. rat. decid. fol. 5. Anzeige [30] fol. 6. [30] fol. 5. Anzeige Magistr. vide etiam Excerpta in juriar. num. 364. Num. 33. 35. seq. 121. seq. num. 127. 208. vid. Rat. decid. fol. 12. b. Act. pr. 1. 12. 25. 68. 126. dict. n. 25. 68. 100. 218. adde fol. 17. rat. decid. item, num. 231. usque 263. vid. n. 209. Legatur Num. 294. sententia 10. Maji 1693. vid. Act. pr. n. 24. 70. Sentent. 82. 83. 103. Num. 105. 106. 107. 108. 116. 124. 125. rat. decid. fol. 11. Num. 295. legatur. vid. n. 296. formula juram. 301. juram. sequestr. 302. vid. Protocoll. inscipt. Anzeige Magistr. [30] 66. adde

Das Vermögen, so a morte prioris mariti vorhanden gewest, hat sich auch tempore secundi matrimonii ex causis jam dicendis um etliche 1000. fl. verringert, indem novus maritus sich der freyen Administration des Vermögens, insonderheit der Apothecken, ohne der Frau darvon Rechnung zu geben, angemaßet, dabey keine Praxin Medicam exerciret und zum Verkauff der Apothecke Anlaß gegeben, viele Depensen ex Facultatibus uxoris vel potius prioris mariti gemacht, sich Dominium omnium bonorum uxoris zugeschrieben, worüber zwischen ihm und der Frau Frigusculum, bald aber verba satis injuriosa und verbera entstanden, dabey maritus, der sonsten auch von übelen Sitten gewest, vid. Rat. decid. fol. 8. & ibi alleg. numer. actor. modum ziemlich grob und intolerabili sævitia excediret, Gelder und pretiosa ex domo amovirt, also daß die Frau, welche ihres Orts das Maul und Worte auch nicht gespart haben mag, ex ædibus und urbe gewiesen, wider maritum wegen einer zu sich genommenen Baase oder Maitresse in das Hauß und gemeine Cammer, Verdacht geschöpffet, er auch selbsten das Hauß verlassen Rat. decid. fol. 13. darüber bey dem Consistorio öfftere Reconciliationes versucht worden, die auch, wiewohl auf gar kurtze Zeit äusserlich geschehen, bald aber der Unwillen ärger angangen, also daß nach viel gebrauchten Gradibus auch Auxilio Magistratus politici, als uxor cohabitationem cum marito beständig denegiret, es endlich ad divortium totale quoad vinculum per sententiam Consistorii gekommen. Von welchen jurgiis domesticis und actis Consistorialibus der gröste Theil actorum priorum handelt, und rationes decidendi sententiæ divortii in rat. decid. fol. 176. seq. weitläufftig zu lesen sind, welche ad decisionem hujus causæ nicht zwar den Ehescheidungs-Punct, sondern in puncto bonorum hauptsächlich mit einschlagen. Causa enim in statu divortii est consideranda.

Videantur interim narrata der Frau in supplica extrajud. pro maturanda sententia adj. Lit. I. locis signatis.

Gleichwie nun durantibus dissidiis domesticis Magistratus verschiedentlich ratione bonorum bemühet gewesen, ein richtig Inventarium zu erhalten, auch verschiedene Designationes auf utrinque beschehene Erlassung des injungirten Juramenti exhibiret worden, die Manifestation aber völlig nicht geschehen.

Also ist post sententiam divortii auch in puncto bonorum obsignationis & sequestrationis it. alimentorum, ein Urtheil 12. Maji 1693. ergangen, darauf zwar beyde Eheleute Juramentum manifestationis zu præstiren auferlegt worden, es ist aber von würcklich beschehener Præstation ausser der Registratur in dorso num. 307. kein Protocollum bey den Actis zu finden, auch die Manifestation, in specie der ex ædibus getragenen und vom Capital der verkaufften Apothecken verwendeten Gelder nicht völlig erfolgt. vid. num. 312.

Endlich hat Magistratus, wie es scheinet, und ex rat. decid. fol. 36. seq. zu ersehen, tædio hu-

Adj. supplicæ extraj. der Winterin lit. C. ubi novum inventarium conficiendum decernitur, quo non opus fuisset si prius fuisset sufficiens. vid. rat. decid. fol. 30. 31. & post refus. [6] Ist sententia a qua [3. 4] vid. apostol. refut. [6] Act. prior. n. 405. [94] adde des Magistr. Schrifft [92] Act. prior. n. 402.

A jus litis ein Urtheil nicht ex rationibus Juris quid unicuique conjugum soluto matrimonio, vel etiam liberis prioris matrimonii deberetur, sondern per modum arbitrii Judicis in folle ausgesprochen 30 April. 1694. worinnen sie marito über die schon in Handen habende Mobilien und Capitalien, so besage Designationis [4] & rat. decid. fol. 34. bey 3000. fl. betragen, alibi incertam esse summam dicunt [30] fol. 6. noch 1500. fl. ex bonis uxoris vel potius filii pupilli zuerkandt, die Sequestration aufgehoben, die Güther uxori gegen vorgeschriebene und præstirte Real-Caution wieder eingehändigt, und dem Sohn ratione paternorum competentia reserviret.

Dieses Urthel hat zwar die abgeschiedene Frau, itzo Appellatin, salva adhæsione, si appellaretur, acceptiret. Maritus, aber ohngeachtet ihme besage rat. decid. & apostol. refutator. [6] mehr als ihm von Rechts wegen gebühret, zugesprochen worden, legantur apostoli [6] hat sich einer appellation ad Camerale Judicium unterfangen, auch durch gantz ungleiche, zum Theil sehr anzügliche narrata contra Magistratum, worgegen sich dieser sehr be- B klagt, in der Anzeige [30] nicht allein plenarios Appellat. processus, sondern auch *Mandatum de continuando sequestum præstando alimenta & sumtus litis S. C.* erhalten, 3. *Maji* 1694. reproduciret, den 15. Octobr. 1694. Dahero dann uxor appellata der appellation adhæriret, und an statt daß Maritus

vide [35] Except. ad Gravamina in fine. Vide Libellum Gravaminum in petitio.

> 1000. fl. vermöge der Ehe-Pacten samt der Helffte alles des Weibes Vermögen als Kindes-Theil;
> it. præcipuum ex hæreditate der verstorbenen Stieff-Tochter,
> alles übrige pro lucro ob malitiosam desertionem, und ob actionem injuriar. 2000. fl.

prætendiret.

Except. [35]

Hat sie Frau absolutionem ab omni prætensione, cum resarcitione damnorum, & restitutione rerum amotarum & donatarum gebeten.

Legatur ex protocollo. vide formulam cautionis præstitæ [94] junct. [29]

In dieser Appellations-Instantz nun sind die C acta Jurgii matrimonialis weitläufftig wiederhohlet, und damit die Acta vergrössert, auch in puncto Mandati viel gehandelt, welches hernach per sententiam Cameralem 5. Julii 1695. wieder cassiret worden. Wiewohl die annectirte Clausul, gegen verbesserte Caution, ohne Meldung, wie und worinnen, auch in cujus commodum, mariti an filii, solche zu verbessern, die Sache durch Verzug der End-Urthel in noch mehrere Verwirrung gesetzt, ja statum causæ gantz verändert, wie bald zu vernehmen seyn wird.

Dann nachdem der Dr. Ekardt zuerst wieder geheurathet, und die abgeschiedene Frau Anno 1700. gleichfalls mit einem Chur-Brandenburgischen Titular-Rath Wintern cum consensu Magistratus, und auf Vergünstigung eines Jahrs Schutz oder Bürger-Rechts zur 3ten Ehe geschritten, dieser aber auch mehr das Vermögen, als die Frau geliebet haben

v. relat. magistratus ad Judicium Aulicum vel commiss. Cæsaream [105]

ben mag, dahero in denen neuen Ehe-Pactis der A punctus cautionis viel Irrungen erwecket, darüber dem Sohn abermahls viel zu Leyd geschehen, und nur 2000. fl. zum Voraus gesetzet worden, so ist diese dritte Ehe nicht glücklicher als die vorhergehende geweßt, und hat Magistratus Hallensis & Consistorium wieder viel mit diesen Ehe-Leuten zu thun gehabt, da sich dann begeben, daß novus maritus Winter sich gegen Magistratum mit vielen injurieusen Worten und Schrifften mag vergangen haben, daher Anno 1709. Magistratus veranlasset

v. Supplicam der Winterin extrajud. pro maturanda sententia adjunct. Lit. B. C. D. E. vide dicta adjuncta supplicæ der Winterin Lit. C. D. E. adde adjuncta supplicæ filii n. 9. [103] Reichs-Hofr. protocoll. 9. Sept. 1710. 29. Dec. 1711. forte 1710. nam Anno 1711. erat interregnum. v. [99] [100] & seqq. numeros.

worden, ihme und seinem Weibe, das Bürger-Recht und Schutz, so sie schon über die erlaubte Zeit genossen, auch præstanda nicht præstiret, wieder aufzukündigen, sie auch ad emigrationem würcklich anzuhalten, und eine abermahlige Sequestration der intuitu Cautionis in Camerali sententia demandatæ, wie auch prætensionem filii petentis restitut. in integrum, anzuordnen, welche Verfügung die Frau als ein spolium beym Kayserl. Reichs-Hoff-Rath durante justitio Camerali angegeben, Commissionem Cæsaream auf den Herrn Bischoffen zu Constanz, und die Reichs-Stadt Heilbronn extrahiret, bey welcher sich B aber Magistratus Hallensis mit Vorschützung litispendentiæ & sententiæ Cameralis nicht eingelassen, auch post restitutum Camerale Judicium dieses alles cum causis decretæ sequestrationis in actis vorgestellt, und pro maturanda Sententia nachdrücklich geboten. Es hat auch die Winterin in prædicta Supplica solches, zuforderst aber der allhier anwesende Sohn Johann Henrich Döllin, nachdem er ad majorennitatem gelangt, mit schmertzlichen Anführen, wie er um sein väterlich Vermögen gebracht worden, pro Mandato de annulando iniquam æstimationem, & extradendo portionem filialem sequestratam juxta pretium ex venditione redactum, necnon præstando alimenta & sumtus litis, necnon in nigro pro admissione ad Juramentum paupertatis, sehnlich angesucht, worauf in sententia um so viel wird zu reflectiren seyn, weil ex ante dictis offenbar, wie hart mit ihm umgegangen worden, ihm auch mehr per sententiam in causa principali, als durch das gesuchte Mandatum geholffen seyn wird, bevorab die C narrata supplicæ denen actis allenthalben nicht conform sich befinden.

Dieses ist noch pro complemento narrationis facti anzuzeigen, und meritiret reflexionem in sententia, daß Dr. Ekardt nach seiner Wieder-Verheyrathung gleichwohl noch allezeit ein Recht auf der abgeschiedenen Frau Güter zu haben prætendiret, post sententiam Cameralem cassatoriam Mandati, per Dr. Hoffmann. Mandatum ulterius de sequestrando unförmlich gesucht, 23. Maji 1701. der Appellatin 3te Heurath mit dem Winter als eine Conjunctionem illegitimam angestichelt, darüber die Frau forte per novum maritum zwey übermeßliche injuriose Schriften auffsetzen lassen, welche sein Anwaldt unterschrieben, auch judicialiter exhibiret [73] & [96] und ist fast keine injurie und Anstichlung zu erdencken, die nicht mit sonderbahrem Fleiß gleichsam per locos communes in diese beyde Schrifften stylo in-

vid. Schluß-Recess [88] loco signato.

finitis modis Sarcastico auf allen Blättern eingeflossen. Zuverwundern aber ist es, daß gedachter Anwaldt, welcher sich in toto Processu biß den 23 Martii 1711. da er abgestanden, auch a parte Magistratus Halensis legitimiret gehabt, die erstere Schrifft [73] auch nomine Magistratus rarissimo forte exemplo auf erhaltenen Befehl per recessum repetirt: 3 Octobr. 1701. da doch in eben dieser Schrifft ipse Magistratus heßlicher excessuum ausdrückl. beschuldigt wirdt, vide passus signatos. und scheinet, man habe von Seiten des Magistratus auf diese Sache nicht sonderliche Obacht gehabt, und was in Judicio Imperiali in ihrem Nahmen und gegen Sie übergeben worden, nicht einsehen lassen. Sonsten aber ist am 15 Febr. 1704. in der Sache submittiret. v. [19]

Tantum pro specie facti

CUm ex narratione facti præmissa & prælectis tum actorum partibus, tum rationibus decidendi, & reliquorum summa sive extractu, constiterit in prægrandi actorum mole paucissima ad quæstionem præsentem decidendam, plurima ad causam matrimonialem, quæ ad hoc Judicium non pertinet, non pauca etiam ad causam Mandati per sententiam Cameralem 5. Jul. 1695. decisam spectare, de cætero omne id, de quo nunc quidem ferendum est Judicium, ex unica quæstione Juris dependere, *quid nimirum marito vel uxori facto divortio debeatur?* Facti autem quæstiones dubias hic nullas occurrere, quæ quidem sententiæ moram ulteriorem injiciant, cum omnia, quæ huc referri possunt, in actis sint confessa vel probata; ad votum causæ definitivum, in quo merita causæ examinabuntur accurate, progredior.

In formalibus appellationis nihil habeo monendum, nam etsi appellatio stante pede vivaque voce interposita per extractum protocolli non fuerit probata, tamen confitentur Judices, à quibus factam esse, in Apostolis refutatoriis [6].

In puncto Actorum omnes defectus per sententiam Cameralem prædictam fuere præteriti, acta deinde magna mole exhibita. Mandata procuratoria recte sese habent & utriusque litigantium procurator adhuc sunt in vivis.

Hæc a me scripta fuere vivo procuratore Dr. G. qui cum sit die 16. Aug. defunctus, ejusque substitutus Dr. M. dudum vitam cum morte commutaverit, incidit quæstio ante omnia decidenda: num opus sit citatione ad reassumendum ante sententiam definitivam? quam ego negandam puto.

1) Quia processus reassumi non potest, ubi causa est conclusa, & per sententiam definienda.

2) Omnes constitutiones Imperii, quæ de reassumtione litis aliquid statuunt, præsupponunt causam nondum conclusam.

vid.

vid. Recess. 1600. §. 73. *& Noviss.* 1654. §. 100. *Imo* §. 74. *dicti Recess.* 1600. *expresse definit*, ut

si neque partes principales, neque Procurares utriusque partis vivant, a definitiva sententia abstineatur. Ergo si principales sunt in vivis, & alteruter procuratorum in Judicio superest, non impeditur sententia definitiva

Blum. tit. 67. *num.* 78. *in fine Obs. C. p.* 3. *tit.* 14. §. 11. 12. *textus expressus.*

adde auctoritatis JCtorum Cameralium

Gail. 1. *Obs.* 109. *num.* 5. *Maurit. de cit. ad reassum.* §. 4.

3) Nihil amplius procuratori agendum superest, quam ut audiat sententiam, & principali perscribat: Id quod per adversæ partis procuratorem haud dubie fieri poterit.

4) In præsenti causa uterque principalium est in vivis, filius Appellatæ hic loci versatur, qui sententiam expectat, alterius partis appellantis procurator mortem nondum præstolatur.

5) Praxi Camerali receptum, ut sententiæ definitivæ ferantur non in personas procuratorum, sed ipsorum principalium. Adeoque non dubitarem in relatione ad sententiam definitivam prævio concluso Senatus illustris pergere.

Concludebatur per unanimia esse progrediendum.

In puncto solennium movet aliquid appellata, sed neque fuere probata solennia, neque Magistratus quicquam indicavit, cum tamen parti appellatæ sæpius adstiterit, propterea non vituperandus.

vid. Mev. 3. *decis.* 375.

In causa principali duæ occurrunt, post sententiam divortii, in actis prioribus Actiones, provocatoria ex *L. si contendat de fidejuss.* uxoris separatæ contra maritum, num. [300] Act. pr. 15. Maji 1693. & ipsa imploratio mariti post plures contumaciæ accusationes ante sententiam a qua 15. Novembr. 1693. exhibita vid. num. 305. usque 354. per quam prior expiravit. Habetur autem ista imploratio num. 354. unde initium hujus processus merito erit capiendum.

In Libello jam dicto Actor fundamentum intentionis a principio collocat desertionem uxoris malitiosam, quam probatam esse dicit ex notorio, & actis Consistorialibus, & sententiis contra uxorem latis, adpositis in vim probationis & declaratione uxoris constante extincti amoris conjugalis. Unde & in sententia Divortii pro desertione malitiosa, prout ipse interpretem agit sententiæ, fuerit declarata.

Hinc concludit sibi ceu parti innocenti Jus esse quæsitum ad sequentia.

(1) Ex pactis dotalibus lucrum 1000. fl.
Bibliothecam.
Lectum conjugalem.

A (2) Portionem æqualem cum filio, ein Kindes-Theil, quia per Desertionem debeatur marito omne id, quod matrimonio extra divortium per mortem conjugis soluto fuerit promissum juxta

Carpz. 3. *const.* 26. *def.* 21.

Itaque cum filio ex pactis dotalibus debeantur loco portionis hæreditariæ paternæ 2300. fl. & quota ex hæreditate sororis, Maritus sive Vitricius putat sibi pro lucro debere omne, quod superest ex capite acquæstus conjugalis & lucri.

Nam etsi juxta Statutum loci ex acquæstu marito debeantur duæ tertiæ, uxori una, eam beneficio merito privari ob desertionem malitiosam, & excidere commodo successionis filiæ, neque frui acquæstu communi, ob contumaciam constantem in non parendo decretis magistratus, juxta

Mevium 5. *decis.* 136.

B Filio vero deductis prius iis, quæ prætendit actor tanquam ex jure & possessione legitime quæsita, jure suo frui permittit. Unde porro petit manifestationem juratam omnium bonorum ab uxore cum reparatione damni ad 3000. fl. necnon 2000. Imp. ob injurias sibi illatas.

Ex hisce narratis & petitis, *plures* cumulatas esse *actiones*, patet clarissime.

1. Actionem ex stipulatu fundatam in pactis dotalibus.

2. Condictionem ex lege ratione lucri ob desertionem malitiosam: haud dubie intelligit Actor L. 38. π. soluto matrim. & Nov. 117. cap. 13.

3. Actionem in factum ob damnum in re familiari datum, vel ut mentem actoris rectius efferam, ob lucrum cessans.

C 4. Actionem injuriarum æstimatoriam.

Harum actionum fundamentum collocatur, ut paulo ante dictum fuit, in desertione malitiosa uxoris declarata per sententiam divortii, & sua innocentia.

Hoc unicum est litis objectum & omnium scriptorum prolixissimorum hinc inde exhibitorum.

Cui fundamento uxor in adhæsione contradicit, negans desertionem malitiosam, culpam conferens in maritum, mores ejus & sævitiam acerbe exagitans, postulans absolutionem ab actione, cum refusione damni & restitutione ablatorum & expensis.

Num actio sit probata, facile intelligimus, si attendamus ad ea, quæ in facto & jure sunt indubitata.

Circa factum ostensum fuit in narratione præcedente.

(1) Actorem appellantem nihil præter Licentiati Medicinæ gradum intulisse, nam ad Doctoris gradum postea sumtibus uxoris fuit provectus.

(2) Omnia bona a marito priore Pharmacopola descendisse exceptis 600. fl. ab uxore illatis.

(3) Æstimationem horum bonorum pro 800. fl. factam fuisse, sine inquisitione, pupillosque prioris matrimonii insigniter læsos, adeoque Magistratum contra officium in prospiciendo pupillis peccasse.

(4) Quæ bona mariti prioris fuerint tempore contracti matrimonii, qui acquæstus, esse in incerto. Nam etsi in protocollo tutelari num. 1. Act. pr. & [24] nominentur 4000. fl. tamen æque vitiosa erit hæc æstimatio, quam fuit altera bonorum tempore mortis.

Proinde in dubio omnia præter dotem 600. fl. mariti fuisse & liberis deberi, erit existimandum juxta regulam.

L. 51. ff. de donat. inter vir. & uxor. L. 6. C. eod. Can. un. caus. 18. quæst. 1.

(5) Id tamen constat bona a marito priore relicta valde fuisse deteriorata atque diminuta, unde gravissimum filio natum præjudicium.

(6) Divortii sententiam nequaquam ex fundamento malitiosæ desertionis, sed ob inimicitias nulla ratione reconciliandas, animorumque disjunctionem esse latam

vid. L. 11. §. fin. Cod. de Repud. J. Novella Justin. 140.

(7) Maritum dissidiis domesticis magnas gravissimasque dedisse causas, tantum abest, ut a culpa liberari queat.

vid. L. 8. C. de Repud. Nov. 117. cap. 9. §. 5. si quis contemnens.

(8) Maritum facultates uxoris dissipasse, amovisse, dominium absolutum sibi vindicasse.

(9) Sententiam a qua ex mero arbitrio Judicis, per aversionem, ut ita dicam, fuisse pronunciatam, sine Juris fundamento.

Porro ex Jure constat:

1. Regula: Soluto per divortium matrimonio, rem ad priorem statum conjugii non existentis, deductam esse, neque dotem, neque pacta dotalia nec lucra matrimonialia intelligi.

arg. L. 100 & 153. de R. J. L. 2. §. 1. de divort. L. 22. & 12. soluto matrim. L. 1. eod. L. Boetius Marcellus 30. ff. de pactis dotat. Heigius 1. quæst. 33. num. 115.

adde ipsam sententiam divortii.

A Exceptionem vero malitiosæ desertionis & propterea prætensi lucri ab actore esse probandam.

vid. Heig. dict. quæst. 33. n. 15. & 133.

Nam etsi ad cohabitationem per Decreta Consistorii fuerit compulsa uxor, isti tamen erant gradus reconciliationis observandi Magistratui, nullum exinde ad desertionem malitiosam argumentum.

vid. Nov. 140. Bidenbach de causis matrim. in promtuario cap. 7. quæst. 4. Mev. p. 7. decis. 53.

2. Uxorem renuentem cohabitationem vel absentem apud parentes, abhorrentem ob causas graves maritum, pro malitiosa desertrice non haberi.

L. 12. de liberali causa. Lyncke decis. 1069. Mev. 7. decis. 162. Carpz. 6. resp. 109. Brunnem. ad L. un. ff. unde vir. & ux. Schilt. Prax. Jur. Rom. ad tit. ff. de divort. §. 115. Mev. Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. num. 447.

B

3. Posito citra veri præjudicium, divortium ob desertionem esse factum, declaratam uxorem pro desertrice malitiosa: Non sequitur inde privatio dotis. Cum casus legis de adulterio expressus, ad non expressum trahi non debeat.

Berlich. 4. conclus. 31. num 4. versu sexto. adde conclus. 29. num. 17. 18. & 3. conclus. 36. num. 17. Brunnemann. 3. decis. 62. Mev. 7. decis. 162. Lyncker. decis. 328.

4. Multo minus inferendum esse ad privationem paraphernalium, extra Saxoniam.

vid. Carpzov. Quæst. Crim. 62. num. 17. 28. Berlich. dd. l. l.

Neque etiam Saxones, alias satis rigidi, extenderunt pœnas ad acquisita aliunde ab uxore.

C

5. Et injuste plane adjudicatur marito lucrum in sententia a qua ex massa bonorum, ante separationem portionis filio, tunc minori debitæ, cum incertum adhuc esset, an hic, quod suum erat, consequi posset.

6. Ubi porro mariti culpa intervenit nulla eum frui actione ad lucrum ex L. 30. π. de pact. dotal. L. 3. item 47. solut. matrim. est apertum.

Imo si maritus solus culpæ reus inveniatur, quod hic multum habet verisimilitudinis, ipse omnia lucra perdit:

Carpzov. p. 4. Const. 26. Def. 1. 6. 7.

tantum abest, ut ad lucra actionem habeat fundatam. Nam etsi uxorem ab omni culpa immunem non esse Acta testentur; Est tamen excusatius in uxore peccatum, quæ contra injurias atrocissimas mariti ore, unico fere sexus sequioris præsidio, sese defendit, inertiam

tiam mariti & dilapidationem rei familiaris pati noluit, ex ædibus & urbe ad parentem A secessit.

Sequitur hinc maritum actorem & appellantem actionum suarum fundamentum non probasse.

Non *actionis ex stipulatu*, quia soluto matrimonio, soluta fuere pacta dotalia.

Non *Condictionis ex lege*, quia causa divortii non probata fuit, ipse à culpa non vacuus, si non solus culpæ reus.

Non *actionis in factum*, quia ipse potius ea tenetur actione, ob dilapidata bona ad se non pertinentia.

Non denique *actionis injuriarum*, quia mutuæ fuere injuriæ, & mariti atrociores longe, & reales, uxoris non nisi verbales.

Unde ab injustitia & nullitate sententiam a qua liberare nequeo, neque Magistratus rationes decidendi approbare, cum causam B hanc arbitrarie definiverint, adjudicantes actori quasi pro vexæ redemtione sine ulla causa probabili omnia accepta & ablata, quæ quanta essent, nondum constabat liquido, (uxor aliquot millia fl. fuisse asseverat,) & insuper 1500. fl. ex bonis residuis. Filio vero generaliter competentia reservantes, cujus potissima erat habenda ratio, neque oportebat esse liberales de alieno, neque eo usque arbitrium Judicis extendere. Certe imputationes appellantis mariti a semetipsis non removerunt, ad gravissimas criminationes uxoris appellatæ plane reticuerunt, imo exemplo inaudito & memorabili per procuratorem proprium istud scriptum veluti suum repetierunt. vid. Recessum Dr. G. 3. Octobr. 1707. Jussu Magistratus habitum. Hinc & occasio data fuit uxori Magistratum adhuc multis modis criminandi.

In Supplica Extraj. pro maturanda sententia adjunct. Lit. I. & coram Judicio Aulico.

Proinde ut de sententia ferenda dicam, existimo: Sententiam a qua, nullitate & injustitia palpabili laborantem, esse reformandam: C Ita ut

(1) Rea appellata ab omni actione mariti separati absolvatur quidem, nam actore non probante fundamentum agendi, reus est absolvendus. Sed tamen simul

(2) Providendum erit, ne uxori cum novo marito potestas detur in bonis a primo marito relictis, in detrimentum filii, ab hoc supremo Judicio auxilium anhelantis, grassandi.

Proinde filius, etsi principaliter in hoc processu non intervenerit, sed tantum extrajudicialiter, non satis de causæ meritis informatus, supplicam exhibuerit, ne tamen per novum processum ulterior sine causa inferatur mora, cum ejus negotium mater appellata gesserit, questæ de damno ei illato, & petendo passim, ut ejus in sententia habeatur ratio, nec non Magistratus, in scriptis judicialiter exhibitis & rationibus decid., ejus vices doleat, atque ut ei, quem ipsi ante multis modis gravarunt, succurratur, exoptavit, insuper in sententia a qua eidem Jura competentia fuere reservata. Ob continentiam causæ existimo, justissime facturum hoc supremum Judicium, si officium nobile hic interponat filio gravato, & per moram ulteriorem magis gravando, in sententia prospiciat, causamque ad legitimas Juris tramites deducat.

Adeoque taxationes bonorum, per falsi suggestionem & veri suppressionem factæ, (quod ita exprimitur in ipsis rationibus decidendi judicis prioris) erunt rescindendæ.

(3) Status bonorum accuratior, quantum fieri potest, erit formandus, non solum bonorum, quæ primus maritus intulit in matrimonium, sed etiam quæ post mortem ejus ad viduam pervenere, & quæ jam actu supersunt. Idque eum in finem, ut sciatur acquæstus primi matrimonii, ex quo acquæstu juxta statutum Halense Lit. A. in rat. decid. debetur uxori præter illatos 600. fl. una tertia, reliquæ duæ, una cum illatis paternis liberis, filio & filiæ. Deinde ex hæreditate filiæ defunctæ dimidia matri cedit, dimidia filio superstiti, pleno Jure proprietatis.

Marito vero separato debetur nihil, cum durante matrimonio satis absumserit, quod reparari nequit.

(4) Hi sunt legitimi tramites ad quos omnis hæc causa est reducenda. Adeoque, ut status bonorum fiat certior, necessarium erit, ut

(5) Manifestentur mediante Juramento, quod nondum legitime præstitum esse constat, illata, ablata, abscondita specifice, & restituantur ad massam ab utroque appellante & appellata.

(6) Filio, portio hæreditaria liquido constans, quantum sufficit præsens bonorum status, extradatur.

Quæ deficiunt, suppleantur ex prædicta manifestatione & restitutione, vel portione materna, in cujus bonis filio competit Jus hypothecæ tacitæ, & expressæ, vi cautionis præstitæ.

(7) Cum Magistratus culpa circa officium tutelare non minima fuerit commissa, reservanda erit filio actio subsidiaria in eventum, quantum in statu rerum & personarum præsente effectum habere potest.

vid. Mev. 7. d. 386. 8. d. 86.

(8) In conficiendis rationibus sequestrationis audiantur partes, quorum interest, nam defectus valde notabiles hinc inde in actis, etsi sine probatione evidenti recensentur, potissimum in specie facti ab uxore cum supplica extraj. exhibita lit. I.

(9) Expensæ hujus instantiæ propter adhæsionem uxoris compensandæ erunt, additis executorialibus non solum contra partes sed etiam contra Magistratum, qui a suspicione studii partis sese non liberavit.

10. Tandem ob exhibita in hoc Judicio supremo scripta valde injuriosa punienda erit appellata, ejusque advocatus, quem suspicor esse novum maritum; quæ mulcta poterit esse unius marcæ auri Fisco Cæsareo inferenda.

Deinde Procurator qui subscripsit & exhibuit, si supervixisset, gravi pœna fuisset afficiendus, a qua per mortem fuerit liberatus.

Appellans vero cum pro temerario litigatore omnino sit habendus, utpote qui post dissipata bona ad se non pertinentia, lucrum sine ulla Juris ratione in Judicio petere non erubuit, & cum, nescio quo Judicis favore, ei adjudicatum fuerit, quod non debebatur, tamen appellare veritus non fuit (confirmatoriam ut puto expectans, ut lucra indebita Juris titulo retinere liceret.) Unde juxta Rec. Imper. Noviss. §. 86. pœna temerarii litigatoris plectendum & 2. Marc. auri Fisco Cæsareo inferendis mulctandum esse censeo.

Salvis majoribus

In expensas per majora utriusque instantiæ, fuit appellans condemnatus.

SENTENTIA PUBLICATA 6. SEPTEMBR. 1713.

In Sachen Doctr. Medicinæ Johann Friderich Eckardts, Appellanten eins, wider Annen Rosinen Winterin, gebohrnen Hönningerin, Appellatin und Adhærentin, andern Theils, ist allem Vorbringen und jetzigen Umständen nach, auch respective von Ambtswegen zu recht erkandt, daß durch Richter voriger Instantz nichtiglich und übel geurtheilet, auch übel appelliret, hingegen der Appellationen wohl adhæriret, derohalben solche Urthel als null und nichtig zu declariren und respective zu reformiren sey, dergestalt, daß Appellatin von der nach beschehener Ehe-Scheidung wider sie von Appellanten angestellten Klage zu absolviren und zu entledigẽ, gleichwol aber der bey ihrer Verheurathung mit Appellanten nichtiglich und unrichtig gemachte Anschlag und Taxation des von ersterer Ehe hinterbliebenen Vermögens zu cassiren, und solcher nach dem wahren Ertrag, so wohl des vom ersten Ehemann, weyland Johann Christoph Dollin, in die Ehe eingebrachten Vermögens, als des Erwerbs- und Vermehrung biß zu dessen tödtlichen Hintritt, so viel als jetzigen Zuständen nach möglich einzurichteu; Von solcher Errungenschafft dessen hinterbliebenen Weibe Appellantin, nebst ihren eingebrachten 600. fl. denen Statutis der Stadt Halle in Schwaben gemäß, **ein Drittheil**, denen Kindern erstern Ehe aber, und nebst dem Vätterlichen völligen Einbringen, **zwey Drittheil**, und dann nach der Döllnischen Tochter Ableben, die Helffte ihrer Verlassenschafft der Mutter, das andere halbe Theil dem überbliebenen Sohn

A pleno Jure proprietatis zuzutheilen, und so viel darvon vorhanden, aus dem Anno 1709. auffs neue sequestrirten Vermögen zu verabfolgen und auszuantworten, hiernechst, was der Appellant Eckardt währender Ehe mit Appellantin aus solcher Verlassenschafft bekommen, verwendet, verbraucht und respective besitzet, desgleichen, was dessen vormahliges Ehe-Weib Appellantin daraus entzogen, verthan, und annoch in Händen hat, beyderseits vermittelst würcklich und gerichtlich leistenden Eydes, zu manifestiren schuldig, daraus ein richtiger status bonorum mit beygefügter Specification des Abgangs und Verlusts durch den Magistrat zu gedachtem Halle Pflichtmäßig zu formiren, dabey, wie auch bey der Berechnung voriger, und bißheriger Sequestration, Appellantin und ihr Sohn mit ihren Erinnerungen zu hören, beyde Appellant und Appellantin aber zu Ersetzung des erweißlichen durch sie verschuldeten Verlusts und Abgangs anzuhalten, und daraus dem hinterbliebenen Sohn, was ihm an seiner respective Vätterl. und Schwesterl. Erb-Portion ermangelte, mit eventualem Vorbehalt sich dißfals an den Mütterlichen und des Appellanten Vermögen zu erhohlen, wie auch actionis subsidiariæ wider den Magistrat zu Halle, zu ergäntzen, und
B solches alles mit behörigem Fleiß und Sorgfalt von ermeldtem Magistrat zu bewerckstelligen seye, als wir vorgedachte Urthel solchergestalt hiemit nichtig erklären, und respective reformiren, absolviren, cassiren, schuldig erkennen, verordnen und vorbehalten, mehrgedachten Appellanten in die Gerichtliche Kosten, so wohl bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht, als in voriger Instantz derentwegen aufgelauffen, Appellaten nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen, hiermit fällig ertheilend.

Dann ist zu würcklicher Vollziehung dieser Urthel beyderseits Appellanten und Appellatin, wie auch in specie denen Städtmeister und Rath der Stadt Halle, Zeit 3. Monat pro termino & prorogatione von Ambtswegen angesetzet mit dem Anhang: Wo einer oder der andere solchem also nicht nachkommen wird, daß derselbe jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Pœn 10. Marck Löthiges Goldes, halb dem Kayserl. Fisco, und zur andern Helffte dem dar-
C durch beschwehrten Theil zu entrichten und zu bezahlen hiermit erkläret seyn, auch der Real-Execution halber ergehen solle, was Recht ist; Endlich ist wider offtgemeldten Appellanten wegen seiner frevelmüthigen Rechtfertigung, Appellation, und Untrieb der Sachen, die Straf einer Marck Löthigen Goldes dem Kayserl. Fisco innerhalb obbestimmter Zeit sub pœna dupli & realis Executionis unnachläßig zu bezahlen, wie auch wider Appellatin und ihren Advocaten oder Concipienten, den sie zu benennen schuldig, um weilen sie bey diesem Höchsten Gericht 2. höchst-ungebührliche Schmäh-Schrifften, den gemeinen Rechten, Reichs-Satzungen und Abschieden zuwider, durch ihren Procuratorem, weyland Dr. G. sub [74] und [79] übergeben lassen, mit derselben Verwerffung ab actis, die Straff einer halben Marck Löthigen Goldes dem Kayserl. Fisco innerhalb obangesetzter Zeit sub pœna dupli & realis executionis zu erlegen, hiermit vorbehalten.

Con-

Continuatio Narrationis Actorum post sententias 6. Septembr. 1713. und 9. Febr. 1714. quæ erat paritoria, cum ulteriori voto.

Nachdem der Magistrat öfftere Anzeige gethan, warum die Cameral-Urthel zur Execution nicht gebracht werden können, theils wegen des Dr. Ekardts nicht erscheinen, (welcher auch in Camera durch Dr. H. zwar erschienen 29. Novembr. 1713. aber keine Vollmacht überschicket, vid. Protocoll. 21. Febr. 1714.) theils wegen verschiedener Disputen zwischen der Döllnischen Mutter und ihrem Sohn, besage Protocolli Judicialis a 17. Novembr. 1713. usque 11. April. 1714. mit beygefügten Num. Cameral. [109 usque 126] welche allesamt nichts hauptsächliches in sich begreiffen; so will nunmehro ermeldter Magistratus, besage Num. Camer. [127] Declarationem sententiæ haben in folgenden Puncten:

(1) Ob juxta ordinem sententiæ nova manifestatio bonorum seu Inventarii confectio vorhergehen, und dann Immissio jeden Theils in suam portionem geschehen, oder der Sohn Dollin alsofort in die vorhandene bona immittiret werden solle?

Letztenfals ist ferner:

(2) Der Zweiffel ob nicht der Mutter ususfructus bonorum ad dies vitæ gebühre, zu welchem Ende Statutum Hallensis Civitatis angezogen wird vid. [128]?

(3) Ob nicht der Döllnischen Sohn nach Erhebung der Franckfurter 1000. Rthlr. schon zu viel und mehr als ihm gebühret, bekommen.

[143] [144] (4) Ob er deßwegen, daß er den Speicher erbrochen, und die vorräthige Früchte verkaufft, mit einer Straffe anzusehen?

[129] (5) Ob der Mutter die bißher genossene 3. fl. Wochen-Geld oder Alimentation aufzuheben, oder in contrarium?

[131] (6) Ob bey der concipirten Manifestations-Formul etwas zu erinnern?

Ex parte der Mutter nuptæ Winterin wird verlangt:

1. Ususfructus bonorum præentium, wann ja Filio noch etwas heraus gebühre, asseritur autem: er habe schon mehr erhalten, als ihm ge-
[114] bühre. adde Recess. 14. Maji ihres Anwaldts.

[132] 2. Verlangt sie Examen des Dr. Ekardts ad interrogatoria producta.

[139] 3. Will sie super exhibito statu bonorum sententionirt haben.

Hingegen der Sohn Dollin petit continuo executionem judicati; v. Recessus plures Dr. F. in protocollo. Ingleichen den Pœn-Fall betreffend, petit die Winterin absolutionem a pœna: Fiscalis vero petit condemnationem in duplum 13. Decembr. 1713.

Hæc est summa alles seines weitläufftigen Schreib-Wercks; fere eadem protulit antea [211] allwo er den würcklichen Empfang von vätterlicher Verlassenschafft 7900. fl. an Capitalien und in beweglichen Güthern (die er aber dissipiret und viel Schulden darzu gemacht) gestehet.

stehet, vermeynet aber es müsse ihm nicht abgezogen werden, weil er culpa matris & maritorum ejus, es wieder verzehren müssen. Anjetzo macht er einen statum in suo cerebro, vermöge dessen ihme à Magistratu an Capital, Interesse und Schaden noch etlich und 20000. fl. müsten ersetzt werden, da doch der per sententias Camerales angenommene status bonorum nondum deductis passivis nur 15646. fl. gewesen, aus welcher Summa ihme Dollin nach Abzug des Empfangs nur noch 3399. fl. gebühren, vid. sent. 16. Jul. 1717. hätte der gute Mensch die damahls ihm offerirte summe angenommen und sich zu Hauß redlich und arbeitsam genähret, so wäre ihm längst geholffen, sed maluit otiosus hic commorari.

So viel nun den Wein-Defect betreffend, indem das dubium, so in sententia 3. April 1716. & seq. 16. Jul. 1717. in fine zu erläutern begehret worden, durch die Anzeig [259] juncta explicatione ulteriori Magistratus in [207] & [320] meines Bedünckens sattsam abgeholffen, und Dollin die beschehene Extradition der Weine an die Mutter gestehet, so vermeyne ich nicht, daß nunmehro er Magistratum deßwegen in subsidium ansprechen können, weil die Mutter die Weine nicht conserviret oder zu ihrer Kinder Nutzen verkaufft, Magistratus hat bey extradition des Inventarii an die Mutter cautionem leisten lassen, ob solche noch utilis oder nicht, lasse dahin gestellt seyn. Wenigstens hat sich Magistratus ob moram litis in Camera pendentis durch seine Interventions-Anzeige verwahret vid. [92] & [99] Es ist zwar nicht zu läugnen, daß Magistratus zu Hall, zu conservation des Vermögens, exactissimam diligentiam nicht adhibiret, sondern es viel auf die Mutter und denen Kindern constituirte Vormünder ankommen lassen, es haben aber auch die Rechte Magistratui in Vormundschaffts-Sachen exactissimam diligentiam, ita ut exactior dari non possit, nicht aufgelegt, sondern deren communionem, woran es in dieser Begebenheit, wie sich nunmehro ergiebt, so offenbahr nicht ermangelt, daß die in eventum vorbehaltene, aber noch nicht directe angefangene, weniger noch probirte actio subsidiaria ad effectum condemnationis, und zwar pro nunc Platz greiffe, bevorab wenn betrachtet wird:

1. Was vor Verdrießlichkeit der Magistrat nach des alten Dollins Tode von der Mutter und ihren letzten beyden Männern gehabt, quod abunde Acta priora testantur.

2. Daß die Kinder endlich der Mutter Schuld in einigem Verlust am Vermögen, auch tragen müssen, denn der gröste Verlust trifft die Mutter selbsten, welche, nachdeme der Sohn alles vorhandene weggenommen, in das äußerste Armuth gebracht ist, und von dem Sohn, der das Seinige durchbracht, die natürliche schuldige Hülffe nicht haben kan, vid. sent. Cam. 22. Jun 1714. 3. April. 1716. artic. 12. 16. Jul. 1717.

3. Daß Cameralis judicii moræ auch gar viel zum Verderben dieser Leuthe beygetragen, indem der Stieff-Vatter Dr. Eckardt, der das A Vermögen injustissime sich zueignen wollen, wider die Mutter, seine abgeschiedene Frau, ohne Absicht auf die Kinder erster Ehe Anno 1694. nicht nur processus plenarios Appellationis, sondern darzu Mandatum de sequestrando bona & præstando ipsi alimenta sumtusque litis, ausbracht, und darmit dem Magistratui Einhalt gethan worden. Und wie wohl man hernach, re melius inspecta, Anno 1695. 5. Jul. das Mandatum wieder cassiret, so war doch darmit der Sache nicht gerathen, sondern ist der Proceß noch neun Jahr, usque ad tempus judicii, und dann weiter usque ad restitutum judicium biß Anno 1713. also zusammen a tempore reproductorum processuum fast 20. Jahr unerörtert liegend blieben, woher dann nicht wenig confusion, accedente etiam sequestratione nova & Commissione Cæsarea aulica Anno 1711., welche die Mutter ausgebethen gehabt, entstanden, dahero sententiæ Camerales den statum bonorum, **so viel nach länge der Zeit möglich**, zu reguliren anbefohlen.

4. Daß die Glieder des Magistrats, welche Anno 1683. & proxime sequentibus gelebt, nicht mehr vorhanden, & cum actio subsidiaria contra Magistratum fit ex dolo vel culpa, quo nomine non nisi auctores, hæredes vero tantum ex dolo vel levi culpa tenentur bey B *L. 2. C. de Magistr. conven.* so würde es unbillig seyn, gegenwärtige Glieder des Magistrats, oder der vorigen Erben, contra quos actio nondum cœpta, neque requisita actionis plene probata, zu condemniren. Ex ærario publico enim talis præstatio fieri nequit. Quæ forte est ratio quorundam JCtorum, qui actionem subsidiariam in praxi moderna forensi cum effectu condemnationis non frequentari statuunt *vid. Thom. ad Inst. de satisdat. tut.* id quod ego suo loco relinquo.

In hoc turbido rerum statu vermeynet Dollin einen grossen Fischzug bey dem Magistrat noch zu thun, quod ego puto esse valde iniquum, und lasse es meo voto, der Weine halber, bey des Magistrats Erklärung bewenden. Solchemnach ist der status bonorum nunmehro richtig, und hat Dollin noch 1500. fl. zu erheben, da er vorhin, si acceptasset absque novo litigio offertum amicabile 2000. fl. und darzu einen Dienst bey der Stadt seiner Capacität nach, sich und seiner Mutter zur Hülffe und seiner Creditoren Bezahlung, die sich in actis interveniendo gemeldet, vide [315] usque [319] erlangen können. Der gute Mensch hat sich aber in seiner Rechnung so verstiegen oder vielmehr C durch andere aureos montes vormahlen lassen, daß er er geglaubt, daß derjenige, der solche nicht vor wahrhafftig halten wolle, ihme die Justitz versagte, allerhand Wege zur Hand genommen, um seinen eingebildeten Zweck zu erlangen, auch in solcher Einbildung tapffer drauf gezehret, Schulden gemacht, auch, welches zu verwundern, Leuthe gefunden, die ihm credit gegeben.

An gedachter Summe nun kan ihme das Eckardtische Vermögen, so zu Creyßheim im Onoltzbachl. würcklich vorhanden, quia Vitricus in sententia de Anno 1713. ad restitutionem

nem condemnatus, angewiesen und mit benöthigten subsidialibus vom Magistrat zu Halle ihm an Hand gegangen worden.

Frustra petit Dollin daß alles a Magistratu bezahlet werden solle.

Der gantze Verstoß rühret her aus denen rationibus decid. sententiæ a qua, so Actis prioribus beygelegt, deren Verfasser sich beyfallen lassen, als ob das Kauff-pretium der Apotheck, quod erat fortuitum tempore venditionis, verum & constans gewesen, dahero dahin gesagt, es seye bey der 2ten Verheyrathung seiner Mutter æstimatio des Vermögens unrichtig, und die Wahrheit supprimiret worden.

Auf welche rationes decidendi (quarum auctorem Magistratus in ultimis scriptis errasse ostendit,) ich anfänglich auch reflectiret gehabt, quoad massam bonorum tempore mortis parentis constituendam. Et in his circumstantiis optarem ego ut huic tædiosissimæ liti tandem imponeretur finis.

Sane quid aliud pronunciari possit, debeatque justitia duce, ego non video vel agnosco, salvo judicio meliore.

Expedit. 1. Mart. 1726.

IN entschiedener Sachen weyl. Dris Medicinæ Johann Friederich Eckardt, wider Annam Rosinam Winterin, gebohrnen Hönningerin Wittben, appellationis, nunc executorialium, in specie dem intervenirenden Johann Heinrich Dollin, wider Stadtmeister und Rath der Stadt Halle in Schwaben betreffend. Ist die durch Lt. Flender gebethene Erneuerung der Executions-Commission hiermit abgeschlagen, sondern läst man es bey dem den 18. Febr. 1719. ertheilten in [272] & [273] befindl. Decreto Executionis suspensivo nochmahlen bewenden, darauf sind die zu **zwey tausend ein hundert fünfftzig zwey Gulden** angerechnete vätterliche passivæ nunmehro als hinlänglich erwiesen, angenommen, und ferner zu recht erkandt, daß ermeldter Stadtmeister und Rath der Stadt Halle nach Innhalt ihres in [253] beschehenen Anerbiethens dem intervenirenden Dollin zur Ergäntzung seines vätterlichen Vermögens, auch vor alle übrige wegen eines Wein-Defects, und dergleichen sonst gemachte prætensionen, nach Abzug deren bekandtlichen schon empfangenen **sieben tausend neun hundert Gulden**, annoch ferner **zwey tausend Gulden** innerhalb 2. Monat bezahlen und entrichten, bey solcher Bezahlung aber den dahier intervenirenden Döllnischen Creditori Philipp Lempen, oder auch da sich noch mehrern derselben Creditores zu Halle anmelden würden, denenselben die richterliche Hülffe und Satisfaction in so weit, als die angebl. credita richtig befunden werden, angedeyhen lassen solle. Dann sind die an diesem Kayserl. Cammer-Gericht beyderseits aufgelauffene Unkosten aus bewegenden Ursachen hiemit compensiret und verglichen.

Consultatio & Decisio XXXVI.

Status pagorum Ougné & Schlessin in Leuca bannali Leodiensi sitorum. Privatum non posse esse contradictorem & defensorem status publici, se contributionum & vectigalium absque Mandato superioris. Votum pro non devolutoria, in eventum pro confirmanda sententia a qua.

In Causa La T.

Contra

Deputatos Statuum Leodiensium.

Appellationis & Mandati attentatorii revocatorii.

Historia Facti & Processus.

Artic. I. Systema, præambulum Causæ hujus.

PRope Leodium siti sunt pagi *Ougnée* & *Schlessin* ad Mosam, *in Leuca bannali*, ut vocant, Leodiensi. In hisce pagis Princeps Leodiensis per Deputatos trium ordinum ab immemoriali tempore percepit vectigalia, Gabellas, Accisias & similes reditus.

Dominus pagorum est Comes de Berlo, qui tamen in hoc processu contradictorem non agit, quod bene notandum, neque etiam Princeps Stabulensis vel ejus principatus Ordines ullam Leodiensibus movent contradictionem. Unus est ex incolis pagi Schlessin, Advocatus T. qui credidit, sibi esse jus contradicendi, ideo, quod dicti pagi essent,

essent, ut ipse quidem dicit, de Territorio A non Leodiensi, sed Stabulensi.

Cum itaque iste T. cum vidua quadam P., quæ tamen renunciavit processui huic appellationis, in suspicionem venisset defraudationis Gabellarum, conductores advenerunt perquisitum ejus ædes: A quibus, cum prohiberentur, citatus fuit ad Deputatos Leodienses, ad videndum, se incidisse in pœnam. Cum non compareret, condemnatus est in mulctam 20. Flor. aur. 27. Februar. 1703. A quo decreto appellavit T. cum vidua consorte ad Cameram, & obtinuit processus plenarios, 24. Maji 1703.

Cum autem Deputati Statuum Leodiensis Principatus, non quidem in exactione mulctæ, sed in exactionibus Gabellarum pergerent nihilominus, non existimantes ob contradictionem qualemcunque adversarii & inhibitionem Cameralem obstrictos se esse, ut possessionem suam relinquerent, unde, ob novas defraudationes, deprehensam farinam arrestari fecerunt, & ad confiscationem processerunt, decretum fuit ad instantiam Appellantis Mandatum attentatorum revocato- B rium 28. Sept. 1703. & insuper in puncto attentatorum Sententia paritoria fuit lata 15. Maji 1713. cum rejectione Except. non devolutionis, contra quam sententiam petitur jam *Restitutio in integrum.*

Et certe, si causa fuisset ita, uti nunc est, instructa, si de antiquioribus Actis informatus fuisset Senatus, non puto processus hos appellationis fuisse decretos, neque sententiam talem pronunciatam.

Hoc est causæ præsentis brevissimum Systema, sequitur jam Historica repræsentatio uberior, concinnata ex Actis, non modo novis, sed etiam antiquioribus, tum Appellationis, tum Mandati, ubi eadem quæstio amplissimis Argumentis fuit tractata.

Art. II. De Actis antiquioribus Appellat. & Mandati.

De Actorum istorum existentia vel integritate, an Appellans certus fuerit, dubito, nam in suis scriptis neque ea allegat, neque requirenda esse petiit. Quod si scivit, timuit for- C te remissionem supplicæ pro processibus ad judicium. Allegavit saltem Mandatum *decretum Anno* 1608. quod *non est reproductum*, & aliud *de Anno* 1664. cujus reproductio & plenaria discussio extat. Allegavit etiam sententiam in causa Appellationis Jurisdictionem potissimum concernente latam *Anno* 1668. Appellatos Leodienses de Actis istis antiquis etiam certi non fuisse suspicor, nam si notitiam eorum habuissent, non est credibile, quod Argumenta insignia ibi tractata fuissent prætermissuri.

Sunt autem ista Acta duplicia: Appellationis & Mandati.

Appellationis, in causa Florentii de Aldenborg & Berlo, qui erat tunc Dominus pagorum, contra Jac. Bierloz Anno 1663.

Mandati, sub Rubrica Ferdin. Hozement Domini temporalis de Ougnée & Schlessin contra Leodienses de Anno 1664. Sine & cum Clausula.

In illis Actis Appellationis tractatur potissimum *quæstio Jurisdictionis*, sive provocationis ad Leodiensia judicia, quæ per sententiam Cameralem 13. *Mart.* 1668. est decisa. Petita tamen fuit restitutio in integrum *ab intervenientibus Deputatis Statuum Leodiensis Principatus* pro suo interesse 8. *Jun.* 1668. Et videtur magis declaratione sententiæ opus esse, quam remedio restitutionis. Nam concedunt Leodienses recursum ad Malmudarienses *electivum*; *Sententia* vero non definit, quod privative *Jurisdictio* sit Malmudariensis.

Acta Mandati decisa nondum sunt, sed Commissio decreta ad inspiciendum Originalia Adjunctorum 6. *Jul.* 1668.

In utrisque Actis eadem materia, quæ jam in Appellationem est deducta, tractatur prolixissime, & eadem fere in utroque Volumine producuntur Documenta.

Illud imprimis est notandum, quod in causa Appellationis Jurisdictionem concernens, dubium fuerit circa legitimationem appellantium quoad quæstionem Territorii & Vectigalium Jura. Id enim colligitur ex sententiæ verbis anno 1668. publicatæ, ibi: *In cæteris punctis adhuc controversis, quatenus partes cadere vel adquiescere nolint, posse in Camera procedere, prout decet, **citatis tamen Statibus Stabulensibus.***

Quod tamen hucusque factum non est, interim ad instantiam unius hominis, ad causam nulla ratione legitimati, Anno 1703. decreti inveniuntur processus non modo Appellationis, sed etiam Mandati attentatorum revocatorii, & insuper lata sententia paritoria.

Venio ad Historiam causæ & Processus.

Artic. III. Narratio plenior causæ & Processus.

Pagi *Ougnée & Schlessin* siti sunt ad Mosam, prope Leodium in *Leuca bannali.*

Leuca bannalis ita describitur à Meano in Nomenclatore: *Est agrorum modus certis finibus Civitati circumjacens ad leucam circiter plus minus ve.*

Leodienses contendunt, omnes pagos in Leuca bannali esse de territorio suo. Hoc negavit olim Dominus loci, etsi fateatur situm pagorum in Leuca bannali.

Dominus pagorum est Comes de Berlo, qui etiam à possessionibus aliis dictus fuit d' Altenberg & de Hozement; causam habet à Dno. de Bucht.

Hic acquisivit Dominium pagorum plenum Anno 1427. à Monasterio Malmudariensi

riensi reservato solum censu aliquo valde tenui.

A

Vid. Adjuncta Actis Appellationis antiquioribus Duplicæ sub n. 13. 14. 15. 16. *& in hodiernis Actis Duplicam cum Adjunct.* [69.]

In hac controversia usu venit, quod alias in materia controversi territorii observatur, scilicet, ut is, qui intermedius est, inter duos potentiores, modo huic, modo illi adhæreat, prout sibi commodum esse putat; Ita si disputat Dominus loci contra vicinos Leodienses, semper allegat territorium Stabulense, & tamen idem Dominus de Berlo subditum se esse Stabulensis Principatus nullo modo agnoscit. Nam in Actis appellationis antiquioribus sibi tanquam Domino supremo omnia Jura superioritatis & regalium adscribit, Malmudariensis Curiæ Jurisdictionem unice quoad *resortum*, hoc est appellationem agnoscens.

Vide imprimis Triplicam articulo 166. 171. 176. 300. *a.* 440. *seqq.*

B

Quoad Jurisdictionem, Leodienses prætendunt Jurisdictionem in appellatorio s. resortu non privativam, sed concurrentem cum Malmudariensibus. Et certe infiniti extant atque probati sunt actus utrinque exerciti, prout partes huc vel illuc provocarunt. Nunquam vero Stabulenses aut Malmudarienses in Camera egerunt contradictores vel intervenientes, unde colligitur, quod territorii Jura non admodum curæ sint ipsis, neque ista provocatio, etsi ad instantiam vel requisitionem Curiæ de Ougnée & Schlessin, vel etiam Domini temporalis s. Toparchæ loci quandoque de Jure responderint, & aliquando prohibuerint provocationes alio facere. Vide adjunctum Triplicæ in Actis antiquis appellat. sub num. 99. de Anno 1663. cum lis in Camera jamtum cœpta.

Quoad Jura territorii, in specie Vectigalium & Gabellarum perceptionem, probarunt Leodienses in Actis tam Appellationis quam Mandati, quod à pluribus Seculis contributiones solverint subditi pagorum d' Ougnée & Schlessin, una cum ipso Domino loci, Leodiensibus. Neque hoc negavit Dominus loci appellans & actor, sed vim & violentiam prætexuit.

C

Interim probatum est in istis Actis antiquis & novissimis, de quibus jam ago, quod Anno 1623. seq. Toparcha loci Carolus de Berlo, cujus in præcedentibus Actis sæpissime fit mentio, agnoverit: Se & subditos suos esse subjectos Leodiensi Principatui.

Vide imprimis [58] *&* [37] *juncta narratione in Duplica* [31] *loco signato, qui legendus cum Documentis jam dictis.*

Scilicet, tunc opus habebat auxilio Leodiensium contra varias impetitiones, ut proinde sine contradictione exercuerint Leodienses exactiones Vectigalium & Gabellarum, usque ad Annum 1650. quo Anno Toparcha loci à Principe Leodiensi Ferdinando, qui simul erat Administrator Stabulensis, impetravit Rescriptum pro immunitate à Gabellis, 5. Jan. 1650. cujus copiam ex libro cujusdam Notarii desumtam produxit appellans noster [6]. Sed Originale non extare, patet ex Actis antiquioribus appellationis, ubi in Triplica fatetur appellans, esse ex Archivo suo surreptum, sed à quo? non designat.

Vid. Triplic. artic. 327. *confer Duplicam Leodiensium artic.* 94.

Id vero certum est, prætensæ exemtioni contradixisse ordines Leodiensium & exactiones continuasse,

Vid. [60] [61] [62].

& per Principem Maximilianum etiam Administratorem Principatus Stabulensis revocatum esse Rescriptum Antecessoris de Anno 1650. vid. [65]. Incidit hic tempus duplicis Processus in Camera agitati inter dominium *d' Ougnée & Schlessin, Comitem de Berlo*, & Leodienses.

Primo occasione Sententiæ cujusdam officialis Leodiensis, qui, per Decretum Mandatum inhibitorium contra recursum ad Malmudariensem Curiam in causa criminali, suam competentiam stabiliverat. Ab hac sententia Processus plenarii fuere decreti in Camera, & intervenientibus Statibus Leodiensibus pro appellato quæstio territorii per prolixissima scripta & adjuncta ab Advocatis utrinque diligentissime fuit tractata, sed ut supra monui, decisa tantum per sententiam 1668. quæstio Jurisdictionis, cæteræ controversiæ ad separatum processum fuerunt remissæ, citatis Stabulensibus, instituendum. Ao. 1663.

Secundo occasione variorum actuum, contra quos Dominus de Hozement & de Berlo obtinuit in Camera Mandatum respective sine & cum clausula; & post duplicam productam à Leodiensibus Anno 1668. Commissio ad inspectionem Originalium adjunctorum fuit decreta. Ao. 1664.

Associavit se in hoc processu actori de Hozement, Advocatus aliquis T. qui forte fuit pater moderni appellantis, & dicebat se Syndicum Principatus Stabulensis, sed de procuratorio suo Stabulensi nihil docuit, neque ullum in Actis est indicium, quod à Stabulensibus Mandatum litis istius inchoandæ vel prosequendæ acceperit. Hujus vestigiis insistit, ut credo, noster appellans hodiernus, sed hic ne quidem Syndicum se dicere audet, non invitatus ad Jura Stabulensium defendenda, sui commodi gratia accessit. Unde & ei objiciunt Leodienses exceptionem legitimationis ad causam, quam ille plane prætermisit.

Post annum 1668. quo sententiæ prædictæ fuerunt publicatæ, nihil amplius in Camera actum, sed quiete continuarunt Leodienses suas exactiones.

Vid. [66] [67] [68].

Cujus

Cujus rei ratio est in promtu, quod scilicet A incolæ pagorum, variis exactionibus vexati, ad protectionem Leodiensium confugerint, petentes à Principe & Capitulo declarationem, quod in omnibus oneribus & commodis pariter cum civibus & subditis Leodiensibus censeantur, quam petitionem ipse Johannes T., an frater appellantis, nescio, uti dicitur in scriptis Leodiensium, subscripsit, [36] & ut facile est judicatu, obtinuerunt ipsam declarationem in forma amplissima [34] [35]. quæ imprimis legenda. Nulla post hunc actum de exactionibus Leodiensium querela, usque dum modernus T. suo nomine hanc litem, ex schedis forte de aliquibus documentis certior factus, resuscitaverit.

1675.

Cum enim ille & vidua quædam *Plagoulle* defraudationis Gabellarum essent suspecti, & conductores publicos à perscrutatione ædium prohibuissent vi opposita, citati fuere ad Deputatos, non obstante eorum protestatione [7] & in contumaciam non comparentium lata fuit sententia condemnatoria 27. Febr. 1703. à qua appellarunt ad Cameram, atque obtinuerunt, inauditis appellatis, per literas informatorias, in materia Collectarum alias consuetas, appellationis processus plenarios, [2] 24. Maji 1703. moxque, cum pergerent Deputati Jure suo uti, Mandatum attentatorum revocatorium [11] decretum 28. Sept. 1703. Proclama etiam secutum contra Leodienses 19. Decembr. 1703. qui ob motus bellicos tunc in Leodiensi provincia cœptos, non comparuerant, quo publicato comparuit quidem Lt. S. 15. Febr. 1704. petens dilationem ob causas graves ad excipiendum, sed insecuto Justitio Camerali, causa hæc in Camera quievit.

Perrexere, ut facile est creditu, in exactionibus Gabellarum & Vectigalium Leodienses; hinc appellans noster ad Judicium Aulicum sese convertit Anno 1704. mense Decembri, atque ut colorem sui postulati faceret, obtinuit à Prioribus Monasteriorum Stabulensis & Malmudariensis, si modo verum adfuit Mandatum Procuratoris, ut in consortium litis descenderent.

> Notetur, quod Anno 1704. mortuus sit Princeps Furstenbergius Administrator Stabulensis, cui statim successit Coadjutor Princeps Lotharingiæ, adeo ut sedes Abbatialis vacans non fuerit, non poterunt itaque Priores litem suscipere consilio proprio.

Hinc Rescriptum Cæsareum fuit expeditum. Præfert quidem Conclusum Judicii Aulici 16. Decembr. 1704. speciem impediendi attentata contra appellationem in Camera pendentem, sed sequentia Conclusa quæ in Rotulo Actorum Viennensium [30] leguntur, indicant, causam principalem quoque fuisse decidendam ibidem, quod patet ex repetitis sæpe literis compulsorialibus ad edendum Acta, & Decretum ad inrotulandum.

Continuavit etiam Judicium Aulicum, post restitutum Judicium Camerale, in causa decernere 18. Mart. 1711. & 17. April. injungendo partibus inrotulationem & submissionem.

Interim Ltus S. eodem die 18. Mart. 1711. in Camera produxit Exceptiones non devolutæ appellationis cum eventuali responsione ad gravamina, & Mandatum attentatorum revocatorium [16]. Credo ante justitium ei transmissas esse has exceptiones, quia de Actis Viennensibus nullam plane faciunt mentionem, quod alias Leodienses non fuissent neglecturi.

Commodam hinc nactus est occasionem appellans T. quem consors vidua renunciando appellationi dereliquerat, vide [18] ad Cameram revertendi, sed quod bene notandum, reversus est solus, sine consortio vel B fulcimento DD. Priorum, quod mihi facit suspicionem, etiam Viennæ ab appellante solo hanc causam fuisse tractatam, & à Prioribus Procuratori Viennensi vel Mandatum nullum datum, vel si datum fuit, serio eos causam non egisse, vel à dicto T. fuisse circumventos. Nam si seria mens fuisset Priorum descendendi in hanc litem, haud dubie in Camera etiam intervenissent, & intervenire debuissent.

Itaque appellans T. in Replica producta per Ltum J. 12. Jun. 1711. allegat quidem multa Documenta, quoad merita appellationis, quæ schedulæ appellationis sint addita, sub Lit. B. usque M. ad Jura Principatus Stabulensis pertinentia, sed in Actis non comparent, adeo ut ne quidem adsit libellus appellationis, sed Procurator in recessu reproductionis ad narrata supplicæ & schedulam appellationis [9] unice litem sit contestatus, in qua schedula non nisi perpauca adjuncta, [3] [4] [5] [6] [7.] mutatis literis inscriptis, allegata fuerunt.

C De cætero hanc cautelam, vel calliditatem potius, adhibuit appellans, ut à meritis causæ sollicite abstineat, revocationem attentatorum inprimis urgens. Unde factum est, cum in mensa leviorum submissionum hæc acta fuissent reposita, neque responsio ad Replicas inveniretur, sententia ista 15. Maji 1713. publicata fuerit, in qua rejectis exceptionibus non devolut. paritio ad Mandatum attentat. revocat. injungitur.

Nihil minus suspicati fuere Leodienses, quam ut hæc causa postliminio in Camera esset tractanda, expectantes decisionem in Judicio aulico, ubi tamen postea nihil amplius fuit actum. Unde & ad Replicas nihil responderunt, donec, post publicatam sententiam, mense Septembri advenissent Wezlariam Deputati Principatus Leodiensis cum literis commendatitiis Electorum Moguntii-

guntini & Trevirensis, qui *Restitutionem* A *in integrum*, contra dictam sententiam, petiere extrajudicialiter, addentes Duplicam cum multis adjunctis Documentis.

In hoc statu rerum ad discussionem ulteriorem mense Septembri 1713. deventum fuit, & cum in perlectione Duplicarum cum adjunctis gravissima momenta reperirentur, obstantia non solum Appellationi interpositæ, sed etiam Mandato attentatorum revocatorio, opus erat, ut ad Judicium remitterentur, atque productione facta, Sententia fieret actoria, quæ fuit publicata Anno 1713.

Post hanc Sententiam appellans ad Duplicas se respondere dissimulat quidem, negando attentatorum revocationem, sed reipsa tamen respondet, etsi satis leviter; hinc variæ in productis Protocolli contradictiones, etiam in puncto desertionis ob negligentiam, in producendis Actis. Quibus tandem per Triplicam Lti S. 28. Novembr. 1714. & recessum contradictorium generalem Lti J. impositus est finis. B

Dicendum itaque ante omnia est

1) De Litis Objecto.
2) De personis litigantibus.
3) De forma Judicii & Processus.

Objectum Litis. §. 1. Objectum Litis consecutivum est mulcta, appellanti indicta ob prohibitam ædium suarum perscrutationem, & quidem, prævia citatione, in contumaciam. Postea, in puncto attentatorum, Objectum est confiscationes granorum, ob defraudationes Gabellæ.

Principale vero Objectum est ipsum Jus collectandi in pago Schlessin, prout ex instrumento appellationis & processibus decretis adparet clarissime.

Mira sane est appellatio. Adhuc magis mirum, obtinuisse appellantem, qui est privatus, & privato nomine litem suscepit, neq; *immunitate* ab istis oneribus gaudet, appellationis processus, & quidem cum inhibitione contra C Ordines Principatus Leodiensis, qui nullo jure exercuisse id Jus contra privatum credi non poterant; cum alias, in materia Collectarum, inhibitioni non sit locus.

Mev. P. 9. Decis. 47.

Negat appellans esse Principi Leodiensi (quem in materia collectarum Ordines repræsentant) Jus collectandi in pago Schlessin. Is scilicet, qui est incola pagi & subditus, hucusque Gabellas non præstitit; detecta vero defraudatione inquisitio in ejus ædes passus fuit. Unde Jus collectandi Principatus Leodiensis in dubium vocare est ausus appellans.

Deputati Ordinum sua possessione tutos se esse credidere, neque se teneri cum privato homine de Jure litigare. Jus territorii in pago Schlessin, quod quidem sibi adserunt Leodienses, in præsentiarum jam speciatim non est in lite; cujus alias nota characteristica est Jus collectandi.

vid. Lyncker Responso 97. *n.* 56. *seq.*

Sed salva est quæstio de collectationis exercitio, & quidem contra appellantem. Nemo enim ex omnibus reliquis incolis, qui Leodiensibus moveat litem.

Frequentissimum est in materia regalium jurium, ut Princeps Imperii vel ejus Ordines, quibus collectarum cura est commissa, contra morosos via executiva utantur, jure id permittente;

Vid. Mev. p. 4. *Decis.* 35.
Gail. 1. *Obs.* 13.
Lyncker. Responso 9. *n.* 19. 20.

Cui, si quis privatus se opponat, absurdissimum foret, obstringere Principem, ut cuilibet privato de Jure suo respondeat. Recte itaque sua utitur contra eum possessione. Neque dici potest: Jus sibi in propria causa perperam dixisse.

§. 2. Venio ad personas. Deputati Ordinum Principatus Leodiensis sunt in hac causa appellati. Personæ litigantes.

Num versati sint in ea tanquam Judices, vel auctoritate Magistratus, dicam mox §. 3. Consortes qui nominantur sunt conductores Gabellarum, quorum defensionem suscipiunt ipsi Ordines.

Appellans est Advocatus T., incola pagi Schlessin, & simul civis Leodiensis. Non est neque Syndicus vel Mandatarius Principatus Stabulensis, vel Toparcha istius pagi, sed privato nomine hoc negotii est aggressus, & quidem, ut videri vult, in schedula appellationis [8] pro conservanda Jurisdictione & territorii Stabulensis Principatus. Scilicet Princeps Stabulensis vel ejus Status provinciales, Jurium Principatus adeo sunt negligentes, ut defensore, homine privato, habeant opus!

Merito itaque quærunt Deputati Ordinum Leodiensium, quis istum T. constituerit contradictorem?

Nimirum neque Juris territorii neque regalis colllectandi Juris capax potest esse privatus, ergo recte ei opponitur exceptio legitimationis ad causam. Verum ait, se tueri Jura Principatus Stabulensis: Ridicule sane! Nam Dominum quidem pro subditis agere posse, praxis judiciaria docet; sed subditos Domini Jura defendere sine Mandato, unum hominem Deputatis Statuum Principatus, qui Principem repræsentant, ausu privato se opponere, novum plane est & inauditum.

Vid. Mev. p. 2. *Decis.* 272.

De suo enim, non de alieno Jure quenquam agere oportet.

L. 5. *π. si Ususfruct. pet.*

Eadem

Eadem est in Exceptione, quæ in actione ratio.

vid. Coccejus Disp. de Jure territ. §. 8. & 26.

Scio equidem, quando valeat exceptio de Jure tertii, & agentem repellat. Scilicet, si Actor petit rem à possessore, quæ spectat ad tertium, tunc possessor recte excipit de jure tertii, vel potius de non jure actoris.

arg. *L.* 4. *C. de edend. L. fin. C. de Rei Vind. Ant. Fabr. Cod. L.* 3. *tit.* 21. *def.* 2. *Pacian. de Prob. L.* 1. *cap.* 7. *n.* 60. *Mev. p.* 4. *decis.* 284. *n.* 3.

Alia plane est ratio, si is, qui possidet, Jure suo utatur, tum enim is, qui non possidet, de Jure tertii excipere nequit, nisi calumniari velit.

L. 4. §. 7. *si servit. vindic. & ibi Interpretes. Coccej. dict. Disp. de Jure tertii.* §. 9. *Pacian. dicto loco. n.* 58. *seq. n.* 71. *seq.*

Repellendus itaque merito fuisset appellans, cujus hic nullum est interesse, nisi quod ex lucro illicito vult capere, à limine hujus Judicii, qui tutorem & conservatorem Jurium Principatus Stabulensis sine mandato se esse simulat. Nam si solam pœnam, in quam condemnatus fuit, consideremus, quasi hæc jus tribuat contradicendi, audivimus, Summam non esse appellabilem, si Jus Principatus vel Stabulensis vel Leodiensis respectu Collectarum consideremus, ille T. qui est privatus & subditus, neque personali immunitate gaudens, contradictor esse nequit.

Cum vero nihilominus ad persecutionem appellationis, nescio quo facto, sine præviis literis informatoriis, sit admissus, neque in hunc usque diem meliori legitimatione sit instructus, nihil ego video impedimenti, cur non adhuc sit removendus. Scilicet admissio istius appellantis T. ad contradicendum directe foret contra sententiam Cameralem in Causa Appellationis Aldenborg contra Bierloz publicatam 13. Mart. 1668. in qua causa Collectarum ad separatum remittitur, citatis simul Statibus Stabulensibus. Ergo donec hi citentur, non potest esse alius contradictor.

Nimirum petitio illa Priorum Stabulensium in Judicio Aulico nihil juvat appellantem, quia non fuit facta in Camera. Neque pati vult appellans, ut dicatur, quod Stabulenses pro eo in Camera intervenerint,

vid. Except. contra petit. restit. [39]

id quod appellati non dixerant quidem, sed cum appellans male intellexisset, assertioni isti admodum animose contradicit, putans, sibi soli Jus esse contradicendi.

Ad Acta Viennensia, appellans noster provocavit. Neque constat, an & quale Mandatum habuerit a Prioribus Procurator Viennensis. Argumentum est haud leve, artes Advocati nostri intercessisse, ut Priorum nomine aliqua petitio Viennæ exhiberetur, cum si vera fuisset interventio & seria, non neglecturi fuissent eandem repetere in Camera.

§. 3. Venio ad formam Judicii & processus, in qua consideratione multum momenti positum est, in quæstione non-devolutionis & attentatorum. Notandum est, Decretum a quo non esse prolatum a Judicio aliquo Principatus Leodiensis, puta Consilio ordinario aut Officiali, sed a Deputatis Ordinum Principatus, quibus cura Collectarum publicarum speciatim est commissa. Hi, si funguntur eo officio tanquam delegati Principis, adeundus fuisset Princeps Leodiensis, tanquam immediate superior, non vero Camera. Si vero administrant ærarium publicum nomine Principis, ut ego existimo, (nam per pacta antiquissima Principatus Leodiensis consensus ordinum in omnibus gravioribus negotiis intervenire debet: Forma Judicii & Processus.

vid. Mean. Observat. 542.)

perinde est, acsi ab ipsius Principis Decreto appellatio esset interposita.

Cum itaque Collectarum publicarum causæ non disceptentur in Judicio, sed de iis statuatur vi Imperii, prout etiam Deputati non versati sint in ea ceu Judices inter partes, sed tanquam Imperantes nomine Principis, mulctando refractarium, arrestando frumenta confiscandoque ob defraudationes Gabellarum, faciendo id non tanquam Jus novum quæsitum, sed antiquam possessionem exercentes, qua hodienum in omnes incolas pagi Schlessin utuntur sine contradictione, præterquam quod unus iste appellans opponere sese sit ausus, idque non ex Jure aliquo immunitatis singulari, sed ut ait, pro conservando Jure Principatus Stabulensis. En mihi conservatorem! Sequitur, totam hanc causam pertinere, non ad res judiciarias, sed tales, quæ ad Imperium & Regimen publicum Principatus pertinent, Processumque non fuisse judicialem, sed extrajudicialem. Nam etsi citatus fuerit appellans ad dicendum causas suæ oppositionis, tamen & hoc erat vi Imperii, neque eo minus causa est extrajudicialis;

Lynck. de Grav. extraj. cap. 3. *pag.* 87.

In extrajudicialibus causis, si quis gravatum se dicat a Principe, vel quod idem est, ejusdem Deputatis, non tanquam a Judice, sed, ut loquuntur JCti, tanquam parte, hoc est, si a Principe fiat aliquid vi Imperii, appellationem non admitti ad Judicia suprema, expressa lege Imperii est constitutum Rec. Imp. 1594. §. 94. 95. & unanimi consensu statuunt Juris Cameralis interpretes.

vid. Gail. tota observat. 120. *lib.* 1. ibi: *secundo casu.*

Gylmann. in præjudiciis Cameral. voce: Appellatio extrajudicialis.

Mynsing. 4. *observ.* 43.

Denais. Jur. Cameral. rubr. Appellatio extrajudicialis.

quos Auctores exscribunt reliqui.

Certe in nostro casu Deputati Ordinum Principus Leodiensis non ut Judices egerunt, sed virtute Imperii, adeoque appellatio in hac causa plane erat illicita, ad minimum inhibitioni nullus erat locus, per expressam legem Ordinat. Concept. part. 3. tit. 37. §. 2. qui locus est desumtus ex Rec. Imp. 1594. §. 94. plenius ex ipso Recessu Imperii intelligendus.

adde *Gail.* 1. *observ.* 144. *n.* 4.

Gylmann. in præjudic. voce: Inhibitio. verba: *si appellatur ab extrajudiciali gravamine, pag.* 152.

Roding. lib. 1. *tit.* 23. *§.* 7. *seqq. & lib.* 3. *tit. XI. §.* 55. *seq.*

Tennagel de decernend. process. class. 4. *cap.* 10. *num.* 4. *seqq.*

adde *Mev. p.* 1. *decis.* 47.

Ubi autem inhibitioni non est locus, imo ubi appellatio plane non est devoluta, ibi nulla sunt attentata.

Quandoquidem vero hæc, quæ dixi, sufficere possent ad absolvendos appellatos a decreta Citatione & cassanda inhibitione cum Mandato attentatorum revocatorio reproducto; Cum tamen Sententia Cameralis 15. Maji 1713. lata fuerit devolutoria, una cum paritoria ad Mandatum revocatorium, haud dubie, quod in Exceptionibus Jura Principatus Leodiensis non deducta invenirentur, quod deinde in Duplica clarius factum est: Placet causam hanc uberius paulo pertractare, dicendo primo de non-devolutione.

§. 4. Quod de summa dicitur, non esse appellabilem, verum est, si sola inspiceretur mulctæ quantitas. Appellationem permitti quandoque a mulctis indictis, non est dubium:

vid. Denais. rubrica: Extrajudicialis Appellatio. num. 1.

Sed hic non de sola mulcta est quæstio, sed de ipso Jure collectandi, ab appellante in dubium vocato, prout Instrumentum Appellationis & tenor processuum clare dicunt. Appellati non credentes istud gravamen hominis privati decretis processibus ansam dedisse, sed mulctam solam, cujus quantitas in Decreto a quo non erat expressa, Exceptionem quanti non appellabilis opposuere, quæ Exceptio etiam, si de sola mulcta ageretur, sufficeret. Verum & causæ qualitas Jurisdictionem Cameræ excludit, meo tenui judicio, quod ita demonstro ulterius:

Si controversia esset inter personas, quarum unaquæque Juris collectandi esset capax, & casus esset dabilis, ut per viam appellationis deduceretur talis causa ad Cameram, nulla dubitatio esset futura de devolubilitate. Verum cum inter immediatos neuter sit alterius Judex, ideo dari posse talem casum appellationis non existimo.

Si supponamus, controversiam esse inter Statum Imperii & alterius Status subditos, qui

A antea suo domino soli Collectas præstiterint, etiam non dabitur exemplum istiusmodi appellationis. Nam haud dubie ipse Dominus litem in se suscipiet, & subditos contra jus novum a vicino Principe vel inferiore Statu Imperii prætensum per Mandata sine clausula defendet.

Nullus ergo poterit dari casus appellationis, quam si subditi, per onera à Domino suo imposita, gravatos se putent, & appellatione interposita sese tueri velint.

Quodsi ponatur casus territorii controversi, in quo tamen Status Imperii esset in possessione Collectas percipiendi, eadem foret ratio quam in territorio non controverso. Possessio necessario erit in isto casu a parte exigentis præsupponenda, nam si non esset in possessione, alter, qui territorium suum esse dicit, non utetur via appellationis, sed Mandati.

Posita itaque possessione Juris collectandi unius Status Imperii, appellatio omnino est illicita. Nam in quantum unusquisque possidet de Jure territorii, in tantum sunt ejus
B subditi omnes, qui habitant in loco.

Territoriale Jus est totum, quod dicunt in Scholis, potestativum, cujus partes perinde, ut Majestatis in Republica, dividantur.

vid. Lyncker. Analect. ad Schweder. Jus publ. Part. special. Sect. 2. *cap.* 15. *§.* 7.

Nemo autem facile dixerit appellationem esse permissam à Decreto, quo mulctatur subditus ob denegatum superiori, atque impeditum per vim oppositam, exercitium consuetum Juris collectandi.

vid. Lyncker. de Gravam. extrajud. cap. 6. *§.* 16.

Publicæ præstationes non sunt judiciaria materia, sed vi Imperii civilis statuuntur. Græcis vocabulis, si placerent, diceres, esse materiam δικαςηκὴν non vero νομοθετηκὴν. Unde
C appellationem omnem respuunt, prohibentibus tales provocationes Legibus Imperii supra allegatis. Scilicet, quia sunt onera ordinaria & liquida, saltem possessione tenus, de qua hic sermo est, adeoque provocatio foret contra publicam utilitatem.

vid. Klock. de Contribut. cap. XVIII. Mev. part. 1. *decis.* 47. *Adde Textus notabiles Juris Romani huc inprimis facientes L.* 4. *& fin. C. quor. appell. non recip.*

Neque enim agitur hic de oneribus insolitis, sed de consuetis, non contradictis, nisi ab uno isto homine, qui tamen est incola pagi Schleffin, & adeo subditus Leodiensis, saltem quoad hoc Jus collectandi, posito, esse territorium controversum, de quo hic nulla est quæstio.

Possessionem in materia collectarum semper esse attendendam, & regulam hanc judicandi

candi in controversiis emergentibus Leges Imperii volunt, etiam in gravioribus exemtionum causis. A

vid. Recess. Imp. 1548. ubi modus procedendi distincte est definitus, inprimis §. Wo aber. 64.

adde *Lyncker. dict. tract. cap. 6. §. 14. num. 7. & §. 16. & 18.*

ubi, quod etiam coacta & non contraria possessio sit sequenda, si de illis qualitatibus nondum liquido constet.

Scilicet, cujus Jura sunt apparentiora, is defendendus est in possessione:

Mev. 2. decis. 247. num. 15. allegans Felinum ad Cap. Capitalum. x. de rescript. ubi num. 21., de beneficialibus causis agens, possessionem non sufficere ait absque titulo, si neuter docet de titulo, succumbet uterque: Si alter tantum, hic obtinebit: Si uterque, tunc præfertur is, qui docet de meliore titulo: Si paria sunt omnia, succumbet actor. B

Quod cum verum sit in casu, ubi legitimus adest contradictor, multo magis obtinebit, ubi is, qui excipit & appellat, contradictorem agere non potest. Subditum enim Superiori, qui in possessione est Imperii, quæstionem potestatis movere non posse, sed possessionem sequi oportere, ex naturali etiam Jure concluditur.

Hug. Grot. de J. B. & P. Lib. I. cap. 4. §. 20.

De Possess. §. 5. Quæ cum ita sese habeant, si de possessione Principatus Leodiensis explicavero probationes productas, conclusio sequetur fortissima, causam hanc esse ejus qualitatis, ut appellationem non admittat.

Probatur possessio ista, si non ipsum Jus in petitorio

(1) Ex confessione Toparchæ loci *Schlessin Anno* 1624. [37] C

(2) Ex Declaratione incolarum facta Anno 1675. [36]

Exemplum authenticum hujus declarationis extat in Actis Judicial. Appellat. Altenberg contra Bierloz. [12]

(3) Ex testimonio non solum Capituli Leod. sed etiam ipsius Episcopi, qui etiam erat *Administrator Stabulensis* An. 1675. [34] [35]

Et ne quis opinetur, esse testimonia in propriam utilitatem data, notandum est, data fuisse ad petitionem ipsorum incolarum pagi Schlessin. [36]

(4) Ex Decretis & registris præstationum publicarum usque ad tempus præsens [58] [59] [60] [61] [62] [66] [67] [68].

Quibus omnibus accedit

(5) Præsumtio ex situ loci in *Leuca bannali Leodiensi*, ut proinde locus etiam haberi possit quodammodo de territorio Leodiensi; id quod in utroque Volumine Actorum antiquorum Argumentis insignibus & ponderosis fuit deductum; non obstante appellatione ad judicium Malmudariense, consueta, quia ab appellatione ad territorium consequentia non valet, quod compluribus Exemplis in Principatu Leodiensi & vicinia ostenditur in fol. 9. b. [56]

Quod si liceret uti probationibus in Actis antiquioribus existentibus, quod non perperam fieri posse existimo, cum sint Acta judicialia, probatam possessionem ostendere possem ab Anno 1432. & semper continuatam, imo ab ipso Domino de Berlo confessam, sed sufficere possunt, contra hunc appellantem præsentes.

(Argumenta Juris Leodiensis Principatus in pagis Ougnée & Schlessin ex Actis Appellationis.

Dominus de Berlo, qui est Dominus loci, sibi asserit *omne Jus superioritatis*, excepta sola præstatione census erga Stabulenses.

vid. Triplic. Artic. 166. usque 171. Art. 240. & 300.

Ergo territorium non potest agnoscere Stabulense.

Ipseque Antecessor *Carolus de Berlo* agnovit se & suos subditos subjacere Leodiensi Principatui Anno 1624. [12]

Stabulenses renunciarunt omni suo juri in loco Schlessin, excepto censu.

vid. Adjunct. Duplicæ [35] sub n. 14. 15. Adde *Docum. Replicæ [19] in Actis Mandati sub num. 18. quod est de An. 1427. Unum ex his de An. 1564. in præsentibus Actis La Tour [69]*

Possessio Vectigalium à Caroli Burgundi tempore ab Anno 1432. usque 1652. per multa registra probatur in Adjunct. Duplicæ sub num. 27. 28. 29.

Missiva Principis Ferdinandi de An. 1650. est subreptitia.

vid. Duplic. Art. 102.

Originale non extat. Triplic. art. 327.

Ex Actis Mandati.

Declarationes Principis Maximiliani de Anno 1666. [17] num. 1.

Res judicata in contradictorio per Consil. ordinarium ibid. Adjuncta n. 9. 10. 11.

Receptio Collectarum ab Anno 1432. usque 1470.

Comparitio ad Comitia Leodiensia Dn. Berlo qualitate Dni. de Schlessin. n. 16. add. n. 27.

Omnes

Omnes præstationes militares exiguntur, & officiales militiæ à Leod. creantur. num. 18.

Falsæ monetæ cusores Schlessini apprehenduntur. n. 20. Anno 1664.

Solutio decimi denarii & cæterorum onerum Anno 1640. seqq. nihil autem præstari Stabulensibus, quod fatetur Dominus de Berlo Replic. Art. 172.

vid. Duplic. art. 39. seq.

Artic. 174. Confessio clarissima possessionis Juris collectandi, quod per vim exerceri dicit Actor.

PERO, signum Judisdict. Leodiens. fuit Schlessini, quod recenter dolo malo fuit destructum, cujus restitutio postulatur. Duplic. Art. 47.

Adfuisse istud signum multa producta, ab ipso Actore adjuncta, probant.)

6. Rescriptum Ferdinandi Principis Leodiensis de Anno 1650 [6] cujus etiam non extat vel originale vel exemplum authenticum, quia fuisse sub- & obreptitium patet ex contradictione Statuum, [60] sine quorum consensu leges ferendi potestatem non habet Princeps Leodiensis.

vid. notabilem locum Mean. *Observat.* 542

Acccessit etiam revocatio Principis Maximiliani [65] & continuatio possessionis Principatus Leodiensis.

In Actis antiquioribus Appellat. Triplica artic. 327. fatetur Dominus de Altenberg & Berlo, se originale non habere. Non obstant etiam

(7) Mandata illa Cameralia ab Appellante producta [3] cum sententia illa 1668. [4] Nam

(1) Mandata ista non continent aliud, quam narrata partis, atque sine sententia nihil probant pro allegante.

(2) Sententia de Anno 1668. in causa Appellationis decidit tantum suo modo quæstionem jurisdictionis, non vero Collectarum. Neque constat, quæ tunc temporis fuerit controversia; desunt enim Acta. Imo quæstiones reliquas controversas, in specie vectigalium & gabellarum, ad separatum remittit processum instituendum, citatis simul Statibus Stabulensibus.

(3) Quæstio præsens est tantum de possessione exigendi Collectas.

(4) Omnia ista documenta sunt res inter alios actæ, neque ei, qui pro appellante se gerit, proficere possunt, quia semper ei obstat exceptio: Tu non es contradictor legitimus. Nam neque Toparcha loci, neque Stabulensis Princeps huic Processui se immiscent, vel Appellanti adsistunt.

A Conclusio ex præmissis supra fuit anticipata, causam esse non appellabilem, adeoque ad Cameram non devolutam. Desertionem prolixe deducere operæ pretium non esse existimo. Fundatur in negligentia circa requisit. actorum. Quæ etiam producta fuere non ab Appellante, sed Appellatis, [52] 23. Febr. 1714. nudum est decretum mulctæ, prævia citatione in contumaciam latum. Neque in negotiis istiusmodi publicis aliter proceditur. Quodsi nihilominus ad formalia observanda requisitio Actorum necessaria est, non sufficiebat requisitio in Instrum. Appellationis coram Notario facta, sed necessaria erat petitio a judice. Documentum vero productum [48] de 13. Nov. 1713. est longe posterius Appellatione, idque ab Appellatis falsitatis convictum, per [50] [51] neque salvatur per aliud testimonium Notarii, [54] [5·] cum signum sit Notarii satis negligentis & sublestæ fidei, qui diem Actus a se gesti in Protocollo suo accurate non adnotavit.

§. 6. Pergo ad quæstionem *de Attentatis:* Si causa non est appellabilis, non devoluta, deserta, sequitur judicem non attentasse. Imo etsi devoluta dici posset, tamen nulla hic adesse attentata, firmiter statuo. Non enim attentat, qui possessionem suam continuat.

B *Lynker de Grav. extrajud. c. 8. § 26. p. 707*
Mev. p. 7. decis. 157.
Gail. 1. Obs. 145.

Neque poterat revocari factum Deputatorum, cum libertas Appellantis a collectis non esset probata.

vid. Mev. p. 6. decis. 156.

In causis tributorum sine vitio attentati proceditur executive.

Lancellott. p. 2. cap. 4. Limitat. 25. n. 1.
Mev. p. 4. decis. 35. n. 6.

Neque obstat, quod dicit Appellans, esse possessionem violentam & contradictam. Hoc enim non probat. Sufficit autem nobis possessio præsumta.

Lynker dicto tract. cap. 6. §. 18. n. 5.
Mev. p. 2. decis. 138.

C In mulcta fiscali attentata non revocantur facile, juxta eundem

Mev. p. 8. decis. 147.

Ubi inhibitioni non est locus per leges Imperii, ibi nulla sunt attentata; atque hic inhibitionem rectius fuisse omissam, supra demonstravi.

Sed quid dicendum jam erit, post sententiam Cameralem latam, non modo devolutivam, sed & paritoriam in puncto attentatorum?

De attentatis quæstio esse non solet, quoties a revocatione attentatorum totius causæ decisio dependet. Possessione vero sua Leodienses

dienses privari se, non erunt passuri, sed omnem lapidem, ne id fiat, moturi.

vide Gail. 1. *obs.* 145.
Mev. p. 4. *decis.* 381. *n.* 3. *& p.* 4. *decis.* 35.
Lancellott. de Attentat. p. 3. *cap.* 24. *quæst.* 19. *n.* 1.

Videt hoc Appellans in revocatione attentatorum victoriam litis esse sitam, unde tantopere paritionem urget: Ad argumenta & probationes duplicæ nihil respondet magnopere. Verum enim vero culpam Leodiensium ego plane excusaturus non sum, quod in Exceptionibus causam non melius deduxerint; sed veniam Consiliariis seu deputatis Ordinum facile impertiemur, si consideremus, esse corpus aliquod politicum, neque per istam, si qua intercessisse credatur, negligentiam, juribus Principis Leodiensis posse præjudicari. Accedit non male fundata credulitas, causam Viennæ iri decisam. Exceptiones vero productas per Lt. S. ante justitium confectas esse credo, & inconsultis Statibus productas.

Hinc restitutionis in integrum beneficio, tanquam legitimo juris remedio, sibi consulere student, productis melius elaboratis duplicis, & sequentibus scriptis. Quam restitutionem ego concedi posse non dubitarem, cumprimis etiam pensi habens rem judicatam in Camera Anno 1668. in qua Sententia via præscribitur, quomodo sit in causa procedendum;

Neque enim causa danda erit Principi Leodiensi conquerendi quod per istiusmodi Mandata revocatoria & sentententias paritorias, possessionem suam relinquere juberetur.

Capitulationes Imperatoriæ Statibus Imperii ea in re adsistunt.

vid. Josephinam, art. 3. *& artic.* 17. *& Carolinam, artic. XIX.* in verbis: Gestalten bey Hinterbleibung dessen, i. e. Erforderung-Berichts, ihnen statibus verstattet und zugelassen seyn solle, solchen Mandatis keine Parition zu leisten. Adde *Artic. XV.*

Nuper cum causa N. N. in puncto Juris Episcopalis tractaretur, memini ex Votis nonnullorum Dominorum, quod defenderint, esse causam illam *judicii petitorii*, ideo, quod actor in Jure & Lege Publica Imperii fundaverit intentionem suam. Par erit ratio in præsente Causa, cum enim actores nostri in jure & Legibus publicis fundent actionem, opus erit, ut jura petitorii examinentur & decidantur, neque adeo ad allegatos actus istos possessorios Herbipolenses, posito quod validi esse possent, sed ad effectum possessionis tantum erit respiciendum, si petitorii jura Herbipolensium fundata non esse intellexerimus. Non, inquam, erit inspiciendum etiam in possessorio ordinario, quis hucusque usurpaverit confirmationis & collationis cæterorumque actuum possessionem, sed qui vere possideat, h.e. cui possessio justior sit adjudicanda.

v. Gail. 1. *O.* 6. Mev. *p.* 2. *D.* 228. & *p.* 3. *D.* 91. *n.* 1. *p.* 5. *D.* 178. *n.* 7. Hertius *Diss. Vol.* 2. *de Probat. in possessor. sect.* 1. §. 9. imprimis vero *Dissert. Vol.* 1. *de Ordine Causarum in Judicio tractand.* §. 24.

Inspectio II.

De Actionis Probatione.

Probatum esse statuo fundamentum agendi sufficienter, propositionem scilicet & majorem & minorem.

Primo, *Status immedietatis*, sive quod Imperio sint subjecti immediate, neque ullum alium ex Statibus Imperii agnoscant pro domino territorii; hoc enim significat esse immediatum, *licet alius Status jura quædam eximia, sive regalia in aliquo loco exerceat.*

Notum est JCtis omnibus regalia etiam haberi in territorio alieno, salva immedietate. Sufficit autem pro asserenda immedietate der Reichs-Dörffer, Gochsheim und Sennfeld, allegare verba sanctionis Pragmaticæ Imperii Instrum. Pac. Westphal. art. 5. §. 2. ibi: *ut & communitatibus & pagis immediatis.* Et ne objiciatur Herbipolenses pagos Gochsheim & Sennfeld non esse nominatos, docent Acta publica Imp. v. *Lundorp. Acta publ. Tom.* 5. *lib.* 2. *C.* 115. §. 6. quod de pagorum istorum translatione facta ab Imperatore Ferdinando in potestatem Domini Episcopi questi fuerint Status Evangelici in Tractatibus Pacis Osnabrug. v. Pfanner. *Hist. Pac. Westph. l.* 3. §. 35. Hert. *Vol. I. Diss. de special. Germ. Rebuspubl.* §. 10. unde & eorundem restitutio *Inst. Pac. art. V.* §. 2. juncto Catalogo restituendorum in primo termino fuit injuncta, & *Anno* 1649. *executioni mandata.* In quo Recessu Executionis expresse restitutio fit in Geistlichen und Weltl., also und dergestalt, daß gemeldte Reichs-Dorffschafften sich von dato an wieder unhinderlich ihrer Freyheit und *immedietät*, auch was Dero anhanget, Fug, Recht und Macht haben sollen, zu gebrauchen, alles andere aber, zumahlen die Belehnungen, aufgehoben, der Erb-Huldigungs-Revers ausgeantwortet, dem Ober-Schuldheiß ferner inhibiret, und so viel sie betrifft, cassiret, die Acta, Dorff-Ordnung, Register, Rechnungen, Documenta, und andere Briefliche Sachen sammt denen Lehn-Büchern und Uhrkunden, bona fide ausgeantwortet, (quod hucusque nondum factum esse, pagi queruntur) jedoch wie vorgemeldt, dem Hochwürd. Stifft Würz-

Würtzburg an seinen anderweitigen *juribus*, i. e. extra immediatetem pagorum, & sine hujus & religionis præjudicio exercendis, nichts benommen seyn solle.

Jam, quid de elocutionibus auctoris Herbipolensium Except. & Duplic. sentiendum sit, nemo non videt, cum ait: **es sey kein Schatten einiger** *immediet***ät derer Dorffschafften übrig**, & implicare in terminis, **könne mit gesunder Vernunfft nicht** *asseriret* **werden.**

In Camera semper fuere agniti pagi pro vere immediatis, non *voce* saltem & vocabuli lusu, quem abhorrent Leges Imperii, & Judicia, sed *re ipsa* & effectu; Nam tria Mandata, super Constitutione de pignorationibus, fuere decreta, ad instantiam pagorum, contra Dominum Episcopum Herbipolitanum, dudum ante tabulas Pacis Westphal. & cum in Exceptionibus sub- & obreptionis ubique negata esset immedietas ad infringendam vim Mandati ob defectum requisiti primarii, rejecto hoc primario Exceptionum capite, paritoriæ Sententiæ fuerunt latæ, & per has quæstio immedietatis apertè decisa, adeo, ut frustra plane hæc toties quoties in controversiam ab Herbipolitanis deducatur.

> v. Acta *primi Mandati* die Pfändung Ao. 1593. *Sent.* 13. *Febr.* 1596. Acta *Mandati* die Pfand-Bestellung der Schul- und Kirchen-Dienste betreffend, Anno 1594. *Sent.* 8. *Martii* 1596. Acta *Mandati* der Pfändung, die Annehmung und Besetzung des Gerichts und gemeinen Aemter betreffend, Anno 1597. *Sent. parit.* 6. Sept. 1597.

Sane de ista qualitate status immedietatis veræ & non umbratilis, non dubitavit hucusque Consilium Imperiale Aulicum, afflictissimis pagis, in exactione Contributionum, per varia Decreta, recentissime lata, succurrens. Cur ergo Camerale Judicium ea de re dubitare vellet in causa Religionis hic pendente, & minus promtum ad defendendos eos se ostendere?

Supervacua autem est quæstio de *Superioritate territoriali:* An prædicatum hoc denen Reichs-Bauren attribui queat, taceo hic, quod appellatio der Reichs-Bauren Legibus Imperii non sit conformis, & non sequi: Es sind Dorffschafften, ergo sind die Innwohner Bauren. Appellatio pagorum in Germania habet sensum longe alium. v. Lehm. Chronic. Spir. Lib. 4. cap. 4. §. die Vierdte und letzte Meynung. ubi: Quod omnes Civitates quibus olim Episcopus vel Comes Imperii nomine non præfuit, **Reichs-Dörffer** genennet worden. Quis autem est ex Statibus Imperii, qui suum jus territorii in hos pagos probaverit? Certe à Domino Episcopo nullibi fuit probatum, sed in prædictis Sententiis Cameralibus assertio rejecta. Ergo à Domino Episcopo ædes liberas habere debent pagi immediati in hoc articulo. Scio equi-

A dem esse ex JCtis qui prædicatum Superioritatis non nisi iis Statibus Imperii tribuunt, quorum territorium justam habet magnitudinem, & propriis viribus sustineri queant, qua ex ratione etiam Nobilitati immediatæ Superioritatis prædicatum negavere. Sed recte mea sententia ab aliis hæc ratiocinatio fuit improbata, qua de re alibi dixi fusius. Abstineamus licet a prædicato Superioritatis in subjecto derer Reichs-Bauren, & relinquamus, sicut alia prædicata, Civibus Imperii eminentioribus, in verbis nulla erit difficultas, sufficit, *esse immediatos* non imaginarie, uti vult Advocatus Herbipolensis, sed vere, & cum effectu in Legibus Imperii, Judicio Camerali sæpius pro talibus agnitos.

Videamus tamen rationes, quibus Status immedietatis impugnetur, ad statum subjectionis inducendum.

Sunt autem non nova, sed dudum in Camera allegata argumenta, in dictis sententiis rejecta, adeoque breviter ea perstringemus:

v. speciatim Acta Mandati primi der Pfandung in Except. [4.] & reliquis Act. antiquioribus.

B I. *Centena*, sive Criminalis Jurisdictio.

Resp. Exinde non inferri Jus territorii; nam idem Jus habet Dominus Episcopus in multis locis immediatorum, etiam Principum Imperii. Accedit argumentum ex Instrum. Pac. Westphal. art. 5. §. 44. *Sola Criminalis Jurisdictio*, *Cent-* **Gericht**, *Jus reformandi non tribuit*; Jus reformandi est criterium Superioritatis territorialis. Ergo ex Centena non infertur Superioritas territorii.

Quod vero Centena ad Casus Civiles extendatur, & præfectis ea in re conniveatur, hac de re conquesti sunt Gochsheimenses in Camera, & *Mandatum* obtinuerunt *S. C. de non citando in Causis Civilibus Anno* 1598. quæ Causa hucusque magno cum damno pagorum jacuit indecisa, præfectis Herbipolensibus interim non cessantibus, homines simplices Incolas pagorum mulctis, carceribus & executionibus ad sistendum se compellere. Quos actus deinde Advocatus Herbipolensis,
C pro actibus possessoriis allegavit, prout & omnia illa facta illicita, quæ in narratis reliquorum Mandatorum leguntur, re quasi bene gesta, in præsentibus Actis, pro Jure Domini Episcopi tuendo, allegantur.

2. *Jus protectionis*, quod à Civitate Svinfurtensi Domino Episcopo, inconsultis pagis, cessum Anno 1572. & à Cæsare non nisi post pactum ab ipsis cum Domino Episcopo initum 1575. confirmatum, Immedietatem non tollit, neque Domino Episcopo Dominium territoriale tribuit, etsi Advocatus Herbipolensis id, olim expresse, & hodie satis aperte, asseruerit. Advocatiam, ajebat olim, in Except. Mandati primi der Pfändung, ab Imperio in perpetuum traditam, excedere modum Clientelæ per L. 26. §. 1. Depositi. l. 24. eod. L. si uno. Locat. Conf. Actor. præsentium Dupl. fol. 5.

Resp. Contrarium omnes JCtos German. Juris Publici gnaros unanimi consensu statuere, & in Cam. Imperiali sæpius contrarium esse decisum.

Vid. Gail. 2. Observ. 54. n. 1. Gylm. *Symph. tom.* 1. part. 1. tit. 6. voto 6. & part. 2. tit. 6. voto 6. n. 158. Parte 1. tit. 2. voto 1. n. 51. Meichsner. Vol. 2. L. 2. Decis. 4. n. 176. Ruland. de Commiss. P. 4. L. 2. c. 3. n. 12. Vietor. de Exemt. Conclus. 20. Mager. de Advoc. armat. c. 12. n. 356. c. 2. n. 221. & cap. 10. n. 118. ubi etiam de juramento tutelari, jung. argum. textus Jur. Canonici cap. recepimus 8. X. de Privileg. versu: si vero ad judicium protectionis. ubi Glossa.

Imo ex ipso pacto, dem Schutz-Vertrag, probatur contrarium, quia promittitur ein Schutz-Geld. Ergo Dominus Episcopus non potest esse territorii Dominus, v. *Bukisch. ad Inst.* Pac. p. 167. *ad artic.* 5. §. 2. adde *Argumentum ex Inst.* Pac. *art.* 5. §. *sola Jurisdictio Criminalis* 44.

Equidem protectores potentiores clientes suos ita protegere consuevisse sæpius, ut his libertatis nihil remanserit, omnes ferè, qui de Clientelari jure scripserunt, referunt *Mager. d. l. Vietor. Conclus.* 20. Nobis vero non quid fiat, sed quid debeat fieri, & quid juris sit, est considerandum. Mandata Cameralia S. C. nostris Communitatibus magno numero olim decreta, quid factum sit ab Herbipolensibus Præfectis abunde testantur, facta autem ibi narrata negata non fuere, sed tanquam jure facta defensa, atque eatenus Sententiæ loco haberi possunt Mandata ista S. C. quibus ista facta satis enormia fuere coërcita; Nam de jure non est quæstio in Mandatis S. C. sed de facto, siquidem in decernendis ejusmodi Mandatis habita fuere pro talibus, quæ si vera essent, nullo jure defendi possent. Frustra ergo Advocatus Herbipolensis in eo præsidium causæ quærit, quod in aliquibus mandatorum Causis paritoria lata non fuerit. Omnino enim debuerat fieri, & causa moræ fuit Cameralis Judicii status secutumque tempus bellicum in Imperio, tum vero quod per Pacem Westphal. controversiæ pro sopitis fuerint habitæ, quæ resuscitantur de novo per facta Officialium Herbipolensium. So ists gar dahin gekommen, daß man neulich denen Gochsheimern in faciem gesaget, sie solten sich nur unter Würtzburg stellen, und von ihrer immedietät abstehen, vid. narrata libelli in Actis citat. super nullitatibus Ao. 1702. Die Collatur-Scheine, so man zu Würtzburg den Pfarrern gegeben, und darinnen die höchst-præjudicirl. Clausulen inseriret, geben sattsam an den Tag, was intendiret worden, nemlich die Landes-Fürstl. Herrschafft denen Reichs-Dörffern aufzulegen. Adde Salvum Conductum valde notabilem, in Camera decretum, contra violentias præfectorum Herbipolensium Anno 1702. 23. Junii. Eadem hodie agitur Historia testibus adjunctis Supplicarum extrajudicialium pro Mandato ulreriori.

A

3. *Juramentum Tutelare.* Hoc valde urgebatur in Actis *primi Mandati* **der Pfandung** pro elidendis requisitis ejusdem, sed frustra, teste paritoria in puncto Mandati ibidem lata 13. Febr. 1596. Mutilate semper allegatum fuit istud Instrumentum in verbis: **Getreu und gehorsam zu seyn.** Item, **den Herrn Bischoff für einen rechten und einigen Ober-Herrn zu haben, und zu halten.** Formula est in dictis Actis primi Mandati der Pfandung [16.]

Nam ibidem dicitur in principio: **als euren ewigen unwiederrufflichen Reichs-Vogt, Schutz-und Schirm-Herrn,** & paulo post, **von des Heil. Reichs wegen.** Ergo Dominus Episcopus non est Dominus territorii, sed tantum Schutz-und Schirm-Herr, & eatenus Ober-Herr, non suo, sed Imperii nomine, quod ipsum est signum immedietatis veræ, non imaginariæ.

B

Notandum autem hic est argumentum invictum tale: Quod nihil Juris Dominus Episcopus habere queat, quam quod per pactum den Schutz-Vertrag ei fuit concessum ab ipsis pagis Anno 1575. Atqui in hoc pacto nihil de dominio territoriali habetur, neque Civitas Swinfurtensis, cui & ejusdem protectoribus eadem formula pagi nostri jurarunt, vid. dicta Acta primi Mandati der Pfandung [112] ubi inveniuntur jurisjurandi formulæ, dominium territorii & tales actus, qui deinde extiterunt, unquam sibi attribuerunt Svinfurtenses aut affectarunt, imo in antiquiori tempore in processibus contra Dominum Episcopum, cujus officiales Centenæ jura longius, quam par erat, extendere voluere, pro pagorum immedietate pugnarunt.

Non est argumentum leve, quod ex Confirmatione Cæsarea derer beyden Verträgen deducitur, ibi: Kayserl. Maj. haben nicht gewust, ob solcher Vertrag, scil. Swinfurtensis, de Anno 1372. bemeldten beyden Dörffern auch annehml. oder præjudicirl. seyn mögte, dahero die Confirmation eingestellet worden. Dahero erfolget, daß der Herr Bischoff sich mit denselben beyden Dörffern insonderheit vertragen.

C

Ergo Civitas Swinfurtensis non habuit Dominium territorii, sonst hätte es eines besondern Vertrags mit denen Reichs-Dörffern nicht bedurfft. Ergo juramenti formula, quæ dicitur **das alte** *Jurament*, im Schutz-Vertrage 1572. & in Instrum. Restitut. 1649. quam præstitere pagi der Stadt Schweinfurth, und derselben Schutz-Herren, nemlich Chur-Pfaltz, vid. dict. Acta [112] non infert subjectionem territorialem, quod erat demonstrandum.

4. *Jus secundæ Instantiæ* sive Appellationis an den Schutz-Herrn etiam non infert subjectionem, quia appellatur à Sententiis des Gerichts zu Gochsheim, ad Dominum Episcopum non

non tanquam Dominum territorii, sed tanquam Protectorem, als Schutz-Herrn; Nam hoc jus secundæ instantiæ olim fuit ex privilegio speciali penes Civitatem Swinfurthensem, (v. privilegium Maxim. I. de Ao. 1500. im Reichs-Archiv. P. Spec. Cent. 4. Rubric. Svinfurt. n. 42. p. 425.) & cum jure Clientelæ transiit in Dominum Episcopum, haud dubie prorogatione voluntaria, nam nihil ea de re im Schutz-Vertrag.

Quod vero Jus secundæ Instantiæ subjectionem non inferat, inter JCtos est indubium, & deductum est in scriptis Schwartzb. contra Domum Sax. Vinar. v. Respons. Lynkerian, Tom. 1. Resp. 193. n. 64. Anjetzo wollen die Würtzbürgl. Beamten Reichs-Unterthanen das vor ihren Beambten zu Meyenburg ziehen, welcher sich der ihme verhängten Gewalt mit Straff und allerhand Gerichts-Zwang gebraucht wieder den Restitutions-Recess de Anno 1649. Und sind denen Dorffschafften ihre Ordnungen, Documenta und Register, biß diese Stunde noch vorenthalten worden, darüber in Camera der Processus Citat. super Nullitat. entstanden Anno 1702. und der obgemelte Salvus Conductus ertheilet worden, gestaltsam man so gar weit gefahren, daß ein Gochsheimer Gerichts-Bescheid, tanquam a judice incompetente, wieder cassiret, auf die viele gravamina der Dorffschafften eine kostbare Commission angeordnet, solche vermeintlich decidiret pro Domino Episcopo & Officialibus, und auf fernere Beschwerde und Bitte um remedirung, durch eine Fürstl. Resolution es bey der Commissarien Bescheid gelassen worden.

Tandem 5. **Die Vogtey** nihil plane infert ad Dominium territorii & jurisdictionale, quod vocabulum plerumque denotat lingua vernacula defensorem, v. Wehner. Obs. pract. voce: Vogt. Ruding. 5. Obs. 33. Klock. de Ærario l. 2. c. 92. n. 30. Vultej. de feud. l. 1. c. 8. n. 17. Ita Imperator dicitur der Obriste Vogt Christlicher Kirchen. Tutores dicuntur Vogten, unde dicimus Vogtbare Jahre h. e. ætas majorennis. Equidem alicubi etiam denotat appellatio eines Vogts eum, qui habet jurisdictionem, Wehner d. l. Et in Franconia varia sunt attributa eines Vogts pro locorum diversitate, add. Speidel. voc. Vogt, Ertel in præf. aur. p. 2. apparat 2. th. 3. 4. nullibi vero legitur quod Officium eines Reichs-Vogts, Dominum territorii, de quo hic agimus, præcipue denotet, aut Ecclesiasticam jurisdictionem. Quid, quæso, dicturi essent nostri Wezlarienses, si quis tueri vellet hanc thesin, quod facit Auctor Duplicæ Herbipol. daß die Reichs-Vogtey, Schutz- und Schirm-Gerechtigkeit, Schutz-Geld, solche Sachen seyn, die keinen Schatten von der immedietät überlassen, mit welchen nach gesunder Vernunfft die immedietät nicht bestehen könne. vid. potius *Heiderum* von Reichs-Vogteyen: discursu præliminari 8. pag. 59. ubi de Vogteja multos auctores adducit. In Franconia etiam Vogtey Criminalem Jurisdictionem denotat, quæ Domino Episcopo non negatur, neque sane scio, quale sit aliud officium eines Reichs-Vogts zu Gochsheim,

A quam tutoris & defensoris. Qua de re §. seq. 7mo dicentur plura.

Hic opus est, ut dicam aliquid (6) *de actibus* judicialibus primæ instantiæ bey dem Gerichte zu Meyenburg, ex quibus vult inferre Advocatus Herbipolensis, daß die Gochsheimer gar kein Gericht hätten, und alle Sachen in erster Instantz bey selbigen Beambten müsten gerichtet werden, quod est falsum notorie. In Duplica præsentium Actorum fol. 3. refert sese earum auctor ad Acta nullitatis de Anno 1702. in specie die Beylage exceptionum n. 3. quod adjunctum est ibidem sub [34] bestehet in einem zusammen geschriebenen grossen convolut Meyenbl. Protocolli, daraus jus primæ instantiæ in causis incolarum der beyden Reichs-Dörffer will bescheiniget werden. Ist in simplici Copia neque quoad formam neque quoad materiam ad probandum utile, denn das sind eben solche Actus und attentata darüber in Camera so vielmahl geklaget, und Anno 1598. schon Mandatum pœnale S. C. de non citando in causis Civilibus erkandt worden, add. Sententiam parit. ad Acta die Bestellung der Gerichts- und Gemein-Aembter betreffend 6. Sept. 1597. & quod contra Recessum restitut. 1649. Communitatis Acta, ordinationes & registra nondum sint restituta.

B Wann nun in diesem Extractu Protocolli diejenige actus, so ante pacem Westphal. & restitutionem pagorum in statum immedietatis pristinum vorgegangen, consideriret werden, so gehören solche in die Zeiten, da denen Herrn Bischoffen das Dominium über die Dörffer war von Kayserl. Majest. gegeben worden, unde deinde natum Gravamen in tractatibus Pacis, und thun also zur Sachen gar nichts; Si attendamus ad actus subsequentes Recessum restitutionis, so sind solche

1.) Contra dictum recessum, contra legem Imperii, und also ipso jure null und nichtig.

2.) Actus violenti,

3.) Haben denen Dorffschafften ihre Gerichts-Bücher und Ordnungen sollen wiedergegeben werden, so noch nicht geschehen sein soll.

4.) Siehet man daraus, wie die Beambte verfahren, wenn kaum ein Kläger sich gefunden, wie es dann in solchen Orten insgemein Leuthe C giebt die unruhig sind, und sich ad potentiorem hangen, so ist gar bald, etiam inaudita altera parte ein Bescheid ertheilet worden. Insonderheit findet sich das mehreste von Sennfeldern welche offt faciles gewesen, sehr wenig von Gochsheimern; mehr Mängel können per singula folia gezeigt werden.

Insgemein ist darbey zu observiren, daß alles was singuli ex incolis vel prorogando jurisdictionem vel metu vis majoris gethan, der Commun und Juribus Imperii keines wegs præjudiciren könne, und diese eintzige Ration stehet dem gantzen Cumulo des vorbrachten extractus actuum judicialium entgegen, welche zusammen zu suchen man post reproductam Citationem super nullitatibus 2. Octobr. 1702

fast

fast 3. Jahr Zeit genommen, und nach vielfältigen Prorogations-Bitten endlich solche erst am 11. April. 1713. producirt, darauf auch in Replica 9. Octobr. 1713. geantwortet, und am 20. Decembr. 1714. Würtzb. Duplica, darinnen nichts, was vorhin nicht gesaget, enthalten, übergeben worden. Breviter: Omnes isti actus pro iis qui sunt, legibus adversi, habendi, adeoque non possunt Immedietatis statum in praejudicium Communitatis & ipsius Imperii destruere, neque etiam aliquod *Jus* primae instantiae probant, neque, quod pagi jurisdictionis exercitium non habeant, evincunt. Nam, quo jure praefectus actus istos exercere praesumserit, perspicere nequeo. Incompetens plane fuit in causis nonnullis, quae in dicto Protocollo leguntur, parochos Aug. Confess. & eorum officium concernentibus. Et hoc quidem juxta principia non modo Catholicorum sed etiam Protestantium. De *jure Vogtetico* Domini Episcopi jam sum dicturus, & filum supra §. 5. relictum resumturus.

7. Non existimo, quod Jura **des Reichs-Vogt Schutz- und Schirm-Herrn**, quae denominatio reperitur im Schutz-Vertrage de Anno 1575. sint diversa, ita ut Vogt denotet Dominum jurisdictionalem, vel juris administrandi potestatem Domino Episcopo tributam, reliqua protectionem. Sicut enim Appellatio *Vogteti* diversas habet in Germania significationes, ita aliter non potest intelligi, quam ex usu loci certo & non contradicto. *Speidel voc.* **Vogt, Vogtey.** At vero de usu juris alicujus separati in qualitate *Vogteti* apud pagos immediatos nihil hodie constat (de antiquioribus seculis non est sermo) neque Consiliarii Herbipolenses Domino Episcopo sibi quidquam, tanquam Vogteto Imperii, tribuunt, quin potius hanc Appellationem aversantur, juxta Acta antiqua primi Mandati, quae sunt recentiora, quam est pactum illud protectionis. Ut itaque nihil aliud ea denominatione conjuncta intelligi putem, quam *Advocatiam* sive *Protectionem*; Hanc enim denotari etiam per Vocabulum *Vogt*, omnes JCti uno ore affirmant.

Posito, esse aliquod jus separatum, jurisdictionem inferens, certe non potest dici haec Vogtia ab Imperio profecta, eine Reichs-Vogtey, tanquam Administratorium Officium Imperatoris nomine exercendum, quod ita ostendo:

1. De Origine talis Vogtiae in pagis immediatis, nihil memoriae proditum habemus, ne quidem de ea, quam Civitas Swinfurtensis antea sibi asseruit. Si fuit olim aliqua Vogtia Imperialis in illis pagis immediatis, oportet fuisse eandem, cui ipsa Civitas Swinfurtensis erat subjecta. A qua cum liberata sit Civitas dudum post redemptionem ab oppignoratione, v. Diplomata im Reichs-Archiv de Anno 1361. 1362. 1427. 1537. 1568. sub num. 3. 4. 6. 26. 46. 55. rubrica: **Schweinfurth**, extincta plane fuit ista Vogtia Imperialis, quam, licet Swinfurtenses respectu Communitatum immediatarum ad se transiisse

A putaverint, & pagi immediati Protectoribus Swinfurtensium, ab his libera voluntate electis, als Reichs-Amtleuthen, obsequium juraverint, tamen de tali translatione, quae ab Imperatore fieri debuisset, nullibi hucusque constitit. Assertionibus vero Swinfurtensium fuit olim a pagis contradictum.

2. Swinfurtensis Civitas cessit Domino Episcopo Anno 1572. durante lite cum pagis immediatis, alle ihre Reichs-Vogtey, Recht und Gerechtigkeiten, non exprimitur hic Jus Advocatiae, credo in odium pagorum, quorum protectores se dicere noluere, cum tamen olim se dixissent Schutz-Herrn, nach der alten Jurament-Formul, de qua loquitur der Schutz-Vertrag.

3. Cessio haec facta sine interventu pagorum taedio forte litium cum Episcopo & cum ipsis pagis. Quibus exasperatis, Caesar curam pagorum commisit *Seinsheimio* An. 1569. qui non fuit Vogtetus, sed Commissarius Caesaris. Adeoque pagi liberi fuerunt a protectione Swinfurtenses Protectoribus libera voluntate ad certum tempus a se electis tribuerunt.

4. Per cessionem autem Swinfurtensem
B jura ista in Dominum Episcopum non transierunt, teste Confirmatione Caesarea, *quae, priusquam Communitates immediatae ipsae libera voluntate pactum Protectionis iniissent*, non fuit concessa.

5. Itaque omne Jus, quod Domino Episcopo competit ex verbis pacti specialis cum communitatibus de Anno 1575. est desumendum. Non certe in hoc pacto habetur quidquam de Jurisdictione Civili exercenda per Dn. Episcopum. Tribuitur ibidem Episcopo Appellatio eines Reichs-Vogts, Schutz- und Schirm-Herrn Sed non sequitur, quod hic designetur eine Reichs-Vogtey in sensu eminentiore jurisdictionali. Reichs-Vogtey conferturab Imperatore & Imperio. Non vero constat de tali collatione. Erat factum voluntarium Communitatum, quo non secuto, mansurae fuissent sub tutela Imperatoris. Non existimo ullum Imperii civem immediatum sibi ipsi posse eligere ein Reichs-Vogt, in tali sensu, sed necesse foret, ut constituatur ab Imperatore. Confirmatio Imperatoria est in terminis generalibus confirmatorii concepta, quae rei ipsi nihil addunt, adeoque in
C hac confirmatione nulla fit Constitutio einer Reichs-Vogtey, quali constitutione opus fuisset post extinctum Swinfurtensem antiquam.

Colligo ex dictis, non esse tributum Dn. Episcopo eine Reichs-Vogtey in sensu jurisdictionali, sed voces conjunctas: Reichs-Vogt, Schutz- und Schirm-Herrn esse Synonyma, neque aliud, quam jus protectionis inferre. Cui non obsunt verba des Schutz-Vertrags: Sollen wir denen Schultheißen und Gericht, deßgleichen den Untervögten und Ambt-Leuthen in beyden Dörffern, wie die jederzeit alten Gebrauch nach durch Ihre Fürstl. Gnaden und dero Nachkommen besetzt werden, gehorsam seyn, wie Rechts-bräuchlich ist. Nam notan-

notandum hic est (1) præponi die Schultheißen und Gericht denen Unter-Vögten und Amtleuthen. (2.) Sculteti eliguntur ab ipsis Communitatibus juxta vers. Es sollen auch wie von Alters herkommen. Quorum juramenti formula ita concepta est, ut non alibi, quam ab ipsa communitate suscipi eam, sit credibile. In qua præterea de administranda Justitia per Scultetos cavetur.

3. Quale officium sit der Unter-Vögte und Ambtleuthe, quos Episcopus constituere potest, non constat ex hoc pacto; Wie es recht und bräuchlich sey, hic non enunciatur. Sane quod non magni momenti crediderit hoc officium Dominus Episcopus, exinde colligitur, quod a pluribus seculis, saltem quamdiu Episcopus voluntate pagorum libera adsumtus fuit zum Reichs-Vogt, Schutz- und Schirm-Herrn, non extet memoria istiusmodi Officialis in pagis constituti: Neque licebat hoc officium per præfectum vicinum supplere, quia hoc fuisset pacto adversum, weil sie sollen in beyden Dörffern gesetzt werden.

Neque in omnibus Actis Cameralibus occurrit ullibi, quod Dn. Episcopus velit asserere sibi jura eines Reichs-Vogts. Certe in antiquioribus denominationem ab *Imperio* von Reichswegen ei adeo deflexerunt, ut semper eam negaverint, & paucis annis post initum pactum protectorium, pagos ab omni Jure immedietatis excludere usque in hunc diem voluerint. Et qui se Dominum territorii dicit, utique non vult esse ein Reichs-Vogt. Ergo quod esse non vult Dominus Episcopus, non necesse est, ut ei tribuatur in Sententia, sc. in sensu prædicto, Jurisdictionali.

Porrò, si jurisdictio administraretur durch den Unter-Vogt, non foret demandata dem Schultheißen und Gericht. Et si hi exercent tota die jurisdictionem in causis civilibus, qua de re nullum est dubium, (de Centena nulla est quæstio) ad quid foret der Reichs-Vogt in sensu Jurisdictionali? nisi forte, ut Communitates in obsequio suo erga Imperium contineantur, quod etiam est Protectoris munus. Appellatio Herbipolim admittitur ex usu, sicut ad Civitatem Swinfurtensem, quæ habebat ex privilegio jus secundæ instantiæ. Stat igitur Sententia, per Reichs-Vogt, Schutz- und Schirm-Herrn, unum idemque denotari, scilicet jus Advocatiæ & Protectionis. Donec probetur evidenter contrarium.

Quibus dictis hujus inspectionis primum membrum concludo, & probatum esse primum fundamentum actionis, scil. statum immedietatis, confidentissime statuo.

Inspect. 2da Membrum Secundum.

Alterum fundamentum Actionis est, quod per Pacem Westphalicam omnis Jurisdictio Ecclesiastica Domini Episcopi Herbipolitani, cum singulis suis speciebus, sit sublata, vel, ut verbis Legis Pragmaticæ utar, *suspensa*; adeoque nullo Jure a Domino Episcopo prætendi, actusque Parochiales in ædibus des Cent-Graffen exerceri. Facienda hic est mentio istorum actuum, quia in exceptionibus speciatim ex *Jure Diœcesano & Episcopali* exercitos fuisse asseritur. Nam totus contextus exceptionum & Duplicarum eo tendit, ut actus illos ex Jure Diœcesano & Episcopali, quod sit in possessorio & petitorio extra controversiæ aleam positum, defendantur, adeo ut cœcos omnes esse oporteat (ita ait auctor Herbipolensis) qui hoc non agnoverint. Licebit vero mihi auctorem exceptionum & Duplicæ ad Leges Imperii publicas remittere.

Fundatur enim intentio Actorum in textu expresso Legum publicarum, adeoque probata est plenissime. Notorium est, quod a tempore Reformationis Sacrorum omnes, qui a Romana Ecclesia recesserunt, inconsultis Episcopis Rom. Catholicis instituerint Sacra sua. Ministros Ecclesiarum ab Episcopis non admiserunt, neque Episcopi tales, qui desiderati erant, constituturi fuissent. De tempore, quod nostros pagos concernit, consulendi sunt Historici, ex quibus non potest allegari præstantior, quam qui ad *Mainburgii* Historiam *Lutheranismi*, (est hæc denominatio Mainburgii) Commentarium, ex Archivis composuit *Vitus Ludovicus de Seckendorff. Commentar. L. 3. Sect. 4. §. 9. lit. 9.* Qui ad Annum 1532. post Confessionem Augustæ editam, refert: Initia secessus ab Ecclesia Romana Civitatis Imperialis Swinfurtensis, quæ cum Diœcesano Episcopo Herbipolitano diu fuerit impedita, post aliquot demum Annos ad plenam devenerit Sacrorum Reformationem. Pagi nostri tunc fuere sub Civitatis istius protectione, Cessio facta Juris protectionis Anno demum 1572. Ergo verosimile est, quod Reformationis initia ad idem tempus, quo Civitas Swinfurtensis Ecclesiæ Romanæ nuncium misit, sint referenda.

Annum præcise inquirere opus non est. Ipsi allegant in Actis Annum 1540. quo suos habuerint August. Confess. Ministros. Memini ex Actis antiquioribus Citat. super denegata Justitia den Würtzburgischen Schutz und indebite bezahlte Reichs-Anlagen betreffend reprod. 5. Nov. 1593. daß im gantzen Würtzburgischẽ Amt Mayenburg lauter Augspurgischer Confessions-Pfarrer und Unterthanen gewesen vid. Libell. artic. 15. 16. und Episcopus erst 1585. reformationem angefangen, quod etiam ex responsione ad dict. artic. confirmatur, und von der Zeit an sind die Gochsheimer in Statu passionis gewesen: Ergo ist es klar, daß, ante Pacem Religiosam, die Reichs-Dörffer ihre Pfarrer, Augustanæ Confessionis, ohne Zuthun des Herrn Bischoffs, selbst bestellet. Denn gewiß vor dem Religions-Frieden, da alles in turbis war, würde der Herr Bischoff ihnen dergleichen Pfarrer nicht gegeben haben, bevorab, da ihnen auch, nach dem Religions-Frieden Catholische Geistliche zugeschickt werden wolten, besage der Exceptionum und Beylage lit. D. welche sie vermuthlich nicht angenommen haben.

Probatur porro constitutio libera Ministerii Ecclesiastici ex ipsis Pacis Religiosæ tabulis; Cum enim continuasset hucusque contentio non solum de Religione, sed etiam de juribus, quæ Episcopi tanquam Diœcesani exercuerant, eaque eripi sibi pati nollent, in Pace Religiosa expresse constitutum fuit §. damit auch obberührte beyde Religions-Verwandten XX. Es solle die Geistl. Jurisdiction wider der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, NB. Bestellung derer Ministerien, Kirchen-Gebräuch, Ordnung und Ceremonien, so sie aufgerichtet, oder aufrichten mögten &c. &c. nicht gebraucht oder geübet werden, sondern derselben Religion &c. legatur totus §. in quo tribus vicibus exprimitur die Bestellung der *Ministerien*, quod a Catholicis Episcopis dependere non debeat. Patet exinde, quod inter reliqua hac Pacificatione enarrata etiam *Constitutio Ministrorum Ecclesiæ* independenter ab Episcopis olim Diœcesanis fuerit exercita post reformata Sacra, atque hoc Jus per ipsam Pacificationem confirmatum fuit. Patet porro, quod in præcepto Mandati nostri præsentis: dem Religions- und Westphälischen Frieden, soviel des Herrn Bischoffen anmassendes *Jus Diœcesanum* und *jurisdictionem Ecclesiasticam* betrifft, nicht weiter zu *contraveniren*, etiam comprehendatur Articulus von Bestellung der Geistl. *Ministerien*, quia hic Articulus in dict. §. 20. Pacis Religiosæ continetur. In exceptionibus vero expresse asseritur, quod jus Collaturæ, Constitutionis, Examinis, & Depositionis Pastorum in pagis immediatis exerceat *Dominus Episcopus virtute juris Diœcesani & Jurisdictionis Ecclesiasticæ, in possessorio & petitorio fundatissimi.* Quod tamen est Constitutioni Pacis Religiosæ adversum. Argumentum possessionis & proprietatis Juris Diœcesani, quod desumitur ex tempore ante reformationem (huc enim faciunt adjuncta Exceptionum a. b. c.) ad rem nihil facit, nam id non fuit in quæstione, neque ab Actoribus negatum. Cum illa tempestate Jus Diœcesanum Herbipolense in multis Franconiæ locis immediatis fuerit exercitum, cujus usus post Pacem Religiosam fuit prohibitus, & re ipsa cessavit. Quemadmodum igitur suspensum mansit Jus Diœcesanum & jurisdictio Eccesiastica, respectu aliorum immediatorum in Franconia, ita & respectu immediatarum communitatum.

Cessare enim debuit wider der Augspurgische *Confession* Zugethane in genere, & quidem non modo quoad fidei articulos, sed etiam in annexis Religionis, in specie in Bestellung der *Ministerien*, quæ omnia in §. Jus diœcesanum 48. Instr. Pac. Westph. confirmatur. Contradicit ergo auctor Exceptionum & reliquorum scriptorum Herbipolensium in Sanctionis Imperii publicæ verbis & non veretur Argumenta sua judicio huic Imperiali quasi pro imperio dictitare, miraturus, si quis ea non agnoscat, v. Except. fol. 2. pag. 2. in fin. Quod autem ait, es sey ein Unterscheid inter Nobiles immediatos und Bauren, qui Jus territoriale mit Vernunfft nicht prætendiren können. h. e. in dicto §. 48. Instr. P. pagos immediatos non contineri: Paucis erit perstringenda hæc ratiocinatio.

Per Pacem Religiosam generaliter suspenditur Ecclesiastica Jurisdictio contra omnes Aug. Confessioni addictos, sine exceptione, aut restrictione ad Status Imperii aut Nobiles immediatos. Hæc Pacificatio in Artic. 5. Instr. Pac. Westphal. §. 1. confirmatur, sancteque custodienda præcipitur. Ad eam adstringuntur etiam in Juramento Camerali Assessores omnes. Art. V. Inst. Pac. §. 48. cessationem vel suspensionem Jurisdictionis Ecclesiasticæ non restringit, sed potius ad omnes ejus species, quarum aliqua in Pace Religiosa dicto §. 20. Episcopis reservatæ erant, versu: aber in andern Fällen &c. extendit. Ergo etiam per Pacem Religiosam in §. 48. continentur Communitates immediatæ. Si enim restringere voluissent paciscentes verba Pacis Religiosæ ad solos Imperii Status, Nobilitate comprehensa, & pagos immediatos non includere, longe aliter fuisset oratio formanda.

Alia demonstratio: In §. 48. Instrum. Pac. art. 5. sancitur, ut Jus Diœcesanum & Jurisdictio Ecclesiastica tota cum omnibus suis speciebus intra terminos territorii cujusque se continere debeat. Ergo regula est hic negativa, & conclusio procedit firmiter hoc modo: Quicunque locus non est de territorio Episcopi, in illo non potest exerceri Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus: Quæ regula novissime in Causa N. N. rationem decidendi præbuit pro Domino Actore Catholico, contra Dominum Reum Augustanæ Confessionis: Eandem itaque vice versa valere oportebit contra Dominum Episcopum Herbipolensem, siquidem communitates immediatæ Gochsheim und Sennfeld non sunt de territorio Domini Episcopi Herbipolensis. Ergo Dominus Episcopus non potest in iis exercere Jus Diœcesanum & Ecclesiasticam Jurisdictionem cum omnibus suis speciebus. Ergo nec in Constitutione Ministrorum Ecclesiæ, quæ in scriptis Herbipolensibus tanquam primarius effectus Juris Diœcesani & Ecclesiastici, & quæ hoc indispensabiliter præsupponat, pluribus in locis laudatur. Argumenti hujus vim Auctor Herbipolensis animadvertisse videtur; Hinc in dubium vocat pagorum immedietatem, es sey eine eingebildete Immedietät, seyn lächerliche Immedietäts-Concepten, welche mit der Erb-Vogtey, Schutz-Geld, Jurament, secunda instantia gar nicht bestanden, und kein Schatten der Immedietät mehr übrig bliebe.

Verum de immedietate supra diximus, & quomodo contradicat sibi iste Auctor mox audiemus in examine Exceptionum speciali. Sententiam paritoriam Cameralem in possessorio latam pro se allegant actores, quæ est illa in Actis Mandati der Pfandung die Schul- und Kirchen-Dienst betreffend lata 1/8 Martii 1696. Ait vero in Duplica, die Schul- und Kirchen-Dienst, h. e. ludimagistri & æditui sind nicht partes insigniores Juris Episcopalis, neque etiam die Abhörung der Kirchen-Rechnung;

nung; Hos enim actus tantum inferre simplicem aliquam administrationem, non vero Jurisdictionem. Quod si in causa sæpius allegata, nuper decisa, actus tales a parte Dn. Rei fuissent demonstrati, non est dubium, multum profuturos fuisse eidem contra Dn. Actorem. Si ergo sunt isti actus signa Juris Episcopalis, vel, ut melius exprimam ad casum præsentem, signa non competentis Juris Diœcesani Herbipolensis, sequitur, quod neque in petitorio, neque in possessorio, (quod per dictam Sententiam Cameralem $\frac{8}{18}$. Mart. 1596. decisum est) sit fundatum.

Et tamen perpetuo inculcatur, Jura petitorii & possessorii esse indubitata, evidentia, quibus cum ratione contradicere nemo possit.

Ergo probarunt actores intentionis fundamentum: Statum immedietatis, Jus & Possessionem constituendi Ministros Ecclesiæ antiquissimam a tempore Reformationis ex Pace Religiosa & Westphalica, cujus vi cessare debet omnis Jurisdictio Ecclesiastica & Jus Diœcesanum cum omnibus suis speciebus; Restitutionem etiam in statum immedietatis, auch in geistlichen Sachen per Recessum Anno 1649. quæ tanquam res notoria probatione non indiget. Ad quem Recessum, præter restitutionem ipsam, observandum est, expresse testari Recessus verba:

1. Quod, non obstante conventione Pacis publicæ Westphalicæ, tamen Dominus Episcopus restitutionem denegaverit, adeo, ut opus fuerit Directorum Circularium auxilio.

2. Quod pagi nostri immediati ab Imperatore Ferdinando II. Domino Episcopo in feudum dati fuerint, haud dubie, quia adhæserunt parti tunc in bello Imperatori adversæ, quo nomine etiam in adjuncto Herbipolensi ad Duplicam, sub lit. t.t. de Anno 1637. vocantur Rebellische Bauren, und daß der Prædicant es mit ihnen hatte.

3. Quod itaque restitutio in tractatibus pacis conventa fuerit, tam ex capite *Gravaminum* quam *amnestiæ*. Verba recessus:

Hierauf hinwieder die Gochsheimer und Sennfelder sich auf die Amnestiam bezogen rc.

Forte etiam *aliunde*, puta vi Mandatorum & Sententiarum Cameralium. In Principio recessus conjungitur utrumque caput *amnestiæ* & *Gravaminum*, quæ duo fundamenta restitutionis quomodo differant, non est opus, ut hoc loco explicem multis verbis. vid. Henniges ad Instr. Pac. art. 5. §. 2. pag. 206. lit. L. & §. 13. pag. 223. seqq.

Id solum notari meretur:

4. Quod restituendorum ex capite amnestiæ minima pars sit expressa in ipsis tabulis Pacis, vid. Art. 4. §. 1. unde postea prolixior Catalogus recessui executionis fuit adjectus restituendorum ex capite amnestiæ, vid. Recess. *Execut.* de Anno 1649. §. Nemlich und

A Erstlich, die Restitution ex capite amnestiæ & gravaminum betreffend rc. & adjectam designationem restituendorum in primo termino, ubi sub num. 37. reperiuntur: Gochsheim und Sennfeld contra Würzburg.

5. Quemadmodum in restitutione ex capite amnestiæ comprehenduntur tam *sacra* quam *profana*, juxta art. 2. Instr. Pac. §. 1. In restitutione vero ex capite gravaminum, tantum Ecclesiastica: Politica vero, quatenus intuitu Ecclesiasticorum aliquid mutatum fuit; Ita non impedit, quo minus utrumque caput restitutionis conjungi queat, si aliquis non solum propter motus bellicos, sed etiam intuitu Religionis aliquid fuerit perpessus, prout revera in præsenti casu conjunctum esse caput utrumque docet, non modo rei ipsius Historia antea allegata, sed etiam Pacis tabula artic. 5. §. 2. qui locus de restitutione ex capite gravaminum loquitur. Traditio vero in feudum Domino Episcopo ab Imperatore fa-

B cta ex capite amnestiæ tollebatur cum omnibus actibus etiam circa Sacra a Domino Episcopo exercitis.

In Recessu restitutionis 1649. etiam mentio fit utriusque capitis amnestiæ & gravaminum, & restitutio fit plenissime, adeo ut communitates duo amplissima habeant fundamenta restitutionis factæ, quæ sese mutuo juvant, ita ut, quod ex capite amnestiæ habere nequeunt, accipiant ex capite gravaminum, & vice versa, sunt enim capita diversa, non pugnantia.

6. Sicuti restitutio ex capite amnestiæ non respicit terminum a quo decretorium, prout in illa ex capite gravaminum attenditur 1. Januar. 1624. & respective anni pars quæcunque vid. art. 5. §. 13. in verbis: *terminus autem Anno 1624. nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite amnestiæ aut aliunde restituendi veniunt*; ita istæ dispositiones Instrumenti Pacis, de quibus paciscentes in materiis Religionis convenerunt, quales sunt de

C Jure reformandi, §. 30. de mutuis officiis humanitatis, §. 35 de Jure Diœcesano, §. 48. non reservant Jus ei, contra quem facta fuit restitutio ex capite amnestiæ virtute artic. 3. nisi si fuerit evictum in via Juris, ut restitutio iterum sit revocanda, e. g. si Dominus Episcopus Herbipolensis evinceret in via juris, quod fuerit in potestate Imperatoris, pagos immediatos in feudum sibi conferendi, & ex numero immediatorum Imperii Civium eximendi, tum cessarent dispositiones illæ Instr. Pac. respectu pagorum, quæ de suspensa Jurisdictione Ecclesiastica & Jure Diœcesano extra territorium ibi sunt constituta. Quo usque autem hoc non factum est, manebunt & fundamentum præbebunt immotum contra Dominum Episcopum.

7. Verba dispositiva Recessus restitutionis de Anno 1649. sunt circa finem: Gestalt auch solches, Krafft offtermeldten Reichs-Friedens-Schluß, Kayserl. Edicten, und ihrer habenden Subdelegations-Vollmacht, auch Gewalts, hiemit und in der allerbesten Form, Maaß und Gestalt, wie das am beständigsten und kräfftig-

 sten

sten geschehen soll oder mag, NB. in Geistl. A und Weltl. geschicht, also und dergestalt &c. &c.

9. Exprimitur autem in hoc restitutionis Recessu status Anni 1618. & 1624. ex quibus ille non potest non respicere restitutionem ex capite amnestiæ scil. tempus proximum ante motuum bellicorum initium.

Quæ de statu Religionis hujus anni disputata fuere in Palatinatu, nihil ad nostros pagos attinent; Alter annus 1624. respicit ad restitutionem ex capite gravaminum, ubi notandum:

(a) Quod restitutio ex capite amnestiæ non habeat annum 1624. pro regula, juxta sup. dict. §. 13. Instr. Pac. artic. 5.

(b) Quod Dispositio §. Jus Diœcesanum. artic. 5. etiam non habeat pro cynosura Annum decretorium 1624. scil. respectu territorii alieni, aliud enim est de territorio proprio, B id quod in sæpius dicta causa N. N. demonstratum fuisse meminimus.

Hæc ideo fuerunt monenda, ne forte Recessui restitutionis de Anno 1649. sinistra tribuatur aliqua interpretatio, occasione verborum: In die vorige Possession vel quasi aber derjenige Rechten und Gerechtsam, so sie Anno 1618. und 1624. am 1ten Tage Jan. gehabt, wieder immittiret und eingesetzt werden sollen; Nam sequentia dispositiva restituunt Communitates in statum pristinum juxta tabulas Pacis simpliciter, atqui ex hucusque dictis per tabulas Pacis annus decretorius neque ad caput amnestiæ, neque ad restitutionem, quæ aliunde competiit, neque vi constitutionis §. Jus Diœcesanum huc pertinet; Ergo omnes istæ objectiones de Anno decretorio 1624. quem ne quidem sua ex parte probavit Auctor Herbipolensis, & omnes actus allegati tanquam Pacis tabulis & restitutioni plenariæ contrarii, evanescunt, consistetque pro actoribus regula, quæ onus probandi juris sui prætensi in C Dominum Reum devolvit, quæ probatio, qua ratione procedat, & quibus argumentis, auctor Herbipolensis, sit usus, partim audivimus, & reliqua videbimus Inspectione sequente.

Inspectio III.

Exceptionum Herbipolensium capita sunt sequentia duo:

1.) Negatur der Reichs-Dorffschafften Status in Politicis.

Except. fol. 8. 9. Duplic. 18. 2.) Asseritur Domino Episcopo Jus Episcopale & Diœcesanum in possessorio & petitorio, quod contra inobedientes & refractarios etiam vi tueri non prohibeatur; Ex hoc, & nullo alio fundamento adstruitur & infertur non solum Jus constituendi, sed & deponendi parochos, imo & potestas, Sacra in pago Gochsheim, speciatim in ædibus Præfecti Causarum Criminalium, administrandi.

Except. f. 8. f. 5. Dupl. passim. v. Except. f. 10. seq. Dupl. f. 21.

Primum, quod dixi de negata immedietate, variis phrasibus exprimitur: Die eingebildete Immedietät in politicis, item es sey ein Schatten einiger Immedietät übrig, aliisque ejusdem odoris.

Quis ergo loci & territorii Dominus?

Haud dubie id juris Domino Episcopo vindicare intendit is, cui tractatio hujus causæ commissa, Consiliarius, Auctor Exceptionum & Duplicæ, quem sua argumenta ex scriptis antiquioribus, qui operam in Actis præcedentibus navarunt, didicisse, Acta illa satis docent.

Hoc autem si verum esset, quod Dominus Episcopus sit territorii pagorum Dominus, non opus habuisset auctor Exceptionum & Duplicæ tanto cum molimine de Jure Episcopali & Diœcesano decertare, quid tunc dicturus & quomodo sese explicaturus fuisset, satis possumus ex stylo conjicere. Nam, posita territorii Superioritate, Jus Episcopale flueret manifesto, cumprimis in persona Domini Episcopi Herbipolensis. Sane tunc in omnibus lineis laudaturus fuisset, & nobis inculcaturus Instrum. Pacis, quæ Lex Imperii ejus palato adeo non sapit, ut nauseam testetur in Duplica fol. 18. de eo toties recocto ulterius quid audire. Hinc alia agumenta & titulos possessorii & petitorii Judicii quærit in asserendo Jure Episcopali & Diœcesano. Unde sequitur per inversionem argumenti, quod Dominus Episcopus territorii Dominus non sit. Hoc monere volui in genere.

Jam recensebimus, vel potius repetemus, rationes, ob quas negatur pagis nostris immedietas, & territorii Jus asseritur Domino Episcopo. Sunt autem rationes, ut antea dixi, dudum in aliis processibus Cameralibus prolatæ, sed per Mandata S. C. & Sententias paritorias rejectæ. Eadem enim jam luditur fabula, quæ olim acta fuit. Recocta atque explosa esse omnia meliori jure dicere possum, quam ipse de Instrumento Pacis asserere non est veritus; nolo tamen recensere verborum phaleras & sarcastica dicta, nam hæc in Judicio nihil facient momenti.

Daß es Reichs-Bauren seyn: Ergo non sunt immediati: Id sæpe in hodiernis & antiquis Actis occurrit; utique contra verba expressa Legum Imperii. Multo minus sequitur hæc conclusio: Ergo Dn. Episcopus est territorii Dominus. Nam ad minimum præsumtionem pro pagorum immedietate faciet expressa appellatio in Legibus Imperii & omnibus scriptis JCtorum, qui Jus publicum tradidere. Ergo probare debet exemtio & Jura territorii. Non opus est, ut quæstionem formemus & dubium: An de Communitatibus prædicari possit vocabulum *territorii?* Contradictoriæ enim sunt esse immediatum, & subjectum esse Domino territorii in eodem objecto. Ergo si communitates sunt immediatæ, sequitur, quod à territoriali Jure Herbipolensi ædes habeant liberas.

Dantur sane ex nobilitate immediata, qui multo minori terrarum districtu potiuntur, quam

quam Communitates immediatæ, & tamen de iis prædicatur territorium; De verbis etiam non disputabimus, modo in re, scil. statu immedietatis vero, non umbratili, h.e. sine nota subjectionis cujusque alterius Imperii Status, conveniamus. Deswegen achten sich die Reichs-Dörffer Principibus & Statibus Imperii nicht gleich, quoad statum præeminentiæ, possent tamen esse æquales in substrata materia. Und was würde es Schaden, wann die Reichs-Dörffer, *extra votum Comitiale*, mit einer Reichs-Stadt verglichen würden, in welcher ein ander Reichs-Fürst Schutz- und Vogtey-Gerechtigkeit hat, wie ein zeitiger Herr Bischoff zu Würtzburg in Gochsheim und Sennfeldt; Cent oder Fraisch benimmt der Immedietät an sich selbst nichts.

In contrarium rationes sequentes allegantur in hisce Actis per relationem ad Duplicas Herbipolenses in Causa primi Mandati der Pfandung Anno 1593. & paucis omnia complexus fuit auctor Duplicæ in præsentibus Actis: Daß der Herr Bischoff Vogtey-Herr sey: daß die Dorffschafften *Juramentum* schweren, treu und gehorsam zu seyn: daß sie *Jurisdictionem, Episcopi* in secunda instantia, agnosciren, Schutz-Geld præstiren, allegatur etiam *Centena* seu Jurisdictio Criminalis Episcopi, item allegatur die Beylage Num. 3. ex Actis nullitatis, welches ist ein Convolut allerhand Actuum Judicialium & casuum, so in prima instantia beym Würtzburgischen Beambten sollen decidiret seyn.

Invenitur in d. Actis sub [34]

Ex quibus omnibus colligit Auctor, insanire eos, qui immedietatem pagis tribuant, quæ cum prædictis Juribus consistere nullo modo queat, sed ita tollatur, ut ne umbra quidem remaneat. Dixi, me has rationes tantum in ordine quæstionis, an Actio elisa sit? velle repetere, nam earum refutatio jam tum supra fuit anticipata, ut proinde recensendo eas iterum putem fore refutatas. Et tantum ad primum Exceptionum caput sufficiet dixisse.

Alterum Except. Caput de Jure Diœcesano & Jure Episcopali.

Venio ad alterum: de *Jure Diœcesano & Episcopali.*

Hujus & possessio & proprietas (semper enim, quod observandum, conjuncta sunt in hoc processu Jura petitorii cum possessorio, ab utraque parte,) cum ex Legibus publicis demonstrari non potuerit, quæritur fundamentum præcipuum in Recessu Svinfurtensi Anno 1572. juncto Recessu cum pagis, den Schutz-Vertrag, 1575. addita confirmatione Cæsarea lit. F. Deinde in confessione pagorum immediatorum judiciali in Camera Imperiali, speciatim in Actis Mandati de restit. auf den Religions-Frieden, responsionibus ad Articulos defens. 21. August. 1595. productis lit. G. & in Actis Citat. ad vid. cassari process. Ecclesiastic. art. XI. lit. H. Confessionem vero Judicialem inducere notorium per. c. fin. X. *de Cohabitatione Clericorum & mulierum*; Der Restitutions-Recess aber habe die Verträge zum Fundament. Tantum de Jure petitorii.

Possessionem vero ex Actibus variis Consistorialis Herbipolensis Protocolli ab Anno 1549. usque 1711. speciatim ex novissimis Constitutionibus Parochorum probari. Adjunct. Lit. I. K. usque aa.

Eadem possessio allegatur quoad actus parochiales in ædibus des Cent-Graffen.

Succession und Regierung, dem andern aber ein Deputat verordnet, besage beyliegenden Extractus Testamenti, ab ipso Domino Reo producti, sub [23] in Copia simplici, sed tamen inter partes non contradicta. Herr Graff **Ludwig Christian**, der Aelteste, weil er keine Kinder gehabt, hat nebst seinem zweyten Herrn Bruder Graff **Gustaven**, auf welchen die Succession der Graffschafft Wittgenstein gefallen, mit dem jüngsten Bruder Graff **Friederich Wilhelmen**, Anno 1679. den 12. Sept. sich des Deputats und Ansitzer halber verglichen, daß er jährlich 1800. Rthlr. bekommen, und den Ansitz zu Vallendar, allwo die Revenüen vor 300. Rthlr. angeschlagen, haben, und diese 300. Rthlr. am Quanto der 1800. **Rthlr.** abgerechnet werden solten, cum hypotheca aller Renthen und Gefällen der Graffschafft Wittgenstein: Worzu Graff **Friedrich Wilhelm** vor sich und seine Erben aller Ansprache an seine Herren Brüder renunciiret, und an die Graffschafft Wittgenstein und Hohenstein: Additum est pactum reservativum, dem jüngsten Bruder, gegen Wiedereinräumung der Herrschafft Vallendar, 15000. **Rthlr.** zu bezahlen, und einen andern Ansitz zu verschaffen: Auch solle der Ansitz dem jüngsten Bruder, und seinem männlichen Stamm verbleiben.

Wie solches Pactum à Domino Reo ad Acta exhibirt in Copia vidimata à Notario simplici [46] mithin, daß Dominus Actor regierender Herr, und Dominus territorii zu Vallendar, Er Herr Beklagter aber, apanagiatus sey, eingestanden wird.

Als nun Graff **Friedrich Wilhelm** Anno 1681. Todes verfahren, und eine Gemahlin *Charlottam Louysam*, gebohrne Gräfin zu Leiningen, Sororem des Herrn Grafen zu Weilburg, wie auch beyderley Geschlechts Kinder hinterlassen, und sich verschiedene Irrungen zwischen derselben und denen Herren Successoren ereignet, wegen Rückstand derer Deputat-Gelder; hat Herrn Graff **Gustavs** Sohn und Successor, jetziger Herr Kläger, Graf **Heinrich Albrecht**, mit gedachter Gräfl. Wittib sich ferner verglichen Anno 1703. den 10. Octobr. daß die Frau Wittib vor sich und ihre Kinder, zu gäntzlich- und völliger Satisfaction jährlich 1800. **Rthlr.** acceptiret, legatur der Transact [5].

Als nun die Frau Wittib am 17. May 1713. dieses Zeitliche gesegnet, haben beyde Herren Graffen, **Heinrich Albrecht** und *Augustus*, (welche, ut fert fama, in consortio Regiminis leben) aus dem Fundament, daß der Ususfructus der Herrschafft Vallendar Viduae nur ad dies vitae überlassen, und solcher post ejus mortem cum proprietate consolidiret worden, und um der Vallendarischen Revenüen, wegen des vorgeschossenen Capitals sich mehr zu versichern, am 27. ejusdem Possession der Revenüen ergriffen, besage Instrumenti Notarialis producti [7] In Supplica pro Mandato wird auch erzehlet, daß sie alle actus jurisdictionales durch ihren Amts-Verwalter ohne eintzigen Widerspruch exerciret, und Gratulationes empfangen, [x] ist ein Condolentz- und Gratulations-Schreiben des Decani Mag. Billings.

A Es hat aber der Frau Wittben hinterlassener Sohn, und jetziger Beklagter, Herr Graff **Johann Friedrich** den 18. Augusti, als 3. Monat hernach, der Possession sich gleichfals genähert, und allerhand Actus Possessorios exerciret, dafür haltend, daß possessio à morte Patris nicht vacans gewesen, sondern per Matrem tutricem suo nomine continuiret, auch per Ministros suos & subditos, wann er gleich in Kriegs-Diensten abwesend gewesen, conserviret worden; Welche Actus aber die Herrn Klägere pro turbativis halten, und sich mit vielen Protestationen verwahret, wie dann die angegebene turbationes und beschehene Protestationes durch die Beylagen à Num. Camer. 9. usque 18. bescheiniget werden, also daß an denen Factis nicht zu zweiffeln ist, solche auch von Herrn Beklagten nicht contradiciret, sondern gerechtfertiget, und die von Klägern beschehene Apprehension possessionis non vacantis pro spolio gehalten werden. Wie nun auch hierzu kommt, daß der Herr Bekl. alle solche Vallendarische Revenüen an Herrn Graff *Augustum* vor ein

B Anlehn vor **Zwölff tausend und** 1160. **Rthlr.** Capital, unterpfändlich, cum clausulis executivis, mit oder ohne Recht, verschrieben, besage der Beylage Lit. H. [19] de dato 26. Febr. 1712. welches Capital Herr Graff **August** auch am 11. Sept. 1713. loßgekündigt [27], und um dieses Capitals willen der Vallendarischen Revenüen sich versichert: So haben beyde klagende Herrn Graffen am 16. Octobr. 1713. bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht nicht allein ein Mandatum poenale cassatorium & inhibitorium S.C. wider ermeldten Herrn Graf **Joh. Friedrich**, und dessen Bediente, und die Unterthanen zu Vallendar, ausgewirckt; sondern auch bey erfolgter Continuation der Turbationen, und deren Bescheinigung sub Num. Cam. 29. usque 35. Mandatum ulterius am 17. Januar. hujus Anni erhalten. Beyde sind reproducirt, das erste, am 27. Nov. vorigen Jahrs, und das Ulterius, am 7. Martii lauffenden Jahrs.

C Der beklagte Herr Graff ist per Procuratorem Jung am 4. Decembr. 1713. erschienen, welcher am 17. Januar. dieses Jahrs Exceptiones sub- & obreptionis, so wohl in puncto fori Cameralis, als in causa principali, übergeben [21], wie nicht weniger schrifftlichen Recess [27] contra Mandatum Ulterius, worinn in Substantia die Exceptiones repetirt worden.

Die Herren Klägere haben am 7. Mart. hujus Anni repliciret [36], und ist von beyden Theilen ad Sententiam concludiret worden, vid. Recessus Lti Jungs 9. Februar. 1714. & seqq. usque ad finem completum 17. Mart. 1714. Ob zwar Lt. Jung in Recessu 9. Mart. sich ad Replicas, quatenus opus, fernere Handlung vorbehalten, so hat er doch solches in sequente Recessu 16. Mart. übergangen, und ist extrajudicialiter pro maturanda Sententia ob periculum in mora, welche Supplic aber in der That Duplica ist, ad Replicas einkommen.

VOTUM.

VOTUM.

Ante omnia de fundata hujus supremi Judicii Jurisdictione dicendum erit, atque de Exceptionibus fori à Domino Reo oppositis. Declinatur forum Cameræ sequentibus Argumentis:

1) Ob Exceptionem ſpolii, litis ingreſſum impedientem; Spoliaſſe autem Actorem omnia Documenta in Caſtro Vallendar exiſtentia, atque ad Reum pertinentia.

2) Factum, de quo queritur Actor, non eſſe tale, quod ad 4. caſus Ord. Cam. Part. 2. tit. 23. pertineat, & male eo extendi contra Receſſ. Viſit. noviſſ. (intelligit haud dubie §. 9.) Nam ſimplicis ſpolii cauſam, ad quam qualitatem in omnem eventum recidat præſens Actio, non ſpectare ad Cameram in prima inſtantia, ſed ad Auſtregas, juxta *Ord. Cam. Part.* 2. *tit.* 8. §. 14. *qui in Concepto etiam eſt tit.* 8. *princ.* & § 15.

3) Non fundari Jurisdictionem Cameræ, ex continentia plurium Reorum, diverſæ qualitatis, quia ſubditos & Officiales ſuos defendere vult Dominus Reus, *vid. Obſ. C. Part.* 2. *tit.* 9. §. 1. & in fraudem Legis eos tanquam litis conſortes fuiſſe conventos.

4) Clauſulam executivam, mit oder ohne Recht, Inſtrumento Obligationis Lit. H. [19] inſertam, eum quidem habere effectum, ut Mandatum, de ſolvendo vel dimittendo hypothecam, in Camera decerni poſſit; minime vero, ut creditor propria autoritate poſſeſſionem poſſit occupare, & deinde Mandatum ejusmodi ad tuendam poſſeſſionem obtinere.

Hæ ſunt rationes, quibus forum declinare audet Reus.

Verum enim vero non videntur mihi eſſe tanti ponderis, ut ad intentionem Domini Rei Sententiam in hoc articulo ferre queam.

Nam quod 1) de ſpolio Documentorum dicitur, Actor in Replica ſufficienter eliſit, reſpondendo, fuiſſe Documenta pauca, propria, Dominæ Matri Rei Comitis communicata, atque ad Archivum Wittgenſteinenſe pertinentia, quorum deſignationem etiam obtulit Actor. Et Reus in ſequentibus Receſſibus judicialibus iſti Exceptioni ulterius non inſiſtendum ſibi putavit, propterea etiam in judicando præteriri poſſe exiſtimarem. Nam apprehendendo poſſeſſionem, Documenta erant etiam pars non minima rei, cujus poſſeſſio apprehendebatur: multo magis ſi Documenta, quod affirmat Actor, ad Archivum Actoris pertinuere. Licitum autem eſt omne jure, rem meam, quæ a nemine cuſtoditur, occupare & cuſtodire.

Deinde hæc exceptio ad cauſam principalem magis pertinet, quam ut litis ingreſſum impediat. Si victor exiſtit Actor in cauſa principali, non poterit dici, commiſiſſe ſpolium apprehendendo iſta Documenta, poſito etiam, non fuiſſe ad Actoris Archivum pertinentia. Dico notanter: Si actor victor exiſtat; Nam

A hic tantum de exceptione fori ago, & removenda fuit iſta exceptio ſpolii, tanquam ad cauſam ipſam pertinens quæſtio, non ad declinandum forum faciens.

2) De qualitate cauſæ, an ad Auſtregas ſpectat, non adeo facilis eſt inſpectio. Verum eſt quidem, cauſas ſimplicis ſpolii, quo nomine factum ſuum inſigniri vult in eventum Dominus Reus, ad Auſtregarum judicium ſpectare in prima Inſtantia, *C. O. C. Part.* 2. *tit.* 8. Verum etiam, in noviſſimo *Receſſu Viſitat.* §. 9. Aſſeſſores Cameræ moneri, ne extendant quatuor Caſus *Part.* 2. *O. C. tit.* 23. contra mentem veram Legis, ad narrata, quæ ejus non ſunt qualitatis, in præjudicium primæ Inſtantiæ; ſed quæ ſit vera mens Legis Cameralis dicto loco, in prædicto Receſſu Viſitat. non exprimitur: Forte neque convenire inter ſeſe potuere deſuper: Certe quæ in Conſeſſu Viſitationis circa eum Articulum fuerint agitata, non fuere penitus ſecreta, in diverſas partes euntibus votis: Aliis Mandatorum
B S. C. abuſum urgentibus, & pœnam Adſeſſoribus ipſis, qui decreverint iſtiusmodi Mandata, ſi deinde caſſarentur, irrogantibus; aliis uſum Mandatorum iſtiusmodi plane tollentibus; aliis denique, quorum etiam Sententia obtinuit aſſenſum, fidei & dexteritati Adſeſſorum omnem hanc rem relinquentibus. Unde nata eſt verborum in Receſſu generalitas.

Licitum itaque erit dicere, quem ego verum putem eſſe Legis Cameralis de 4. Caſibus ſenſum. Quatuor exprimuntur caſus in principio textus, (1) Facti, quod jure ſcripto aut non ſcripto prohibitum eſt, neque ulla ratione defendi poteſt, (2) quod damnum infert læſo irreparabile, (3) quod utilitatem violat publicam, (4) quod moram ferre non poteſt. Non male rationatur *celeberrimus JCtus Coccejus Diſſert. de abuſu Mandatorum S. C.* §. 25. primum caſum cæteros etiam continere, neque ullum dari poſſe caſum
C Mandati S. C. legitime decreti, niſi factum tale adſit, quod jure defendi nequeat.

Cum itaque hæc determinatio valde ſit generalis, uſus & praxis forenſis interpretationem Legis optimam addidit per exempla infinitorum ferme caſuum, ob quæ Mandata S. C. decreta fuere in Camera: Quam praxin, ipſæ Imperii Leges ſubſecutæ, approbarunt, præcipue *Receſſ. Imp.* 1594. §. 79. ubi ob multitudinem caſuum, quæ Mandatis S. C. locum faciunt, juxta Conſtitutiones Imperii generales, ad Jus Commune reſpiciendum eſſe volunt. Ut adeo iſta Lege poſteriori non definiatur ſenſus prioris Legis Ordinationis, ſed tantum moneatur Judicium Cameræ, ne decernantur Mandata contra Legem & Jura Communia. (*vid. Tennagalium de decernendis Proceſſibus Claſſe* 2. *Cap.* 5. & *Claſſe* 1. *Cap.* 28. *ubi notatu digna eſt Nota Deckherri*) Idque merito, cum omnis Proceſſus Mandatorum origo & fundamentum ex jure communi derivetur; ſunt enim Mandata fere ſimilia (*vid. Lyncker. de Gravam. Extrajud. ad pag.* 853. §. 48.) Interdictis Prætorum, quæ

ex

ex duabus fere causis sunt prodita, vel ad defensionem locorum publicorum, vel privatæ possessionis, de qua potissimum jam agitur: Ergo, causas possessionum ad Mandata sine clausula referri, Legibus Imperii non est contrarium. In retinendæ Interdictis Prætor interdicebat: *Uti non vi, clam, vel precario alter ab altero possidetis, vel usi estis, quo minus ita possideatis vel utamini, vim fieri veto.* Ergo, ob vim factam, alicui, qui dicit se apprehendisse possessionem, & docuit non solum suam apprehensionem, sed etiam vim adversarii, recte decernuntur Mandata S. C. in Camera. Quemadmodum autem nullum Interdictum pure reddebatur, sed casum habilem præsupponebat, quo deficiente effectus Interdicti deficiebat; Ita Mandata etiam S. C. defensionem Rei non excludunt, nec habent vim Sententiæ, priusquam per Paritoriam confirmentur.

Idcirco veros fines Mandatorum S. C. verumque sensum Constitutionis Imperii existimo esse, ut Mandata S. C. nunquam decerni queant, nisi, ubi Judici pariter de facto atque de jure constet, vid. Mev. Part. 7. decis. 92. vel, si utilitas publica deposcat, rem integram, atque in eo statu, quo est, relinqui, donec de jure fuerit cognitum. Quem ultimum casum etiam admittit *laudatus Coccejus dict. Disput. §. 22. & 38.* cæteroquin in Mandatorum decernendorum Materia satis scrupulosus.

Jam si ad hypothesin applicentur, quæ in thesi hucusque dicta sunt, dubium plane nullum est, agi hic causam possessionis, & quidem momentaneæ: Porro certum est, & ipse Reus confitetur, Dominum Actorem possessionem apprehendisse: Tandem nec hoc est in controversia, Dominum Reum, tribus mensibus post apprehensam ab Actore possessionem, eundem, si non revera dejecit, certe nihil omisisse ut dejiceretur: Ergo de facto huic Judicio satis constitit. Constitit etiam de jure, distinctam esse causam possessionis a causa proprietatis: Possessionem, etiam injustam, veram nihilominus esse possessionem, & tuendum eum Interdicto uti possidetis, qui ab adversario non vi, clam aut precario eam est nactus. Hæc omnia affirmavit Actor.

Judicium decernendo Processus Documentis apprehensæ possessionis fidem habere potuit: Recte ergo fuere decreti Processus, præcipue cum totum negotium ad tumultum & arma spectaret, adeoque publicæ quietis interesset, usque dum de jure possidendi constaret, rem in eo statu, quo erat ante ista facta violenta, conservari. Neque est hic casus simplicis spolii, de quo loquitur *Ordinatio Part. 2. tit. 8. Röding. Lib. 1. tit. 4. cap. 6. num. 12.*

Alia enim est causa retinendæ possessionis, alia causa spolii. Non agitur in hoc Processu de restituendo spolio, sed de manutenendo possessionem apprehensam, de impediendo vim intentatam, & cassando facta, ad dejectionem Actoris ex possessione, tendentia: Spolii causa est recuperandæ possessionis; hic agitur de retinenda: ergo non versamur in casu spolii: ergo male applicavit Advocatus Dn. Rei ad præsentem casum Textus Legum Cameralium. Et Exceptio declinatoria Fori ex hoc argumento non est fundata. Quo argumento eliso, reliqua facile removebuntur.

3) Non in fraudem Legis videtur Dominus Actor plures Reos convenisse hac actione. Nam decretum fuit Mandatum contra Dominum Reum, ejus Officiales, Subditos Valendarienses, & quoscunque turbantes. Per hos, quem intellexerit Actor, ex Mandato ulteriore patet, scil. Præfectum Trevirensem, prout etiam ulterius Mandatum Confluentiæ fuit insinuatum. Officiales itaque suos & facta eorum, tanquam jussu suo patrata, Dominus Reus; sed, quod attinet ad Subditos Vallendarienses, (cum sint facta eorum a Domini Rei factis plane diversa, scil. quod illi ipsi, qui antea Domino Actori fidem promiserant, possessionem agnoverant, postmodum Dn. Reo homagium præstiterint, adeoque, non tam ex facto Dni. Rei, sed ex proprio conveniantur) non poterit Dominus Reus, allegando die Vertretung, litem omnem in se suscipere, & ex hoc fundamento Forum declinare, quod alioqui licitum foret, si Domini & subditorum facta possent haberi pro iisdem; sed hic sunt plane diversa. Deinde id præcise est in quæstione, an Dominus Reus sit Dominus subditorum? Si Dominus non est, non licebit ei declinare Forum, allegando defensionem subditorum, nam Textus Ordinationis loquitur de Domino una cum Subditis convento; Atqui Dominum Reum non esse Dominum Territorii & Subditorum, mox patebit: Uti in examine causæ principalis ostendetur, esse Dominum Reum Comitem Apanagiatum, Actores vero Jure Primogeniture frui, cui ex propria Domini Rei confessione etiam conjunctum sit jus Territoriale; Ergo si Actores sunt Domini territorii, non potest esse Reus: Ergo Subditorum non est Dominus. Atque ex hoc capite etiam plurium Reorum Jurisdictio Cameræ erit fundata, etiamsi alias ob causæ qualitatem ad Austregale Forum pertineret hæc Actio.

Tandem 4to) Clausula executiva, Instrumento crediti inserta, habet quidem eam vim, ut Creditor, authoritate propria, invadere possit Hypothecam; sed hæc quæstio pertinet ad causam principalem, minime vero ad declinatoriam Fori Exceptionem.

Fundata igitur, mea Sententia, Jurisdictione Cameræ, progrediendum nunc erit ad causæ principalis merita. Quod, priusquam faciam, ne forte gratis tempus insumatur, si forte cæteri Domini in puncto Fori mecum non consentiant, peto ut quæstio de foro, ceu basis omnis Decisionis, ante omnia per votorum scrutinium definiatur.

27. Octobr. 1714. placuit per unanimia, Jurisdictionem esse fundatam.

Continuatio Voti:

POsita itaque extra dubitationem quæstione fori, ad causæ merita accedens, non opus esse arbitror, ut pluribus verbis repetam, versari nos in processu Mandati S. C. ubi præter insinuationem, reproductionem, & Mandata Procuratoria, quæ hic omnia rite sese habent, *formalia* observanda sint nulla.

Actio.

Quemadmodum autem via processus non mutat Actionis nomen: Ita non puto esse obscurum, ex Supplicæ narratis, agi quidem hic interdicto retinendæ possessionis, verum non ordinario, sed summario, sive, ut alii vocant, momentaneo. Quæ duo judicia etsi JCtorum nonnulli distinguenda non esse velint, *vid. Frider. de Interd. Cap.* 12. *n.* 46. receptam tamen esse usu forensi distinctionem, & Legibus Imperii approbatam, dubitandum non est, *argum. tit. Ordinat. Camer. de litig. possessione, & de pignorationibus, vid. in Commentariis ad hos titulos Gailius, add. Schilter. in Praxi Jur. Rom. tit. de Judic.* §. 10. *Frider. Mind. de* Mandatis *Lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 4. Utrumque autem judicium, ordinarium & summarium, ad interdictum retinendæ pertinere, exinde patet, quod adipiscendæ possessionis Interdicta tantum ad hæreditates, legata, vel pignora persequenda, sint comparata, *tit. Inst. de Interdictis*; Recuperandæ vero, spolium, à Reo commissum, præsupponant, *vid. Gail.* 2. *Obs.* 152. Retinendæ vero Interdicto ipse spolians interdum experiri potest, §. 4. 6. *Inst. de Interdict. conf. Gail.* 1. *Obs.* 7. *Pfankuch. de summar. possessor. L.* 2. *cap.* 18. *n.* 88. Magna tamen est in utroque judicio, ordinario & summario, probationum differentia, adeo, ut in retinendæ Interdicto etiam injustum possessorem quandoque tuendum jura velint, *Posth. Obs.* 4. Id quod constitutum est, non invita juris ratione, ut omnis via facti & violentiæ inter reipublicæ cives abesset, quisque jure experiretur, interim vero res in eo, quo sunt, statu relinquerentur. Actori igitur in hac actione probanda est unice apprehensio possessionis, natura litis à se, turbatio vero ab adversario facta; Justitia apprehensionis & possessionis hic in probationem non venit, *vid. Posth. de manutenend. Obs.* 3. *n.* 23. *Obs.* 42. *per tot. Mev.* 5. *decis.* 178. *Klock.* 1. *Consil.* 39. *n.* 3. 4. *Consil.* 40. *n.* 22. In ordinario judicio non factum solum, sed etiam vera & antiquior justiorque possessio, ad victoriam obtinendam, requiritur. In momentaneo Judex non definit quis possideat, sed quis sit in possessione, provisionaliter, ne aliquis turbetur, ut pax & quies publica conservetur, *Mev.* 2. *Decis.* 236. *Schilter. Exerc.* 15. §. 68. In ordinario vero, quis sit justus possessor, ubi ordinariæ probationes requiruntur, reservata nihilominus causa proprietatis ad petitorium, quod ab ordinario possessorio non minimum differt, §. 4. *Inst. de Interd. Oldendorp. Class.* 2. *Act.* 4. 5. *quid spectandum judici.* Hæc ideo erant adducenda, ut in nostro casu de probationibus tanto firmius posset reddi judicium. Illud tantum hoc loco addendum, in momentaneo possessorio Sententiam non esse definitivam, sed interlocutoriam & provisionalem, *Gail.* 1. *Obs.* 7. *n.* 6. ubi quidem de processu pignorationum loquitur, sed tamen & hic est ratio eadem.

Videamus nunc *probationes* Actoris. Apprehensionem possessionis probat (1) per Mandatum ad apprehendendum fratri datum 17. Maji 1713. qui frater est consors litis [6]. (2) Per Instrumentum apprehensæ possessionis über die gantze Herrschafft und Burg Vallendar cum pertinentiis 27. Maji 1713. *legatur.* Potuisset etiam aliam adferre probationem possessionis jamdum acquisitæ vi Juris Primogenituræ. Quam, etsi Actor non protulerit, tamen in examine Exceptionum non erit posthabenda. Accessit autem probationibus Actoris confessio Domini Rei in Exceptionibus & cæteris scriptis, quæ Duplicæ vicem obtinere possunt. Is enim in eo tantum versatur, ut probet, possessionem apprehensam non esse justam, neque manutenendam. Turbationes vero Domini Rei probat Actor per multa Instrumenta in numeris Cameral. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Ex his præcipue notanda sunt illa sub num. 9. 10. 11. 15. 16. 30. 31. Verum, cum facta, de quibus queritur Actor, Reus ipse confiteatur, & jure se fecisse contendat, majori probatione in processu opus non erat. Ergo, Actionem probatam esse, non possum non affirmare.

Exceptio.

Audiamus jam quid excipiat Dominus Reus. Utitur autem Exceptione una, eaque, si probaretur, satis concludente: Possessionem non fuisse vacuam, quam Reus jamdum habuerit, Actor vero, absente Reo, clam invadere non erubuerit: Licitam itaque sibi fuisse contra invasorem possessionis defensionem, ejusque expulsionem. Ad hanc Exceptionem probandam, omnia spectant, quæcunque Reus, in hisce Actis, protulit. Præparat autem probationem per Historiam Testamenti avii 1654. & Pactorum fraternorum 1679. quam in specie facti audivimus. Hinc vero infert, parentem suum *Fridericum* Comitem in possessione oppidi & castri Vallendar ad mortem usque fuisse; quæ etiam proficiat ad manutenendum viduæ matri, *Mev.* 3. *decis.* 176. à matre vero, seu tutrice, possessionem nomine filii fuisse continuatam, à subditis vero *Jure Constituti* (quale Constitutum intelligat hic Auctor Exceptionum, ego non intelligo) conservatam. Filium itaque nova apprehensione opus non habuisse, cum mutata persona non mutetur possessio, *per eund. Mev. d. l. n.* 3. Pactum vero cum matre [5] causam possessionis filii mutare non potuisse: Neque oppignorationem redituum Actori factam, [19] quæ ipsa possessionem Domini Rei probet, quia per istud Pactum Reus jure suo hæreditario non privetur. Ergo

go concludit, vacuam non fuisse possessionem. Multa hic consideratu necessaria occurrunt, quæ in paucas redacturus sum quæstiones.

1) *Quæstio facti,*

An in Familia Dominorum Comitum Wittgensteinensium jus Primogenituræ proprium vigeat? Dominus Reus ipse hoc fatetur in Exceptionibus, & vi Testamenti paterni 1654. & Pacti fraterni 1679. verbis: *reservato superioritatis & territorii jure*, item: **Des** *Deputats* 1800. item: *Deputats*=**Herrn**, item: **abgefunden seyn wollen**, & totius Pacti contextus clarissima dispositione. An debitæ adhibitæ fuerint solennitates, puta, Imperatoria Confirmatio, suo loco relinquo, quia in controversiam non venit, & ad hanc causam sufficit Domini Rei agnitio.

2) *Quæstio Juris,*

Quisnam sit possessor terrarum, in quibus constitutum est Apanagium? Apanagium enim in Præfectura Vallendariensi constitutum esse pro parte, scil. ad summam redituum 300. *Imperialium*, utrinque est in confesso. Reliquam vero summam 1500. *Imperial.* ex cæteris terris solvi. Jus territorii Primogenito expresse esse reservatum, und was die Gefälle zu Vallendar austragen, das soll an denen 1800. decourtiret werden, sunt verba Pacti 1679. Hæc quæstio ex natura juris Primogenituræ & relati, sc. Apanagii, resolvitur: Primogenitus est solus successor, non item Apanagiatus: Ergo si Primogeniti solius est successio & territorium, est etiam ejus possessio. Neque obstat, quod Apanagiatus corpore insistat terris Apanagio destinatis, quia id non facit jure successoris & domini territorii, sed tantum jure Apanagii. Apanagium definiunt plerique ita, ut speciem aliquam ususfructus esse velint, *vid. Springsfeld. de Apanagio Cap.* 1. *num.* 42. *seqq.* à qua definitione reipsa non differt illa, quæ, loco vocis *ususfructus*, *provisionem* substituit. Usufructuarium autem non possidere, sed proprietarium, ex Jure nostro constat, *L.* 10. §. *fin. de acqu. rer. dom. L.* 6. §. 2. *de precario, L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog. L.* 5. §. 1. *ad exhib. &c.* Concluditur hinc, Primogenitum, ceu territorii dominum, terrarum, in quibus Apanagium est constitutum, possessorem esse, non Apanagiatum.

3) *Quæstio Juris,*

An possessio transeat in Successores ipso jure, sine apprehensione? Jure Romano res est decisa, *L.* 23. *de acquir. possess.* Et juxta hoc *Gailius* negat etiam de filio, feudi Successore, 2. *Obs.* 152. atque ita Jure Camerali decisum esse tradit *num.* 11. *in fin.* Sequuntur hanc Sententiam *Rosenthal Cap.* 7. *Concl.* 17. *lit. D. Mynsf.* 3. *Obs.* 38. *aliique*; Exceptio est, si consuetudine vel Statuto aliter sit receptum, *Gail. ibid. n.* 18 *Posth. de manuten. Obs.* 55. *num.* 54. *seq. Schilt. Exerc.* 15. §. 12. qui etsi generalem consuetudinem Germaniæ ita se habere velit *d. l.* §. 11. & 67. *passimque in laudato Opere Prax. Jur. Rom.*, assensum tamen plerorumque JCtorum Germaniæ & Judiciorum non est consecutus, *vid. Grav. ad Gail.* 2. *concl.* 152. *Cothmann.* 4. *Resp.* 10. *Brunnem. ad L.* 23. *de acquir. hær. Mev. ad Jus Lub. p.* 2. *tit.* 2. *a.* 27. *n.* 4. *Meichsner. decis. Cam. tom.* 3. *decis.* 9. *n.* 58. Ergo in regula manendum puto & ego, donec exceptio probetur.

4) *Quæstio facti,*

Quidnam actum sit in transactione cum matre Domini Rei Anno 1703.? [5]. Resp. Controversias fuisse inter familias Primogeniti & Apanagiati de excessu Summæ Apanagii constituti. Summa est 1800. Rthlr. vi Transactionis fraternæ 1679. ab ipso Reo productæ [46]. Ex qua summa deducendi sunt 300. Imp. ex Præfectura Vallendar percipiendi. Hæc Præfectura reditum majorem intulisse dicitur, & summam 300. Imp. longe excedentem. Quem excessum imputandum esse voluit Primogenitus in annuam provisionem 1800. Imp. Hæc erat controversiæ occasio. Hæc, ut suspicor, adhuc dum est litis materia. Ergo conventum & transactum cum vidua, tunc tutrice, ut reditibus Vallendariensibus frueretur, sine imputatione, ad dies vitæ.

5) *Quæstio facti,*

An idem contractus, cum matre vidua initus, etiam ejus filiis proficiat? Respondetur negando, quia erat pactum personale, quod personam paciscentis non egreditur. Et filio obstabat pactum paternum de Anno 1679. ubi expresse conventum; Daß die Einkünffte von Vallendar auf die 1800. Rthlr. gerechnet werden, und an denen ex cæteris terris zu bezahlen versprochenen 1500. Rthlr. decourtiret werden sollen. Ergo kan Herr Graf Joh. Friderich der Herrschafft Vallendar weiter nicht, als in computum der 1800. Rthlr. geniessen: und ist darzu schuldig, vermöge dieses Pacti, die Herrschafft Vallendar, gegen einem andern angewiesenen Ansitz, wieder abzutreten. §. **Wobey Wir aber &c.**

6) *Quæstio Juris,*

Ob Herrn Graf **Johann Friderich** die vorhergehende Assignation de Anno 1676. [25] welche zwar in forma probante nicht producirct, zu statten kommen könne? Resp. Negando, quia pactum posterius 1679. derogat priori. Und obwohl darinnen gedachtem Vergleich oder Assignation nahmentlich nicht renunciiret, so ist doch renunciatio generalis darinnen enthalten, auf alle vorhergehende Vergleiche, Transactiones und Obligationes, sie mögen Nahmen haben wie sie wollen: Also daß das Pactum de Anno 1679. ab ipso Domino Reo productum & agnitum, die regula decidendi seyn solle.

Hisce præmissis, facilis est ad ea, quæ in A Exceptionibus Dominus Reus proposuit, responsio. Quæ de Testamento paterno, de Pacto fraterno refert, esse quidem puto extra controversiam, licet Actores ad ea, tanquam ad ordinarium possessorium vel petitorium judicium pertinentia, respondere nolint: Sed tamen Dn. Reo non proficere, imo contra eum facere puto, quia jus Primogeniture constitutum confirmant, Dominum Reum esse Apanagiatum, einen abgefundenen Herrn, docent, Actori primogenito territorii jus reservatum expresse, Reo vero tantum Jus habitationis in Castro Vallendar competere, testantur. Quæ de possessione Parentis Matrisque affert, dubium non habent; sed committit fallaciam, quam Logici vocant: causæ ut causæ, quæ tamen causa non est. Possessionem neque pater neque mater habuit jure Domini, sed jure Apanagii & ususfructus, de quo non est quæstio: Neque etiam quæstio de jure habitationis, quam Actores Domino Reo, non inviti, largiuntur: Et cum post mortem matris modernus Dominus Reus ne quidem B in possessione fuerit, neque habitationis, neque perceptionis Apanagii propter hypothecam in reditibus Apanagii, constitutam, [19], facile patet, omnia ista frustra allegari. Homagium si præstitum fuit Patri Apanagiato, juxta Assignationem illam factam Ao. 1676. (de quo tamen non constat ex Actis, & dubium est in facto grave ob pactum subsequens de Anno 1679.) minime potuit mutare causam possessionis, quia tantum ad securitatem Apanagii respicit: Neque etiam titulus Domini in Documento 1676. Comiti *Friderico* tributus [25], quia non est insolitum, Apanagiatis hunc titulum, honoris gratia, tribuere, & per pactum insecutum Anni 1679. [46] ubi Primogenito omne jus territorii reservatum est, omnia præcedentia pacta sunt sublata; neque in hoc posteriori pacto ulla fit homagii recipiendi mentio, neque Regalium, neque Jurisdictionis, sed tantum habitationis, & redituum Apanagiato assignatorum. Quæ porro de sua possessione, sine apprehensione acquisita, infert Dominus Reus, ex præcedentibus resolvuntur, C quia neque ipse est Dominus territorii, neque hanc causam sibi ipse sumere potuit, neque etiam, si vel maxime hæc non obstarent, Juri foret consentaneum istud principium, per dicta supra ad Quæst. 3. Matris factum possessionis causam minime mutavit, sed in statu pristino Apanagii reliquit. Et quæ, de non imputando excessu reditituum, cum matre fuere transacta, favore ejus facta esse censentur, (erat enim Gynecæi Regii Berolinensis Magistra, Obrist-Hofmeisterin,) ad filium non pertinentia, qui plus juris, quam per pactum fraternum 1679. ei competit, arrogare sibi nequit. Tandem, quæ opponuntur Instrumento crediti, [19] clausulis executivis munito, maxime onerant Reum, qui contra proprium factum reditibus Vallendariensibus oppignoratis vult frui, eosque creditori prævertere. Latius ego hæc deduxi, ut ostenderem simul fundamenta possessorii ordinarii; quæ cum Domino Comiti Appanagiato, hodie Reo, minus, quam ipse forte putat, favere videantur, in Summariissimo tanto minus proficient, cum is ipse apprehensionem Actorum fateatur, suaque facta, quæ non possunt non haberi pro turbativis, defendat.

Ergo actione probata, neque per Exceptiones elisa, non potest non sequi Sententia, qua, rejectis Exceptionibus, paritio Mandati Domino Reo injungatur; reservato tamen Domino Reo omni jure Apanagii, habitationis scil. & redituum 1800. Imp. juxta recessum fraternum, nisi in quantum ipse reditus oppignoravit: Quantum ad Consiliarios Trevirenses, quibus Mandatum ulterius insinuatum reperitur, existimo posse in Sententia plane præteriri: 1) quia Lt. Flender produxit quidem Copiam Mandati gralis. ab Electore, sed nullas literas, quibus Mandatum suum, hac in causa, confirmaverit, *vid. Recess. Visit. Noviss. in Memor. Procur.* 2) quia in tota hac causa nullum interesse Electoris Trevirensis versatur, 3) quia, decisa causa inter utramque partem principalem, cessabit omnis querela contra Trevirenses.

SENTENTIA PUBLICATA Anno 1714.

In Sachen Herrn Henrich Albrechts und Herrn Augusti, Grafen zu Sayn Wittgenstein, Klägern, wider Herrn Johann Friderich, Grafen zu Sayn Wittgenstein und Consf. Beklagte, Mandati cassatorii & inhibitorii, simplicis & ulterioris s. c. Ist Lt. Jung sein, wegen Remission dieser Sachen ad Austregas, als in diesem Fall ohnstatthafft, wie auch Dr. Vergenii sein der Declaration pœnæ und Mandati de exequendo halber beschehenen Begehren respective pure und noch zur Zeit abgeschlagen; sondern allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß so viel die Ober-Herrlichkeit, Jurisdiction und Beamten-Bestellung in der Wittgensteinischen Herrschafft Vallendar betrifft, klagender Herr Graf Henrich Albrecht, als regierender Herr des Hauses Wittgenstein, dabey zu manuteniren und zu schützen, auch alle von Herrn Beklagten dawider vorgenommene Eingriffe und Neuerung, mit Einnehmung der Huldigung und andern Thätlichkeiten, zu cassiren und aufzuheben: Auch Herr Beklagter sich dergleichen hinführo zu enthalten schuldig, und darzu zu condemniren und verdammen. Hingegen aber, bey dem Ansitz zu Vallendar, nach Inhalt des brüderlichen Recesses de Anno 1679. ruhig zu lassen seyn: Als wir sie hiermit respective manuteniren und schützen, obgedachte Thätlichkeiten cassiren und aufheben, Beklagten hingegen condemniren und verdammen, bey erwehntem Ansitz aber lassen. So viel dann die im brüderlichen Recess de Anno 1679. zu 300. Rthlr. angeschlagene Vallendarische Einkünffte und Nutzungen betrifft, ist Dr. Vergenius, daß solche in der producirten Obligation sub num. Camer. [19] mit begriffen und verschrieben, und was sich auf obgedachten, durch Lt. Jung producirten, brüderlichen Vergleich in diesem

diesem puncto zu handeln gebührt, zeit 3. Monat p. t. &. p. V. A. W. angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß alsdann, auf Gegentheils Anruffen, auch deßfalls, ferner ergehen solle was Recht ist. Endlich soll Lt. Flender, nebst der übergebenen Copia Signata seines gemeinen habenden Gewalts, nach Inhalt des jüngern Visitations-A Abschieds, sich, vermittelst eines von Chur-Trierischer Regierung ihm ertheilten Befehls, gebührend legitimiren. Schließlichen ist wider die übrige mit-citirte, nicht erschienene Unterthanen, der durch Lt. Jung angezogenen Vertretung ungehindert, das gebetene Ruffen hiemit erkannt.

Consultatio & Decisio XXXIX.

Sive Votum correlativum in causa Baronum de Metternich, in quo natu majori Successio in fideicommisso, ex Jure primogeniturae, adjudicatur.

Acta sunt duplicia; Citationis & Appellationis: Utraque tamen tendunt ad finem unum. *In illis* imploravit judicium Camerae *Wilhelmus de Metternich, Capitularis*, Decanus & Praepositus Capitulorum Paderborn. & Monasteriens. patruus & tutor constitutus Anno 1716. nepotum ex fratre Hieronymo Leopoldo, qui tamen jam partes fratrum natu minorum tutorio nomine agit contra filium majorem perfectae aetatis. *In his* Appellationis scil. natu major fratrum *Franciscus Wilhelmus* a Principe Abbate Corveyensi tanquam Domino Feudi manutenentiam petiit & obtinuit primus. A quo Decreto tutor praedictus appellavit ad Cameram:

Causa utrinque turbide proposita fuit, adeo ut quis in hoc judicio actor sit, quis reus, incertum videatur. Proinde ad suos fines certasque conclusiones res omnis est redigenda, ut constet, quis sit petitor, quis excipiens: In Summa rerum erit tamen Decisio eadem, quicunque pro actore vel reo habeatur.

Tutor supra nominatus in Camera primus petiit confirmationem utriusque dispositionis fideicommissariae, quondam Episcopi Paderbornensis *Hermanni Werneri de Metternich*, propatrui fratrum, inter quos movetur controversia, a tutore minorum natu contra majorem. Affirmabat autem tutor expresse in Supplica pro citat. & libello Appellationis dispositionem fideicommissariam Episcopi de An. 1697. per Testamentum conditum Anno 1704. esse cum aliqua declaratione confirmatam in novissimo scripto [22] act. citat. videtur corrigere velle errorem, petens ex novissima dispositione causam dijudicari; Unde satis patet, quod ipse fundamenti suae intentionis certitudinem non habeat. Primus etiam in libello gravaminum Actorum Appellationis petiit: Es bey denen Erklärungen parentis *Hieronymi Leopoldi*, tum vero matris & patruorum (inter quos est ipse tutor, reliqui duo vitam cum morte commutarunt) zu lassen. Hinc putaret quis tutorem in hac lite pro Actore habendum esse.

Verum, his non obstantibus, existimo filium natu maximum Hieronymi *Leopoldi, Franciscum Wilhelmum de Metternich*, Actoris vices sustinere debere. Tum, quod ipse primus, licet in possessorio tantum, animo tamen haeredis fideicommissarii, judicis auxilium imploraverit. Vitium Actuarii esse puto, quod fundamentum petitionis, & contra quem petita sit manutenentia, in Protocollo melius expressum non legatur. Tum quod possessio B ipsius non satis videatur firmata. Cum enim mater, nomine filiorum natu minorum, possessionem apprehenderit Anno 1717. vide ejus declarationem *de 9. Aug.* 1717. eamque adhuc teneat, & Camera Imperialis de alimentis, seniori filio praestandis, prospexerit, teste Protocollo Actorum & Sententiis. Ipse etiam *Franciscus Wilhelmus* summam provisionaliter adjudicatam acceptaverit, utique ipse non est possessor, sed mater, filiorum juniorum nomine. Jam vero ei, qui possidet, Actio non est prodita, per quam negat rem actoris esse

§. 2. *in instit. de actionib.*

Ergo actorem oportet esse eum, qui non possidet.

dict. §. 2.

Is ergo erit *Franciscus Wilhelmus de Metternich*. Manutenentiam, quam obtinuit ab Abbate Corveyensi, nihil moror, est enim absque causae cognitione decreta. Et in Camerali Judicio tota controversia ad possessorium ordinarium, juncto petitorio, fuit reducta.

Constituto Actore dicendum de genere Actionis. Cum itaque Actor in scriptis suis, praecipue post Sententiam in Actis Citat. 25. Jun. 1721. die 27. ejusdem mensis possessoC rium dimittere se nolle, declaraverit, judicis officium omni meliori modo implorando. Existimo, non male huic negotio accommodari Actionem *ex interdicto quorum bonorum*, si non directum, saltem utile ad Exemplum Successoris in feudo.

Stryck. de act. Forens. Sect. 2. *membr.* 2. §. 8.

juncto petitorio *petitionis hereditatis fideicommissariae.*

Tametsi enim interdictum quorum bonorum aliqui nonnisi heredi ab intestato tribuunt,

vide Friderum Mindanum de interdict. Tit. XVI. n. 16.

Ipse tamen agnoscit, plerorumque DD. esse

Sententiam, dari etiam ex testamento succedentibus.

Colleg. Jur. Arg. tit. quor. bon. n. 3. Lauterbach Coll. Pract. dict. tit §. 5. per. L. 1. C. h. t. tit.

De petitione hæreditatis fideicommissariæ nullum est dubium.

Videamus de probatione actionis.

Fundamentum ponitur in utraque dispositione *Hermanni Werneri*, Episcopi, de Anno 1697. & 1704. unde construitur Enthymema duplex.

Primum est tale: In constitutione fideicommissi de An. 1697. patri meo datum est fideicommissum, ita, ut ipso defuncto succederet ex filiis senior. Ergo mihi debetur successio. Antecedens est verum, & adversaria parte confessum, ergo consequens, quod est petitum in actione, est probatum.

Alterum sic se habet: Testator in elogio ultimo An. 1704. priorem constitutionem fideicommissi non revocavit, sed potius confirmavit, & in mea persona potest exitum sortiri testatoris voluntas; Ergo mihi ceu filio Seniori patris mei debetur successio.

Antecedens confitentur adversarii, mater & tutor; Consequentiam tamen negant, qua de re videndum in Exceptionibus. Interim etiam per hoc Enthymema actio erit probata quousque appellans non docuerit exceptionem.

Tertium Argumentum, a Consuetudine curiæ feudalis Corveyensis desumtum, est particulare, de quo, cum de fideicommisso universali sit quæstio, non est potissima consideratio.

Explicandum nunc est *fundamentum Exceptionum.* Hoc ita procedit.

Dispositio prior fideicommittentis per posteriorem est declarata & in eo Articulo mutata, ut non præcise Senior ex filiis, sed ille, quem pater *Hieronymus Leopoldus* elegisset zum Stamm-Herrn, succedere deberet: Proinde per testamentum prior dispositio esset revocata, ita ut primogenitus tacite videretur exclusus, ita ait auctor scripti typis impressi [23] act. citat. p. 3. seq. Electionem vero a patre factam esse, excludendo filium, natu majorem, expresse, & nominando Successorem unum ex filiis, natu minoribus, & eum quidem, quem digniorem judicasset mater. Hæc declarationem suam edidit d. 9. Aug. 1717. Approbantibus eam patruis 6. Octobr. qui erant

1. Episcopus Monasteriensis & Paderbornensis, defunctus.

2. Senior familiæ de Metternich, Dominus zur Gracht, defunctus.

3. Ipse tutor appellans.

Sane si Appellans priores assertiones probaverit, omne Fundamentum actionis erit elisum, & *Franciscus Wilhelmus* fratrum Senior,

A ex benevolentia junioris, quem mater voluerit aliquando esse familiæ caput, vivet, nisi conditionem ecclesiastici ordinis prosequi maluerit, atque in ea ampliorum præbendarum, ut vocant, fortunam adquisiverit.

Verum enim vero, ex propositionibus Exceptionum certæ sunt solum duæ, una, quod mater talem ediderit declarationem 9. Aug. 1717. altera, quod patrui eam ratihabuerint 6. Octobr. Anni ejusdem. Priores vero propositiones, (1) de concessa a fideicommittente hæredi scripto libera facultate, & (2) de actu ipso declarationis paternæ, sunt dubiæ, & desuper judicium ferendum. Ergo examinandæ erunt quæstiones duæ.

1. An testator *Herm. Wernerus* in ultimo elogio An. 1704. hæredi scripto absolutam dederit facultatem nominandi successorem in fideicommisso, & quidem talem, ut etiam filium primogenitum absque causa justa in dispositione de An. 1697. expressa excludere liceret?

B 2. An ipse Hermannus hac potestate situsus legitime & juxta intentionem testatoris?

Hæ propositiones in facto probandæ sunt Appellanti, si reliquarum, declarationis scil. maternæ & patruorum, aliqua vis esse debeat, quæ alioquin foret plane nulla.

Prima ergo quæstio ex verbis dispositionis de An. 1704. elucere debet, non ex interpretatione matris & patruorum, quæ posset esse ab affectu inordinato profecta. Verba Testamenti ita sonant; Repetantur aus dem Abdruck sub titulo: Genuina Facti Species [23] act. citat. pag. 11. Nachdemmahlen obige unsere Vermächtniß ꝛc. ꝛc. ibi. und unsere gantze Verlassenschafft einem seiner Söhne als Stamm-Herrn nach erfolgtem tödtlichen Hintritt hinwieder obengemeldter massen zu überlassen, welches dann allemahl, nach Rath und Gutbefinden der nächsten Anverwandten, zu überlegen ꝛc. ꝛc. Verba hæc appendicem testamenti faciunt, vel postscriptum, sunt tamen eodem dato addita, & uno eodemque actu solennitate testamentaria roborata, adeo, ut pro parte testamenti haberi debeant.

Ex tenore verborum, liberam, quam dixi, potestatem hæredi tributam, nemo, ut ego sum

C persuasus, præter matrem tutoremque Appellantem & quos hi conduxerunt, exsculpet, neque hanc fuisse mentem testatoris, ex iis, quæ infra dicturus sum, patebit. Proinde, si vel maxime *Hieronymus Leopoldus* denominasset Successorem arbitratu proprio, excluso seniore filio, non satisfecisset legi a testatore præscriptæ. Jussus enim erat, relinquere uni ex filiis, (loquor jam in supposito extantis solius testamenti de An. 1704.) mit Uberlegung Rath, und Gutbefinden nächster Anverwandten de exclusione filii primogeniti non cogitavit testator, cum hic, tempore conditi testamenti, adhuc adolescens esset, novem forte annorum, isti vero fratres, quorum causam agit mater cum tutore, nondum, sed post mortem testatoris demum essent nati; Ergo frustra narra-

narravere Patrui in Declaratione 6. Octobr. 1717. Daß sie auch nach allen erwogenen Umständen befinden, daß die Mütterliche Declaration so wohl der Groß- und Vätterlichen Intention conform sey, als zu der Familie Splendeur, und der Güther Besten gereiche. Per vocem Groß-Vätterlich intelligunt haud dubie, testatorem Episcopum propatruum, parentis loco habentem.

Quod de splendore familiæ dicunt, de puerulis istis, qui erant Anno 1717. affirmare non poterant.

Quæstio altera, de voluntate Hieronymi Leopoldi, est hypothetica, supponens primam juxta asserta Tutoris Appellantis in facto ita sese habere, quod tamen, ita non esse, supra ostensum fuit. Hanc quæstionem rursus affirmant Mater & Patrui, inter quos est Tutor. In vim probandi adducitur Instrumentum depositionis testium [9] [10] Act. Citat. & [14] Act. Appellat. examinatorum privatim per Notarium 18. Jun. 1716. In quo Instrumento, licet tres personæ Ordinis Religiosorum, quorum officio spirituali usus erat Hieronymus Leopoldus, morti vicinus, separatim deposuerint; Es hätte der Herr Ober-Stallmeister disponiret und verordnet, daß einer von seinen jüngsten Söhnen in denen Güthern succedire, der Aelteste aber Dom-Herr bleiben solte: Hoc tamen Testimonium varios habet defectus, ut ad probandam voluntatem patris sufficere non possit, tantum abest, ut ad probandum Except. Fundamentum valere queat, cum per supra dicta a testatore hæc facultas patri non fuerit concessa. Transeo Examinis Formam ad requisitionem maternam & Tutoris compositi.

Alii sunt defectus interni; nimirum loquuntur testes de dispositione a Defuncto facta, & tamen ubi sit hæc dispositio, non addunt, neque causam suæ sententiæ explicant: Tacent, qua occasione, quo tempore & loco, an motu proprio, an, quod magis verosimile, ad instigationem matris, verba illa protulerit: Non explicant, cui sint dicta, & in quem finem, quibus circumstantiis, & Solennitatibus, sed generaliter: Er hätte so disponiret und verordnet; An tribus istis Presbyteris convocatis ad hunc finem & rogatis, an unicuique seorsim: Seorsim autem unicuique dicta esse ex ipso instrumento apparet, & sic sunt Testimonia, nullum fidem facientia.

vid. Ant. Faber. 4. Cod. tit. 15. def. 46.

Licet enim trium testium dicta ad eundem finem tendere videantur, ita ut pro singularibus haberi non debeant,

vid. Amsel Disp. unus testis, nullus testis, §. 2.

Mascard. conclus. 379. *num.* 14. *Pacian. de Probat. L.* 1. *c.* 14. *n.* 12.

tamen in tali actu declarativo requirebatur omni modo præsentia plurium, quia agebatur de facto, in specie probando.

vid. Mascard. dict. conclus. 379. *num.* 5. *adde num. fin. ubi de rogat. testium.*

A Non concordant in verbis: Unus ait, quod dixerit: Es solle derjenige succediren, welchen die Frau Obrist-Stallmeisterin und Herren Tutores am tauglichsten erkennen würden; generaliter vero reliqui, welcher am tauglichsten erkannt würde, quod fieri potest etiam a Judice.

Potissimus defectus est hic, quod in re tanti momenti, si pater facere voluisset voluntatis suæ judicium, debuisset fieri, & potuisset facere, mature & in forma solenniori, convocatis testibus ad hunc finem, actu continuo & prævia consultatione cum agnatis, & addita probataque causa graviori, quare natu majorem filium exclusum vellet, & instrumento desuper confecto.

Quæ omnia cum facta non sint, concluditur, declarationem istam patris, per discursum cum presbyteris, diversis temporibus, factum, quorum officium huc non pertinebat, ad effectum præferendi fratrem juniorem natu maximo, qui dudum est ætatis perfectæ, minime sufficere, neque id, quod probare B voluere mater atque Tutor, exinde probatum esse. Superflua hac deductione opus non erat, quia pater potestatem liberam denominandi successorem cum exclusione filii natu majoris, non habebat.

Dico enim amplius: etiamsi extaret declaratio patris solennis, scripto comprehensa, vel coram testibus facta, tamen non sufficere ad Exceptionem probandam, quia tenebatur pater adimplere exacte Legem fideicommissi.

vid. Knipschild. de fideicommiss. famil. c. 6. *num.* 251.

Causasque ad excludendum filium natu majorem legitimas adferre, maturaque consultatione habita, declarationem edere, non vero verba testatoris suo arbitrio vel ad uxoris suggestionem, interpretari. Uxoris enim consiliis omnem rem gestam esse nemo forte C dubitavit, utpote quæ agnoscat, si filius senior succederet, ipsam commodum privatum ex bonis fideicommissi instruere non posse. Proinde examine noto testium opus non est, cum probato etiam plenissime isto parentis discursu, nihil tamen, ad Exceptionis Fundamentum probandum, exinde sequatur. Taceo etiam, quod, si vel maxime ipse Testator potestatem denominandi Successorem voluntati liberæ hæredis reliquisset, talis dispositio multum habitura fuisset dubii, propter defectum consensus Domini Feudi, talem ut etiam liceret ipsi, ceu primo adquirenti, Successorem arbitrio tertii committere. Sed hoc ulteriori indagini relinquo, cum in promtu sint rationes decidendi fortiores, per quas concluditur: actionem per exceptionem elisam non esse: Exceptio enim non est probata, imo in Replicatione, cumprimis in Scripto Actoris [11] Actor. Citat. plene refutata.

Hæc sufficere quidem possent ad Sententiam pro actore ferendam; sed in causa hac, a partibus turbide satis tractata, opus esse judicavi,

ut rationes Decisionis meæ summatim ob oculos constituerem.

Primo, existimo versari nos & decidere debere quæstionem cum possessorii ordinarii, tum etiam petitorii; utraque enim pars ad petitorium conclusiones suas direxit, vide Scripta Actoris Except. Act. Appell. [13] in conclusione. Add. die Folgleistung [25] & cumprimis Scriptum [11] Actor. Citat.

Appellantis vero, tanquam rei, in libello gravam. petito [7] & Replica [21] submiss. recess. [31]

Actor vero possessorium non dimisit, sed quovis meliori modo jus dici petiit. Ergo, si quid utilius est, ex interdicto quorum bonorum, hoc ei tribuendum erit,

Rulând. de commiss. P. 3. Lib. 2. cap. 3. num. 10. seqq.

Secundo, evidentissimum esse puto, quod dispositio Fideicommissi Reverendissimi quondam Episcopi Paderbornensis An. 1697. facta, per Testamentum sequens sublata non sit, neque hic adesse casum §. 2. Inst. quib. mod. testam. infirmentur. Hanc propositionem paucis ita demonstro:

1.) Prior propositio non habet formam Testamenti, neque Dominus Episcopus tunc Testamentum condere voluit. Ergo per subsecutum Testamentum, quod priori dispositioni non repugnat, Dominus Episcopus rumpere priorem istam non voluit.

Vide Surd. decis. 149. n. 16. seqq.

Imo non tollitur ne quidem Testamentum prius per posterius, si hoc sit declarativum prioris, vel in casu fideicommissi,

per *L. 21. π. qui Testam. fac. poss. L. 12. §. 1. de injusto, rupto. vid. Coll. Jur. Argent. ad hunc tit. §. 9. inf.*

Quid quod ob clausulam codicillarem adjectam Testamento Regulam Jur. Rom.

§. 2. Inst. quib. mod. Testam. infirm.

moribus non obtinere plurimi statuant,

vid. Huber. Prælect. Tit. de injusto, rupto. §. 2.

2.) Quodsi ultimæ voluntatis speciem habere credamus primam dispositionem, propter quinque testium subscriptionem, erit codicillaris dispositio, per quam fideicommissum utique relinqui posse jura nostra permisere, directa hæredis institutio deinde in testamento facta, semper habito respectu ad fideicommissi constitutionem præcedentem. Ita §. 9. testamenti & pluribus locis nominatur *hæres fideicommissarius*, cum nullus adhuc esset nominatus, neque in toto tenore testamenti constitutio fideicommissi, nisi obliquis verbis, tandem in postscripto clarioribus, neque tamen in ea forma solenni, uti antea 1697. expresserat, legitur. In appendice, sive postscripto, (quod, ut supra monui, pro parte testamenti habendum, gesta enim sunt omnia uno actu) verba illa: welches denn allemahl nach Recht und Gutbefinden der nächsten Anverwandten zu überlegen, aperte innuunt, ad præcedentem dispositionem fideicommissariam Testatorem respexisse. Sane hæres in testamento nominatus semel Tantum mori & semel relinquere poterat bona uni ex filiis: Item verba: Seine übrige Brüder und Geschwister, de hærede instituto intelligi non possunt, sed de Successore in familia quocunque.

Per hoc testamentum, si ruptam esse dispositionem præcedentem diceremus, fideicommissum non foret perpetuum Familiæ Metternichianæ, sed inter solos descendentes Hieronymi Leopoldi. Cum tamen his deficientibus alii vocati sint in præcedente dispositione. Quam voluntatem mutasse Dominum Episcopum, non est credibile, sed potius hoc non verisimile modo, sed certum & evidenter probatum, quod Testator in eadem voluntate permanserit,

vid. *inprimis Surd. dict. decis. 149. num. 16. seqq.*

Ipsa mater atque tutor non aliter credidere, quam quod prior dispositio per sequentem non esset revocata, sed declaratam dixere in modo succedendi, prius est verum, posterius falsum. Nihil revocavit testator, quam id, quod cum testamenti tabulis subsistere non possit: In verbis; Revocire inzwischen und cassire alle unsere vorhin datirte testamenta & codicillos &c. so biß dato ihre Wercklichkeit und Effect nicht erreicht, und NB. obiger unser Disposition zuwider scheinen möchten. Verba ultima bene notari voluit pars appellans in typo ad Acta citat. producto [23] pag. 12. quasi vero appendix testamenti modum succedendi, antea præscriptum, immutasset; Hoc vero appellans tutor cum matre filiorum nunquam probavit, neque in æternum probabit. Ergo, quod mutatum non reperitur, consistet: Consistet inquam institutio filii natu majoris, h. e. primogeniti.

vide *Torre de primog. & major. p. 1. c. 39. §. 1. num. 40.*

Cum introductione Juris Primogenituræ, tanquam intentioni fideicommittentis conformis & familiæ utilior, atque, ad concordiam inter fratres conservandam, inprimis faciens.

Voluit testator familiæ dignitatem conservari & augeri, hoc vero fit per successionem primogeniti linealem.

Torre part. 2. quæst. 43. num. 60. seqq.

Interpretatio ultimæ voluntatis fieri potest etiam ex testamento priore revocato.

vid. *Torre dict. loco, & part. 3. decis. 6 num. 14.*

Multo magis, ubi revocatio dispositionis fideicommissariæ, uti in casu nostro, facta non est.

add. Fontanell. decis. 89.

Apprime faciunt ad casum nostrum Auctores isti *Torre* & *Fontanella* in locis allegatis.

Tan-

Tandem, si ponamus casum non existentis A dispositionis prioris de An. 1697. in terminis meris testamenti de An. 1704. tamen ex appendice illa: **Nachdem obige unsere Vermächtniß oder vielmehr** fideicommissaria dispositio &c. &c. in verbis: **Unsere gantze Verlassenschafft einem seiner Söhne, als Stamm-Herrn, hinwieder zu überlassen**; non sequitur potestas excludendi pro arbitrio filium natu majorem; Prohibuit testator bonorum divisionem, unum Successorem esse voluit: Ergo, primogenito succedente, voluntas ejus adimpleri potest, & verificari in vero, ergo non debet trahi ad casum fictum, ut loquitur

Torre dict. tract. Part. 1. cap. 29. n. 117.

Cum & naturali ratione & fideicommissorum moribus, ubi inter plures unus succedere potest, vocetur natu major:

Knipsch. de fideicomm. fam. cap. 6. num. 266. 276.

Adeo ut etiam, si digniori collatum sit, Senior pro vocato habendus sit, nisi incapax:

Idem n. 312. seqq. Mantic. de conject. ult. vol. L. 8. tit. 10. n. 5. B

Amplianda enim est potius ultima voluntas ad favorem, quam restringenda ad odium primogeniti:

Torre de primog. & major. P. 1. cap. 3. n. 19. & 149.

Et omnis exclusio primogeniti ceu odiosa restringenda:

ibid. n. 80.

non admittenda ejus exclusio, nisi evidentissima:

n. 81.

Confirmantur hæc omnia, per ea, quæ docet

Gratianus discept. forens. c. 695. & Cardin. de Luca tract. de fideicomm. discurs. 1.

Ubi quidem alius casus refertur, sed argumenta concludentia etiam ad nostrum peti possunt, inter quæ etiam est illud, quod exclusio primogeniti, ob defectum aliquem C mentis, non sit perpetua, sed temporaria; sed nos in casu tali incapacitatis non versamur, nihil ejus rei est probatum, neque ab ipso patre allegatum: Quodsi electio facienda esset **allemahl** per proximiores agnatos familiæ, excludendo, si libuerit, primogenitum, eheu! quot, quantæve lites exorituræ forent ad familiæ exitium? Divisionem bonorum prohibuit testator Reverendissimus, unum voluit Successorem **zum Stamm-Herrn**: Judicium de capacitate natu majoris præmittendum esse non voluit. Aliud enim est dicere: Si judicaretur esse incapax non succedet; aliud: Non succedet, nisi præcesserit inquisitio de capacitate; illud dixit fideicommittens, hoc non dixit.

De majori vel minori capacitate arbitrium foret semper difficile, infirmum. Ergo relinquenda successio ordini naturali ætatis, juxta voluntatem fideicommittentis, etiam ex hoc solo testamento. Cujus interpretatio tamen fieri potest & debet ex antecedente dispositione, ut supra ex Fontanella & Torre probavi.

Quid si contingeret tutorem filiorum natu minorum, qui ex patruis solus superest, ex hac vita abire, noster appellatus, *Franciscus Wilhelmus*, foret absque dubio totius familiæ Metternichianæ in **Gracht**, Senior. Ergo hujus consilio utendum foret matri in eligendo ex filiis natu minoribus Successore. Hoc eo saltim facit, ut appareat, quam misera sint argumenta tutoris & matris, pro exclusione filii natu majoris. Neque credibile, Dominos feudorum, quæ familia Metternichiana per Seniorem recognoscere solet, natu minorem admissuros.

At at! inquit mater cum tutore, **der Vater hat verordnet, der ältiste Sohn solle Dom-Herr bleiben, weil er viel verzehret.**

Quasi vero sponsorem haberent omnipotentem de vita filiorum natu minorum, adhuc juvenum, & de eorum virtutum constantia.

Ergo cum voluntas testatoris in Successore *Francisco Wilhelmo* rite adimpleatur, qui nullibi exclusus reperitur, nisi a matre, approbantibus patruis, sed contra dispositionem fideicommittentis, qui voluit Successorem filium natu majorem, nullaque adsit causa justa, eum excludens, ut potius Testimonio solenni totius Capituli Monasteriensis, ad acta producto, ejus mores laudentur: Concludo meum votum pro actore ita, ut declaretur Successor in fideicommisso, juxta utramque Domini Episcopi dispositionem, eique tradatur possessio a tutore & matre cum fructibus, a tempore mortis parentis perceptis, & omni causa.

Ita tamen, ut omnia, juxta voluntatem fideicommittentis, administret. Denique confirmetur juxta hanc decisionem dispositio fideicommissi, & extradantur originalia ipsi primogenito Successori juxta L. fin. π. de fide instrumentor. Expensas litis compensandas censeo, ita tamen, ut simul caveatur, ne aliquid ad rationes tutelæ referatur. Salvo &c. &c.

Consultatio & Decisio XL.

Schedulæ Cambialis **an Uberbringern zu bezahlen** / natura examinatur, ubi de Juramentis Judæorum & comparatione literarum.

Casus.

Der Kriegs-Commissarius Krumholtz zu Landau, welche Stadt dermahlen Kayserl. Majest. und dem Reich unterworffen, hat vor dem Stadt-Gericht daselbst einen Raths-Verwandten und Gast-Wirth **Kempfen**, wegen 2350. fl. in Anspruch genommen, seine Klage durch einen Schein oder Wechsel-Brieff Act. prior. Num. I. worinn kein Creditor exprimiret, sondern **an Uberbringern** zu bezahlen gesetzt wird, probiret, welcher Schein ihme Klägern vor Contributiones, statt baaren Geldes, übertragen worden seyn solle. Beklagter hat den Schein diffitiret, als ob seine Unterschrifft und Siegel nachgemacht seyen; und als Judicium à quo Comparationem Literarum mit andern seinen Hand-Schrifften, in specie auch mit einem Schuld-Schein an den Juden Simon Samuel ertheilet, Act. pr. N. 2. item mit einem an dieses Juden Sohn Isaac ertheilten Schein, Krafft welches Beklagter dem Juden Isaac Commission giebt, den Schuld-Schein Quæstionis vor 1500. fl. an sich zu lösen, mit Versprechung B 10. Ducaten Discretion: So will Beklagter diese beyde Scheine auch vor falsch ausgeben, wiewohl sie seiner Hand und Siegel gantz ähnlich wären. Dahero Judex à quo zum Uberfluß dem Juden Isaac auferlegt, die ihm gegebene Commission eydlich zu bestärcken, à quo Decreto Beklagter weder stante pede, noch in scriptis appelliret. Als aber des folgenden Tags der Jude schwören sollen, und bereit gewesen, hat er stante pede viva Voce appellirt, und Appellations-Processus erhalten, wie ex sequenti Extractu zu ersehen.

VOTUM.

Dico, Appellationem hanc esse aperte desertam, vel si mavis, invalidam.

Nam cum ad Appellationis Formalia requiratur, ut fiat vel viva Voce statim à lata Sententia, vel in scriptis, neutrum hic observatum C fuisse, ex Specie Facti & Extractu audivimus. Neque juvat Appellantem, quod Juramentum suscipere Judex voluerit ante decendium effluxum. Nam ex Literis informativis Senatus audivimus, in superfluum tantum istud Juramentum fuisse requisitum, cum de Manu Sigilloque Rei Commissarii jurati non dubitassent. Vid. Fol. Act. pr. 14. & 19. b. Adeoque malam Causam fovere videtur Appellans; cum verosimile non sit, plura Chirographa diversis temporibus adeo exacte, prout ipse fatetur, Manui suæ Sigilloque similia, potuisse à Falsario uno vel pluribus confici.

A Adeoque mihi videtur pronunciandum, hanc Appellationem desertam vel invalidam, cum Appellans voluerit appellare viva Voce, sed non illico, ipso die Sententiæ latæ, requirente id L. 14. C. de Appellat. L. 5. §. f. ff. eod. sed altero demum die id fecerit. vid. Blum. Tit. 48. num. 8.

SENTENTIA 15. Jul. 1712.

In Sachen Just Kempfens wider N. Krumholtzen, Appellationis, ist solche Sache, als desert, an diesem Kayserl. Gericht nicht angenommen, sondern erkannt, daß dieselbe an Richter voriger Instantz zu remittiren und zu weisen sey, als Wir dieselbe hiermit remittiren und weisen; gedachten Appellanten in die Gerichts-Kosten an diesem Kayserl. Gericht derentwegen aufgelauffen, nach rechtlicher Ermäßigung ihme Appellaten zu entrichten und zu bezahlen, hiermit fällig ertheilend.

Voti Continuatio.

Contra Sententiam desertoriam, cum petita fuerit Restitutio in integrum, examinandum erit, an Testimonium Judicis de alio die Publicationis Sententiæ, quam qui in Supplica pro Processibus, in Protocollo judiciali, in Actis ipsis legitur, attestantis, Causam justam præbeat restituendi:

In Supplica nominatur dies 16. Julii 1710. [2]

In Protocollo judiciali exhibito cum Supplica pro impetrandis Processibus idem dies habetur. [3]

In Actis ipsis Fol. 18. sub die 16. Jul. legitur Sententia interlocutoria in præsentia Partium lata: [7]

Der Jud soll schwören.

Sequenti die 17. Jul. nihil quidquam de Publicatione facta in Actis legitur, sed de Executione Sententiæ hujus interlocutoriæ, & Appellatio viva Voce non interposita à Sententia, sed ab Executione Sententiæ, post prælectam Formulam, & cum paratus esset Judæus ad jurandum. Hæc omnia Actis sunt congrua. Jam vero Judex attestatur contra Fidem Actorum & Protocolli Sigillo Civitatis roborati Sententiam fuisse decretam quidem 16. Jul. sed publicatam die sequenti, de quo tamen in Actis nihil legitur. Hinc colligitur:

1) Ap-

1) Appellantem diem certum Publicationis ignorare non potuisse. Ergo ejusmodi Testimonium Judicis esse quidem noviter repertum, sed studiose conflatum, ad circumveniendum Judicium Appellationis.

2) Posito errasse Appellantem bona fide, cum putaret sufficere Appellationem viva voce die sequenti, error Juris eum non absolveret, cum circa Fatalia in Appellationibus errare sine Præjudicio non liceat: Adeoque, cum Judici, contra Acta attestanti, Fides non habeatur, Mev. P. 1. Decis. 120. atque error Juris circa Fatalia omnino Appellanti noceat, concludo: Restitutionem in integrum esse denegandam, tanto magis, quod concessa etiam Restitutione, Sententiam à qua confirmandam esse censerem, cum Sententia à qua Exceptiones in Causa principali non præscindat, & tantum, ad veritatem Facti datæ Judæo Commissionis indagandam, sit comparata.

Porro, cum Appellatus petierit in Duplica [21.] Mandat. de exequend. in eventum etiam Sententiam in Causa principali satis instructa: ad Causæ principalis Decisionem quidem deveniendum esse non arbitror, quia Appellatio pronunciatur deserta. vid. Gail. 1. Obs. 137. Neque etiam in hoc Imperiali Judicio Causam satis deprehendo instructam, ut omisso Puncto Appellationis, in Causa principali Sententia possit ferri.

Attamen Mandatum de exequendo Sententiam, quæ per Sententiam desertoriam transiit in rem judicatam, decernendum esse, idque sine Clausula, mihi dubium est nullum; cum metuendum sit, Judicem, qui Testimonio suo, contra Acta dato, nimia Partium studia prodidit, in Sententiæ Executione non minus addictum Collegæ suo affini vel cognato, sese monstraturum. Accedit Sententiæ, cujus Executio petitur, Justitia, quam paucis demonstrare lubet, Gravamina Appellationis removendo, non quidem illo, qui in Libello Gravaminum multiplicato, sine causa, Numero legitur, sed eo, quem ad Negotium enucleandum credidi aptissimum.

Queritur immerito Appellans, Judæo Juramentum suppletorium esse impositum contra se Christianum. Respondetur: Judæos à Testimonio contra Christianos (utinam re pariter ac nomine essent omnes) non excludi, si aliæ concurrant præsumptiones, quibus eorum Effatum adjuvatur. *Cravatta Consil. 37. n. 18. Schilter. Exerc. 35. §. 23.* ubi plurium JCtorum reperies, & speciatim Juris Saxon. Assensum. Hic vero insignis adest Præsumtio malæ fidei contra Reum, qui omnes Scripturas, sibi oblatas, quibus onerari se videt, diffitetur, cum nullo modo sit simile vero, diversis temporibus, plures Subscriptiones, eadem Litterarum tractu, confingi potuisse. Deinde, si accurate Negotium examinetur, Judæus Testimonium non præbet directe de Negotio, cujus Veritas aliunde non constabat, sed tantum confirmat Actum alium, inter se & Reum gestum, quod ita gestum fuisse Reus ipse sua Subscriptione erat testatus, atque idcirco non potest dici, in propria Causa Testimonium perhibere.

Judex ipse, in Litteris informatoriis, [12] fatetur, in Subsidium tantum adhibitum fuisse Judæi Testimonium. Et cum additur in Rationibus decidendi, non credidisse Judices Judæum ad Juramentum fore paratum; valde imperitos sese ostendunt, qui Juramentum detulere, quod sine Perjurio præstitum iri non credebant.

Infirmum porro est argumentum, quod existimet Appellans, Judæum ex eo Testimonio Commodum aliquod sperare; weil dadurch des Juden Vaters producirter Wechsel-Brieff, der auch falsch wäre, vor unverwerfflich passirte. Taceo enim, quod sæpe dictum fuit, Reum omnes Schedulas, quibus onerari se sentit, diffiteri, Consequentia Gravaminis est plane nulla. Denn so wenig als es folgt: Der Wechsel-Brieff Quæstionis ist falsch, ergo ist der andere auch falsch; so wenig folget auch: Der erste ist gut, ergo ist der andere auch unverwerfflich. Sunt enim Causæ plane separatæ.

Neque etiam moror, quæ de Absolutione à Juramentis Judæorum solenni adfert. Nam ea, quæ narrat, in Actis non habentur, neque etiam in Judicio hoc Imperiali, ubi Judæorum Juramenta sunt crebriora, attenduntur, certe à Judæis nunquam adeo imprudenter, ut Appellans narrat, conceduntur. Adeoque factum fuit satis potissimo Gravamini, quod est in Ordine Libelli 11. 12. 13. 14. 15. Omnia enim redeunt ad unum.

Cætera omnia poteram transire, cum ad Causæ principalis faciant Decisionem. Quo magis tamen de Meritis & Odore Causæ hujus constet, minusque dubii sit ad decernendum, quod supra sum arbitratus, Mandatum de exequendo; paucis etiam reliqua percurram.

Primum, de non expressa causa debendi, est aperte falsum, cum Schedula Mutuum datum expresse referat: Sextum & decimum, de Præcipitantia Judicis, non probatur ex Actis. Neque omnis Actus judicialis, quemadmodum nec omnis labor, brevi temporis spatio absolutus, præcipitantiæ potest accusari. Nam præcipitantiæ vitium, non temporis tractu, sed attenta rei consideratione, evitatur. Neque Judex aliusve, quantascunque nectat moras, à præcipitantia statim absolvitur. Judicem vero Landaviensem instantissimæ Commendationes Ducum bellorum, aliæque Rationes in Litteris informatoriis expressæ, ab ista criminatione excusant.

Allegatur porro, & quidem sexto loco, Constitutio Juris Gallici, de non attendendis schedulis istiusmodi: Payables au porteur. Ad quod respondetur: Esse testimonium privatum

tum Auctoris incerti. Deinde conſiderandum eſſe tempus contractæ cum creditore præſente obligationis, quod non eſt cum ſcriberetur, & Gallico ſubdito, neſcio cui, traderetur, ſed illud cum ſchedula Cambii ad Actorem perveniret. Erat enim directa in perſonam, quæcunque ei eſſet ſchedulam exhibitura, adeoque cum unoquoque, ad quem ſchedula pervenit nova contracta obligatio: id quod in Cambiali Jure non eſt novum. Atqui translata fuit ſchedula in Commiſſarium Krumholz, Actorem tunc temporis, cum Landavia poteſtati hoſtium iterato eſſet erepta. Accedit, quod Anno 1704. quo Anno ſchedula fuit exarata, Galliæ Rex Landaviam teneret Jure Belli tantum Imperio ereptam, cum recuperata eſſet Anno 1702. & Gallica jura ibi forte nunquam introducta, certe à Recuperatione prima ceſſavere. Præterea queritur Appellans, quod Actor ceſſet nominare Auctorem, à quo ſchedulam fuerit nactus, titulumque ſuum; qua in re concurrunt Gravamina 2. 3. 4. 5. 7. Reſpondetur: Id ei per Sententiam non fuiſſe injunctum, neque abſurdum foret dicere, non teneri laudare ſuum Auctorem, cum directa ſit ſchedula, in poſſeſſorem quemcunque; adeo ſibi imputare habeat Reus, quod ea forma ſeſe obligaverit. Neque jure noſtro prohibita ſit obligatio ita concepta, perinde ut fideicommiſſum incertæ perſonæ relictum, quæ tamen certa fieri poteſt, validum judicatur *L. 5. L. 7. π. de Reb. dub.* Ex quibus Textibus elegans atque firmum Argumentum pro aſſerenda ejuſmodi Obligationis vi elicitur: In *L. 5.* valere dicitur fideicommiſſum, relictum ei, qui Teſtatori libertatem procuraverit, quem Teſtator, qui futurus eſſe, neſciebat. In *L. 7.* utile pronunciatur fideicommiſſum relictum ab Hærede ei ex cohæredibus, cui ipſe vellet. Rationem addit Cajus JCtus, quod non obligatio dandi eſſet in hæredis arbitrium collata, ſed tantum Facultas diſtribuendi. Eundem ad modum noſtra ſchedula data ab initio, neſcio cui, cum poteſtate transferendi in quemlibet: Adeoque obligatio non erat in Arbitrio Scribentis relicta, cum verba nulla ratione ſint ambigua, ſed Facultas diſtribuendi ſive transferendi in quemcunque, ſine Ceſſione ſpeciali, per traditionem nudam ſchedulæ, primo Creditori relicta.

Tametſi enim alias incertitudo Actum vitiet, id tamen intelligendum de incertitudine Obligationis, non perſonæ, quæ per collationem in arbitrium alterius, mea voluntate, certa fieri poteſt. Dico amplius, etſi mala fide perveniſſet ſchedula in manus poſſeſſoris, tamen ſolvere teneri Scribentem: Nam quod in aliis Chirographis vel Cambiis, quæ nomen Creditoris habent expreſſum, ſi in alium transferantur, opus ſit vel ceſſione ſolenni, vel inſcriptione nudi nominis cedentis in dorſo ſchedulæ Cambii, hoc ideò neceſſarium, ut caveatur Debitori a pluribus Actionibus, ob eandem rem inſtituendis. Cum is, qui amiſit invitus Inſtrumentum Obligationis, creditum non perdat. Deinde opus eſt Ceſſione ad fundandam Actionem, quia alius quam

A qui in Cambio expreſſe nominatus, Debitorem convenire non poſſet.

Sed in noſtro Caſu iſta cautione opus non eſt, neque periculum ullum, ut Debitor, qui redimendo ſchedulam a poſſeſſore bonæ vel malæ fidei, alia Actione, ob idem Creditum, pulſetur; Adeoque Exceptio iſta, de nominando Auctore, ſit de jure tertii, non attendenda.

Quæ vero Reus in ſcripto extrajudicialiter exhibito 10. Decembr. nuperi adducit, partim ſunt repetita, quoad diem publicationis Sententiæ, partim pertinent ad Cauſam principalem, de qua nobis nondum eſt judicandum.

Illud in ſuſpicionem mihi venit, ſchedulam quæſt. etſi a Reo ſcriptam eſſe mihi admodum ſit veroſimile, tamen levi forte pretio eſſe redemtam, adeoque impingere Actorem in *L. Anaſtaſianam*, de quo cum certus non ſim, ſed in ventilatione Cauſæ principalis demum ſit diſcutiendum, certe nondum oppoſitum, integrum erit Reo iſtis Exceptionibus aliiſque cum non propterea excidat B iſtis Exceptionibus, ſi ſcripſiſſe eum ſchedulam fuerit probatum.

Hæc, quæ dixi, ad Cauſam principalem quidem pertinentia, in Examine caſus, non adeo triti, in mentem venere, nihil tamen pro Actore facient, ſi certum eſſet, vel probabilis ſuſpicio, falſum a ſcribente ſchedulam fuiſſe commiſſum. Itaque in eo ſe gravatum dicit num. 8. 9. 10. quod comparatione Litterarum, remedio admodum fallaci, & aliis falſis Chirographis uſus fuerit judex.

Reſpondetur (1) ab hoc Decreto reum non appellaſſe, ſed a delatione juramenti Judæo facti; qua de re ſupra actum fuit. (2) Eſſe remedium maxime conſuetum, cui vis probandi non deneganda, concurrentibus imprimis etiam aliis adminiculis, quam Materiam ex Farinacii quæſt. 68. ubi fuſe tractatur, cum ſit apertior, illuſtrare ſupervacaneum duxi. (3) Falſum eſt & Actis contrarium, iis tantum Chirographis, quæ Reus diffitetur, uſos fuiſſe Commiſſarios, vide Acta priora fol. 6. C 14. 18. (4) Cum Reus omnes alias ſchedulas, ſua manu ſubſcriptas, Mandatum etiam redimendi illam, de qua nobis quæſtio eſt, judæo in ſcriptis datum, pernegaverit, merito judex ad Comparationem Litterarum Rei deſcendit, cum alia non eſſet probatio, & certe juramentum purgationis Reo fidei adeo dubiæ deferre, ſalva Juſtitia, Judex non poterat.

Concludo itaque, Appellationem, a Reo interpoſitam, eſſe frivolam, adeoque Sententiam priorem, in noſtra Sententia, ob deſertoriam præcedentem & denegatam in integrum reſtitutionem, non quidem eſſe confirmandam, ſed tamen Mandatum de exequendo S. C. decernendum: Reſervatis tamen, ſi quas juſtas habeat in Cauſa principali Exceptio-

ceptionibus; tanto magis, quod Sententiæ, etiam non devolutoriæ, locum fuisse existimem, ob causam Cambialem, non quidem ex *Rec. Imper.* 1654. §. 107. qui textus ab Appellato non satis commode huc adplicatur, sed quod in causis istis Cambialibus Appellationes non facile sint recipiendæ. Vid. *Mev.* p. 9. Decis. 133. Non obstante, quod Reus mercator non sit, cum Contractus Cambii ad solos Mercatores nullibi restringatur, vid. *Lynk. D.* 462. & in cujuslibet voluntate libera sit positum, ejusmodi Contractu sese obligare. Accedit, quod Reus sit Oenopola, & Cambiales litteras dare solitus, prout ex Actis liquet.

Sententia. 15. Decembr. 1712.

In entschiedener Sachen Just Kempfens, wider Bernhard Krumholtzen, Appellationis: Ist Lt. Steinhausen sein der Restitution in integrum halber beschehenes Begehren abgeschlagen, sondern läst man es, Einwendens ungehindert, bey der den 15. Jul. jüngsthin ergangenem Desertori-Urthel, dem Beklagten seine, in der Haupt-Sach habende rechtliche Einrede vorbehältlich, hiermit bewenden. Dann ist das durch Dr. Lindheimern gebetene Mandatum de exequendo Sententiam propriam, wider Stadt-Schultheißen und Schöffen der Stadt Landau, sine Clausula hiermit erkannt.

Continuatio Voti.

Causam hanc, inter Actorem, Commissarium Cæsareum bellicum, & Reum, Oenopolam Landaviensem, qui simul Membrum Senatus est, aliquoties in hoc Senatu recenseri, meminimus. Appellatio a Sententia interlocutoria recepta erat, postea in Relatione judiciali, cum Sententia desertoria publicata, 15. Jul. 1712. denegata etiam per Sententiam 15. Decembr. ejusdem Anni, ad plenissimum causæ, etiam principalis, meritorum Examen, postulata Restitutio in integrum.

Connexitas Causæ requirebat, ut in ejusdem Causæ progressu decerneretur Mandatum de exequendo Litteras Cambiales S. C. quod factum unanimi Senatus Consilio 17. Mart. hujus Anni, reproductum 28. April. Rationes Decreti erant:

1.) Quod ageretur de Administratione Justitiæ via executiva.

2.) Quod Litteræ Cambii essent exhibitæ a Reo, impudentissime quidem negatæ, sed probatæ per Comparationem Literarum & Sigilli, per Pactum cum Judæo de iis redimendis; quod factum Reus iterum negaverat, sed convictus erat non solum suæ manus subscriptione, sed & Jurejurando, per Judæum præstito.

3.) Quod Magistratus Landaviensis ad ordinarium Processum, contra Naturam Contractus Cambialis, remisisse videretur Creditorem.

4.) Quod insignis Favor Judicis pro Debitore ex Actis constitisset, qui Testimonium, de tempore interpositæ Appellationis à Sententia interlocutoria, dederat Actis judicialibus contrarium.

5.) Quod Creditor, sine præcepto Judicis superioris, ægre Jus suum obtenturus esset à Magistratu.

6.) Quod Cautio à Creditore esset oblata, si Debitor Exceptiones suas, facta prius Executione, probasset.

7.) Quod Jurisdictio hujus Imperialis Judicii esset fundata; tum ob Immedietatem Magistratus, contra quem Mandatum decernitur, tum ob connexitatem causæ, post decretum Mandatum de exequendo Sententiam propriam per Sententiam Cameralem 15. Dec. 1712. & quod Quæstio occurreret de sensu Sententiæ istæ Cameralis, in Puncto reservatarum Exceptionum.

8.) Quod ob Metum Obsidionis Landaviensis Creditor esset in summo periculo obtinendi sui Juris, quod intendisse videbantur, cum ipse Debitor, tum ejus Patroni.

9.) Quod esset Causa publicæ utilitatis, scil. pecunias Contributionum bellicarum concernens; allegaverat enim Creditor Commissarius Krumholtz, cessum sibi fuisse Nomen pro Contributionibus exactis, etsi sine mentione loci: Adeoque locus erat Mandato S. C. juxta Ord. Cam. P. 2. Tit. 23. pr. Casu secundo, tertio & quarto.

Ad hujus Mandati reproducti 28. April. hujus Anni vires elidendas, omnem movent lapidem non solum Debitor Kempff, interveniendo per Lt. S. [30] Causæque Merita tractando, sed & ipse Magistratus, rem Collegæ & Amici aperte satis agens.

In Examine Rationum, quæ à Magistratu opponuntur contra Mandatum, non quidem per modum sub- & obreptionis, sed Reservationis & Oblationis, ante omnia Exceptio non fundatæ Jurisdictionis Cameræ est inspicienda.

Quod ut majori cum luce fiat, prænotandum est: (1) Mandati finem non esse, neque Præcepti, eam vim, ut Causa ad Forum Cameræ traheretur, prout Mandatorum S. C. hic non est effectus, vid. C. O. C. P. 2. Tit. 25. §. 1. Lynk. de Grav. Extrajud. pag. 860. 339. Sed ut Judex Ordinarius, à Mutatione Processus executivi in ordinarium, prohiberetur, ad Officium suum faciendum, juxta Naturam Causæ Cambialis excitaretur, breviter: Ut ipse executiva Via contra Kempfium procederet, præstita ab Actore Cautione, & remissis Exceptionibus, quæ sunt altioris indaginis, in continenti non probatæ, neque probandæ, ad Judicium separatum. Hæc ipsa erat mens Sententiæ, qua denegabatur Restitutio in integrum, contra desertoriam, reservatis Appellanti Exceptionibus.

(2) Observandum est, Cambialium Litterarum eam esse vim, ut executivo processu creditor, vel, qui in ejus locum succedit, possessor Chirographi Cambialis, experiri queat contra scribentem cujuscunque conditionis, de qua Thesi neminem existimo esse dubitaturum. vid. *Lynck. Decis.* 462. *Bergeri Electa Discept. Forens. Tit.* 5. *Obs.* 3. adde *Mev. P.* 2. *Decis.* 37. Ubi, quod executiva Via locum habeat, ubicunque certum est, quid debeatur, & à quo. *Vogt de Cambiis p.* 115. *Bode Disp. de Camb. Thes.* 9. *Lit. B. Heig. P.* 2. *Quæst.* 8. *Mev. P.* 3. *Decis.* 172. *n.* 1.

(3) Executivi Processus eam esse naturam, ut Exceptiones omnes, quæ altiorem requirunt probationem, Executionem non impediant, tritum est inter JCtos. Vid. *interim Coler. de Process. Executiv. P.* 3. *Cap. I. num.* 60. *& seqq. & num.* 101. *seq.* Ubi, quod Instrumenta privata, quorum recognitionem defugit reus, per Comparationem Literarum & Sigilli, sint probanda, quod, in Casu præsenti factum esse, supra commemoravimus. In specie quoad chirographa cambilia, omnes Exceptiones, etiam falsi, non numeratæ pecuniæ, usurariæ pravitatis, nisi in continenti probentur, ad reconventionem rejiciendæ sint, docent *Lynck. Decis.* 446. 462. *& Resolut.* 216. Add. *Heidegger* **vom Wechsel-Recht** *p.* 116. *&* 128.

(4) Cambialis Contractus & Obligationis cujuscunque Naturæ non esse adversum, si in possessorem Chirographi quemcunque dirigatur, collata scil. potestate in primum Creditorem transferendi Jus suum in personam quamcunque, incertam tempore Contractus, id in Relatione mea judiciali, supra allegata, amplissimis probavi rationibus, quibus jam addo, non teneri possessorem pretium cessionis docere, juxta *Lyncker. dict. Decis.* 461.

Ex hisce, cum sit apertum, agi de casu, ubi locus erat processui executivo; ubi Magistratus tentaverat remittere Actorem ad ordinarium, favorem erga reum autem satis testatur, ubi periculum erat in mora; ubi præsente jam obsidione acerrima, majus adhuc est periculum, ne redacta Civitate in potestatem hostium omni Effectu Executionis destituatur chirographum cambiale: Existimo, optimo Jure fundatam esse hujus Judicii Jurisdictionem, prosequendam tanto citius, quo magis in dies imminet periculum, ne ab hostibus expugnetur Civitas Landaviensis.

Qua Thesi posita, prout firmo niti fundamento arbitror, reliquæ Exceptiones facile removebuntur.

Condemnationem, ajunt, nondum esse certam; viæ executivæ non esse locum; Respondetur: Hoc ipsum est mutare processum executivum in ordinarium. Nam posita veritate Scripturæ, de qua post comparationem Litterarum & Sigilli, & Juramentum Judæi, quoad hunc processum, verosimiliter constitit, condemnatio provisionalis omnino est certa, locus est Viæ executivæ.

A Justitiam, dicunt, non fuisse protractam: Hic fatentur Jurisdictionem Cameræ esse fundatam, & eo ipso, dum asserunt executivæ viæ locum non esse, protractionem fatentur. Nam à Processu executivo ad ordinarium Actorem remittere, quid aliud est, quam id, quod justum est, denegare vel protrahere.

Cautionem, quam Præceptum Mandati præsupponit, ajunt, non esse sufficientem. Hoc vero per Instrumentum Cautionis [34] & Oblationem solennioris & firmioris ad Voluntatem Debitoris refellitur.

Porro Argumenta Kempfii in Interventione, cum ad Causæ ordinariæ merita pertineant, sive, ut rectius dicam, ad Exceptiones contra chirographum cambiale, easque altissimæ indaginis, nulla ratione adhuc probatas, vim Mandati non infringent, satis etiam, in præcedente mea Relatione judiciali, fuere confutata & rejecta, ut actum agere opus non sit. Sufficiet eas summatim referre: Exceptio falsi, jam ante fuit rejecta, cum nulla plane specie fuerit opposita, &
B contra Reum sit præsumptio, etiam ex Personæ Qualitate. Suspicio Falsitatis non est Falsitas, hæc in continenti & clarissime est probanda. Et in præsenti Casu ne quidem adest Suspicio Falsitatis, imo gravior Suspicio contra Debitorem, omnia sua Chirographa nullo cum pudore, diffitentem. vid. Lynck. dict. Decis. 446.

Quæ contra Comparationem Literarum adducuntur, ex ipsis Actis prioribus Judicii inferioris refelluntur.

De Testimonio Judæorum, in specie istius Judæi, qui Mandatum redimendi schedulam Cambii acceperat, & Juramento confirmaverat, dixi in voto præcedente. De opposita Exceptione legitimationis Actoris fusius ostensum fuit, non esse necessariam, cum esset possessor schedulæ Cambialis, quam Kempfius negat esse Cambium, contra schedulæ expressa verba, quæ, ubi inveniuntur,
C negotium ex natura juris Cambialis esse æstimandum, res ipsa loquitur. Adde Heidegger pag. 63. Adduntur in præsenti interventione Argumenta sequentia:

1. Excludi omnes Exceptiones, excepta unica falsitatis. Imo & hæc excluditur, nisi in continenti probetur, & Jure excludi, supra demonstravimus.

2. Causam principalem esse indecisam. Respondetur: Non esse decidendum processu ordinario, sed executivo, remissis Exceptionibus ad separatum judicium.

3. Privilegia de non evocando subditos; Respondetur: Esse antiquiora, quam ut hic allegari possint, deinde non præcludi Magistratus Jurisdictionem primæ Instantiæ, sed viam monstrari, quam procedi debeat per præceptum S. C. Non est novum in Camera contra Magistratus decerni Manda-

ta

ta. de exequendo cum & sine Clausula, sed hisce Mandatis juris Instantiarum confundi, quis unquam existimavit? Et Instrumenta Cambiorum vim habere rei judicatæ, testis est *Mevius P.* 1. *Decis.* 240. *n.* 6. *Decis.* 243. *n.* 4.

4. Mandatum contra Mediatos locum non habere: Thesis generaliter posita, est non solum paradoxa, sed & facto contraria. Nam decretum est contra Magistratum immediatum.

5. Qualitatem Cambialem esse objectum litis & Contradictionis. Ubi rerum testimonia adsunt, Contradictionem esse plane frivolam, quis non videt?

6. Rei majorem esse favorem quam Actoris. Hoc Brocardicum, quam male sit fundatum, nemo non agnoscit. Imo vero plurimi sunt Casus, ubi majorem oportet esse favorem Actoris, quam Rei. Insigne commodum morosi Debitores hinc essent habituri.

7. Negata manu Scribentis, fieri ex Processu executivo ordinarium, auctoritate *Brunnemanni c.* 19. *Procesf. n.* 31. *Respondetur*: Auctorem non loqui de jure Cambiali, sed de aliis Instrumentis. Porro de facta diffessione jurata ibi est sermo, & ex allegato *Mevio P.* 3. *Decis.* 172. liquet. Sed nos versamur in Casu, ubi Actor juratam diffessionem, ad quam Reus pronior esse videbatur, non admisit, & viam Recognitionis per testes elegit, quod in arbitrio esse Producentis, idem Brunnemannus loco citato num. 36. tradit, quem locum Advocatus causæ aut non inspexit, aut studiose omisit.

8. Depositionem judæi non rite esse receptam, non examinatum ad Articulos & Interrogatoria. Respondetur: Erat juramentum a judice in supplementum delatum, ubi iis formalibus non erat opus. vid. Acta priora.

9. Esse inimicum sibi judæum: Commodum sperare ex hac causa: Respondetur: Has Exceptiones ad causam principalem pertinere. Adde præcedens votum, ubi hæc Argumenta pluribus fuere examinata.

10. Esse virum integerrimæ vitæ & famæ, nunquam litigiis implicitum. Si Testimonium Smi Ducis Wurtenbergici conferatur & Narrata in Replica, propriæ laudi detractum iri nonnihil, credo.

11. Cautionem esse insufficientem. Respondetur: Huic per Replicas satisfactum fuit, oblata Cautione ad voluntatem Debitoris confecta vel conficienda.

12. Non locum esse Cautioni in Debito illiquido: Est petitio principii, imo Possessori schedulæ recte solvitur, præstita Cautione *vid. Mev. P.* 7. *Decis.* 99. *n.* 5. quæ Decisio ad hunc casum imprimis facit.

13. Annuum spatium præterlapsum vim Cambii tollere, ex *Lynkeri Decis.* 256. adducit in scripto extrajudicialiter exhibito. Respondetur: Loqui de Statuto speciali Electoratus Saxonici. Et ibidem docet *Lynkerus*, etsi jus Cambii rigorosum extinguatur, maneat tamen jus Crediti & Processus executivi.

Elisis itaque Exceptionibus quæritur, quid sit decernendum? Existimo ego, rejiciendam esse petitionem Procuratoris pro venia duplicandi, cum in causis Mandati S. C. Duplicæ non admittantur; Neque est credibile, majoris momenti Argumenta congeri posse, quam congesta jam fuere. Deinde contra Magistratum ferendam Sententiam paritoriam, rejectis Exceptionibus, & insufficienti Oblatione Processus ordinarii. In mentem mihi venit, num forte in hac Paritoria simul præscribenda esset via Processus executivi, scilicet ut Exceptiones falsi aut usurariæ pravitatis in continenti non probatæ, ad separatum Processum remittantur, non suspensa Executione. Sed cum ex omnibus scriptis satis sit apertum, probationibus suis Reum non admodum confidere, ut potius ordinarium exoptet Processum, hoc est perpetuum, vel saltem usque ad expugnationem urbis duraturum, tantum abest, ut, in continenti fieri posse, probationes credam. Ideo hunc Articulum, qui mea Sententia prætereundus foret, judicio Majorum, ut præcedentia omnia, submitto.

Sententiæ paritoriæ Effectus is erit, ut Magistratus forte sit Mandato pariturus; vel saltem, ut expugnata, quod Dei bonitas prohibeat, Urbe, in pactis cum hoste de Debito liquido, prout fieri solet, nonnunquam etiam circa Debita privatorum, transigi queat: Non expugnata, quod optamus, plenior Effectus pro Actore poterit expectari.

Modum insinuandi Sententiam, Actoris Procuratori merito relinquimus. Interim Officio nostro in promovenda hac Causa eadem ratione defuncti, quæ fuit in decernendo Mandato, ad evitandum periculum obsidionis, jam expugnationis. Tantum.

SENTENTIA PUBLICATA ANNO 1713.

In entschiedener Sachen Jost Kempfens, wider Bernard Krumholtzen, Appellationis, nunc gedachten Krumholtzen wider Schultheißen, Bürger-Meister und Schöffen des Stadt-Gerichts in Landau, Mandati de exequendo Lit. Cambiales S. C. ist Lt. Steinhausen verzüglichen und wider die Ordnung lauffenden Zeit-Bittens ungehindert, die Sache vor beschlossen angenommen; Darauf Dr. Lindheimern sein der Declarationis Pœnæ und Arctioren halber beschehen Begehren N. 3. 3. abgeschlagen, sondern gedachtem Lt. Steinhausen alles unerheblichen Einredens ungehindert, glaubliche Anzeige zu thun, daß gegen würcklich præstirt- und hinlänglicher Caution des Klägers Krumholtzen, dem ausgangen verkündet- und repro-

reproducirten Kayserl. Mandat gehorsamlich gelebet sey, ietzigen Umständen nach, Zeit ad primam post Ferias magnas pro T. & P. V. A. W. hiermit angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß er jetzt als dann und dann als jetzt, in die Straff A

Zehen Marck löthigen Golds, halb dem Kayserl. Fisco, und zum andern halben Theil dem Kläger unnachläßig zu bezahlen erklärt werden, und der Declaration Pœnæ, des Mandati de exequendo halber, auf ferneres Anruffen ergehen solle was Recht ist.

Consultatio & Decisio XLI.

Continet Controversiam feudalem, admodum memorabilem, de fructibus Decimalibus insignibus in terris Episcopatus Hildesiensis cum illustrationibus Historicis & decisione juridica in possessorio.

Causa hæc inter partes, post Sententiam Cameralem, amicabili transactione fuit sopita.

SCHEMATA GENEALOGICA FAMILIÆ DE SALDER.

TABULA I.

Wolradus de Salder.
Anno 1243.

1. Hans
Hujus progenies extincta in quarto gradu lineæ rectæ A. 1430. Ultimi erant *Burchardus & Johannes.*

2. Henricus
- Eberhard
 - Aschwin A. 1397.
 - Burchard
 - Heinrich vid. Tab. III.
 - Hildebrand
 - Heinrich A. 1515.
 - Burchard. vid. Tab. IV.
 - Henricus †. improlis.

3. Aschwinus. vid. Tab. II.

Tab.

TAB. II.

Aschwin A. 1397. vid. tab. I.

Aschwin

Hans. †. 1449.

Ludolff. investitus 1503.

Asmus, genannt Aschwin †. 1519.

Henrich †. 1569. | Ludolff †. 1585. | David †. 1573. | Adam. †. 1563. | *Hi tres investiti A. 1572.*

(David:) Asmus sive Aschwin investitus 1589. ultimus hujus Lineæ, absque prole defunctus. Anno 1593.

TAB. III.

Henricus. vid. tab. I. in medio.

Hildebrand Hujus Linea descripta tab. I. | Sigfrid

Jacob

Sigfrid | Matthias †. 1572.

Jacob †. 1660. | Burchard 1584. | *Hi duo simultaneam acceperunt Investituram, A. 1584.*

Jacob | Hans Sigfrid.

Matthias Fridrich. | Jacob Sigfrid nat. 1658. | Jo. Adam, | Zacharias, Friedrich nat. 1654. | Sigfrid Christoph.

Horum posteri adhuc durant, quibus tamen cum prioribus & novissimis litibus nihil fuit rei.

TAB. IV.

Burchardus. vid. Tab. I. in fine.
vixit A. 1536.

1. Henrich — 2. Burchard — 3. Curt. s. Conrad — 4. Hildebrand.

Quatuor hi fratres simultaneam investituram impetrarunt 1584. & fuerunt Actores A. 1594. contra Ducem Brunsuicensem.

1. Henrich: Burchard.

2. Burchard: †. 1595. *Hic est, qui cum Henrico Julio Duce Br. & Lüneb. lites habuit.*

3. Curt. s. Conrad, 4. Hildebrand: Hi duo absque prole mascula defuncti.

Burchard. Hujus Linea extincta. — Jacob — Henrich †. improlis.

Hi dederunt Reversales literas A. 1603. Adjunct. lit. B.

Burchardus, natus Anno 1608.

Aschwinus, natus A. 1627. refutans feudum A. 1685.

Burchard nat. 1629. — Henrich nat. 1694. — Achaz †. 1697. — Wilhelm. nat. 1702.

Ex his posteri adhuc sunt in vivis.

Series rei gestæ.

§. 1.

A

OBjectum litis ist, so viel ex Actis zu nehmen, **die Helffte eines, im Stifft-Hildesheimischen Amt Woldenberg gelegenen, Zehenden** vor dem Dorff **Nette**, hinc der **Netter-Zehende** genannt: Diese Helffte wird gehalten vor **Stifft Hildesheimisch** Lehn: Die andere Helffte, olim **Lindische Helffte** vor **Hohnsteinisch**, oder itzo Fürstl. **Halberstädtisch** Lehn:

(Origo divisionis, posita dominii directi separatione, ist nicht zu ergründen. In Chronico antiquo Sti Michael. Hildesiensi, quod est inter *Scriptores rerum Brunsvv. Tom. 2. sub Episcopo Conrado VI. Anno* 1170. leguntur hæc verba: *Decima in Nettenheim Vasallis de Saldern in feudum datur.* Nettenheim & Nette, an idem locus, ulteriorem requirit inquisitionem: Nullæ aliæ ibi adduntur circumstantiæ.)

In gegenwärtigen Actis Hildesiensibus ist zwischen denen Partheyen kein Streit zu verspühren, daß das Dominium directum nicht zur Helffte **Hildesheimisch** und zur Helffte **Hohnsteinisch** seyn solte: Wiewohl auch dieses gewiß, daß ehemals der **von Wrisberg** den gantzen Zehenden vor **Hohnsteinisch** gehalten, Anno 1641. Consens über 6000. Rthlr. Anlehn impetrirt, Anno 1661. aber den Hildesheimischen Lehn-Hoff agnosciret: Ultima tempestate wiederum vom Halberstädtischen Lehn-Hoff die Belehnung acceptiret, Anno 1705. vide [68] & [69].

B

Zur Historischen Nachricht dienet, daß vor Zeiten die **Grafen von Hohnstein** den gantzen Zehenden **mit** *distinguirten* **Helfften** verschiedenen Vasallis zu Lehn gegeben haben. Historia investiturarum Hohnsteinensium über beyde Helfften des Zehenden.

Eine Helffte haben **die von Linde** / hernach **die von Bortfeld** / die **von Salder** aber, simultaneam Investituram daran, sub certa conditione, gehabt.

Die andere Helffte haben die **von Salder** einer Linie, (vid. Tab. Genealog. II.) als Haupt-Belehnten, die andere Salderische Linie aber (Tab. Genealog. IV.) von deren einer derjenige Salder, der an Buchholtz seine Lehnstücke aufgelassen, herstammet, als Mit-Belehnte, von gedachten Grafen von Hohnstein zu Lehn recognosciret.

Probantur hæc *primo* ex literis Investituræ weyl. Grafen **Henrichs zu Hohnstein** an **Ludolff von Salder** de Ao. 1503. immassen dieses Jahr in folgendem Lehn-Brieff exprimiret ist.

v. Copiam in Actis Wrisberg contra Witgenstein & Campen. fol. 17. 32.

2) Ex literis Investituræ **Graf Volckmar Wolffen** de A. 1572. an **David** und **Ludolff von Salder**, *Asmus* **Söhne**, in specie **wegen der einen Helffte, Krafft Vertrags** mit dem

dem von Bortfeld, referendo investitur. præced. de A. 1593.

Copia ist in dictis Actis fol. 21. 36. und darauß die Beylagen in gegenwärtigen Actis [66] & [70] zu ergäntzen.

3) Ex literis Investituræ **Graf Ernsten zu Hohnstein** de Anno 1589. von *Asmus* **von Salder**, qui fuit ultimus suæ Lineæ.

Copia ibid. fol. 45.

4) Ex literis Investituræ simultaneæ desselben Graf **Ernsten** de A. 1584.

ibid. fol. 42.

In welchen Brief die **von Salder** anderer Linie mit beyden Helfften distincte zur Mit-Belehnschafft oder gesammten Hand genommen werden, in einer pure, in der andern sub conditione, Inhalts des Vertrags mit dem von **Bortfeld**, & quidem ordine sequenti.

1) **Henrich, Burckhardt, Curt und Hildebrand**, Gebrüdere **von Salder**.

2) **Burckhardt** und **Jacob**, **Siverts Söhne** ex tertia Linea. (Tab. geneal. III.)

Die Lehnstücke werden benennt, welche dazumahl ihr der Haupt-Belehnten Vater **Ludolff** und *Asmus* zu Lehn getragen: in specie 4. Huffen Landes zu Langede im Gericht Wiedelag mit der Rothhoffen Zu- und Ingehör, und **dem halben Zehenden zu und vor Nette bey Bockeln im Gericht Woldenberg.**

Ingleichen **mit dem andern halben Theil** und dem Kirch-Lehn daselbst bescheidentlich, und also, wie es der Vertrag mit dem von Bortfeld besagt. Repetitur hæc Investitura simultanee im vorhin erzehlten Lehn-Brieff *Asmus* **von** *Salder* de A. 1589. nominando pro simultaneé investitis: **seine Vettern, Burckhard, Curt und Hildebranden**, Gebrüdere, filios Burchardi. Burchardum Heinrici filium. Iste Heinricus erat frater priorum nominatorum. Nach deren Abgang, Burckhard und Jacob Siverts Söhne.

Demnach ist in der einen Helffte, die **Lindische** oder **Bortfeldische** genannt, keiner von allen Saldern zum Besitz gekommen, sondern haben daran bloß die gesamte Hand, von dem Grafen von Hohnstein, erlangt.

In der andern Helffte, so itzo die Hildesheimische genannt wird, und worüber in gegenwärtigen Actis der Streit, ist die **eine Linie der Salder, welche** *Anno* 1593. **mit dem** *Asmo, ultimo investito*, **außgangen**, (Tab. II.) **in würcklichen Besitz gewesen, die andere** *lineæ Salderianæ* **haben nur gesamte Hand daran gehabt, den würcklichen Besitz aber nie, vielweniger Belehnung erlangt**, (allegant quidem A. 1594. in libello Artic. 4. & 5. Sie hätten noch bey Leb-Zeiten *Asmus* der Güther sich uhrthätlich angemast,

A auch solche post mortem apprehendiret, sed respondebitur infra §. 3.) Dann nach Asmi Todes-Fall viel Veränderungen mit der Lehns-Herrschafft vorgangen, dahero diese letzthin A. 15‹8›9. Mit-Belehnte, wider **Hertzog Henrich** *Julium* zu Braunschweig, und den Cantzler **Jagemann**, wegen verweigerter Belehnung in der einen Helffte, (die andere besaß der von Bortfeld) in Camera Imperiali Rechtfertigung angefangen A. 1594. und bestättigt ihr libellus articulatus die obangeführte Hohnsteinische Lehn-Brieff, auf welche sie sich eintzig und allein gründen, auch von **Hertzog Henrich** *Julio*, als Grafen von Hohnstein, belehnt zu seyn, begehrt hatten.

Die vidimirte Abschrifft obgedachter Lehn-Brieffen sind zwar in aliis Actis, als worauff itzo gesprochen werden soll, producirt, nemlich in Sachen Graf *Gustavi* von **Wittgenstein** und **Hohnstein** contra **Wrisberg**, primæ instantiæ de anno 1662. seqq. & vice versa Appellationis Cameralis, locis supra allegatis: Allwo Wrisberg die Lehn-Brieff
B selbst samt dem Documento de anno 1620. des Huffen Schatz-Registers nicht widersprochen, sich aber auf den Hohnsteinischen und Halberstädtischen Consens-Brief, Krafft dessen er Jus hypothecarium antichreticum in dem Zehenden hätte, endlich aber auf den Hildesheimischen Lehn-Brief de anno 1661. auch einige Hildesheimische Lehns-Registraturen wegen der Helffte des Zehenden, bezogen: Ja noch anno 1677. den 8. Januar. vid. in dictis Actis [38] angeführt, daß er, als Hildesheimischer Landsaß, per actiones fiscales & arresta genöthiget worden, den Zehenden vom Hildesheimischen Lehnhoff zu recognosciren. Und ferner zwar in [70] gegenwärtiger Actorum fol. 8. in der gedruckten Apologie p. 19. sagt, es seye gegen die Hohnsteinische Lehn-Briefe noch vieles einzuwenden, aber doch das factum selbst nicht widersprochen, sondern argumentum historicum darauß genommen, so ist auch allhier zugelassen, solche Lehn-Brieff, historiæ gratia, zu allegiren, um so mehr, als Buchholtzischen Theils, in gegenwärtigen Actis, auf jene passim Beziehung geschicht. *v. Mev. p. 7. Decis.* 155.

C Bey obiger Bewandniß ist nicht zu bewundern, daß man an der Hohnsteinischen, itzo Halberstädtischen Lehns-Curia ab anno 1593. da Hertzog **Henrich** *Julius* damahls Administrator des Stiffts Halberstadt, als Hertzog zu Braunschweig mit der erledigten Grafschafft Hohnstein vom Capitul zu Halberstadt investiret worden, und hernach post separationem der Hohnsteinischen Landen, i. e. nach Abgang Hertzogs **Henrich** *Julii* Männl. Descendentz, sowohl Herren als Vasalli in der opinion geblieben, daß der gantze Netter-Zehende Hohnsteinisch Lehen seye, gleichwohl die Vasalli sich in die Conjuncturen geschickt, und bald zu Hildesheim, bald zu Halberstadt, mit der einen Helffte, sich belehnen lassen.

Quod licite fieri potuit *juxta Wurmserum obs. Tit. de Feudis obs. XXV.*

§. 2.

Mutatio Vasallorum sive historia der Belehnung von denen Hertzogen zu Braunschweig.

Nemlich zur Zeit gedachten **Henrich Julii**, obwohl in seiner und seines Herrn Sohns, Hertzog **Friderich Ulrichs**, Persohnen Jura dominii directi, sowohl der Hildesheimischen als Hohnsteinischen Lehn, concurrirten, so sind doch in Lehns-Brieffen dieses Zehenden halber die Helffte zwar wohl, aber nicht die Differentz einer Hildesheimisch- und Hohnsteinischen Lehns-Qualität, exprimiret worden. Ausser daß aus einen in alten Actis Salderianis de Anno 1584. sub rubro *Citationis commissæ proprietatis feudorum* sub [26] in copia producirten Lehn-Brieff de Anno 1590. unter andern Gütern auch über den halben Netter-Zehend, ex ratione temporis, erscheinen will, daß diese Belehnung von Hertzog **Henrich Julio**, als Hertzogen zu Braunschweig und Innhaber des Stiffts Hildesheim, ertheilet worden; dann Anno 1590. waren die Graffen von Hohnstein noch am Leben: Von diesen Lehn-Brieff wird unten mehr zu sagen vorkommen. Indessen ist aus denen alten Actis **Saldern** *contra* **Braunschweig und Jagemann** *Citationis* de Anno 1594. seq. ersichtl. daß Hertzog **Henrich Julius**, und sein Cantzler **Jagemann**, ja die **Saldern** selbst, die eine Helffte, worüber die Klage war, (NB. nicht die Bortfeldische, sondern eigentlich Salderische Helffte) vor Hohnsteinische Lehn gehalten haben: Denn es beruffen sich die von Salder, in ihrer Klage, auf die Hohnsteinische, nicht aber gedachten Braunschweigischen Lehn-Brieff Anno 1590.

Petitum libelli erat quidem ad restituendum, vi Investituræ simultaneæ, sed articuli totius libelli pertinent ad Investituram acquirendam, quam nondum habebant.

Nequidem per Investituram nudam possessio probatur Coll. J. Aug. de adq. poss. §. 21. pag. m. 1213. multo minus, ubi nondum aderat Investitura, sed petebatur, adde Gail. 2. Obs. 117. n. 14.

Cassata in Camera Imper. Citatione, nulla alia Actio instituta, sed An. 1603. transactio facta cum Duce Henrico Julio, in qua renunciaverunt liti & causæ.

Dixi ea de re pluribus in Specie Facti mea §. 8. ab hoc tempore incipit tempus continuatum præscriptionis, qua tueri se potest Wrisbergius. Hic enim An. 1616. adquisivit den gantzen Netter-Zehenden à Vasallo *Jagemanno*, cum Consensu Domini feudi Jure Hypothecæ & Anthichreseos.

Ergo Investitura *Frid. Ulrici* data Salderis An. 1614. non contulit ipsis Jus reale, certe possessionem nullam, sed fuit vel subreptitia, prout dixi pluribus in serie mea Facti, vel, ut sæpius fieri solet in materiis feudalibus & Investituris, dicis gratia facta, & salvo Jure possessoris data. Fatetur Buchholtzius in Quadrupl. de An. 1716. fol. 87. Die von Salder sey zur Possession nicht gekommen.

3.) Intercedit jam tempus transactionis Hildesiensis An. 1643. in qua tanquam lege pragmatica *in Instr. Pac. Westph. art. 5. §. pacta autem 33.* exceptis Articulis statui religionis Anni decretorii contrariis, recepta, in qua, inquam, transactione §. 27. Infeudationes Brunswicenses ab An. 1516. usque 1634. so viel darunter in der Vasallen Real-Possession gekommen, ratas esse debere statuitur. Ergo rata habetur Investitura *Jagemanni*, non vero Salderorum de An. 1614. quia in realem possessionem non pervenerunt.

Porro §. 27. Transactionis statuitur, rata esse debere pacta, Contractus & transactiones super rebus privatorum factas. Ergo vi hujus §. rata manet & manebit in perpetuum transactio cum Salderis An. 1603. inita; consistet Consensus An. 1616. Wrisbergio datus, sequitur hinc, quod Episcopus Hildesiensis potestatem investiendi Salderos mit der Helffte des Netter-Zehenden non habuerit, nisi salvo Jure possessoris Wrisbergii. Nihil ergo obesse potuit aut debuit Investitura Salderis data An. 1646. Nihil etiam sequens An. 1652. (nam quod Hildesiensibus fuerit Jure cognita transactio de An. 1603. non patet, sed demum in Tractatu cum Wrisbergio An. 1660.) Nihil ex iis Buchholtz. Juris accedere potest: Certe nullum exinde possessionis peti principium contra possessionem Wrisbergii.

Patet ex dictis.

A 4.) Quam debili fundamento nixi fuerint Salderi in Processu contra Wrisbergium An. 1653. instituto: Totus iste Processus fuit petitorii Judicii, quem etiam Salderi dereliquerunt dudum? Resp. ut possit, nisi velit experiri, Processum resumere, & Jura Salderorum in petitorio ulterius deducere. Non vero ut ex petitore possessorem ipsi agere liceat, & possessorem Wrisbergium expellere.

5.) A Jodoco Episcopo nullam Salderianam Investituram allegavit Buchholtzius. Illa enim, quæ dicitur data Aschwino A. 1668. non profertur, & dubia mihi est ex temporis ratione, quia is erat annus, in quo regnabat Hildesiæ principium: Investituras omnes Hildesienses esse vitiosas. Et cassando Wrisbergianam de An. 1661. multo magis cassata foret Salderiana de An. 1668. Si hæc præcessit Sententiam, mirum est, quod Salderus non intervenerit. Ergo ex Salderiano Jure in possessorio Judicio, quid obtinere possit Buchholtzius, ego meo Judicio non agnosco. Neque obstat, quod à Salderis dictum fuit in B lite derelicta An. 1653. Sie hätten ebenfalls den halben Netter-Zehenden als ein feudum novum erhalten, scil. post transactionem Hildesiensem An. 1643.

Resp. (1) Investituras Salderianas de An. 1646. 1652. non facere mentionem feudi novi, ubi opus erat contractu feudali, sed ad formam priorum Investiturarum. De his vero, quid sentiendum sit, dixi supra.

(2) Salvum omnino debebat esse Wrisbergio Jus Hypothecæ & Possessionis antichreticæ.

Ergo Investitura etiam nova nihil faceret ad possessorium.

(3) Si de feudo novo intelligendæ sunt Investituræ post transactionem Hildesiensem An. 1643. oportebat Jagemannum, vel qui ejus nomine tunc possidebat, Wrisbergium citari ad vidend. declarari apertum, ipsique per Sententiam privari; Quod factum non est. C Tunc autem lites inter Hohnsteinensem Curiam feudalem vel Halberstadiensem superiorem de Dominio directo exorituræ fuissent, quæ etiam, & varia incommoda, adhuc sunt metuenda, si in tali principio permanere voluerint Hildesienses, & Wrisbergium excludere.

(4) De Investituræ Salderianæ renovatione usque ad Buchholtzium nihil constat. Medio tempore vero An. 1661. Wrisbergius, prævia transactione cum Episcopo, fuit investitus, salvo Salderiano Jure qualicunque, si quod esset. Hæc Investitura repetita. An. 1690.

Dixi de Jure Salderiano, quod pertinet ad petitorium, quantum quantum esse possit.

Alterum requisitum non probavit Buchholtzius, quia Contractum cum *Aschwino* de Salder non produxit, quod facere poterat & debebat, si securus fuisset, daß der halbe Netter-Zehend darinn begriffen.

Quoad tertium requisitum, defuit etiam probatio, quia ut possessio apprehendatur ad effectum manutentionis, oportet esse vacuam, neque Investituræ Actus, absque traditione possessionem probat.

Coll. J. argent. loco supra allegato.

Sed aut Wrisbergius possedit, aut Judex per sequestrem: Ergo non fuit vacua possessio: Ergo apprehensio inutilis ad Manutenentiam non habilis.

Ad effectum Manutenentiæ requiritur etiam talis rei conditio: ad quam alius non habebat titulum & possessionem potiorem, nec non ut is, qui apprehendit, causam habeat legitimam.

Deficit hic iterum Appellans; cum Appellatus omnino haberet & titulum & possessionem anteriorem, quod mox sum ostensurus: Ipse vero Appellans esset sequester, custos fructuum, non ergo erat licitum ipsius possessionem controversia super possessione inter Wrisbergium & Viduam Campen pendente, involaret. Ita ait *Julianus l. 2. §. 1. π. pro hærede: Quod vulgo respondetur causam possessionis sibi neminem mutare posse, sic accipiendum est: Ut possessio non sit civilis, nec naturalis intelligatur & propterea responsum est per Colonum, nec eum, penes quem res deposita est (talis est sequester) aut cui commodata est lucrificandi causa usucapere posse.* Adde *L. 3. §. 19. π. de adq. poss.* Titulum autem novæ possessionis per causam intelligi ostendit *Merenda Lib. 12. Controv. cap. 27.* ex quo refelluntur Sophismata Advocati Buchholtziani in [64] pag. 11.

Ejusmodi possessiones dicunt JCti *vulturias*, spolium magis, quam possessionem. Ipsi Wrisbergio, juxta Cameralem Sententiam de An. 1673. possessionis retentio erat adjudicata, biß zu Bezahlung der 3000. fl. an bene, an male? non est hujus loci. Sufficit ad præsentem litem, quod, in Sententia jam dicta, Wrisbergius, pro possessore, cum Jure retentionis, fuerit declaratus. Concludo ergo: Buchholtzium id, quod pro manutenentia obtinenda probandum erat, non probasse, frivole etiam cum Wrisbergio egisse.

Hoc sufficere posset ad eum condemnandum, etsi Wrisbergius nihil, vel non sufficienter, sua Jura probasset. Sed inspiciamus quoque Jura Wrisbergii. Hic cum per varias fortunas litis & negotium Hildesiensium, tum vero Cameralis Instantiæ in Causa contra Campium, esset agitatus, non est mirum, si mox in Curia Halberstadiensi, mox in Hildesiensi, rursus deinde in Halberstadiensi, quæsiverit auxilium: Unde non potuit non fieri, quin nascerentur in Actis asserta nonnulla inter se pugnantia, & non satis considerata causæ tractatio.

Quæ omnia nihil neque juvant Buchholzium (hic etiam ista non allegavit) neque obsunt Wrisbergio, cum pertineant ad alia tempora, ad alias circumstantias, de quibus in Actis præsentibus non agitur. Et in Actis Came-A ralibus fatetur Buchholtzius in Replica [28] Es wären beyde Theile von denen Urtheln in causa Campiana abgetretten.

Fundatur autem possessio Wrisbergii circumstantiis sequentibus: Status possessionis Wrisbergianæ fuit quietus ab Anno 1616. usque An. 1668. spatio annorum plus quam quinquaginta: Munitus etiam titulo legitimo, non solum hypothecæ, à Jagemannis, sed etiam Investituræ solennis à Principe Hildesiensi, ita, ut adversus Salderianas postulationes ædes haberet liberas.

Nam Anno 1603. renunciaverant Salderi non solum processui, (quod perperam asseritur à Buchholtziis, nihil enim sic fuisset actum) sed omni Actioni auf den Netter-Zehenden, und war ihnen nur diejenigen Lehn-Güter wieder zu geben versprochen, welche ihr Vatter besessen; atqui den halben Netter-Zehenden hatte Burckhard von Salder, parens transigentium, zu seinem Antheil nie gebraucht, von B Anno 1603. biß 1653. da die von Salder sich gegen Wrisbergen wieder klagend gereget, sind 50. Jahr.

Nachdem Salderi die Sache erliegen lassen, (non autem Actio quæcunque male fundata, & deinde deserta, præscriptionem interrumpit,) und Wrisberg Anno 1661. vom Herrn Bischoff zu Hildesheim mit der Zehend-Helffte investiret worden, biß auf die Buchholtzische anmaßliche Apprehension, ex Jure Salderiano, Anno 1687. sind wieder 26. Jahr darzu kommen.

Utile vero est Wrisbergio tempus Salderianæ renunciationis An. 1602. usque ad acquisitam possessionem hypothecariam An. 1616. pro sorte 6000. Imp. Auctor erat Wrisbergii Jagemannus, Cancellarius & Possessor des gantzen Zehenden. Hic vero Jus repetebat à Principe Henrico Julio, tunc Administratore Halberstadiensi & Comite Hohnsteinensi. Hoc Jus per renunciationem Salderianorum An. 1603. fuit confirmatum: Neque per Re-C cessum Restitutorium des Stiffts Hildesheim An. 1643. restauratum Salderis.

Intraverat Wrisbergius in possessionem Anno 1616. cum Consensu Domini directi *Frid. Ulrici*, Ducis Brunswicensis. De Halberstadiensis Capituli administrantis Consensu, An. 1641. nec non Electoris Brandenburgici An. 1670. in hypothesi nostra objecti des halben Netter-Zehenden als Hildesheimischen Lehns, dicere hic opus non est.

Ergo possessio Wrisbergii, quoad initium fuit justa & titulata, per Actionem Salderianorum An. 1653. minime interrupta. Multominus antiquiorem Actionem Salderianorum de An. 1594. allegare poterit Buchholtzius, quam etiam non allegavit, per ea, quæ dicta sunt in Serie Facti. Et secuta est sæpe dicta Transactio Anno 1603. per quam omnis ista Actio extincta.

Sequitur titulus novus & possessio, Jure proprio, per Contractum feudalem cum Domino

mino Episcopo Hildesiensi *Maximil. Henrico,* à quo Salderi Investituram non acceperant; investitus autem Wrisbergius An. 1661. salvo Jure Salderorum. Et possessionem continuavit, adeo, ut nihil officiant ei Rescripta illa de An. 1649. & 1650. De quibus dixi in serie facti §. 18. neutrum enim habuit effectum contra Jagemannos, Sententia privitionis lata non erat. Wrisbergius, si ab ipsis non habuit Refutationem solennem, (quem allegavit absque probatione,) nihil interest, postea quam ipse, Jure proprio, fuit investitus, Salderiani possessione nunquam erant potiti, Petitorium dereliquisse videbantur.

Quandoquidem vero per Campii industriam, auctoritate Comitis Hohnsteinensis, tunc adsistente & suffragantibus, nescio quo fato, aut quibus persuasionibus, Consiliariis Hildesiensibus An. 1668. Wrisbergius gravem mutationem esset passus: Sententia à scriptione vix siccata, executioni demandata, rejecta Appellatione, quam interposuerat Wrisbergius stante pede, viva voce, facto Judicis illicito plane & nullo. Restituta tamen ei fuit An. 1674. possessio naturalis, ad Instantiam Regiminis Halberstadiensis, Campium pro Vasallo non agnoscentis, & retinuisset, nisi Campius Cameralis Judicii, tunc Spiræ flagitator importunitate sua Mandatum Attentatorum Revocatorium, & mox paritoriam Sententiam expressisset, cum tamen ipse Sententiæ Camerali de An. 1673. quæ Wrisbergio adjudicabat Jus retentionis, nondum paruisset. Defuncto Campio sub finem An. 1681. absque hæredibus feudalibus, revivixit possessio Wrisbergiana prior, veluti remoto omni impedimento, ipse tamen apprehensione nova sibi prospexit 9. Januar. 1682. & tandem transactione cum Vidua Campii An. 1689. fructuum causa facta. Adeo, ut periodus ista Campiana Wrisbergio nihil obesse debeat. Hoc specialius demonstrare visum est:

Status possessionis Wrisbergii ab An. 1616. acquisitæ, & per Investituram An. 1661. confirmatæ, non fuit ita corruptus post Sententiam 1668. ut, cessante isto impedimento, reviviscere non potuerit ipso Jure.

Demonstratio: Possessio habet plurimum facti, ait *Papinianus L.* 19. *π. ex quibus caus. major.* sed loquitur de materia Usucapionum, & captivitatis, Jurisque postliminii. Confer textum *L.* 23. §. 1. *de adq. possess.* ubi *Javolenus: In iis*, ait, *qui in hostium potestatem pervenerunt, in retinendo jura rerum suarum, jus est singulare. Corporaliter tamen amittunt possessionem, neque enim videri possunt aliquid possidere, cum ipsi ab alio possideantur. Sequitur ergo, ut, reversis his, nova possessione opus sit, etiamsi nemo medio tempore res eorum possederit. Corporaliter dixit JCtus* amittere possessionem, intelligo etiam civilem, ex ratione Textus. Omnis civilis possessio animo quidem retinetur, sed non omnis, quæ animo concipitur, est civilis: Hæc effectus Juris habet, & naturalem ad se trahit. Competunt civiliter possidenti remedia possessoria, sed non ei, qui per captivitatem possessionem amisit: Est enim in captivis Jus singulare, quia ipsi ab alio possidentur naturaliter & civiliter.

Hinc addit *Papinianus dicta L.* 19. *ex quib. caus. major.* causam facti non contineri in Postliminio. Ergo, ubi non adest causa captivitatis, singulare Jus cessat, & communes regulas Juris obtinebant.

Et quemadmodum in acquirenda possessione plurimum est facti, ita plurimum habet Juris possessio semel adquisita *L.* 49. *pr. de adq. possess.* Quod per me non stat, non imputatur mihi, vel non imputatur in meum damnum, Axioma est verbis æquipollentibus expressum *in L.* 161. *de R. Jur.* Quem Textum, licet *Jacob Gothofr.* in Commentar. ad Stipulat. potissium applicare velit, non tamen desunt Exempla alia, etiam in materia possessionis. *vid. L.* 13. *de adq. possess. L.* 34. *pr. L.* 38. §. 1. *eod.*

Plura subministrat Interpretatio Jurisconsultorum. Nimirum, quod amittat possessionem, qui ab externa causa, quo minus ea fruatur, impeditur. *Rebuff. Vol.* 3. *in Tractat. de materiis possessor. præfat. pag.* 236. *s.* 12. Et quod possessio censeatur acquisita, (multo magis conservata & retenta) ipso Jure, si non stet per eum, qui apprehendere addendum puto, retinere debuerat. *Gratian. discept. for. cap.* 939. *num.* 10.

Faciamus Applicationem ad factum.

(1) Ante Sententiam Hildesiensem de An. 1668. Wrisbergius erat notorie possessor **des gantzen Zehenden, also auch der Hildesheimischen Helffte**, justo titulo munitus ab An. 1616. ultra 50. Annos.

(2) Post Sententiam istam & Periodum fatalem Processus Campiani non ita desiit animo possidere Wrisbergius, ut spem non habuerit recuperandi: Appellavit enim ad Camer. Imp. *Conf. Posth. Observ.* 58. *num.* 41.

Senatus Cameralis, prout tunc erat ex Actis informatus, Wrisbergium voluit possessionem retinere, usque dum ei satisfieret de summa 3000. Imp.

Factum vero Judicis inferioris, tunc plane Campio studentis, cum Sententia vix publicata esset 20. Jul. 1668. declarando, quod Appellationem curare nollet, & ad Executionem procedendo, quæ deinde 30. Jul. peracta esse dicitur, factum hoc, inquam, Judicis intra decendium attentantis, non servato Juris Ordine procedentis, erat mere illicitum, spoliativum, adeoque nullum, possessioni Wrisbergii nullum inferens præjudicium. Non ergo, auctore Prætore Wrisbergio tunc ablata fuit possessio, sed privatus censetur Judex, ejusmodi factum committens. Gravissima perfidia etiam in ipsum Dominum Episcopum. Jure ergo adhuc habendus est Wrisbergius pro Possessore, etiam in hac Periodo Campiana; facit huc Doctrina *Posthii de Manutenend. Observ.* 12. *num.* 36. *cum allegatis per multis*

multis, quibus addi potest Felin. ad capit. Dilectus de Rescriptis num. 1. Gratian. Discept. for. cap. 926. num. 2. Facit huc Argum. ex *L. 30. §. 3. π. de acq. possess.* & explicatio *Gothofr. ibidem: Intelligendum autem hic est tempus pro negotii natura sufficiens*: Etsi Wrisbergius dimittere possessionem voluit erga 3000. Imp. eo ipso non dimisisse censendus est, quia conditio non extitit. *L. 34. pr. L. 38. §. 1. hoc tit.* Equidem non hoc volo, corporalem possessionem mansisse penes Wrisbergium, impossibile enim est habere possessionem corporalem, si adversarius eam occupaverit, & mihi resistat. Hoc dico, civilem possessionem, quam retinuit Wrisbergius haud dubie, cum Effectu Juris, cessante Impedimento, à Campii persona exorto, traxisse, & trahere debuisse ad se naturalem, ad effectum Manutenentiæ vid. *Posth. Observ. 16. num. 32.* cum scil. ad saniorem mentem redisent Hildesienses vel potius amoti essent sententiæ prædictæ Auctores & Advocati. Campius etiam absque prole defunctus & omne ejus ad feudum Jus esset extinctum. vid. *Posth. num. 3.* Quis enim alius tunc potior quam Wrisbergius? De Buchholtzio cogitatio tunc nulla. Ergo si Possessor fuit Wrisbergius post mortem Campii, licet Actu non apprehendisset, quod tamen illico An. 1682. 9. Januar. per Mandatarium facere non neglexit. Necesse est dicere, quod etiam in litis Principio An. 1687. potiora jura habuerit, & adhuc habeat contra Buchholtzium: Nihil obstat, quod aliquoties in Actis redintegrationem possessionis petat, mox Manutentionem.

Neque enim, qui de spolio queritur, eo ipso se dejectum esse confitetur. Spolii nomine intelliguntur etiam turbationes, & petita redintegratio intelligitur quatenus opus.

Ita docent Posth. Obs. 57. num. 75. 85. 95. 96. Fontanella de Pact. nupt. Clausul. 7. Gloss. 3. part. 10. n. 52. ubi *amplior in hanc sententiam Discursus Card. de Luca de Feud. Diss. 43. n. 3.*

(3) Omne tempus intermedium, quo Wrisbergii possessio turbata fuit An. 1668. 30. Jul. usque ad mortem Campii An. 1682. 9. Januar. pertinet ad solum Campium. Nequaquam ad Salderos & Buchholtzium, qui à Salderis causam vult habere.

Ab his ergo ædes liberas habet Wrisbergius, cum neque ex Salderis hujus Lineæ ullus, neque antea, neque toto tempore Wrisbergianæ possessionis, A. 1616. habuerit possessionem, neque naturalem, neque civilem. De naturali res est certa, & in serie historica pluribus demonstrata. De civili ergo idem est in propatulo, quia civilem possessionem, absque naturali præcedente, vel mea, vel Auctoris mei, jura ignorant.

Alias enim cuilibet in mentem venire posset, res nostras civiliter possidere. Titulus qualiscunque hic non sufficit. Ergo si ante tempus Campianæ litis Wrisbergius possedit, quod est in Actis notorium, sequitur, quod

A etiam, cessante impedimento, à Campii persona exorto, possessor sit Wrisbergius, non vero Buchholtzius, quia intermedium tempus ad Salderos Auctores Buchholtzii non pertinet. Hi enim quiete frui Wrisbergium sua possessione passi sunt antea, & in lite cum Campio nihil voluerunt habere negotii, cum tamen res esset publice nota.

De apprehensione nova Wrisbergii & Instrumento Notarii de An. 1682. fluctus movet in simpulo Advocatus Buchholtzianus, mihi videtur apprehensio 9. Jan. 1682. satis probata. Hoc ita demonstro:

Quæst. *An Actus apprehensionis & recuperatæ possessionis Wrisbergianæ An. 1682. 9. Jan. per Instrum. Notarii, de facta à se, præsentibus testibus, apprehensione, legitime sit probatus.*

Rat. dubitandi.

B Quod Notarii Instrumento credatur testanti de Actu coram se gesto. *A. Fab. Lib. 6. Cod. tit. 5. def. 10. num. 7. Carpz. 3. Const. 3. def. 37. num. 3.*

Apprehensio autem, ab ipso Notario facta, pro tali Actu haberi nequeat, neque validum sit Instrumentum Notarii in causa propria. *Lauterb. ad tit. de fide Instr. §. 36.* Quæ ratio movisse videtur JCtos Lipsienses in Sententia de An. 1689. in favorem Viduæ Campen lata: *vid. Rat. decid. in Act. pr. n. 87. 88. & Spec. Fact. Buchholtz. pag. 1.*

Ratio decidendi mea.

1.) Notario, etiam de facto proprio testanti in Instrumento, si est requisitus, creditur ex Praxi notoria. Talia occurrunt frequentissime in Instrumentis Insinuationum & Protestationum ad requisitionem partium factarum.

C 2.) Adsunt hic adminicula alia, præsentia duorum testium à Notario in Instrumento nominatorum.

Quod sufficiebat juxta *Lauterb. tit. de fide Instrum. §. 41. Mindan. de Mandatis Lib. 2. cap. 69. n. 28. seq.*

3.) Creditur etiam testi de facto proprio attestanti, multo magis Notario. *vid. Gratian. discept. for. cap. 642. n. 2.*

4.) Apprehensio fieri potest per alium, qui habet Mandatum, ita, ut Domino mandanti acquiratur potius possessio *per L. 42. §. 1. π. de acquir. vel amit. possess. Schneidew. ad Instit. tit. de Introd. §. 5. Clud. rerum quotidian. cap. 6. num. 98.*

5.) In Constitut. Maximil. Imperatoris de Notariis non excluditur penitus potestas Notariorum testandi de factis propriis, quæ sensibus percipiuntur, si accesserint adminicula testium, *vid. ibi §. 6. in fine.*

6.) Con-

6.) Concesserim quidem, melius fecisse Wrisbergium, si ad apprehendendam possessionem alio usus esset Procuratore, quam ipso Notario, hic tamen defectus ipsi non nocet, quo minus facto Notarii ipse possessionem acquisiverit naturalem: Civilem enim non amisisse, dictum est antea, & probatur infra pluribus.

7.) Tandem illo tempore scil. An. 1682. nulla adhuc existebat refutatio *Aschwini* de Salder in Buchholtzium: Nihil intererat Buchholtzii, quisquis possessione frueretur. Hodie vero lis est inter solum Buchholtzium & Wrisbergium. Ille ab An. 1685. titulum repetere nititur, & possessionem apprehendere voluit non vacuam An. 1687. Act. Cameral. [6] Possessione vero naturali nunquam est gavisus, quam ab Anno 1702. per insigne Attentatum: Ergo An. 1682. 9. Januar. Wrisbergius naturalem possessionem, qua ab An. 1616. usque 1668. quiete fruebatur, recuperasse statuendum puto.

Sequestratio etiam decreta, officio Judicis, cum alii plures, & cumprimis ii, qui ab Hohnsteinensi Curia feudali Jus aliquod vel causam, habebant, possessionem apprehendere tentassent, Wrisbergii possessioni præjudicium adferre non voluit. Cessaverant enim principia Hohnsteinensia: Impedimentum, cum persona Campii, erat sublatum. Et in eo erat occupata Curia Hildesiensis, ut in Camera Imperiali Jura Dominii directi, simulque Wrisbergii, defenderet. Ergo non voluit possessionem sibi attribuere, vel sequestro, *L. 39. π. de acquir. possess.* alias opus fuisset declaratione expressa, de quo casu loquitur *Posth. Obs. 60. n. 9. & Coll. Jur. Arg. tit. de acq. possess. pag. mihi* 1193. quam non continet Decretum Sequestrationis 19. Januar. 1682. [33] vel [64] lit. K. Periculum interversionis Dominii directi principalem fuisse causam Sequestrationis, cumprimis post Sententias Camerales in causa Campiana latas, non est obscurum, & de securitate fructuum erat prospiciendum. Omnia hæc commodo, non sane Buchholtzii, sed Wrisbergii, dudum Vasalli Hildesiensis, agniti & investiti non solum, sed etiam possessoris.

Huic ergo per decretam Sequestrationem possessio ademta non fuit, quod perperam asserit Advocatus Buchholtzianus, torquendo allegatos Auctores. Rectius huc applicatur *Posth. Observ. 60. num. 1. Ant. Fab. 4. Cod. tit. 3. def. 2. Grav. ad Gail. conclus. 5. Consider. 1. Card. de Luca disc. 98. de Benefic. n. 13. & de judiciis disc. 13. n. 12. 15. Vergin de Boccatiis Tractat. de Interdict. uti possid. cap. 2. num. 51.*

Recte ergo retractata fuit, præcipitanter decreta An. 1687. ad Instantiam Buchholtzii manutentio. Rectissime Judicem, quod jusserat An. 1682. auditis partibus, contrario Decreto An. 1690. sustulisse, puto.

Facto vero illicito Sequester Bucchholtzius, fuit enim ipse Proto-Præfectus & fructuum

A Custos, hos fructus in suam redegit potestatem ab initio statim, non custodiæ gratia, sed quia, ut ait *Act. pr. num.* 39. Wrisbergio nihil competeret Juris, scil. sibi omne Jus & possessionem asserere nitebatur Buchholtzius. Quid mirum, quod Appellantis hæredes, moderni Appellantes, postquam ex Consiliariis Hildesiensibus Advocatum essent nacti, & cum eo alias in suas pertraxissent partes, occasione à morte Viduæ Campii arrepta, pendente lite Camerali, novam apprehensionem fuerint moliti An. 1702. insigni cum contemtu Judicis Superioris & gravissimo attentato.

Objicitur Wrisbergio Attentatum post Decretum à quo commissum: Quanta sit utriusque differentia ex Comparatione utriusque patebit, quam paucis instituere est animus.

Quæst. *An & qualis sit differentia inter factum Judicis An. 1690. post interpositam & insinuatam Appellationem, imo post decretos & insinuatos Processus, Wrisbergium mittentis in possessionem: à facto Judicis An. 1702. decernentis possessionem Buchholtzio, & Wrisbergium rursus exmittentis?*

B

Resp. Esse omnino magnam: Illud factum licitum, hoc plane illicitum cum partis Appellantis, tum Judicis: Demonstratio est talis:

(1.) Sequestrum Judex decreverat motu proprio An. 1682. cum de Buchholtzii animo acquirendi aliquid Juris à Saldero adhuc constaret nihil, ipse nondum ea de re cogitasset. Decreverat inquam Judex ea mente, ne Dominio directo Hildesiensi, & per consequens Wrisbergio, antea investito, vel etiam Viduæ Campiæ, aliquid nasceretur præjudicii; Neutiquam in commodum Buchholtzii privatum. Resoluto ergo Jure qualicunque, minimum fructuum causa, quod superesse poterat Viduæ Campiæ per transactionem cum Wrisbergio, cum quo ipsa, post mortem mariti, An. 1682. Processum in Camera susceperat, facta etiam Wrisbergio Investituræ sollennis renovatione 7. Junii 1690.

C

Vid. Spec. Fact. Wrisberg. [65] pag. 11. & Spec. Fact. Buchholtz. [64] pag. 19. & ipsum Decretum à quo de veritate hujus Investituræ testatur.

Adeoque salvato Jure Dominii directi Hildesiensis, nihil amplius aderat impedimenti, quo minus Judex sequestrum, ex officio impositum, facto contrario tolleret, mediante Decreto à quo, 3. Jul. 1690. Imo tenebatur Judex id facere, non solum propter Cautionem à Wrisbergio præstitam, *Mev. 11. 246. num. 8. & Decis. seq. n. 10. & part. 9. decis. 88. n. 10. Ant. Fab. L. 4. Cod. tit. 3. def. ult. Grav. ad Gail. conclus. 48. consid. 1.*

Sed etiam, quia causa sequestri cessabat *v. Card. de Luca. de benef. disc. 98. n. 25. 26.* nullum aderat periculum, neque armorum, neque dilapidationis, quæ sola causam præbent sequestrationi, *L. un. Cod. de prohib. seque-*

strat. Mev. p. 2. d. 246. n. 7. & 9. decis. 88. Posth. Obs. 75. & constabat ex Investitura praecedente Wrisbergii de ejus titulo legitimo. Decretum ergo, quod tollebat sequestrationem, pertinebat ad ea, quae sunt officii Judicis, neque Wrisbergio aliquid concedebat, quod antea non habuerat, sed in consequentiam possessionis olim acquisitae & investiturarum ipsi collatarum Anno 1661. & novissime An. 1690. declaravit Judex: Impedimentum fruitionis liberae esse sublatum. Permissio ergo fruendi, vitio attentati non laborat. Nam post insinuatos Processus Judex à quo nihil innovavit, quod per ipsum Decretum à quo nondum erat factum: Declarando enim sequestrum esse sublatum eo ipso libertatem fruendi concedebat Wrisbergio, quia eam antea usque ad periodum Campianam, (quae tamen ad Buchholtzium nihil pertinet) habuerat, novaque apprehensione A. 1682. sibi prospexerat. Non itaque attentabat, qui jure suo uti pergebat. *Lancellot. de attent. p. 2. c. 4. limit. 1. n. 1. seqq. adde cap. 12. limit. 26.* Neque Executio super eo, cujus fuit possessio, contrahit vitium attentati. *Mev. p. 6. decis. 205.* Contendebat Wrisbergius se possidere. Hic erat Appellatus; adeoque extrajudicialiter decernere Mandatum revocatorium non conveniebat. *v. Gail. 1. Observ. 145.* Attentatum etiam dici non poterat factum judicis, ideo, quia nullum exinde nascebatur Appellanti praejudicium. Judex enim, hoc suo Decreto, de Buchholtzii Jure praetenso nihil definire voluit, sed rem in statum, qui erat ante Sequestrationem, remotis obstaculis sequestrationem suadentibus, A. 1682. reponere. Salderiana vero jura, quibus nititur Buchholtzius, respectu Wrisbergii maxime erant dubia, *v. Gail. 1. Obs. 144. n. 10. & Mev. p. 9. decis. 88. n. 6.* Tantum abest, ut Buchholtzii petitum, in libello Appellationis, ulla ratione locum invenire potuerit. Petit enim (1) das Sequestrum in statu quo zu lassen. (2) Ihn in ordinat. possess. zu manuteniren. Neutrum petitum quadrat ad querelam de Attentatis: Non primum, quia ipse Appellans vult esse sequester in utilitatem propriam, quod est absurdum, & sublatio sequestri, cui Buchholtzius causam non dederat, erat in Judicis facultate mera. Non alterum, quia hoc erat ipsa causa principalis, *v. Gail. dict. Obs. 145. Mev. 4. D. 35. n. 2. seqq.* Nemo non videt petita Buchholtzii inter se esse pugnantia. Ergo ubi partis non erat praejudicium, cessat attentati querela. *Mev. 4. p. decis. 310. num. 8. Lancell. part. 2. cap. 4. lim. 20. n. 22.* Nullus, etiam judicis superioris, erat contemtus, quod praecise facit attentatum. *Id. pag. 3. D. 122.* A contemtu enim Judicis Cameralis satis se liberavit Judicium Hildesiense in literis ad Dn. Judicem de dato 26. Jan. A. 1693. [40] facti spec. Wrisberg. & liberabitur, judicio meo, per ea, quae tradit *Card. de Luca disc. 26. 30. de praeminent. n. 7. seq.*

Comparabimus jam factum Judicis Anno 1702.

Wrisbergius erat notorie non solum antiquus, sed etiam, per Investituram de A. 1690. & subsequens Decretum à quo, declaratus possessor.

Appellavit Buchholtzius A. 1690. Fruitur Wrisbergius interim possessionis commodo. Lite in Camera pendente Buchholtzius Judice primo pure & recte denegante, vid. Extract. Protocolli Cancellariae in [70] lit. OO.

Tandem, nescio quibus artibus, Consiliarii Regiminis & simul Advocati Buchholtziani, vid. Examen testium ibidem Lit. QQ. Tt. suffragante, repetit possessionem, tanquam ex causa nova, post mortem viduae Campen, quae tamen omni suo juri renunciaverat, exorta, & dejicitur Wrisbergius. Hoc si non est attentatum in contemtum Judicis superioris, in praejudicium partis vergens, sane ego, quid sit attentatum proprium, melius edoceri cuperem.

Pro Coronide faciendam quoque putavi Comparationem Juris Buchholtziani cum Wrisbergiano, cum in petitorio, tum in possessorio.

Nititur Buchholtzius Jure ab *Aschwino de Salder* sibi cesso, per refutationem feudi Hennickenrode, cujus pars integrans dicitur esse der halbe Netter-Zehende, ita expresse ait in Instrum. apprehensae possess. [6] & alibi in Actis. Accessit refutationi Consensu Principis Hildesiensis per Investituram Buchholtzii declaratus, eod. A. 1655.

Atqui, ex Salderi refutantibus majoribus, nullus unquam possessionem habuit, dieses halben Netter-Zehenden, id quod ego per singulas Periodos in specie facti, & in hoc ipso Voto, monstravi. Fumum ergo cessit Aschwinus de Salder Buchholtzio. So viel den halben Netter-Zehenden belangt, darzu ist nicht einmal gewiß, ob auch in der Refutation dieser Zehend mit begriffen, suspicari licet quod non, weil Buchholtz, als ein pertinens, sich dessen 2. Stück von Hennickenrode anermasset, so doch besage aller Lehn-Briefe, in Actis nicht befindlich ist. Accedit renunciatio expressa Salderorum A. 1603. neque in Specificatione bonorum retradendorum comprehensum fuisse objectum praesens des Netter-Zehenden Argumentum est tutissimum, quod Salderi bona caetera acceperint, exclusi vero manserint vom Netter-Zehenden, welchen sie sonst wohl via Juris würden gefordert haben. Wie es mit denen post Annum 1603. erlangten Lehn-Briefen de Anno 1614. 1652. bewandt, ist in specie facti mea, und hieroben, ausführlich angezeigt. Und wann die von Salder, vor, und nach der Wrisbergischen Investitur An. 1661. einig Recht an dem Zehenden zu haben, und zu behalten, noch vermeynt, wie möchte es zugangen seyn, daß sie zu der Wrisbergischen Investitur still geschwiegen, und A. 1652. keinen Lehn-Brief mehr begehrt oder erhalten, da sich doch verschiedene Fälle der Renovation zugetragen? Ja was noch mehr, es will Appellans von Buchholtz die neue Belehnung An. 1685. ex nova gratia erlangt haben, vid. Replic. Buch-

Buchholtz. [28] Ergo fatetur auctorem suum non habuisse, neque possessionem, neque jus in re.

Turbida ergo sunt omnia & difficilioris indaginis, quæ profert Buchholtzius Argumenta, in petitorio, vanissima vero in possessorio. Possessio enim Buchholtzii, si Actum illum Instrumentalem An. 1687. [6] consideremus, est clandestina. Adeo ut existimem nullius Judicis, nisi forte Hildensis à quo, suffragio, manutentio ipsi concedi queat.

E contra Wrisbergius habet Argumenta in Possessorio ordinario firma, ad petitorium insigniter facientia, quibus, quid opponi queat valide non perspicio.

Quidquid sit ejus rei erit indaginis difficillimæ, victoriam, in possessorio, non impediens.

Sunt autem sequentia:

1) Renunciatio Salderiana An. 1603.

2) Oppignoratio Jagemanni Vasalli investiti, consensu Domini directi munita, cum Jure antichretico, An. 1616.

3) Possessio ab An. 1616. usque 1668. nullius ausu interrupta.

4) Contractus cum Domino Episcopo Hildesiensi, An. 1660. cum Consensu Capituli Cathedralis, licet serius expedito ob alias causas ad objectum præsens nihil facientes.

5) Investitura solennis An. 1661.

6) Sententia Cameralis de An. 1673. etiam huc referri potest, ea saltem ratione, quod Wrisbergio Jus retentionis sit tributum.

7) Actus apprehensionis An. 1682. per Mandatarium, antequam Buchholtzius de refutatione sibi facienda cogitasset. Dicitur enim facta An. 1685.

8) Ipsum sequestrum non in præjudicium Wrisbergii, sed pro tuendo ejus Jure & Dominii directi Hildesiensis An. 1682. impositum fuisse, adeoque possessionem Wrisbergio adimere non voluisse, supra ostendi, ut proinde Wrisbergius, tempore litis contestatæ h. e. cœptæ, *vid. Schilt. ad §. 4. Inst. de Interd.* nam & Actor dicitur litem contestari, possessionem habuisse sit censendus. Imo, quod sufficiebat ad possessorium summariissimum, etiam paulo ante. *vid. Fontanell. de P. N. claus. 7. Gloss. 3. 9. part. 10. n. 51. seqq.* hic vero versamur in ordinario, ubi ad terminum motæ litis non respicimus, sed ad possessionem antiquiorem & justiorem, ut proinde Wrisbergio nihil obsit declaratio illa, in [58] [59] allegata, den halbenden Zehenden in deposito der Fürstlichen Cantzley zu lassen An. 1691. & 1692. Dieses erscheinet aus denen Decretis an den von Buchholtz [58] [59] fol. 16. Wrisberg explicirt es dergestalt in der Schrifft [57] daß es zum Respect des Kayserl. Cammer-Gerichts geschehen, wann Buchholtz die von 7. Jahren her zurück behaltene Früchte auch herausgeben wolte, de hoc eventu vero non constat.

9) Accedebat transactio cum Vidua Campii An. 1689. Hæc fœmina antea quidem in litis principio An. 1687. deseruerat semissem des Zehenden Act. pr. num. 12. Nondum tamen satis erat securus ab ea Wrisbergius propter litem in Camera agitatam, ex qua fructuum ratione aliquid molestiæ ab ea experiri potuisset, cumprimis post Sententiam Lipsiensium An. 1689. & introductam in Camera An. 1682. novam querelam sub Rubr. Mandat. de non turbando nec molestando S. C.

Has ergo molestias amoliri à se transigendo voluit, non vero per hanc transactionem Jus ab ea ad feudum acquirere, id quod perperam objicit Wrisbergio Buchholtzius. Renunciatio Juris in feudo Hildesiensi facta An. 1687. à Vidua Campia non tendebat ad utilitatem Buchholtzii, sed ejus, quem in Controversia exorta, Judex potiorem esset habiturus.

10) Investitura repetita Domini Episcopi Hildesiensis 7. Jun. 1690.

Quam sequebatur:

11) Decretum 3. Jul. 1690. per quod Sequestrum amovebatur.

Existimo esse apertum, quod Wrisbergii Jura sint longe potiora quam Buchholtzii, qui, nisi occasionem arripuisset ex Sententia illa Hildesiensi de An. 1668. & Camerali 1673. fortassis, ad acquirendum sibi hoc feudum animum nunquam fuisset applicatus.

Ex his, quæ dixi, sequitur Conclusio acceptata causa ex officio pro conclusa & præterhabitis Except. cum non-devolutionis tum novissime desertionis:

1. Sententiam sive Decretum à quo esse confirmandum pure. Et sic etiam

2. Mandata Attent. Revoc. contra Appellatum. Decreta An. 1690. erant cassata.

3. E contra Attentata, cum Judicis, tum Appellantis, An. 1702. perpetrata, & huc usque continuata, revocata:

4. Additis Executorialibus.

5. Appellans ad restitutionem fructuum, à tempore Sequestrat. perceptorum, so viel Appellat noch nicht wieder erhalten, condemnandus.

6. Et in Expensas.

Tandem 7. Buchholtzio petitorium in foro competente instituendum, reservari poterit.

SENTENTIA CAMERALIS PUBLICATA 17. JULII 1725.

In Sachen weyland Adam Arnolds von Buchholtz, jetzo dessen Erben, in Act. benannt,

nannt, Appellanten eins, wieder Christoph von Wrisberg andern Theils, ist der eingewendten Exception non-devolutionis und desertionis ungehindert, die Haupt-Sach von Amtswegen, vor beschlossen angenommen. Darauf, allem Vorbringen nach, zu Recht erkannt, daß durch Richters voriger Instantz in Aufhebung des An. 1682. angelegten Sequestri des halben Netter-Zehenden, zu des Appellaten freyer Erhebung, wohl decretiret, übel davon appelliret, dahero solche Verordnung zu confirmiren und zu bestätigen, auch Appellatus von Wrisberg dabey in ordinario possessorio zu manuteniren und zu handhaben, ihme auch die von Appellanten von Anno 1682. biß hieher erhobene Zehend-Früchte, so viel er nicht bereits erhalten, zu restituiren und auszuantworten seyen; Als Wir solchergestalt hiemit confirmiren und bestättigen, Appellaten manuteniren und handhaben, Appellanten in die Gerichts-Kosten, bey dem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgelauffen, nach Rechtlicher Ermäßigung, dem Appellanten zu entrichten, und zu bezahlen, fällig ertheilend. Hierauf ist denen Appellanten A glaubliche Anzeig zu thun, daß dieser Urthel allenthalben gehorsamlich gelebt seye, Zeit 2. D. pro T. & P. v. a. w. angesetzt, mit dem Anhang, wo sie solchem also nicht nachkommen werden, daß sie jetzt als dann und dann als jetzt in die Pœn 10. Marck Löthigen Golds, halb dem Kayserl. Fisco, und zum andern halben Theil, dem Appellanten zu bezahlen, fällig ertheilet seyen, und der Real Execution halber, ergehen solle, was Recht ist.

Endlich, wofern Appellant ein ihm angeblich Anno 1685. cedirtes Salderisches Recht, zu dieser Zehend-Helffte, weiter auszuführen gemeynet, bleibt ihme solches, nach Erfüllung dieser Urthel, besonders in petitorio zu thun, oder die vor Zeiten Anno 1650. & sequentibus, durch die von Salder erhobene Klag fortzuführen, unbenommen, sondern vorbehalten. So viel dann die durch Dr. Hoffmann am 10. Februar. eingewendte Intervention anbelangt, ist dessen Herrn Principalen Gesuch, in puncto der Lehn-Herrlichkeit des halben Netter-Zehenden, als N. Z. Z. zu D. K. C. G. nicht gehörig, ad separatum judicium hiemit verwiesen.

Consultatio & Decisio XLII.

Variorum Gravaminum inter Dominum & Subditos Decisio à Dn. Territorii facta approbatio: Cum additis Documentis notatu dignis, & demonstratione falsitatis cujusdam Documenti, à Subditis prolati.

In Sachen

Der Gemeinde zu Westerholdt/

Contra

Herrn von Westerholdt.

Appellationis & Mandatorum attentat. revocat. &c.

Status Causæ.

Diese Acta handlen von alten, über hundertjährigen, Mißhelligkeiten, zwischen denen Innwohnern und Unterthanen des Orts Westerholdt, und ihrem Herrn, dem von Westerholdt, welche öffters zu offenbahren Tumult und Thätlichkeiten ausgeschlagen, also, daß wenig gefehlet, daß die Eingesessene, dem von Westerholdt, allen Gehorsam aufgesagt; Dahero der Churfürst zu Cölln, als Territorii Dominus, mehrmahlige Commissiones zu der Sachen Untersuchung dahin gesandt, da dann endlich Anno 1650. ein Churfürstlich ausführlich Decretum decisivum ertheilet worden, von welchem die Eingesessene in besagtem Jahr, prout tunc erat Stylus Judicii, absque Libello Gravaminum, völlige Procefs, auch darauf mehrmahlige Mandata attentatorum revocatoria erhalten; auf welche dann die Appellantes, auch noch jetzo, starck andringen. In der Haupt-Sache aber haben beyde Theile schon B längst, ad Acta priora lediglich submittiret: Appellantes per Procuratorem 22. Martii Anno 1656. Appellatus 26. Mart. eodem Anno, also, daß dieses ein sehr alt-submittirte, auch ob qualitatem causæ zu beschleunigen privilegirte, Sache ist.

Was post Submissionem istam, olim factam, weiter ad Protocollum gehandelt, bestehet in in Recapitulationibus Actorum præcedentium, und Beylegung verschiedener Stücke ex Actis prioribus. Dann ist ad Examen Testium Commissio erkannt An. 1656. 20. Octobris, und Rotulus [71] producirt.

Das Haupt-Werck kommt an auf Acta priora, welche in einem grossen Volumine [30] An. 1653. schon producirt worden, aber sehr übel und unordentlich geschrieben. Confirmanda tamen erit patientia ad auscultandum, quæ fuit ad excerpendum causæ istius merita, cum Historia Processus.

Ob-

Objectum litis ist von Alters her weitläufftiger gewest, als es jetzo noch seyn möchte. Da waren vor diesem allerhand cumulirte Gravamina des von Westerholdt wider die Unterthanen, und dieser wider jenen: Wiewohl die Gravamina der Unterthanen mehr in exaggeration der Worte, als in Wichtigkeit der Sache bestehen, immassen in Actis prioribus mit mehrerm vorkommen wird. Hingegen die Klagen des von Westerholdt gegen die Unterthanen betreffen Summam rei, nemlich die Obrigkeitliche Jura, partes notabiles Jurisdictionis & Dominii. *In specie*: (1) Daß die Eingesessene oder Afftersassen zu Westerhold sich anmassen wollen, einen Bürgermeister und Provisores Communitatis auctoritate propria, zu bestellen: (2) Daß sie sich selbst Jus Civitatis attribuiren: (3) Daß sie sich der Wälle und Pforten des Orts, ausser dem Schloß Westerholdt, als Eigenthum zuschreiben, und die Schlüssel darzu haben wollen, über welchen Schlüssel viel Händel und Thätlichkeit vorgangen: (4) Daß sie prætendiren, die Contributiones, ohne Zuthun ihres Gerichts-Herrn, unter sich zu repartiren: (5) Daß sie sich anmassen, einen Schul-Meister im Ort zu bestellen; wie dann sie den vom Gerichts-Herrn bestellten Schul-Meister de facto weggeschafft, und einer ex gremio subditorum, sich des Officii angemaßt. Gestalten alles dieses in Actis prioribus, weitläufftig verhandelt worden. Jam legenda erit Sententia à qua 23. Jul. 1650. fol. Act. prior. 374. vel 410. vel 540. Act. Cameral. [3] cum Decreto sequente 20. Septembr. 1651. Act. prior. f. 530. 558. Act. Cameral. [7]

v. Beylag Lit. A.

Wie nun beyde Decreta, ihrem Innhalt nach, gar keine Iniquität in sich führen, bevorab, da alles per Commissarios reifflich untersucht worden, und Westerhold in literis Investituræ & notorio Dominio Castri cum Jurisdictione, intentionem fundatam hat: So ist post latam Sententiam à qua 23. Jul. 1650. quasi ex tripode ein Document hervorkommen Transactionum, quæ dicuntur esse factæ olim Anno 1609. & 1610. [80] wordurch die gantze Sache nicht wenig alteriret würde, wenn es damit seine Richtigkeit hätte.

Von diesen Vergleichen ist in omnibus Actis prioribus nicht ein Wort befindlich, als in Supplica der Unterthanen ad Electorem Colon. de 18. Jul. 1651. Da sie Copiam des einen Vergleichs, ohne Meldung, wo er ietzo erst hergekommen, beylegen. Dahero, auf des von Westerhold Anzeigen Falsitatis, Elector, abermahlige Commission zur Untersuchung abgeordnet, vor welcher der von Westerhold Rationes falsitatis weitläufftig vorgebracht, wie zu sehen fol. 451. 504. seqq. Welche Stücke in Actis Cameral. [68] [96] aber ohne Beylagen, repetirt worden. Dieweil nun auf dieses Vergleichs Richtig- oder Falschheit bey der Sachen Decision es hauptsächlich ankommt, wie auch einiger massen auf das ob-gemeldte sogenannte Bürger-Buch, und beyde Stücke, so vor diesem coram Commissione producirt, aber bey den Actis nicht gelassen, sondern denen Unterthanen zurück gegeben worden, aus denen Copiis des angeregten Vergleichs aber, deren verschiedene in Actis, sowohl prioribus, als Cameralibus, befindlich, ohnmöglich de falsitate zu judiciren, dazumahl auch die beym Gericht Recklinghausen gefertigte, und mit dem Gerichts-Siegel bekräfftigte Copia Actor. Cameral. [80] dem Original nicht gleich sehen mag: Videantur Rationes falsitatis. Der Rotulus Examinis Testium, [71] welcher einzig und allein von diesem Vergleich handelt, meines Ermessens auch wenig, ja gar nichts zur Sache thut; So bedüncket mich, es sey vor allen Dingen Dr. G., als der Unterthanen Redner, die Production Originalium sowohl des ob-ermeldten Bürger-Buchs, als der prætendirten Vergleiche, hingegen auch Lt. W. als Westerholdischer Anwaldt, die Beylagen, welche coram Commissione producirt, gleichfalls in Originali, jedoch beyderseits ohne weitere schrifftliche Handlung, innerhalb 6. Wochen, a tempore publicatæ Sententiæ, zu übergeben, aufzulegen, darauf dann in der Haupt-Sach ferner, was die Nothdurfft erfordert, geschehen kan.

Die Acta fangen an Anno 1648. es zeigen aber die darinn eingeführte Schrifften, daß der Streit schon im Anfang des vorigen Seculi gewesen, und nachdem der Westphälische Friedens-Schluß nahe gewesen, reassumiret worden.

Recensitis partibus potissimis Actorum priorum, quantum ad Sententiam in præsentiarum ferendam opus, percurrantur Numeri Camerales, daraus so viel zu erkennen, daß darinn lediglich nichts neues enthalten, und alles ad Acta priora, und den prætendirten Vergleich, [80] ankomme; Der Rotulus Examinis testium [71] thut nichts sonderlich zur Sache: Legatur Extractus Rotuli. Die Attentaten-Klagen haben uns hier nicht zu irren, quia non sunt attentata, quando aliquis suam possessionem tuetur. Neque attentasse dici potest Elector Serenissimus, quod in hisce subditorum tumultibus manutenentiam Domino de Westerhold, Vasallo suo, concesserit, facta productione originalium, supra recensitorum, non dubito, causam satis fore claram ad definitivam Decisionem.

Sententia Interlocutoria.

Expedit. 18. Dec. 1722.

In Sachen der Eingesessenen der Freyheit Westerhold, wider weyland Niclas von Westerhold, dann weyland Hermann Otto von Westerhold, jetzo dessen Lehns-Folger und Erben in Actis benannt, Appellationis, & Mandati attentatorum revocatorii, simplicis, & ulteriorum, S.C. ist Dr. G. und Lt. W. respective ihr, der Urthel halber, sowohl in causa principali, als Attentatorum, beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern der Bescheid, daß zuförderst Dr. G. die von seinen Principalen, denen Churfürstl. Cöllnischen Commissariis, in Annis 1649. und 1651. exhibirte Documenta, in specie, das sogenannte **Bürger-Buch**, welches ihnen Appellanten,

lanten, Inhalts Churfürstl. Resolution 26. Sept. 1651. fol. Act. prior. 532. wieder zugestellet worden, sodann die nach der Anno 1650. eingeführter Appellation, angegebenen **Vergleiche** de datis 10. Januar. 1609. und 5. Mart. 1610. immassen solche in Actis [80] in Copia befindlich, das Original aber besagte Gemeinde denen Churfürstl. Commissariis, auf Erfordern, fol. Act. 510. seqq. zum zweyten mahl zur Besichtigung vorzuzeigen, verweigert, benebst der Inhalts Actorum Commissionis, fol. 451. seqq. und f. 507. seqq. wie auch Act. Cameralium [96] denen Commissariis zu Beglaubigung derer Unterschrifften, im Vergleich vorgewiesenen Kauff-Notul, über drittehalb Scheffel, und vierdtehalb Viertel Landes in der Grudbrehde de Anno 1610. und einer Rechnung von besagtem Jahr; hingegen auch Lt. W. die von seines Principalen Vorfahren bey mehr-ermeldter Commission, zu Bestärckung des angezeigten Falsi, fol. Act. pr. 451. usque 469. übergebene Documenta, und was sonst von diesem Theil pro Comparatione sowohl der Unterschrifften des Vergleichs, als des Westerholdischen gewesenen Gerichts-Schreibers, Hermann Hennings, welcher den Vergleich geschrieben haben solle, Hand-Schrifft, daselbst angeführet, allerseits in ihren Originalien bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht zu deren nöthiger Einsehung, und zwar von beyden Anwäldten, nur vermittelst eines mündlichen Recessus und Designation derer Documentorum, ohne fernere Schrifft-Handlung, (dergleichen, ohne Richterliche Verordnung, nach längst beschlossener Sach, zu übergeben, ihnen zum Uberfluß hiemit untersagt wird,) produciren sollen; Zu welchem End beyden Theilen vier Wochen pro omni termino & prorogatione hiermit angesetzt, mit dem Anhang, es geschehe solches ein und anderer Seits oder nicht, daß nichts destoweniger, auf des gehorsamen Theils Anruffen, in der Sache ferner ergehen solle, was Recht ist.

Continuatio post Sententiam praecedentem.

Nachdem die Partheyen, wie in praemisso Causae Statu angezeiget, schon respective am 22. Mart. Anno 1656. und 26. ejusdem Mensis, *ad Acta priora* submittirt gehabt, und Appellantes nicht einmahl einen Libellum Gravaminum übergeben, sondern an statt dessen, Acta priora repetirt, worauf Appellat gleichfalls Sententiam gebeten; so wäre gut gewesen, wenn die Acta vorlängst wären referiret, und durch so langen über Sechzig- und Sieben-jährigen Verzug, in so grosse Weitläufftigkeit und Confusion, wie in Actis Cameral. vor Augen, mit vielen neuen Processen Mandatorum, womit die Sach-Waltere ihren Partheyen, offt ohne dringende Noth, zu prospiciren vermeynen, nicht wäre gesetzt worden. Da nun nach gedachter Submission, alle Schrifften in Causa principali überflüßig, und ohne diß merae repetitiones, oder, wie theils Rubricae lauten, Recapitulationes Actorum sind; so habe zwar die neuere Producta in Camera, specie-A ciatim à parte appellata, die Recapitulation- und Submission-Schrifft [91] welche appellirender Theil, post submissionem, ab Actis zu verwerffen gebeten, 10. Mart. 1673. und doch selbst hernach [117] eine gleichmäßige Submission-Schrifft übergeben. Dann ab Anno 1617. die abermahligen hinc inde aufgewärmte Schrifften, [139] [141] [144] alle diese Schrifften, sage ich, habe zwar gelesen, und drauf reflectiret, aber zu extrahiren, als meras repetitiones, unnöthig erachtet. Die Partheyen haben bisweilen mehr als einen Advocatum, ein jeder will seine Sachen aufs beste vorbringen: Referens Cameralis hat die Arbeit allein, und ist beschwerlich genung, der Advocaten vielfältiges unnöthiges Schrifft-Wechseln zu lesen, und den nervum daraus zu ziehen.

Westerholdt nicht præsens gewesen, wie des von Westerholdts absentia dann auch hier und weiters beschienen wird, daß fürgemeldter Verwalter 1610. den 18. Martii Hermannsen Kemmerling nach Cöllen zu wohlgemeldten von Westerholdt abgesandt, weiters findet sich nirgends, daß die Herren Vormünder den 5ten Martii 1710. allhier gewesen, dann bey solchem Fall hätte der Verwalter die verwendte Speisen, massen am 9. Januarii geschehen, ad Clausulam bringen, von welchen dennoch bey dem 5. Martii, altum silentium; der vermeynte Vertrag vermeldet auch, daß hiesige Einwohner die Gräffte mit Steuern absetzen mögen, nun möchte man gern wissen, allwo diese Steuer befindlich, und von ihnen hingelegt seyn möchte, sed omnia sunt falsa, erg. &c.

Derowegen dann auch in hac posteriori cum priore falsa Transactione kein Platz, allwo dieselbe gehalten, und die Zusammenkünffte geschehen, genandt wird, ex quo etiam ipsa Notariorum Acta præsumuntur falsa, & nihil probant, aber es wird Epmann, hunc locum, vielleicht in Concavo Lunæ stellen, oder in aere formiren, quod non discetur à Jud. wie er dann mit allerhand lügenhafften Dicenten herfür zu kommen, auch Ihro Churfürstl. Durchl. dieselbe vorzutragen sich nicht entfärbet, indeme in der pro mutatione loci gnädigst ertheilter Commission hochgemeldter Churfürstl. Durchl. præsentirten Supplication sich zu etlichen vor vielen Jahren am Gericht zu Recklinghausen und sonst erhaltenen Judicatis beziehen dörffen, nichts aber allhier dißfalls fürbringen können, als werden Herren Commissarii dienstwilligst ersuchet, in specie bemeldten Epmann ad productionem horum Jurium zu verweisen, wie auch zur Beweisung fürgemeldter Vergnügung und Demonstration oder Vorzeigung der Steuer; Die Schrifft und Littern gemeldten Vergleichs betreffend, ist zu wissen, daß etwa Hermann Hennings, den Contextum, massen an Gegenseiten sustiniret werden wollen, nicht geschrieben, sondern, daß, was dißfalls à parte contraria sustiniret wird, purum putum figmentum seye, in specie diß zu remonstriren werden die Herren Commissarii aus ihnen, des Hennings vorbrachten, und im Jahr 1609. sie von ihme geschriebenen Westerholdtischen Rechen-Buch referiren können, was massen dieselbe mit dieser Schrifft des Vertrags in keinem einlich, wie dann auch derselbig variis manibus, da er zu recht besichtiget wird, geschrieben ist, und unter anderen sich kenntlich daraus auch seines Hennings Hand befindet, daß er niemahlen b. d. 1. Manuscript auch gantze Wörtere, in specie anfänglich demnach, welches auch keineswegs mit folgenden Littern überein kommet, ita pag. 2. lin. 9. die Wörter vermeldet damit, item fol. 1. pag. 1. die Wörter minnerjährigen selbst, item fol. 1. pag. 1. lin. 14. das Wort Westerholdt, fol. 1. pag. 1. lin. 4. die Wörter Bernhard von Westerholdt, dermassen formiret und geschrieben, wie dann der gantze Contextus allsolcher Gestalt beschaffen, daß man denselben für Hennings Hand, auch die Subscriptiones, daß dieselbe deren Hände seyn solten, welcher Männer sich darüber finden, mit nichten erkandt, gestalten dann auch ex factis Collationibus, sive Literarum Comparationibus, gnugsam zu ersehen gewesen, daß dieselbe mit anderen fürgemeldten Personen geschriebenen Männern keineswegs concordiren.

Endlich ist die Falsität bey dem Vertrag hierab auch sonderlich zu schliessen, daß unangesehen deren Opponenten einen neuen Vertrag mit dem Nicolao Vincentio Westerholdt bey neulicher Invasion hiesiger Häuser, ihrem Berühmen nach, geschlossen, welches ja nicht nöthig gehabt, wann diese Transactiones im Rechten beständig, aber an diesen viel ermangelt, quæ minus avia & devia; illud interim non tacendum, daß auch noch andere fürhanden, so Philippsen Epmann eines und anders dieses seiner Schreib-Kunst zulegen werden.

Als wolle der Herr zu Westerholdt, die Herren Commissarios nochmahlen, wie vorhin, gebeten, sich in puncto falsitatis iterum quoad diensame Nothdurfft reservirend, ersuchet haben, mit ausdrücklichen Beding, daß von dem im Jahr 1650. und folgenden erhaltenen Judicato und Manutenentz-Befehlichen, so hiemit übergeben werden, nicht abzuweisen bedacht, vorab daß Camera Spirensis ihme in puncto prætensorum Attentatorum nichts Widerwärtiges dem Herrn von Westerholdt zugefüget, sondern dißfalls allda am Hochlöblichen Cammer-Gericht ergangene Interlocutorie zu Bonn so weit extendiret werde, wie der Numerus weiters bezeuget.

Consultatio & Decisio XLIII.

Varias continens Decisiones.

ARGUMENTUM.

F*Erdinandus Gaen* & *Johanna Nicolas*, Conjuges, Leodienses, argentaria negotia exercentes, testamento communi instituerunt heredes, quilibet proximiores suos, generaliter, & reservavit sibi uterque nominationem, si voluerit, specialem: Addita lege, ne superstiti ab heredibus defuncti molestia fieret ab hujus heredibus, quousque viveret.

Uxor *Johanna* nominavit, Testamento peculiari, heredem fratrem suum *Henricum, Canonicum Huyensem*, & moritur. *Henricus*, superstite *Ferdinando* marito, obiit, facto testamento, in quo scripsit heredes *Annam Ludovicam Sprimont* & *Lambertum Mottet, Canonicum*, reliquit etiam legatum *Ecclesiæ Huyensi*, mille Imperialium annuorum. Tandem *Ferdinandus* decessit, instituto herede *Walthero Counotte*. Hic cum heredibus *Henrici* transegit, & cessionem hereditatis ab iis accepit, promittendo Summam considerabilem redituum, nec non præstationem legati, & constituit ipsis, in securitatem, hypothecam omnium bonorum solenniter.

Post hæc extitere alii *Robinet, Herve* & *Consortes*, qui hereditatem *Johannæ* petierunt, tanquam proximiores, tempore mortis mariti, quia testamentum uxoris factum esset caducum per obitum *Henrici*, fratris, ante maritum. Officialis Leodiensis, judex ordinarius, favorabilem pro ipsis pronunciavit Sententiam, in possessorio, quæ tamen, post Appellationem interpositam ad Officialem Coloniensem, fuit reformata, & *Counottio* hereditas adjudicata. Aliquot annorum intervallo, contra Sententiam Coloniensem, querela Nullitatis fuit instituta in Camera Imperiali, & obtinuerunt *Robinet, Herve* & *Consortes*, Anno 1695. Sententiam nullitatis declaratoriam. Hanc sequitur executio contra *Waltherum Counotte* ab Officiali Leodiensi demandata, & *Waltherus*, ob recursum ad Curiam Romanam tentatum, in Contumaciam declaratus fuit a Camera Imperiali in Bannum; quo facto, adversarii ejus integræ Massæ hereditariæ possessionem sibi attribuerunt. Ut ergo heredes *Henrici Nicolas, Canonici*, nec non *Legatarii*, id, quod ipsis debebatur ex supra dicta transactione, integrum servarent, Consilium inierunt persequendi hypothecam, a *Counottio* constitutam, contra *Robinet* & *Consortes*, qui pro possessoribus se gerebant. Hi, cum exciperent de nullitate transactionis & hypothecæ, eo quod testamentum uxoris *Johannæ*, & consequenter *Henrici* fratris, esset inutile; quæstio hæc tractata fuit in Petitorio, & per utrumque judicium Leodiense Anno 1697. & 1709. nec non in Appellatorio Camerali A. 1717. Actoribus & Intervenientibus adjudicata fuit prælatio in bonis Counottianis, contra Robinet & Consortes.

Cum etiam *Robinet & Consortes* in Camera obtinuissent, prætextu Sententiarum in Possessorio latarum, *Mandatum, contra judices Leodienses* & *Creditores hereditarias, de sistendis & tollendis Arrestis, præstandisque solutionibus*, hoc Mandatum per Sententiam fuit cassatum eod. Anno 1717. Atque ita isti prætensi heredes impediti fuerunt, ne ulterius in bonis hereditariis grassari possent.

His omnibus ita decisis *Decanus & Capitulum Huyense* Legato suo, per bonorum dissipationem, nondum poterant potiri. Certiores autem facti, quod multa millia florenorum a debitoribus hereditariis, litis evitandæ causa, essent deposita, obtinuerunt in Camera *Citationem ad videndum fieri executionem in dictis pecuniis*. Huic Citationi opposuit se *Waltheri Counotte* filius superstes, & principia adversariorum suorum *Robinet & Consort.* improvide secutus, ad declinandam Legati præstationem omnem lapidem movit; Condemnatus tamen fuit in Camera, post diversas Consultationes, in diffusis maxime Circumstantiis, difficillimas Anno 1719.

Succubuit etiam instantia restitutionis in integrum binis vicibus petita Anno 1719. & 1721.

Tandem

Tandem cum Capitulo Huyensi sese opposuisset *Vidua Pleneva̓ux*, & Counottius animadvertisset, quod in ipsius commodum laboraverit Capitulum Huyense, Sententiis duabus Anno 1722. & 1723. causa hæc ulterius fuit determinata & finita.

Non immerito habenda est hæc causa inter maxime memorabiles, ob incredibiles rerum vicissitudines, per studia contraria partium exortas, cumprimis vero Advocatorum, quorum etiam non mediocrem ex opima hereditate fuisse messem, facile intelligitur.

Jam dudum publicis Scriptis, a partibus pro statu cujusque tempestatis, hæc materia tractata fuit & vulgata, tanto minus molesta erit cuiquam præsentis Consultationis editio, cum etiam res sit decisa tandem & composita. Inter præcipua erat Anno 1698. editum scriptum, cui Titulus: *Justitia declarationis in Bannum in parallelo posita cum anomia & nullitate Sententiæ censurarum declaratoriæ, per quendam Auditorem Rotæ, Aloysium Priolum.* Hoc Scriptum postea insertum Rapsodiæ Actorum publicorum, vulgo Staats-Canzley, Tom. IV. pag. 659. seqq. cum præsente Historia conferre liberum erit, neque injucundum aut inutile Lectori curioso.

PRÆFATIO.

§. 1.

QUod de cæteris rebus politicis ait Historicus *Sallustius, Catilin. c. 8.* Fortunam in omni re dominari, eam res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrare atque obscurare; Id ego de judiciariis etiam negotiis & Processibus verum esse quandoque dudum fui persuasus. Non, quod in omni judicio & judicantium personis regnet vel imperitia, vel negligentia, vel partium studium, sed quod non raro illi ipsi etiam, qui ex habitu virtutis operari se persuasum habent, quando tot dubiis & obreptionibus exponuntur, sui sæpius obliti, in præcipitia ferantur, &, quam tenerrime habitus iste in actus exercitio se contineat, experiantur, sunt verba magni nominis Juris-Consulti *Casparis Ziegleri, in Discursu præliminari Tractatus præstantissimi, quem Dicasticen*, sive de Officio Judicis, inscripsit §. *XXI.*

B

§. 2.

Exemplum hujus rei satis insigne famosumque præbet causa *Counottiana*, Leodii primum coram Officiali, miris partium artibus, tractata, deinde ad Coloniensem Officialem deducta, porro ad Nuncium Pontificis, tandem ad Cameram Imperialem delata, ibidemque, tam multis & variis Processibus, cumprimis post novos recursus ad Curiam Romanam agitata, ut, qui ei hodie animum adplicuerit, plenamque, non perfunctoriam, informationem capere voluerit, offendendo tot Actorum Fasciculos sub diversis personarum & causarum Rubricis, qui omnes tamen ex uno fonte promanarunt, semperque mutuam inter se habent relationem & connexitatem, ubi figendus sit animus & consilium, non possit non esse dubius, donec ab ovo repetitis Actis, & serie temporum observata atque collata, filo continuo inhærens, verum causæ Systema formare queat.

C

§. 3.

Nullus enim ex pristinis Assessoribus, qui causam tractarunt, aut ei interfuerunt, superest; & cum in novis Actorum Fasciculis, qui post justitium sunt cœpti, mihi fuerit labor demandatus, atque ego in iis subinde remissionem ad antiquiora Acta offenderem, putavi quidem, ex inspectione unius alteriusve Fasciculi antiquioris, desiderio meo, capiendæ de facto informationis sufficientis, fieri posse satis, sed cum subinde alias deprehenderem Allegationes, tandem Fasciculos ad unum omnes perquisivi, &, opera non perfunctoria, perlegi, ut nunc demum satis informatum me esse putem, quo etiam cæteris Dominis, vel ore, vel ex scripto, luculentam possim facere causæ totius repræsentationem, & instructus sufficienter de facto, & rebus antea actis, Votum addere.

§. 4.

Numeravi de antiquioribus Actis in hac una eademque causa Processus *quindecim* Decretos, unum, *Citationis super Nullitatibus*, qui est totius rei caput & fundamentum, reliquos Mandatorum pœnalium, antea pro *Walthero Counotte*, deinde contra ipsum & Leodienses decretorum. Mandata hæc adeo strenue sese insequebantur, mox a Fiscali Cæsareo, mox a parte, mox ab utroque conjunctim, impetrata, ut Leodiensia Judicia, tunc temporis, satis negotii, ex hac una causa, habuisse videantur. *Waltherus Counotte* vero ob recursum ad Curiam Romanam, quem antea, ab adversariis susceptum, ipse impugnaverat, deinde eundem sibi, ceu Clerico tonsurato & Chorali, associante se ei cumprimis Clerico Presbytero, *Lamberto Mottet*, licitum esse crediderat, renuens facere injunctam sibi revocationem, ob *contumaciam* tandem Banno Imperiali perculsus fuit. Ad quem extremum coercitionis

nis Gradum, jam dudum in Camera inauditum, forte nec imposterum audiendum, tunc etiam actu processurum non fuisse Collegium Camerale suspicor, nisi periculum Excommunicationis Pontificis Romani, contra ipsos Assessores & Fiscalem hic loci promulgandæ, ulteriorem procrastinationem dissuasisset, id quod ex literis responsoriis Collegii Cameralis nomine ad Eminentissimum Elect. Trevirensem, qui collisionem cum Curia Rom. metuebat, colligitur.

LITTERÆ IMPERATORIÆ AD ELECTOREM TREVIRENSEM.

Leopold ꝛc.

(Tit.)

WAs Uns Unser und des Reichs Lieber Getreuer, Walther Counotte, wegen der, bey Unserm Kayserl. Cammer-Gericht, in einer an den Päbstl. Stuhl per Appellationes gediehenen Sache wider ihn unterm 7ten Julii nächsthin, in contumaciam ausgefallener Achts erkennenden Urthel, unterthänigst klagend angebracht, das wollen Ew. Liebden aus dessen hierbey verwahrten unterthänigsten Anbringen mit mehrerm vernehmen: Wann wir nun bey so geklagten Umständen nicht unzeitig befahren, es möchten zwischen Uns und dem Heil Röm. Reich eines, und dem Päbstl. Stuhl andern Theils, dieser Sachen halber einige, zumahlen ietziger Zeit fast gefährliche, Collisiones entstehen, so haben Wir Unserm Kays. Reichs-Fiscalen, dem von Emmerich, mit fernerer Urgirung der Execution allsolcher Reichs-Acht, bis auf Unsere gnädigste Verordnung, einzuhalten, unter heutigem dato, laut Beylage, gnädigst befohlen; bevorab aber auch Ew. Liebden hiermit freund-gnädiglich ersuchen wollen, ob der gantzen Sache Beschaffenheit von gedachtem Cammer-Gericht alle umständliche Nachricht einzuziehen, und Uns dieselbe, zu Unserer ferneren Veranstalt- und Verordnung, fürderlich einzuschicken, allermassen Wir dann dieselbe mit nächstem erwarten. Ew. Lbd. anbey mit ꝛc. Geben in Unserer Stadt Wien den 4. Septembris Anno 1698.

Ad Dominum Electorem Trevirensem Judicem in Camera Imperiali.

Leopold ꝛc.

(Tit.)

UNs hat Unser und des Reichs Lieber Getreuer, Walther Counotte, mit mehrerm unterthänigst klagend angebracht, was Gestalten, als ihme, in einer nach Rom erwachsenen Sach, vom Päbstl. Stuhl, bey Bedrohung der Excommunication, sich beym weltl. Ge- A richt nicht einzulassen, verboten worden, Unser Kays. Cammer-Gericht wider denselben unterm 7. Julii nächsthin in contumaciam, den Bann erkennt hätte, unterthänigst bittend, Wir geruheten ihme dißfalls, wider dergleichen Verfahrungen, allergnädigst unter die Armen zu greiffen.

Wann Wir nun, bey denen Uns angebrachten Umständen, zu Verhütung hierauß, zwischen Uns und dem Heil. Römischen Reich eines, und dem Päbstl. Stuhl andern Theils, etwa zu befahren habender, zumahlen aber ietziger Zeit fast schädlicher, Collision, mit ferneren dergleichen Verfahrungen noch etwas einzuhalten, für nöthig erachtet; So haben Wir gedachten Counots nach und nach beygebrachte libellos des Churfürstens zu Trier, als Unseres Kayserl. Cammer-Richters Liebden, um Dero vorherige umständliche information beyschliessen, Dir aber anneben auch hiermit gnädigst befehlen wollen, daß du inzwischen mit fernerer Urgirung der Execution, bis auf unsere gnädigste Kayserl. Verordnung, zurück haltest, und B dich bis daran nicht weiter einmischest: Daran geschicht Unser gnädigster Wille und Meynung, und Wir verbleiben Dir anbey zu Kayserlichen Gnaden geneigt. Geben in Unser Stadt Wien den 4. Septembris, Anno Sechzehenhundert acht und neuntzig, Unserer Reiche ꝛc.

Ad Procuratorem Fiscalem Cæsareum.

Leopoldus &c.

DIlectio Vestra, ex annexo Waltheri Counotte Libello Supplici, uberius intelliget, quid hac in Causa ordinandum censuerimus, quemque in modum nobis porro supplicaverit, ut, cum adversarii sui, eo non obstante, contra ipsum via facti quam violentissime, enormissimeque procedant ac domum hostiliter invadant, ipseque adeo in vitæ simul ac animæ periculo versetur, Dilectioni Vestræ personam ac domum suam, cum bonis suis tuendam servandamque, C committeremus:

Cum itaque Dilectio Vestra sæpe dictum Waltherum Counotte, non adeo sua pro contumacia, quam ex Curiæ Romanæ interdicto, in Sententiam illam Bannalem incidisse, ac scandala collisionesque metuendas, hac imprimis rerum tempestate, summe periculosas fore, vel ipsamet ejusdem tutamini haud gravatim sit inclinatura:

Nihilominus & Nos eandem, pro officii nostri Cæsarei munere, benigne benevoleque requisitam voluimus, ut sæpe fatum Waltherum Counotte, una cum domo bonisque ejus, adversus omnem vim, violentiam, atque attentata quæcunque, nomine atque authoritate nostra Imperiali, fortiter tueri ac prote-

protegere non gravetur; Qui, quod reliquum est, Dilectioni Vestra &c.

Ebersdorffii die tertia Octobris 1698.

Ad Dominum Episcopum Leodiensem.

§. 5.

Recentiores Processus paulo post restitutum Anno 1711. Camerale Judicium exorti sunt nimirum duo Appellationis, *Robinet contra Fossoul*, & *Herve contra Counotte*, & quidem hæc, sc. *Herve contra Counotte*, per non devolutoriam est decisa Anno 1713. Deinde alii duo, Mandatorum pœnalium, sub Rubricis *Wansoul contra Herve*, de non alienando & non percipiendo &c. &c. Sine & C. C. *Herve, contra quoscunque Judices Leod. & debitores hereditarios*, de solvendo, quæ duo Mandata sese mutuo tollunt, ut in sequente narratione patebit; Tandem Processus Appellationis *Herve contra Counotte*.

Narratio sequens docebit, quomodo hæ omnes ex antiquis propullulaverint, & inter se habeant tantam connexionem, ut, quemadmodum Decisio unius monstrat viam ad Decisionem reliquarum, ita, mea Sententia, ex uno alterove recentiorum Fasciculorum informari non potest sufficienter, qui

A non contemtus decerptis narrationibus, & Allegationibus, originem rei & progressum plenius scire, rationesque Sententiarum, quantum licet, indagare desiderat.

§. 6.

Quæ omnia me permoverunt, ut Consilium cœperim, generalem quandam Historiam conficiendi, quæ ad omnes causas, inpræsentiarum decidendas inservire, atque informationis loco esse queat. Tum vero filum uniuscujusque Processus sum ostensurus, quomodo ex antiquiori Historia procedat, tandemque ad singulas causas, quid sit sentiendum, dicturus.

§. 7.

Quodsi narratio videatur forte prolixior in explicandis circumstantiis & adjectis Observationibus, existimandum erit, me id necessarium putasse, atque optare, ut omnes eandem, quam ego longiori tempore & opera adquisivi, informationem faciliori negotio nanciscantur. In elucidatione Facti enim maximus est labor & difficultas, Decisio deinde erit plana & facilis. Operam dabo, ut omnia proponantur perspicue, & sine tædio. Est enim Historia satis celebris, eventus notabilis, multaque occurrunt de Juribus Leodiensium, ad futuros casus utilia. Et hæc quidem præfari volui.

Historiæ Generalis.

Caput I.

Caput Primum.

Schema Genealogicum personarum in hac lite versantium proponit & explicat. Pag. seq.

§. 1. Schema Genealogicum.

1. Henricus Nicolas

- Lambertus Titus
 - Johanna Titus uxor Sprimont
 - Anna Ludovica Sprimont. † Cœlebs. Hujus heredes *Fossoul* & *Cloos* v. Acta Appell. f. 18.
- Aleydis uxor Henrici Nicolas secundi.
 - 3. Henricus Nicolas Canonicus Huensis, Testator. Anno 1690. 26. Jul.
 - Joanna, uxor Ferdinandi Gaen. † uxor 1. Jun. 1685. † maritus 12. Sept. 1690. De horum hereditate est controversia.
- Margaretha Nicolas uxor Sauvenay.
 - Margaretha, uxor Johannis Herve. *Actores.*
 - Henricus Nicolaus Herve.
- Anna Nicolas uxor Lamberti Mottet.
 - Catharina Mottet uxor Andr. Robinet.
 - Anna Robinet.
 - Henricus Mottet †. 1686.
 - Lambertus Mottet, Canonicus. †. 1713.
 - Catharina Mottet, uxor Waltheri Counotte. †. Waltherus An. 1708.

§. 2.

Notentur in hoc Schemate sequentia præcipue.

1) Tres Henrici Nicolas, Pater, Filius, Nepos.
2) Liberi 3. Henrici primi, Henricus, Margaretha, Anna.
3) Quod uxor Henrici 2di habuerit sororem Joannam.
4) Quod filia Johannæ Sprimont, *Anna Ludovica*, fuerit in pari gradu Cognationis cum Actoribus Margaretha & Catharina, respectu successionis Joannæ Nicolas, uxoris Gaen.

§. 3.

vid. Act. Camer. citat.

Notetur porro: Schema hoc Genealogicum Actores ipsos formare in Actis Leod. [8] fol. 8. seq. ubi tamen omittunt sororem Aleydis Titus, Johannam.

Hanc vero Johannam, sororem Aleydis, ejusque filiam *Annam Ludovicam Sprimont*, probatam esse plene in Actis primæ Instantiæ sub Rubrica Camerali *Robinet contra Fossoul*, Appellationis, a fol. 309. usque 358. ubi f. 309. proponuntur, Tituli *Johannis Everhardi Fossoul, Canonici*, & Artic. 11. 12. 13. Cognatio illa deducitur, quam *Henr. Nicol. Herve*, *Deodatus Chesnay*, & *Anna Robinet* negare sunt ausi f. 318. verso. Unde f. 320. suscepta probatio articulata, ad quam petitur & injungitur responsio, v. Decret. f. 326.

Documentorum cum originalibus Collatio ibid. f. 360.

fol. 328. seq. Sequitur Responsio jurata, ubi omnia ignorare se dicunt. Hinc

fol. 336. exhibetur Justificatio Genealogiæ:

1) Per relevium Collegii mercatorum lignariorum de A. 1615. f. 337. ex quo probantur parentes Aleydis, Lambertus Titus & Johanna.

2) Per aliud relevium de A. 1615. f. 339. ex quo probatur, quod Henricus Nicolas & Aleydis, filia Lamberti Titus, fuerint Conjuges, quod etiam ulterius probatur per cessionem Ferdinandi Gaen de A. 1666. f. 342.

Et ex hoc ipso Documento probantur liberi Henrici Nicolas cum Aleyde, scil. Henricus 3tius & Johanna.

3) Per Quittantias fol. 350. seq. ubi Joanna nominatur filia Lamberti Titus, ejusque maritus Joannes Sprimont.

4) Per Actum Emancipationis Annæ Ludovicæ Sprimont, per matrem Johannam Titus, Viduam Johannis Sprimont, celebratum A. 1674. f. 354.

5) Per Actum redemptionis alicujus reditus per Annam Ludovicam, uti neptem Lamberti Titus A. 1690. f. 356.

Nota: Eadem Documenta iterum producta in Actis Cameral. Mandati contra quoscunque Judices, &c. sub [64] [65] [66] [67.]

Ad quas Probationes, non obstante Sententia actoria, in dictis Actis f. 361. & inhæsiva f. 362. in Scriptis suis nihil egerunt, nihil responderunt, Herve & Consortes, & proinde sunt confessi.

§. 4.

Meretur hic locus specialem aliquam Observationem, quod scil. *Henr. Nicol. Herve* & *Diodatus Chesnay*, qui totius hujus litis semper fuere Directores & sollicitatores, testibus Actis Judicialibus Leodiensibus coram Officiali, quæ producta in causa Citat. sub [8] & [22]. Hi ipsi inquam, qui f. 8. ibid. & seqq. Genealogiam suæ cognationis formarunt Articulos, per *Everhardum* propositos, Num. 3. 4. quod scil. *Henricus Nicolas* cum *Aleyde* Conjuge procreasset *Henricum* & *Joannam Nicolas*, in quibus erat Actionis suæ fundamentum, postea præstito juramento, negare non erubuerint: Negare etiam jurato non veriti Cognationem *Annæ Ludov. Sprimont*, cum tamen ipsi olim Transactionis Instrumentum *Waltheri Counotte* cum *Anna Ludovica Sprimont* produxerint in Actis coram Officiali f. 20. unde iis objicitur, quod jam tum, tempore præstiti sui Relevii, fuerint informati. vid. Acta *Robinet contra Fossoul*, f. 320.

Neque excusabit eos, quod saltem dixerint, *se ignorare*, nam hæc erat affectata ignorantia, & illi ipsi, cum *Waltherus Counotte* dixisset sub juramento se ignorare Testamenti communis *Ferdinandi Gaen* & uxoris *Joannæ Nicolas* existentiam, quam tamen Actores nullibi probarunt, nihil nisi perjuria contra eum clamavere, prout ipsorum producta judicialia & extrajudicialia Scripta, & typis mandata, ista accusatione sunt plenissima, & si creditum fuit olim, Counotium non fuisse liberum, ego ratione, si non majore, saltem æquali, credo, Actores illos a crimine sese eximere non posse. In Historiæ progressu adhuc alia notabitur Henrici Nicolai Herve negatio jurata facti proprii, quod tamen fuit deinde probatum.

Hic sufficit probatum esse, quod *Anna Ludovica Sprimont*, quæ, sine contradictione, vixit adhuc tempore mortis *Ferdinandi Gaen*, fuerit, cum Actoribus, in pari Gradu ad Successionem *Joannæ Nicolas*, si ex Hypothesi Actorum statuatur, quod hæc, *Joanna* scil. sine testamento peculiari decesserit, vel quod eodem recidit, quod testamentum confectum factum fuerit caducum.

§. 5.

Tandem notetur ad Schema Genealogicum, quod *Catharina Mottet*, Vidua *Robinet*, quæ semper tanquam primaria Actrix nominatur, licet Jura Consortis *Herve* fuerint æqualia, habuerit fratrem *Henricum* v. Acta Leod. coram Officiali dicto, f. 8. Hujus *Henrici* filia fuit Catharina, uxor *Waltheri Counotte*, non vero *Anna Ludovica Sprimont*. Animadvertendus enim est hic error Genealogicus, ad rem tamen non magnopere tunc faciens. Si *Anna Ludovica*, quæ Anno 1688. provectæ ætatis v. Testam. *Henrici Nicolas*, Canonici, & cœlebs est defuncta, fuisset uxor *Waltheri*, hoc matrimonium ei valde fuisset proficuum. Sed tamen a sua uxore *Catharina Mottet*, (quæ cum altera *Catharina Mottet*, Actrice, amita ejus, non est confundenda) habuit Jus a patre *Henrico* in filiam, & per hanc in maritum devolutum, qui maritus, cum sit ante decennium circiter defunctus, superstite adhuc, quantum ex Actis scio, uxore, hujus liberi forte eo jure adhuc sunt usuri, nisi eis obstet prærogativa Gradus, casu quo *Henricus Mottet*, tempore hereditatis delatæ, fuisset de-

functus. de quo tamen ex Actis non constat; defunctum esse Anno 1686. Procurator Lt. S. per Lectorem quaesitus aliquando retulit.

§. 6.

Quo vero jure veniat ad hanc Successionem *Deodatus Chesnay*, qui semper se pro Consorte gessit, ex Actis, diu perscrutatus, tandem reperi, fuisse Generum *Catharinae Mottet*, viduae Andreae Robinet; allegatur hoc in Actis Leod. sub [22] f. 144. adde f. 99. in Act. [8.] adde f. 99. in Actis [8] & confer Rotulum examinis testium in Act. primae Appell. *Herve contra Counotte* ad interrog. 51. ubi dicitur quod *Chesnay* nihil Juris habeat [20.]

Tantum de Schemate Genealogico: Ex quo jam intelligitur, inter quas personas, & de quarum personarum hereditate, sit, eritque, ut credo, adhuc gravissima litium materia.

Cap. II.

Caput Secundum

Testamenta exponit, de quibus nata fuit controversia.

§. 1.

Quatuor habemus Testatores, quatuor Testamenta, ex quibus primum:

Ferdinandi Gaen & uxoris Johannae Nicolas commune, quod A. 1677. 6. Maji, conditum esse dicitur. In quo fundamentum suae actionis constituerunt Actores, *Catharina Mottet & Margaretha Sauvenay* Consobrinae non solum defunctae *Joannae Nicolas*, sed etiam inter se Sobrinae, vel potius earum filius *Henr. Nic. Herve*, & gener *Deodatus Chesnay*. Hi enim in Actis Leodiensibus utramque faciunt paginam, & fuere totius Causae Directores atque sollicitatores, v. Acta Leod. fol. 144. Pater enim *Henrici Nicolai de Herve* erat Vir octuagenarius, mater septuagenaria major; *Catharina Mottet* etiam ad septuagesimum aetatis annum attingebat, quod docent Documenta baptismatis in Actis producta; Mira tamen metamorphosi non voluere esse partes in Judicio, si quid allegabatur, quod ipsis esset adversum, puta factum aliquod, vel dictum, intentioni eorum contrarium, qua de re infra §. 7. dicendi locus. (vid. infr. §. 7.)

§. 2.

Dixi Testamentum Commune *Ferdinandi Gaen* & uxoris *Johannae Nicolas*, 6. Maji 1677. quod est unum ex quatuor.

2) Testamentum peculiare uxoris 1. Jun. 1677. quod est alterum.

3) Testamentum fratris Johannae, *Henrici Nicolas* Canonici Huensis 26. Jul. 1690. quod est tertium.

4) Testamentum peculiare *Ferdinandi Gaen*, 25. Aug. 1660. quod est quartum.

Quibus accedit

5) Transactio inter *Waltherum Counotte* & heredes scriptos *Henrici Nicolas* Canonici, 15. Sept. 1690.

Haec quinque documenta sunt fundamenta principalia totius causae & omnium processuum. Ita ait Advocatus Actorum, Exconsul Leodiensis, (cujus nomen observari peto ob alias circumstantias) in literis ad procuratorem *Eichrot* productis in Act. Mandati de Exeq. C. C. contra Episcopum Leod. [18] *que c'estoient les pieces fondamentales de tout les proces au principal.* Intelligens duo priora testamenta & transactionem, quae simul producuntur ibidem. [29] Caetera enim contra Clientes faciebant.

Tertium autem testamentum *Henrici Nicolas* produxit ibidem Lt. S. sub [34-36] adde Acta Leod. fol. 85. & f. 101.

Quartum denique *Ferdinandi Gaen* productum in Actis Leod. f. 37. & in Actis *Robinet contra Fossoul* f. 56. ubi etiam omnia reliqua inveniuntur.

Haec igitur documenta, quae alibi passim in variis Actorum Fasciculis occurrunt, erunt tanquam basis totius negotii & decisionis, quae legenda & bene consideranda, neque enim sunt prolixa. Legata ibi contenta praetermittere possumus, excepto illo uno insigni ad Ecclesiam *Huyensem* pertinente, in quo sita est omnis controversia Actorum *Robinet contra Fossoul*, in puncto evictionis & praelationis, contra possessores bonorum *Waltheri Counotte*.

§. 3.

Antequam ad lectionem praedictorum Documentorum accedamus, monendum est adhuc: Testamentum commune *Ferdinandi Gaen* & uxoris, quod 6. Maji 1677. conditum esse dicitur, an fuerit in rerum natura tempore mortis *Ferdinandi*, an vero ab ipso Ferdinando combustum, aut ab ejus Haerede *Walthero Counotte* laceratum, uti quidem Actores eum inculparunt, id divinae omniscientiae & judicio subjacere.

Nam in omnibus Actis ne quidquam ejus rei plane fuit probatum, neque Originale unquam visum. *Waltherus Counotte* cum ab eo postularetur testamenti editio & jurata responsio, scil. mediante Juramento respondendorum, dixit se *ignorare*. Praesumtiones consistunt:

1. In

(1) In Copia aliqua Copiæ manu *Waltheri* A descripta ex alia Copia per *Henricum Canonicum* confecta. Acta Leod. fol. 19. & fol. 71. Confer alterum Exemplar [22] fol. 94. & f. 84. ubi est actoria Sententia ad manum Henrici Canonici probatam: *que c'etoit la Copie de la Copie.*

(2) Quod Waltherus, cum produceretur ista Copia, adeo fuerit atterritus, ut sanguis è naribus effluxerit fol. 15. quasi vero hoc fortuito non possit fieri.

(3) Quod *Johannes Gaen*, Exconsul Leodiensis, cognatus Ferdinandi, non frater metu Censurarum compulsus istam Copiam exhibuerit, dicendo sibi eam fuisse a quondam Ferdinando traditam, quam Procurator NB. *tantum in proficuis* producit. Sed hæc erat Assertio inimici, de quo in seqq. aliqua occurrent. Hæc itaque Copia Copiæ pro fundamento semper in Actis allegatur.

(4) Præsumptio est validior, quod in B Transactione Waltheri cum hæredibus Henrici Nicolas, triduo post mortem Ferdinandi Gaen, istius Testamenti fiat mentio. Cum tamen verba Transactionis ita sint concepta, ut magis referant Testamentum peculiare uxoris, in quo etiam alterius Testamenti communis narrative vel relative mentio est facta; Ideo probatio hæc etiam non est admodum concludens, quod tempore mortis Ferdinandi hoc commune revera extiterit. Et cum Waltherus mediante Juramento respondisset, *se ignorare*, adversarii vero meliores probationes non attulissent, non poterat ille dici de occultatione & laceratione à se facta & de perjurio convictus, sed suæ conscientiæ & divino judicio erat relinquendus. Nam post Juramentum præstitum ulterius nihil contra eum probaverunt Actores, quod bene notandum. Imo ipsi Actores in Articulis suis probatoriis fol. 23. Art. 19. usque 27. allegant, quod *Ferdinandus Gaen*, ipse post mortem uxoris Testamentum commune voluerit comburere, & cum fratre uxoris Henrico, Canonico, oblatis maximis summis, transigere. In Summa, divino Judicio hoc est relinquendum, cum Sententia Officialis Leodiensis 14. Januar. 1692. Testamennti communis existentiam declaraverit, Actores provisionaliter in Possessionem immittendo, quæ Sententia, an sit definitiva, an, uti dicitur, interlocutoria (declarans tamen existentiam Documenti, quod existere reus negaverat, neque in Originali unquam visum aut productum, aut tale quid probatum fuerat) ego suo relinquo loco, cum de præsenti sufficiat dixisse, Appellationem ab ista Sententia provisionali ad Officialem Coloniensem interpositam, & reformatoriam Sententiam 19 Maji 1692. ab eodem latam, cujus antea Executio per Mandata Cameralia C. C. 4. Maji 1693. erat demandata, postea in Actis Citationis per Sententiam Cameralem 25. Octobris 1695. declaratam fuisse pro *Nulla*, & Causam ad Officialem Leodiensem remissam. Ut proinde illud Testamentum commune, vi judicati, habendum sit pro existente & vero.

§. 4.

Jam legamus ipsum Testamentum commune sive Copiam, quæ pro Originali habetur, productam in Actis Leod. coram Officiali fol. 11. per Compulsum, ut loquuntur, & supra dixi §. 3. Num. 2. Utile autem erit conferre exemplum Gallici Sermonis, quod est in Actis Citationis fol. 11. cum Translatione latina, quæ non ubique est eadem à partibus exhibita. Præstat autem uti Translatione Judiciali, quæ reperitur in Actis prioribus sub Rubrica Camerali *Robinet* contra *Fossoul*, fol. 43. vers.

*** *** ***

Nous sons signés conjoints Ferdinand Gaen & Jeanne Nicolas.

1.

Desirants de disposer des biens, dont Dieu nous a favorisé en ce monde.

2.

Pour ne pas laisser le survivant dans la peine d'en ordonner, survant nôtre intention commune.

3.

Trouvons à propos de declarer, comme declarons & disposons par le present Testament, que nos dits biens tous meubles, qu'immeubles, credits, actions,

4) or & argent, sans rien excepter, hormis *les meubles meublants*, qui demeureront entierement au pouvoir & domain du survivant, soient partagés.

5. Par

C Lecto Tenore hujus Testamenti observentur quæso ex eo singula momenta.

1.

Conjuges volunt disponere de bonis, quæ Deus in hoc Seculo iis fuit impertitus.

2.

Ne hæreat superstes anxius & sollicitus de illis disponendum, juxta *communem intentionem*.

Nota: Hæc verba omissa in exemplari Actorum [8] fol. 11.

3.

Declarant suam voluntatem esse, ut præter mobilia domestica seu suppellectilem, cujus suppellectilis potens & Dominus manebit superstes,

4.

reliqua omnia bona, mobilia, immobilia, credita & actiones, aurum, argentum, nihilo excepto, dividantur.

5. Et

5.

Par moitie, *ou à peu pres* à fin que la Conscience de l'un ou de l'autre ne reste interessée.

6.

Entre un, ou les plus proches de deux Côtés, respectivement.

7.

Ou meme tous autres étrangers voir à l'ordonnance du survivant en preferant tel, 8) ou tel qu'il trouvera convenir, ou meriter du Côte du predecue.

9.

S'il ne trouve aucune disposition en particulier, comme pourrons faire, tant separement que communement, *pour la moitie* ou à peu pres sans le commun Consens, tant pour des Legats que pour en favoriser ceux, qui nous plaira, & que jugerons à propos.

10.

Bien entendu, que le survivant ne sera obligé de permettre aucun inventaire aux proches, ou autre personne, de quelle qualité & condition qu'il soit, & encore moins se presumeront de les molester & inquieter par voye de Justice, ou autrement sous quel pretexte, que puisse être se devant tenir a la prendhomie du survivant, & se contenter de la moitie, ou à peu pres qui se trouvera apres la mort du dernier vivant, & en cas de molestation icelui survivant aura le pouvoir de le priver entierement, & en disposer en faveur, de qui il trouvera convenir.

11.

Etant toutes fois reservé & conditionné que j'auray si que marit à ma disposition particuliere & *au dessus de la moitie* la maison, que possedons presentement en la rüe des soeurs de Haske, pour en user & disposer à celui, qui me plaira, voire sans en pouvoir jouir, qu'apres la mort de nous deux conjoints.

12.

Que les cens & rentes, que avons apporté en mariage, ou que avons succedé, & qui proviennent de nos feu pere ou mere, devrent immediatement retourner apres nos trepas, savoir apres ma mort, mes dits cens & rentes provenans de feu mon pere & ma mere, à ma soeur Petronelle Gaen, & celles provenants de feu pere & mere de ma femme, à son frere Henry Nicolas Chanoine, autre & au dessus de la pension vitale, que lui avons accordé le 5. Decembr. 1673.

13. Rete-

A

5.

Et quidem mediatim, vel parum plus minusve, ut utrius & alterius conscientia non maneat gravata.

6.

Inter unum, vel proximiores ab utroque latere, respective.

7.

Vel etiam inter omnes alios extraneos.

8.

Verum juxta superstitis dispositionem præferendo, quem comperit expedire, vel dignum à latere prædefuncti.

9.

Casu quo nulla particularis reperiatur facta dispositio, quam, tam separatim, quam conjunctim, facere poterimus *de medietate*, B plus minusve sine communi consensu, tam pro Legatis ob piam causam, quam in favorem eorum, qui nobis lubebunt.

10.

Ea lege, ut superstes non teneatur permittere proximioribus seu aliis, ullum fieri Inventarium, multoque minus præsument sub quovis prætextu ipsum, via Juris, vel aliter, molestare & inquietare, utpote qui tenebuntur superstitis probitati stare, & contenti esse de medietate parum plus minusve, quæ post obitum superstitis ultimi reperietur, & in casum molestationis poterit superstes illos omnino privare, & de illa in favorem alterius, pro suo lubitu, disponere.

11.

C Salvo tamen & dicta conditione, ut maritus libere disponere queat, *& ultra medietatem* de domo, quam possident in platea sororum Hasseletensium in favorem ejus, quem voluerit.

12.

Item quod census & reditus, quos attulerunt in subsidium matrimonii, vel in quibus successerunt, & qui ab ipsorum patre & matre provenerunt, reverti debeant *immediate* post mortem alterutrius ad sororem mariti Petronellam Gaen & fratrem uxoris Henricum Nicolas Canonicum, respective scilicet.

13. Reti

13.

Retenans toute fois la puissance & faculté de pouvoir changer & moderer, casser & annihiler la presente ordonnance & disposition voir conjoinctements & point separement. En verification de tout le premis & pour faire sortir ses effets avons conjoinctement signé la presente le 6. Maji 1677. Etoit signé a l'Originel, Ferdinand Gaen, Jeanne Nicolas.

Sic subsignatum per Copiam ex Copia per Dominum Compulsum mihi tradita. Arn. à Campe, Notar.

13.

Retinentes nihilominus potestatem mutandi, moderandi, cassandi & annullandi hoc testamentum, conjunctim tamen & non separatim.

Signatum 6. Maji 1677.

Ferdinand. Gaen.
Joanne Nicolas.

* * *

§. 5.

Quæstiones super hoc testamento possunt esse sequentes

1. *Quæstio:*

Qualis sit hæc species Testamenti inter Conjuges? An sit reciprocum, an correspectivum, an vero simultaneum, h. e. diversa Testamenta in iisdem tabulis?

Ex hujus quæst. resolutione plures aliæ decidentur.

Membrum 1. de Reciproco.

Character reciproci perinde ut correspectivi non est petendus ex Jure Romano, ubi ejusmodi Testamenta erant ignota, imo illicita, sed unice ex Germanorum vicinorumque populorum moribus originem repetunt, Stryck. *Disp. de Test. Conjug. recipr.* §. 1. *sqq.* Cum igitur reciproci characteristica nota sit heredis institutio mutua, Stryck. *d. l.* §. 31. Græv. ad Gail. 2. *Conclus.* 117 *num.* 4. Besold. *Consil.* 121. Harprecht. *Disp. de Testam. Conjug. Correspectiv.* §. 30. Hinc patet, nostrum Testamentum non esse reciprocum, quia in toto contextu nihil invenitur de mutua heredum Institutione inter Conjuges testantes.

Membr. 2. de Correspectivo.

In hujus characteribus exponendis præ cæteris videndus integra Disputatione Harprechtus. Qui tamen ex Jure Leodiensi nihil pro illustratione attulit. Is vero §. 9. Correspectivum inde vult agnosci, si vel ex Actu uno vel separatis Actibus vel circumstantiis urgentibus appareat, quod una persona non aliter de suis bonis disposuerit, quam si etiam altera suam voluntatem reliquerit immutatam, ac proinde, si unus revocet suam voluntatem, altera etiam pro revocata haberi debeat.

Porro §. 30. formam essentialem constituit in heredis institutione correspectiva inter utrumque testantem.

Fluit hinc Conclusio:

1. Quod omne Testamentum correspectivum possit dici reciprocum, sed non vice versa.

2. Quod Testamentum commune Conjugum, in quo utriusque Cognati heredes instituuntur, non nisi abusive dicatur Correspectivum, quia etiamsi alteruter Conjugum Voluntatem mutaverit, tamen alterius dispositio idcirco mutata non censeatur, Harprecht. §. 5. *cum Allegatis.*

Ergo omne momentum circa Testamentum correspectivum consistit in casu revocationis. Hic si cesset, cessabit etiam omnis quæstio Correspectivitatis.

Ita in casu §. 21. proposito, si Conjugum institutioni mutuæ adjiciatur Clausula, ut bona communia & non divisa post superstitis excessum inter utriusque Cognatos dividantur, decidit laudatus Auctor, esse fideicommissum conditionale, revocato vero Testamento ab una parte, etiam alterum sortiri nequeat effectum, id quod ibi & §. 38. infinitis allegatis JCtis confirmat, referendo se etiam ad sua *Consilia* 44. *n.* 87. & 45. *n.* 8. *ut & Respons.* 28. *n.* 71.

Apertum autem est ex jam dictis, nostrum Testamentum non esse correspectivum, (1) quia deficit ratio formalis heredis institutio inter Conjuges correspectiva; (2) quia Correspectivitas non debet præsumi, nisi urgentibus circumstantiis. Harprecht. *dicta Diss.* §. 27. Atqui in nostro casu nullæ adsunt tales Circumstantiæ, quæ Correspectivitatem urgeant. Nam quod in fine reservant sibi Conjuges mutationem voluntatis conjunctim, non separatim, faciendam, id est, ex Jure speciali Connubii Leodiensis, in cujus præjudicium neuter Conjugum testari potest separatim, *cap. XI. Statut. a.* 13. 14. Mean. *Obs.* 55. *n.* 33. 34. 35. *junct. Obs.* 29. *n.* 2. *seq. Obs.* 110. *Obs.* 35. *n.* 11.

Membr. 3. de Simultaneo.

Hanc esse veram speciem nostri Testamenti omnia innuunt verba & circumstantiæ. Nam (1) Conjuges non se invicem heredes instituerunt, sed unusquisque suos Cognatos. Esse autem Institutionem unius cujusque separatam, indicant verba Artic. 9. Testamenti *repetantur.* (2) Conveniunt huic Testamento descriptiones simultanei ap. Harpr. *dict. Disp.*

Disp. §. 30. add. Mynsing. 1. Obs. 8. Gail. 3. Consil. 27. Pek. L. 1. de Testam. Conjug. cap. 43. num. 2. (3) Convenit etiam cum Jure Leodiensi de quo Mean. Observ. 73. §. 12. versu: Hæc enim dispositio mutua Conjugum continet binas dispositiones.

Stat ergo Sententia, quod sit Testamentum non reciprocum, non correspectivum, sed simultaneum, h. e. duo distincta Testamenta in iisdem tabulis, qui modus testandi etiam Juri Civ. Romano quodammodo est cognitus, §. 2. J. de pupill. substit. Pek. de Testam. Conjug. L. 1. cap. 19. quanquam alii dissentiant, vid. Huber. prælect. ad ॥. tit. qui Testam. fac. poss.

Quæstio 2.

An Testamentum hoc commune Conjugum contineat tacitum fideicommissum relictum Cognatis primi defuncti? Resp. si huic Testamento inesset heredis institutio mutua inter Conjuges, tum, speciem taciti fideicommissi habere admodum probabilem, non negarem, per ea, quæ tradit Harpr. sæpe laudata Disp. de Test. Correspect. §. 55. Mean. Obs. 73. §. 12. in pr. ubi legem reversionis ad proximiores vocat fideicommissum; Lex reversionis autem præsupponit institutionem superstitis, qua deficiente nullum potest fieri fideicommissum. Et ne objiciatur forte, quod institutio mariti necessaria non fuerit, quia maritus vi Statuti Leod. continuat dominium bonorum uxoris, Mean. Observ. 55. n. 110. sciendum est, quod ab ista lege municipali recesserint per Testamentum commune, mutuo consensu conditum, quod moribus Leodiensium obtinet, Mean. Obs. 55. num. 28. 31. Ad præsumtum vero fideicommissum quælibet conjectura non sufficit, sed talis esse debet, quæ & naturæ rei & intentioni testatoris conveniat, Mev. 7. Decis. 17. Lynk. Decis. 550. Harpr. Consil. 1. num. 142. Besold. Consil. 145. num. 42. Hic autem naturæ rei foret contrarium, fideicommissariam hereditatem statuere, ubi nullus adest heres fiduciarius, conf. Harpr. Consil. 91. n. 30. sqq. Textor. in Decis. Palatin. Decis. 45. qui ne quidem in casu, ubi Conjuges sese mutuo heredes instituerunt, relictis bonis proximioribus utriusque post mortem ultimi superstitis, fideicommissum agnoscit, & contra Carpzov. 3. Constitut. 2. def. 20. seq. concludit, esse revocabile Testamentum per superstitem; Esse enim talem sensum: Ego vir instituo meos cognatos; ego uxor meos, ut postquam superstes ex nobis decesserit, nostra bona inter se dividant; Quæ explicatio maxime est naturalis, nostroque casui & Testamento plane conveniens, quantum ego perspicio. Considerentur verba Testamenti communis Art. 3. ubi distinguuntur ea, quæ in dominio superstitis debeant manere, à reliquis. Ergo reliqua, quoad proprietatem, transierunt ad heredes, neque superstes est heres fiduciarius. Art. 9. expresse reservatur nominatio heredis quoad semissem, cum antea proximiores in genere essent vocati pure. Art. 12. distinguuntur iterum à semisse hereditatis, qua superstes sine molestatione frui posset, alia bona, quæ statim Cognatis proximis essent tradenda. Ex quibus omnibus patet, maritum heredem non esse institutum, sed bonorum semissem ei usufructuatenus saltem relictam, quod etiam ex conjecturis colligi, etsi vox ususfructus in dispositione non extet, docet Mascardus Conclus. 1427. num. 2. v. infr. qu. 7. Neque facit pro fideicommisso Art. 12. Testamenti, juncto Art. 8. nam electio heredis fideicommissarii excluditur per verba Art. 2. juxta communem intentionem, & per Art. 9. reservantem nominationem heredis, factam deinde in Testamento separato uxoris. Nullum itaque hic fingendum est fideicommissum, sine necessitate urgente, per rationes & auctores probatæ doctrinæ, paulo ante adductos, adde, quæ seq. quæstione 3. & 5. seq. de Testamento peculiari uxoris dicentur. Facit huc ratio, quod si uxoris institutio habenda esset pro fideicommissaria, non posset trahi ad cognatos Actores, Herve & Cons. quia ipsa nominavit postea Fratrem heredem. In materia autem fideicommissaria extensio ad alias personas, non nominatas, non admittitur, quam concordem JCtorum Sententiam laudat Harpr. Cons. 67. num. 92. Tandem cum ipsis Actoribus in mentem non venerit fideicommissi, quod ego saltem meo studio in examen deduxi, ulterius huic quæstioni non immorabor.

Quæstio 3.

Cum vocati sint proximiores ad successionem in hoc Testamento communi respective, quæritur, quisnam sit proximior, an is, qui tempore mortis uxoris in proximiore gradu fuit, h. e. Frater Henricus, ad effectum transmissionis, an vero illi, qui tempore mortis mariti superessent ex uxoris Cognatis? Posito scil. Testamentum aliquod peculiare uxoris conditum non fuisse. Mihi placet Sententia Doctorum, quod Institutio proximioris non sit conditionalis, sed pura, quia licet dies, quando venturus sit, esset incertus, tamen certum erat, quod sit venturus; Et talis dies, appositus institutioni, habetur pro certo, Arg. L. 79. pr. de Condit. & Demonstr. Et conditiones, quæ ex natura rei sive extrinsecus veniunt, h. e. tacite insunt, & si petitioni moram faciant, transmissionem tamen non impediunt, quia institutio est pura, L. 99. de Condit. & Demonstr. L. 6. §. 1. quando dies leg. ced. Peregr. de fideic. a. 31. n. 22. sqq. l. 5. C. quando dies leg. ced. Wames. 4. Consil. Civil. 34. num. 2. Cum itaque pura sit institutio heredum in Testamento communi, nullaque addita conditio, sequitur, quod is, qui tempore mortis Joannæ uxoris proximior erat, vi hujus Testamenti communis factus sit ejus heres cum effectu transmissionis, licet dilata sit fruitio plena usque ad mortem mariti. Neque enim creditur, Testatorem viam elegisse, per quam judicium suum posset subverti, L. 3. de Test. milit. Mantic. de Conj. ult. Vol. L. 4. t. 5. n 23. seq. ubi Sententiam eam, tanquam tutiorem & magis Juridicam, approbat, quod Testator, qui heredem instituit post mortem

mortem Conjugis non videatur induxisse conditionem, sed solum adposuisse heredi instituto dilationem, qui propterea in proprietate habeatur pure institutus. Eandem Sententiam tenet Covarruv. *Var. Resol. Vol.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. ubi vide inprimis Fariam *in Commentar.* adde Gail. 2. *Observ.* 131. *num.* 2. Ant. Faber. 6. *Cod. tit.* 27. *decis.* 7. Neque obstant, quæ H. Pistor. *Observ.* 163. & ex eo Carpzov. 3. *Constit.* 8. *Decis.* 25. in casu fideicommissi tradunt, quia iis jam laudatos JCtos magni nominis opponere possumus, & alios complures, quos ipsi, tanquam à se dissentientes, allegant, *Menochium*, *Alexandrum*, *Parisium*, &c:

Neque nos in casu fideicommissi versamur, sed in Hypothesi institutionis directæ.

Non etiam mutat decisionem, quod superstiti potestas sit tributa consumendi de medietate bonorum *parum plus minusve*, ut inde censeatur, superstiti plenam esse relictam proprietatem *a. l.* 19. *de ususfr. leg.* quia hoc aliter non procedit, nisi ubi absoluta potestas alienandi esset concessa, quod hic non factum, ut verba Testamenti communis expresse testantur, vid. *Sim. v. Leeuwen Censur. forens. L.* 2. *cap.* 15. *num.* 28.

Idem Auctor, JCtus Belga, Quæstionem nostram in terminis decidit *Censur. for. L.* 3. *cap.* 8. *num.* 31. Exemplum est, ait, in Praxi frequentissimum: Si testator uxori suæ reliquerit usumfructum bonorum suorum, vocatis post ejus mortem proximioribus, ut plurimum fieri solet; Quo casu quæri solet, de quibus testator cogitaverit? De his scil. qui tempore mortis *testatoris extabunt*, utrum vero de illis tantum, qui ex his post uxoris usufructuariæ mortem supererunt? Et quidsi interim, pendente usufructu, aliqui decesserunt, an reliquis per caducitatem partem faciant, an vero partem suam ad hæredes suos transmittant? Quod dubium non habet, quin statim post testatoris mortem ipso Jure succedant proximiores tunc existentes & partem suam interim, pendente usufructu, decedentes transmittant. Hucusque *Simon v. Leuwen.* Si ponatur loco uxoris maritus, erit ipsissimus casus nostræ Quæstionis: Nam etsi in nostro Testamento communi non reperiatur vocabulum ususfructus expresse, virtualiter tamen continetur in prohibitione molestationis superstitis Conjugis ab heredibus institutis, & reliquo contextu, supra recensito. Est enim iterum iterumque notandum, quod non fuerint instituti mutuo Conjuges, sed Cognati, quod Testamenta sint duo diversa in iisdem tabulis. Paria reperiuntur apud Wames. 6. *Consil. Civil* 40. *n.* 3. *seq.* Cancerium *Var. resol. p.* 3. *c.* 20. *n.* 12. *sqq.* & *c.* 21. *n.* 22. Gratian. *Disc. for. cap.* 528. *n* 40. & *c.* 130. ubi vide Lucam *in addit.* Fontanellam *de pact. nupt. claus.* 6. *Glossa* 3. *p.* 2. *n.* 7. & *n.* 15. *sqq.* ubi hæc materia plene tractatur. Adde ejusdem *Decis.* 54. *n.* 4. Quod si cum jam laudato *Fontanella* totam hanc Quæstionem, abstrahendo à Testamento uxoris peculiari, *conjecturalem esse statuamus*, quod tamen, existente isto Te-

A stamento peculiari, opus non est, adsunt sane conjecturæ fortissimæ institutionis puræ, adeoque factæ transmissionis in Fratrem, qui supervixerit ex prohibitione, *ne maritus molestaretur*, de reliquo Testamenti communis contextu. Nam si heredi proximiori non voluissent Conjuges esse Jus quæsitum à morte præ-defuncti, non opus fuisset ista prohibitione, quæ præsupponit Jus existens reale, ut eleganter rationatur *Gratianus Decis. Rot.* 153. & cum eo *Capyc. Latro Decis.* 107. ubi licet n. 31. sequatur Sententiam eorum, qui institutionem supra recensitam pro conditionali habent, dissentiens à *Fontanella*, tamen in tali casu, ut est noster, addita Clausula, *ne molestetur superstes*, pro pura institutione cum Gratiano concludit num. 38. Imo etiam si talis clausula non adjecta foret, tamen Fontanellæ opinio magis placet observari ad *Capyc. Latro dicta Decis.* 107.

His ita positis sequitur, quod juxta Testa-
B mentum commune Conjugum, licet peculiare uxoris non fuisset conditum, tamen frater uxoris Johannæ, qui tempore mortis suæ sororis haud dubie vixit, & fuit proximior, proprietate tenus extitit ei heres, & ad heredes suos hereditatem transmisit. Quæ omnia in casu præsenti tanto minus dubii habebunt, postquam in Testamento peculiari uxoris ejus Frater Henricus, Canonicus, nominatim fuit ad successionem sororis vocatus, adeoque omnis Quæstio & præsumtio Voluntatis: Quem testatrix magis dilexerit? cessat. Est enim Regula firmissima, quod vocatio tacita locum non habeat, ubi adest expressa. vid. Fontanell. *Decis.* 598. *num.* 13. *seq.*

Quæstio 4.

An sub bonis, de quibus Conjuges disposuere, etiam contineantur acquæstus, qui Jure Leod. sunt superstitis, Mean. *Obs.* 73. *n.* 6. 7. *vid. ibi num.* 10. junct. Gail. 2. *Obs.* 78. *num.* 9. Rat. dubitandi: Quod hic casus non
C expressus in Testamento videatur juxta Jus Statutarium decidendus, itemque quod præter census & reditus in Testamento nominatos, qui in matrimonium fuerint illati, adhuc alia bona, aurum, argentum, pecunia numerata potuerint adesse. *Ratio decidendi* (1) De aliis bonis, præter census & reditus, in matrimonium illatis, nihil constare, adeoque cætera omnia esse in acquæstu tempore matrimonii. (2) In Testamento omnia reliqua, præter census & reditus illatos in matrimonium, dividi in duas partes æquales, vid. Art. 12. Adeoque (3) provisio hominis sustulit provisionem legis municipalis, Mean. dict. loc.

Ergo quæstionem affirmandam censeo meo judicio. Facit huc Testam. peculiare uxoris in verbis: *La moitie de tous mes biens*, vocat totam Massam sua bona, adeoque etiam adquisita constante matrimonio.

Quæstio 5.

An sub iisdem bonis, de quibus Conjuges dispo-

disposuere, comprehendantur etiam adquisita à superstite in viduitate, ut etiam in communem veniant divisionem? Resp. Hoc plane à ratione alienum mihi videri, quia per mortem unius ex conjugibus ultima voluntas habuit suum effectum, neque potest se extendere ad futura bona, ad quæ Jus nullum adquirere potuit. Non obstant hujus Quæst. 5. decisioni, quæ de Testamentis correspectivis tradit Harpr. *dicta Diss.* §. 48. esse scil. effectum correspectivitatis Confusionem bonorum etiam futurorum, vid. §. 21. Nam ipse restringit hunc effectum ad terminos factæ institutionis mutuæ inter Conjuges, quæ in nostro casu non existit, neque hic adesse Testamentum correspectivum, paulo ante ostendi. Porro, quidquid sentiat Harprechtus de bonis futuris à superstite adquirendis, mihi videtur etiam in hypothesi ejusdem Auctoris contraria Sententia esse verior, cum non possit dari ratio firma, vel à communione bonorum, vel alia, quæ inferat ad potestatem B disponendi de bonis, quæ defunctus nunquam habuit, neque eum velle desierit adquirere, & de iis disponere potuit. Soluto matrimonio omnis societas bonorum tollitur, quod eleganter deducit *Heeser p.* 2. *loc.* 15. *num.* 184. *seqq.* & *Abr. Weselius de connubiali bonor. Societ. Tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 53. *seqq.* Alia ratio est adquæstus matrimonio constante, de quo dixi quæst. præced. Ergo, juxta hanc Decisionem, separatio bonorum in viduitate quæsitorum esset instituenda, eaque dispositioni peculiari mariti relinquenda.

Quæstio 6.

An superstes habuerit facultatem disponendi pro lubitu etiam de medietate defuncti? Resp. negando, quia sic non opus fuisset Testamento aliquo communi, & provisione, quæ tolleret provisionem legis municipalis, vid. Mean. *Observ.* 55. *num.* 28. 31. vide Testam. commun. Artic. 2. Itaque poterat superstes quoad semissem eligere aliquem ex C propinquis defuncti, Art. 8. nisi per separatam dispositionem, quam unusquisque sibi reservavit, esset nominatus, vid. Mean. *Observ.* 83. ubi, quod Testamentum commune, Conjugis defuncti morte confirmatum, à superstite revocari nequeat.

Quæstio 7.

An defuncto alterutro Conjugum penes superstitem solus usus fructus medietatis bonorum defuncti remanserit, proprietate ad heredem scriptum devoluta, an vero plenum dominium? Hæc Quæstio, etsi ex supra dictis §. 5. quæst. 2. & 3. satis fuerit ad claritatem deducta, nihilominus aliqua hic erunt addenda, quia plenum dominium mariti superstitis passim in Actis statuerunt Actores. Et id quidem non sine implicatione. Nam si superstes retinuit plenum dominium omnium bonorum, potuisset etiam de universa Massa libere disponere; Et ita Actores plane essent exclusi; In quos majori Jure recidit, quod illi Senatoribus Consilii ordinarii alicubi in Actis injuriose satis imputarunt, nescire A Auctorem scripti thoracem à femoralibus discernere, vid. Acta Herve contra Consil. ordinar. [76] pag. 5. Usufructuarium vero fuisse maritum, præter ea, quæ in superioribus fuere dicta, sequentia urgent Argumenta:

1. Quod proprietas bonorum, pacto dotali vel Testamento relicta, sit formalis, & cedi possit, relinqui Testamento & transmitti ab intestato, etiam Jure Leodiensium, *Mean. Observ.* 87. *num.* 6. *& in Opere Posthum. Def.* 48. *num.* 12. ubi docet proprietatem reditus determinati etiam nudam ab usufructu esse transmissibilem ad heredes.

2. Conjuges in Testamento communi expresse distinxere bona, quæ in dominio & potestate superstitis manere deberent Artic. 2. *hormis les meubles meublants, qui demeureront entierement au pouvoir & domain du survivant* & Artic. 11. *Etant toutes fois reservé & conditionnée, que j'aurai si que marit à ma disposition particuliere & au dessus de la moitie la maison, que possedons presentement &c.* Ergo Exceptio firmat Regulam, in reliquis tantum esse usufructuarium maritum.

3. Verba Testamenti: *Parum plus minusve, ut unius & alterius conscientia non maneat gravata:* prohibent existimare, quod superstes plenum continuaverit dominium. Neque obstat, quod disposuerint, ne molestaretur superstes qualicunque modo à defuncti propinquis, quia ex hoc ipso colligitur, propinquis dictam proprietatem à morte defuncti esse quæsitam, quibus tamen superstiti, vel petitione Cautionis usufructuariæ, vel alio modo incommodare licitum non esset, sed contenti esse deberent probitate superstitis. Quod si superstes plenum dominium totius Massæ continuare debuisset, juxta voluntatem communem, verba illa num. 10. *ea lege* &c. plane forent inutilia.

Verum tamen est, quod ususfructus ille, superstiti in medietate bonorum relictus, sit aliqua ratione irregularis, Argumento verborum: Tenebuntur *superstitis probitati stare, & contenti esse de medietate parum plus minusve, quæ post obitum superstitis ultimi reperietur.* Ubi vox *parum* aliquoties repetita in Gallico idiomate est significantior, scil. ut modica debeat esse deminutio superstiti permissa, ne ejus conscientia gravetur. Fuit autem uterque Conjugum ætate provecta, neque erat periculum dissipationis, adde quæ supra §. 5. quæst. 3. ex Simon v. Leuven *Censur. For. L.* 2. *c.* 15. *n.* 28. retuli, & aliis JCtis ibi adductis. Usumfructum autem relictum esse etiam ex conjecturis probatur, etsi vox ususfructus adhibita non fuerit, *Mascard. Concl.* 1427. *n.* 2. *Mantic. Conject. U. V. L.* 4. *t.* 5. *n.* 1. *Menoch.* 4. *præs.* 134. *num.* 17. ubi quod ex verbis in Testamento adpositis: *Ne molestetur conjux* usumfructum inferri tradit allegans *Socinum*,

Rui-

Ruinum, *Decium*, *Cephalum* & alios in Consiliis, ut proinde nihil verius quam quod *Pinellus* docet *ad L.* 1. *C. de Bon. Matern. p.* 2. *n.* 11. quod adsit ususfructus non exigatur necessario verbum ususfructus, sed sufficere id colligi ex mente testatoris. Atque sic satisfactum esse puto dubiis, quæ *ex definit.* 97. *Operis Posthumi Meani desumi possent:* Ubi in casu proposito decidit, quod per legem reversionis bonorum ad consanguineos non fit ademtum plenum dominium superviventi, ut proinde successione ille sit potior, non qui tempore mortis primi defuncti Conjugis, sed qui ultimo superstiti fuit proximior; quia, tempore mortis primi defuncti, dies neque cesserit, neque venerit, nisi expresse sit dictum: *deducto usufructu.* Namque hunc casum à nostro plane esse diversum, circumstantiæ & verba Testamenti, antea explicata, satis docent. Neque nos versamur in casu reversionis, cum alii heredes quam maritus sint nominati. Ut taceam hanc ipsam *definitionem contra Actores pugnare.*

Visum mihi fuit, has Quæstiones, ex Testamento communi ortas explicare hic plenius, ut in Voto sola relatione ad hunc locum defungi possim. Est autem in his Quæstionibus & ea, quæ mox sequetur, controversiarum, quæ hucusque extiterunt, & forte adhuc sunt orituræ circa hanc hereditatem opulentissimam, omne momentum positum.

§. 6.

Venio ad alterum *Testamentum peculiare uxoris Ferdinandi Gaen conditum* 1. *Jun.* 1677. quod est breve relativum ad potestatem in communi Testamento sibi reservatam; Et nihil aliud continet, quam nominationem heredis Fratris sui, Henrici Nicolas, Canonici. Versio latina habetur in Actis supra dictis Robinet contra Fossoul, fol. 63. vers. *Legatur:* Gallicum est in Actis Leodiens. coram Officiali fol. 74. » *Je soubsignée Jenne* Nicolas, » epouse à Ferdinand Gaen, desirant & ordonner & disposer separement *de la moitie de* » *tous mes biens* tant meubles qu'immeubles, » credits & Actions, or, argent sans rien » excepter hormis les meubles meublans, qui » demeureront entierement au pouvoir du » survivant, le tout relativement & conformement au pouvoir, que nous avons respectivement reservé dans nôtre Testament, » ou derniere volonté avec mon dit marit » conclu, & arresté, & signé de nos propres » mains le sixieme May 1677. ou autre n'est » que nous pourrons faire cy apres conjointement, si le trouvons a propos, j'etable » & institue mon heritier universel *de tous* » *mes biens*, de quelle nature que ce soit, » *mon frere le Chanoine* reservant la puissance de le changer & moderer la presente » Ordonnance, fait *le* 1. *de Jun.* 1677. Etoit » signé à l'Originel, Jenne Nicolas, epouse » à Ferdinand Gaen.

Mortua deinde est Johanna 1. Jun. 1685. relicto hoc suo Testamento, ut videtur, in manibus fratris. Et *à Lamberto Mottet*, Canonico, quem Henricus Nicolas una cum *Anna Sprimont* heredem scripsit, etiam compulso prævio, metu censurarum, tanquam obedientiæ *filio*, *productum fuit in Actis coram Officiali fol.* 34. *b. Hujus Testamenti existentiam*, quod tamen erat præ oculis in *Originali*, impudenter negarunt Actores *ibid. fol.* 54. donec tandem imposita iis recognitione manus testatricis, eam agnoverint 24. *Martii* 1691. *fol.* 91. 93.

De hoc autem Testamento una saltem, sed maximi momenti, est *Quæstio:* An vim aliquam potuerit habere, postquam heres scriptus, Henricus Nicolas, testatrici supervixerit quidem, sed ante Ferdinandum Gaen, maritum testatricis fuerit defunctus?

Hæc Quæstio huc recidit, ac si quærerem: An institutio heredis in Testamento Johannæ Nicolas fuerit pura, an vero conditionalis in casum, si maritus Ferdinandus ante Fratrem vitam finiret? Institutio enim in diem incertum evanescit, si heres ante eventum conditionis moriatur, *L.* 1. *§.* 2. *de Condit. & Demonstr. L.* 4 *quand. dies legat. vel fideic. ced.* Gail 2. *Obs.* 132. *num.* 1. Ant. Fab. *Cod.* 6. 22. 14. *& tit.* 39. *def.* 2. Et ita in casu substitutionis docet Mean. *Obs.* 504.

Sane ut hanc Thesin sustinerent Actores in casu nostro, omnem lapidem moverunt Per omnia Acta nihil magis, quam caducitatem Testamenti Joannæ ingeminarunt. Si rationem eorum petas, est hæc: Act. Leod. coram Officiali fol. 54. quia per Testamentum commune tantum erat potestas eligendi & præferendi personam in medietate, quæ succederet post obitum superstitis; ergo cum electus fuerit Frater, hanc electionem ob ejus mortem ante maritum esse caducam. Sic igitur, juxta mentem Actorum, eligere debebat Johanna, testatrix personam, quam, an futura esset in vivis tempore mortis mariti, ipsa nesciebat.

Poteratne aliquid dici à communi sensu magis alienum? Si verba Testamenti Johannæ considerantur, in quibus nulla plane est obscuritas, conditionalis institutio sane non apparet, sed puris verbis est concepta. Si dicas: Fieri Relationem ad Testamentum commune; illa Relatio pertinet tantum ad Articulum 9. reservatæ peculiaris dispositionis. Deinde neque in Testamento communi conditionalem esse institutionem supra §. præced. quæst. 3. demonstravi. Utrumque Testamentum non se tollit mutuo, sed posterius declarat voluntatem in priori reservatam. Conditionem non facit sermo, sed voluntas: Hic neque sermo, neque voluntas, ullam sapit conditionem: Quod dicitur in Testam. communi, *ne superstes molestetur*, hoc non facit conditionem, sed modum; Modus autem à Conditione quantum differat in materia testamentaria, non opus est explicare Juris Consultis. Conditio suspendit ortum & originem obligationis: Modus non impedit obligationem oriri *Mesa* 2. *Res.* 4. *num.* 22. ubi ulterius explicat, quatenus modus deficiens

ciens dispositionem non faciat evanescere, adde *Honded.2. Consil.*53. *num.* 38. Imo modus hic praescriptus exacte fuit observatus.

Et sic concidit omne, quod de caducitate Testamenti Joannae Actores somniaverunt; Est enim hoc totius ipsorum machinae primum movens & fundamentum principale, quo remoto reliqua omnia sua sponte labuntur.

Rem esse adeo claram existimo, ut tempus perdere me credam, si ei demonstrandae immorarer prolixius. Argumenta, quae cum JCtorum auctoritatibus supra §. 5. quaest. 3. adduxi, caducitatem istam imaginariam satis refellunt. Convenit huic Disputationi, quod dicitur, controversiam fuisse aliquando natam, an Sol luceret, an nix esset alba vel atra, an lignum esset lignum. Unum addo: Ponamus, citra veritatis praejudicium, Testamentum Johannae peculiare esse factum caducum: Ergo & praecedens commune erit caducum respectu uxoris. Est enim posterius declarativum tantum voluntatis juxta reservationem ibi expressam, ut scil. non amplius esset electio personae in arbitrio mariti superstitis.

Si ergo utrumque est caducum, necesse foret, ut uxor esset sine Testamento defuncta; Ergo incideret res in casum vel talem, ubi maritus retinet ab intestato plenum dominium, Jure Leodiensi, & sic tota Massa ipsius dispositioni foret subjecta, & essent exclusi Actores; Vel talem casum, qui tamen commode supponi nequit, ubi reservatio Testamenti condendi esset facta, sed in actum non deducta. *Supposito etiam hoc casu*, nihilominus penes maritum Jure Leodiensi plenum dominium omnium bonorum mansisset, de quibus pro lubitu potuisset disponere; Quod, cum fecerit, omnis Actio ex Testam. communi ab Actoribus instituta erit inutilis.

Nam, quod etiam *hoc casu reservatio dispositionis, in Actum non deducta, superstiti marito non ademerit Jus Connubii, adeoque facultatem* testandi de bonis omnibus, id Jure Leodiensi non esse quidem decisum expresse, sed tamen hanc Sententiam *Juri Leodiensi conformem esse*, atque ita responsuros se esse, testati sunt die 22. 23. & 30. August. 1701. Consilii ordinarii Senatores, nec non Scabini, & Consiliarii Curiae feudalis, ut & Petrus de Mean cum magno numero JCtorum & Advocatorum Patriae in Adjuncto rationibus decid. productis *cum Actis prioribus in causa Appell. Robinet contra Fossoul.* Qui omnes in eo articulo recedunt ab Observatione Meani *Obs.*73. *n.*11. ubi, istum casum aliquando aliter decisum esse à Scabinis, refert ex notatis sui parentis; Et sane rationes ibi relatae sunt admodum debiles ex *L.* 25. *Cod. de Jur. Dot. L.*8. *π. de J. Codicill.* qui textus nihil huc inferunt. Longe melius ratiocinatur *Mantica de Conject. ult. Vol. L.*6. *tit.*6. *n.*13. 14. Cyriac. Nig. 2. *Controv.* 205. *n.* 177. *sqq.*

Juxta intentionem Actorum Testamenti communis talis foret sensus, ac si uxor dixisset: Ego Joanna volo, ut maritus meus superstes maneat Dominus totius Massae hereditariae, sed relinquat, cum morietur, semissem proximioribus meis Cognatis, vel ei, quem in peculiari Testamento nominavero, adeo, ut cum Fratre, quem nominavit, defuncto, huic maritus relinquere semissem hereditatis non potuerit, pertineat iste semis ad se, Actores, tanquam proximiores.

Verum huic interpretationi repugnat, mea Sententia, contextus verborum Testamenti communis supra recensiti, &, nullam inesse verbis fideicommissariam institutionem, supra ostendi Quaest. 2. §. praeced.

Conclusio est hujus §phi, quod Testamentum uxoris caducum non fuerit redditum de Jure, adeoque Henricus Nicolas non spe solum, sed re ipsa sit heres factus sororis Johannae Nicolas, cui supervixit haud dubie, atque in eum ex Statuto: *Le mort saisit le vif, sive ab intestato, sive ex Testamento*, Mean. *Obs.* 97. possessio hereditatis proprietate tenus fuerit devoluta.

§. 7.

Sequitur *Testamentum Tertium* saepe *dicti Henrici Nicolas, Canonici Huyensis*, 26. Jul. 1690. conditum, cujus Originale, quomodo sit productum & per Henricum Nicol. Herve & Deodatum Chefnay recognitum, mox audiemus. Copia ejus latina legi potest ex Actis Judicial. Robinet contra Fossoul fol. 64. vers. *In quo notetur inprimis* institutio heredum Lamberti Mottet Presbyteri, & Annae Ludovicae Sprimont. Ille sub lege ut subveniat proximioribus suis Cognatis, (male enim vox gallica *parens* vertitur in latinam *parentes.*) haec vero sub conditione expressa, ne nuberet.

Deinde notetur declaratio, quod velit eos esse etiam heredes bonorum ex Testamento sororis suae, 1. Jun. 1677. condito, sibi competentium, quae hereditas, quamvis necdum *pleno Jure* ad testatorem sit devoluta, sed solummodo dilata, propter superviventiam Ferd. Gaen, qui integris reditibus fruatur in sequelam Testamenti communis 6. Maji 1677. conditi, attamen, si post ejus mortem facta fuerit hereditatis divisio in duas partes, quod est *tertium notandum*, legatum constituit *trium millium florenorum annui reditus Ecclesiae Huyensi* ab heredibus praestandorum, prout in Testamento latius est dispositum. Hoc legatum dedit occasionem liti inter Herve & Consortes, cum heredibus Annae Ludovicae Sprimont, in Actis *Robinet* contra *Fossoul*; praebuit etiam causam Decano & Capitulo Huyensi, ut non solum in hoc Processu Appellationis, sed etiam in Processu Mandati *Herve contra quoscunque* &c. intervenirent per Lt. Steinhausen.

Quarto, notanda est in hoc Testamento Clausula: Si dictus Dominus Gaen, vel Cognati ipsius (Waltherus Counotte) recusent consentire in divisionem dictae hereditatis faciendam, vel illi per viam Juris se opponant, & ad

& ad illud compelli non possint, & mei heredes illam obtinere non possint, illi erunt liberi à præstatione dictæ Fundationis.

Hac Clausula egregie utuntur Herve & Consortes, qui tamen non sunt *parens* sive Cognati, Ferdin. Gaen.

Dicunt enim, casum revera existere, nam se in divisionem hereditatis consentire nolle, totam Massam ad se pertinere ex judicatis Officialis Leodiensis, & per Mandata Cameralia. Ergo heredes Henrici Canonici, vel qui ab iis causam habent, ad legatum præstandum non teneri. Ergo nullam competere neque Capitulo, neque dictis heredibus, contra Possessores Actionem.

Ecce, hic est nervus totius causæ *Robinet contra Fossoul*, unde simul patet ejusdem connexio cum reliquis.

Quinto, notetur legatum ad scriptum Viduæ Robinet, sive Catharinæ Mottet, ex dicta hereditate futura & dilata inter ipsius liberos æqualiter dividendum. Hoc legatum Actione instituta petiit Gener Catharinæ Mottet, Viduæ Robinet, *Deodatus Chesnay*, & accepit etiam ab heredibus solutum, & Apocham dedit. Is ipse est & modernus *Henr. Nic. Herve*, qui dixerunt, tunc temporis se non esse partes in Judicio: Hi inquam sunt, qui hodie Testamentum *Johannæ Nicolas* dicunt esse caducum, nullam igitur institutionem factam in Testamento *Henrici Nicolas* ejus Fratris, qui hereditatem sororis neque adierit, neque adire potuerit, adeoque in heredes non transmiserit. Et tamen in utroque Testamento intentionem suam, pro legato consequendo, fundavit *Deodatus Chesnay*, totius litis contra *Waltherum Counotte*, una cum *Hervio*, Incensor. Mira Metamorphosi deinde pars litis esse non voluit, si opponeretur ei aliquid contrarii: Ex. gr. quod *Chesnay* esset Cognatus Domini Officialis; item quod ipse *Chesnay* cum *Henr. Nicol. Herve* Testamentum Canonici *Henrici Nicolas* Originale vidissent, & agnovissent manum, ipse etiam *Chesnay* legatum ex eo petiisset uxorio nomine; tunc dicebant isti homines, quod ex suo Capite non essent in lite, neque contra se valere istas objectiones, vid. Acta Leod. fol 35. ubi est recusatio Officialis tanquam Cognati, fol. 42. & 56. ubi negatur, quod *Chesnay* ex suo capite sit pars litis fol. 54. & 67. negant, constare sibi de aliquo Testamento *Henrici Nicolas*, Canonici fol. 90. ubi producitur ejus Originale cum Capituli Huyensis approbatione. fol. 85. 90. ubi producuntur Testimonia, quod *Deodatus Chesnay* & *Henr. Nicol. Herve* viderint Originale, & acceperint copiam authenticam 1. Aug. 1691. fol. 101. seq. & f. 114. ubi iterum producit Originale coram Officiali cum Testimonio de holographo testatoris fol. 105. & 114. producitur Extractus Actorum judicialium, quod *Chesnay*, præstito Juramento calumniæ de veritate suorum Allegatorum ex Testamento illo *Henrici Nicolas*, & præcedenti ejus sororis Joannæ, Actionem pro legato consequendo instituerit, & legatum ab heredibus *Lamberti Mottet*, & *Annæ Ludovica Sprimont* acceperit, Apocham dando. Quæ omnia reperiuntur in altero Exemplari Actorum Leodiensium, sub [22] Actorum Cameralium Citat. Sed in altero sub [8] ista omnia desunt. * fol. 181. usque 195.

Quis jam crederet sine rubore istos homines *Chesnay* & *Hervium*, quorum hic Leodii, parentum nomine causam semper egit, & ab iis fuit constitutus ad comparendum in Judicio, vid. Acta Leod. f. 8. 29. Decembr. 1690. & passim, inprimis etiam Acta Cameralia, *Mottet contra Counotte*, Mandati cassatorii sub [38] fol. 7. quis crederet, inquam, eosdem in Camerali Judicio asserere non erubuisse? Non habuerint inspectionem Testamenti, *quia, etsi Notarius testetur, id actum fuisse, erga Deodatum Chesnay & Herve juniorem, hos tamen non potuisse reputari adversarios, cum de post non extiterint, nec extent partes Judicii.* Sunt verba ipsa scripti typis impressi sub titulo *Synopsis omnium Actorum* pag. 54. ad quod Scriptum sæpius in Actis Judicialibus provocant.

Objectiones, contra hujus Testamenti Henrici Nicolas effectum in Actis factæ, sequentes sunt:

1. Henricum non adiisse hereditatem suæ sororis. Resp. ex ipso Testamento contrarium evinci; Sufficit enim declaratio qualiscunque ad agnoscendam hereditatem. Mev. *p.* 9. *decis.* 143.

2. Non extitisse tempus adeundæ hereditatis vivo Henrico. Resp. (1) proprietatem medietatis fuisse adquisitam Henrico à tempore mortis sororis, quod supra demonstratum. (2) Prohibitus erat Henricus in Testamento Conjugum, quod Henricus probe sciebat, vid. supra §. 3. ne Ferdinandum Gaen Sororium suum ulla ratione molestaret, idque sub pœna privationis. Hinc recte dicit, dilatam esse tantum divisionem hereditatis usque ad mortem Ferdinandi. Ergo in ejus potestate non erat, actum aliquem alium facere, quam declarationis, quod hereditatem sororis agnoscat; *Declaratio autem ejus, quam in suo Testamento fecit, est sufficiens omnino.* Facit huc confessio Actorum, cujus supra mentionem injeci in Actis Leod. coram Officiali fol. 23. seq. ubi in Articulis fatentur, Ferdinandum Gaen cum Sororio suo, Henrico Nicolas, oblatione magnarum Summarum transigere voluisse: Hos Articulos esse valde

* Stylus est Judiciorum Leodiensium ut Acta asserventur non in Archivo publico, sed ab ipsis partibus vel causarum Patronis; quod si deinde expetitur decisio, utraque pars sua Acta Judici exhibere jubetur, &, ubi differentia existit, ad consonantiam reducere. In præsente casu utraque pars Acta priora Judicio Camerali exhibuerat, non ubique concordantia.

valde concludentes pro occultatione Testamenti contra Waltherum Counotte notavit Dominus Referens in Extractu. Ego puto esse etiam concludentes, quod non solum Ferdinandus Gaen Jus Henrico Nicolas ex Testamento uxoris defunctæ quæsitum agnoverit, sed & ipse Henricus tunc temporis, jam tum pro vero & qualificato herede sororis suæ se gesserit.

3. Negatur *legalis approbatio Testamenti* per Capitulum Huyense facta. Resp. Approbationem Testamenti Jure Leod. necessariam non esse, nisi ad acquirendum aliquod Jus reale, & Investituram, ut vocant, minime vero ut Testamentum ipsum consistat, vid. Mean. *Obs.* 96. & 162. Porro nec approbatio per Capitulum facta eo effectu destituitur juxta multorum JCtorum doctrinam, quam tenent Covarruv. *in cap. si heredes.* 6. *n.* 3. *de Testam.* ubi optimis rationibus id confirmat, etsi alii dissentiant relati per Carleval. *de Judic. tit.* 1. *Disp.* 2. *n.* 332.

Cæterum, quod Jure Leod. Testamentum omne manu Testatoris signatum sine aliis solennitatibus sit validum, modo duo testes manum Testatoris agnoverint, puto DD. Assessores meminisse ex *Epit. Consuet. Leod. cap.* X. *n.* 12. vid. Mean. *Observ.* 90. ubi quod hoc non solum sit Cleri Privilegium, sed etiam per pacem S. Jacobi, uti vocatur, omnibus Civibus Leod. tributum. Et hoc quoad Testamentum proxime præcedens Joannæ Nicolas, ut & sequens Ferdin. Gaen, erit observandum.

§. 8.

Superest *Quartum Testamentum Ferdinandi Gaen*, qui ultimus vitam finiit 12. Sept. 1690. Hujus Testamentum 25. August. octavo & decimo die ante mortem conditum legi potest ex Actis Jud. sæpe dictis fol. 56. Fuit autem insinuatum & publicatum solenniter per Scabinos & duos Notarios deputatos altero die post mortem Testatoris, citatis proximioribus defuncti, qui actus describitur in Actis Leod. fol. 27. & quem effectum Juris habeat talis Actus tradit Mean. *Obs.* 67. *n* 9. ibi: Hujus publicationis seu approbationis ea vis est, ut ex ejusmodi Testamento missio in possessionem detur, licet falsa, irrita, rupta, inofficiosa dicantur, salva eorum disceptatione & *num.* 8. publicatio solennis non est necessaria, nisi ad Jus reale quærendum, adde *Obs.* 77. *n.* 2. & 5. Deinde fuit ad Acta Scabinatus relatum hoc Testamentum per eundem Notarium, qui ad publicationem erat deputatus Bartholom. Donnea 1. Mart. 1691. vid. Acta Robinet contra Fossoul fol. 56.

In hoc autem Testamento notetur:

1. In genere, nullam plane fieri mentionem Testamenti præcedentis communis; *vel*, quod crediderit Testator, sibi licere etiam de altera medietate bonorum, non obstante Testamento communi, uxorisque peculiari, testari; *vel*, quod salvis istis Testamentis, de una medietate tantum disponere voluerit. Magis probabile est prius, quod patet ex legatis, & eventu, cumprimis ex annotatione ipsius Ferd. Gaen, reperta, & in Camera An. 1718. producta, quod Testamentum commune fuerit ab ipso revocatum.

2. In specie, heredis institutio *chari & dilectissimi pronepotis* scil. ex sorore sua, *Waltheri Counotte, Junioris*, in quibuscunque bonis, cujuscunque naturæ esse possint. Domum cum suppellectile ei etiam relinquit sub conditione, ut illam neque vendere, neque oppignerare, neque elocare possit, sed illam inhabitare debeat. Non prævidit Testator, Actores, eam, uti factum, occupaturos esse. Sequens historia testabitur, quemadmodum, post Bannum contra Waltherum Counotte promulgatum, Herve & Consortes domum sint ingressi, eandem sibi attribuerint, imo & vendiderint.

Sequuntur deinde in Testamento & Codicillis legata, quibus heres oneratur, valde amplissima in reditibus annuis multorum millium florenorum, in quibus complura etiam sunt ad pias causas. Quorum omnium præstationem infelix exitus Processus contra Waltherum Counotte haut dubie impedivit. Sed an legatarii idcirco & ob Bannitionem Waltheri suo Jure & Actione reali competente juxta *L.* 1. *Cod. Commun. de Legat.* Mean. *Obs.* 215. *n.* 7. & *Obs.* 67. *n.* 26. exciderint, alia est quæstio non hujus loci. Videant imposterum Possessores bonorum, quomodo ex istis litibus emergere queant, qui, de restitutione unquam facienda, hucusque plane fuerunt securi.

Controversias futuras Testator ipse prævidit, tristem vero exitum non ominatus, tribus Executoribus, ad vacandum conciliationi & invigilandum omnibus, sex millia flor. legavit. Verum isto officio Executores functos non esse, ex eventu suspicor, & quod unus ex illis Consul Gaen, qui deinde tanquam obedientiæ filius copiam copiæ Testamenti communis exhibuit, harum litium dicatur fuisse incensor, vid. Acta Coloniens. fol. 101. Non erat autem Frater defuncti Ferdinandi, sed ejus Cognatus, vid. Protocoll. exhibitionis Testamenti ab ipso Consule Gaen factæ Act. Leod. fol. 11.

Quæ supra ad Testamentum commune de acquæstibus annotavi §. 5. quæst. 3. & 4. nec non reliquas Quæstiones cum suis resolutionibus huc repetitas volo. Non esse teruncii forte quæstionem de acquæstibus istis tam in matrimonio, quam in viduitate factis, patet ex Supplica per Dr. Krebs Procuratorem Actorum Herve & Consf. producta 7. Jul. 1700. in Fasciculo Actor. Cameral. Mandati cassatorii *Fiscalis & Consf.* contra *Arnold Counotte*, Anno 1699. post Sententiam Banni, ubi, enarrantur facultates Ferdinandi Gaen & uxoris, paulo ante

ante mortem uxoris 40000. *flor. redituum annuorum*; qui facerent in Summa Capitali 800. millia. porro in pecunia numerata & nominibus 150000. Imperiales. Ipsum Gaen amicis declarasse summam fortunarum centum millium *pistoles*, præter domum, suppel- A lectilem, & alia multorum millium pretio æstimata, quæ ibi legi possunt. Et dolent Actores, quod pro semisse sibi debita possessionem adipisci non potuerint, damnorum restitutionem à Senatoribus Consilii Ordinarii postulantes.

Caput Tertium.

De Transactione inter Waltherum Counótte & heredes Henrici Nicolas: Lambertum Mottet, Canonicum, & Annam Ludovicam Sprimont.

§. 1.

TRansactio ista inita fuit tertio post obitum Ferdinandi Gaen, die scil. 15. Sept. 1690. & die eodem, consensu partium, Actis Judicialibus insinuata sive realisata. Qui actus Jure Leodiensium semper habet effectum *Juris realis & possessionis* Mean. Observ. 145. n. 3. seqq. neque opus erat Citatione Actorum, quia non erat Testamentum vel pa- B ctum dotale, sufficiebat sola transigentium voluntas, neque tunc de ulla prætensione Actorum adhuc constabat.

Cum produceretur ista transactio ab Actoribus 29. Jan. 1691. f. Act. Leod. 20. in vim probationis, quod Waltherus occultasset Testamentum commune vid. supra cap. 2. §. 3. non erat nihili ejus Exceptio non competentis actionis, quia actores tempore mortis Johannæ non fuerint proximiores, sed ejus frater Henricus, cum cujus heredibus ipsi transigere licuerit, atque eorum jura in se transferre.

§. 2.

Audiamus itaque tenorem transactionis ex Actis sæpe allegatis Robinet contra Fossoul, f. 4.

Gallico sermone Leodii consueto ita sonat:

L' an. 1690. du mois de Septembre le 15. jour pardevant moy Notair sousigné & en presence des temoins embas denommés per- C sonnellement constitués Rnd. Sr. Lambert Mottet, Chanoine de la Collegiale notre Dame a Huy & La Dam. Anne Louise de Sprimont sy qu'éstant heritiers de feu Rnd. Sr. Henry Nicolas viuant Chanoine de la ditte Collegiale comme at apparu par chirographe sousigné de sa main en date du 20. Aoust 1683. d' une parte, & le Sr. Wathieu Counotte le jeune heritier de feu Monsieur Ferdinand Gaen J. C. d' autre, la meme at eté remontré comment les dits Srs. & Dam. premiers comparans syque heritiers susdits auroient des grosses pretensions resultantes du testament feue Dam. Jenne Nicolas celle viuante epouse audit Sr. Gaen fait par chirographe sousigné de sa main en date du 1. Juin 1677. lequel testament etoit fait ensuitte du pouvoir luy donné par le testament conjoinctement fait entre elle & ledit Sr. Gaen par chirographe sousigné de leurs mains en date du 6. May 1677. Or comme il y auroit apparence de diverses procedures a raison desdittes pretensions qui ne se termineroient qu' a grands fraix, est il que pour eviter ceux & transiger les dittes pretensions, lesdittes parties par l' entremise de Nobles & Honores Srs. francois de la Ruelle, & Pier Ernest de Charneux Eschevins de la Souveraine justice de la Cité & Pays de Liege & de Rnd. Sr. Nicolas Moumalle Prestre soy sont accordé en la forme & maniere suivante: Scavoir que le dit Sr. Counotte at promis, comme il promet par cette, de païer a chacun des dits prs. comparans vingte deux cent cincquante flor. Brab. rente redimibles a chacun a quatre fois parmy le denier vingt; item qu'il laisserat suivre aux dits Srs. & Dam. prs. comparans egalement les rentes patrimonielles prouenantes des parents de la ditte feue Dem. Jenne Nicolas epouse audit Sr. Gaen, item qu'il prendrat a soy comme il prend par cette a l'entiere indemnité des dits Srs. & Dam. prs. comparants les legats faits par le dit feu Sr. Nicolas tant aux Rnd. Seigneurs Doyen & Chapitre de Huy, les Beneficiers d' iceluy qu'au Sr. Pasteur de St. Severin a Huy pour la reparation de son Eglise, & qu'il captiuera le grez d'iceux, au moien de quoy les dits Srs. & Dem. premiers comparans tant pour eux que leurs representans ont renoncé & cedé comme ils renoncent & cedent par cette en faveur dudit Sr. Counotte present acceptant a toutes pretensions, telles & de quelle nature elles sont ou puissent etre qu'ils ont & peuuent auoir ensuitte des testaments avant dits renoncant par jceux a tous droits, benefices, exceptions & autres recours qu'ils pouvoient auoir pour invalider la presente transaction, promettant au contraire de n'aller jamais à l'encontre directement ny indirectement sous quel pretexte ou cause que ce soit, & pour asseurance d' obseruer le premis, lesdittes parties soy sont respectiuement obligés l'une envers l' autre presentes acceptantes, auquel effet ont mis en hypotheque la specialité & generalité de tous leurs biens, cens, rentes, meubles & immeubles presents & futurs pour sur jceux recouurir toutes fautes tant es vacances que hors soient elles ordinaires ou extraordi-

ordinaires par quinzaine & cas selon loy, a quoy les parties soy sont librement & volontairement sousmises, & pour le premis renouveller & realizer pardevant toutes courtes & justices que besoin sera: les dittes parties ont constitué tous porteurs de cette, ce fait & passé dans la maison dudit Sr. Counotte, située sous la paroisse St. Martin en Isle a Liege presents illecque comme temoins a ce requis & appellés Winand Tossa, valet au dit Seigneur Doyen de Huy, Jean Hallet, valet audit Sr. de la Ruelle, Maitre Gille Hellince Barbier & Gille de sy valet a Monsieur de Charneux, etoit l' originelle signée & marquée des parties & temoins signé & moy Bartholomé Donnea Notaire de Liege & de Brabant in fidem.

1) Expositum fuit coram Notario, *quod Lambertus Mottet & Anna Ludovica Sprimont* heredes Henrici Nicolas Canonici magnas habeant prætensiones resultantes ex Testamento holographo Joannæ Nicolas 1. Jun. 1677. quod fuerit confectum in sequelam Testamenti communis cum marito conditi 6. Maji. 1677.

Notetur: Hæc verba ultima esse desumpta ex Testamento peculiari Joannæ, cujus extabat Originale, deinde non sequebatur, quod Testamentum commune tempore mortis Ferdinandi extiterit, & quod Waltherus id occultaverit & laceraverit; hæc enim fuisset præsumtio hominis, non juris. Poterat oriri alia disputatio, an marito licuisset testamento suo mutare dispositionem uxoris, & de integra Massa, in favorem Waltheri, disponere.

2) Cum subesset apparentia diversarum litium ad causam dictarum prætensionum, quæ non nisi cum ingentibus sumptibus decidi possent, hinc ad illis obviandum & transigendum, partes interventu duorum Scabinorum & unius Presbyteri convenerunt.

Nota ad 2) Apparentiam litium fuisse eam, quod Waltherus Counotte ex Testamento peculiari Ferdinandi integram sibi adscribere posset hereditatem. De altera lite cum Catharina Mottet & Hervio tunc non cogitabatur, ut ego credo; Nam Anna Ludovica Sprimont potuisset cum illis æquali Jure uti, prout Genealogia ostendit. Et Waltherus, si potuisset de sequenti lite cogitare, tam onerosam Transactionem initurus non fuisset sine Cautela.

3) Ut Waltherus Counotte unicuique ex prædictis heredibus solveret 2250. flor. annui reditus redimibiles.

Nota: Facit in Capitali 90000. flor. pro utroque à 5. pro centum.

4) Ut permitteret iis simul reditus patrimoniales Joannæ Nicolas.

Nota: Ex hoc versu colligitur, aliqua ratione, Testamentum commune ab ipso Ferdinando post mortem uxoris fuisse abolitum. Forte quod crediderit, ex Jure Connubii Leodiensis & continuati in sua persona dominii omnium bonorum uxoris, sibi licere de omnibus bonis disponere; Nam, si consilium ei fuisset voluntatem Communem non mutandi, non constat ex Actis ratio, cur Ferdinandus istos reditus, juxta tenorem Testamenti communis, post mortem uxoris fratri ejus non tradiderit, nisi velis dicere, adeo indulgentem fuisse fratrem, ut ne quidem in hoc puncto, quod tamen facere poterat sine periculo, Sororio suo molestus esset.

5) Et ut in se susciperet omnimodam indemnitatem prædictorum heredum respectu legatorum Decano & Capitulo Huyensi & beneficiatis, nec non Pastori S. Severini ex Testamento Henrici Nicolas Canonici competentium, quorum deberet captare animum.

6) Hisce mediantibus, *Lambertus Mottet & Anna Ludovica Sprimont*, renunciant pro se, & pro suis repræsentantibus ad opus, & in favorem Waltheri Counotte præsentis & acceptantis quibuscunque prætensionibus, cujuscunque naturæ sint, vel esse possint vigore Testamentorum antedictorum, renunciando omnibus Juribus, beneficiis, Exceptionibus, recursibus, qui ipsis competere possint, ad invalidandam hanc Transactionem, promittentes se illi nunquam directe neque indirecte contraventuros, sub quovis prætextu vel qualicunque causa.

7) Pro securitate, quod partes promissa servabunt, mutuo & correspective erga se invicem obligant se, & ad eum *effectum Hypothecæ subjiciunt* generaliter & specialiter quæcunque bona, census, reditus, mobilia & immobilia, præsentia, futura, cum facultate evincendi tam in feriis ordinariis, quam extraordinariis ob quemlibet defectum, quo circa partes se submittunt ad realisandum coram quibuscunque Curiis. Signat. à partibus, testibus & Notario 15. Septembr. 1690. insinuatum judicialiter eodem die.

Nota; In hoc Articulo situm est fundamentum Actionis heredum Annæ Ludovicæ Sprimont, ad prælationem in bonis Waltheri Counotte obtinendam contra Herve & Consortes, qui integram hereditatis Massam occuparunt.

§. 3.

Quæstiones circa hanc transmissionem sunt sequentes:

Quæst. I.

An valeat Transactio non inspectis tabulis Testamenti communis Ferdinandi & uxoris, con-

contra L. 6. ff. de Transact. *Respondetur* (1) si admittatur vulgaris Dd. sententia, quod transactio talis sit ipso jure nulla, non posse applicari ad casum præsentem, ubi de Testamenti communis existentia in originali, an constiterit transigentibus, in Actis nihil est probatum. Testamentum vero peculiare Johannæ omnino erat ab ipsis inspectum, ex quo tenor Testamenti communis, sive in rerum natura fuisset eo tempore, sive non, poterat constare, v. *A. Fab. 2. Cod. t. 4. def.* 1. Sande *Decis.* 4. 5. *def.* 15.

Respondetur 2do. Sententiam communem de nullitate talis transactionis sensui textus non convenire; Is enim est sensus: Quod Judex, si de Testamento oriatur controversia, sine illius inspectione judicare non possit, vel quod facilius post inspectas tabulas, quam sine iis, transigi possit. Ideo tamen partes non prohibentur transigere tabulis non inspectis, si ita velint. Si cui videatur hæc interpretatio textus paradoxa, eum remitterem ad Commentarios *Cujacii*, *Pancirolli*, *Fabri*, *Labitti*, & recentioris JCti *Joh. Gerh. Nood*, quorum sententiam & textui & rationi congruentissimam esse ostendit JCtus Saxonicus celeberrimus *Hieronym. Gundling*, *Diss. de Transactione non inspect. tabb. c.* 3. qui etiam c. 4. dissentientibus satisfecit.

Respondetur 3. Esse Exceptionem de Jure tertii; Quid enim hoc ad Actores, cum ipsi transigentes a transactione resilire nollent?

Quæst. 2.

An consistat transactio respectu Waltheri Counotte, ut ipse medietatem hereditatis in se transtulerit? Resp. hujus Quæstionis resolutionem dependere à Quæstionibus supra capite 2do. §. 5. & §. 6. 7. expositis, ubi de caducitate Testamenti Joannæ Nicolas fuit dictum. Si enim Henrico fratri hereditas sororis fuit quæsita, ipse etiam de Jure suo potuit disponere, neque ejus heredes transegerunt de non ente, uti dicunt Actores in Act. Appell. Robinet contra Fossoul, sed de Jure vero & reali ad dictam hereditatis medietatem.

Quæst. 3.

An Legatarii Henr. Nicolas, Decanus & Capitulum Huyense, aliique, Actionem nihilominus, post hanc transactionem & renunciationem, contra heredes Henrici habuerint? Resp. Videri esse quæstionem Domitianam; Plus enim quam ridiculum est dubitare, an Legatarius Actione personali ex Testamento ideo convenire heredes non possit, quia illi hereditatem agnitam, accepta pecunia, tertio cesserint, suoque Juri renunciaverint.

Quæst. 4.

An heredes conventi a Legatariis Actione hypothecaria contra Waltherum Counotte, & qui ejus bona possident, experiri queant, ad se indemnes præstandos, & ut fruantur

A reliquis promissis in transactione? Resp. id fidei transactionis & Juri reali quæsito omnino esse consonum. Ecce! hic est totius processus Appellationis sub Rubrica, *Robinet contra Fossoul* centrum, & decisionis ratio. Nam post Actionem a Decano & Capitulo Huyensi institutam contra heredes Henrici Nicolas 30. *Maji* 1695. *Acta priora fol.* 89. 93. in qua, non obstante facta oblatione cedendæ Actionis realis sibi competentis, per Officialem Leod. fuerunt condemnati 19. *Nov.* 1700. Ipsi quidem ad Judicem Ecclesiasticum, Abbatem S. Egidii, constitutum auctoritate Pontificia, tanquam in causa Ecclesiastica, appellarunt, & *absolutoriam* sub conditione, ut *oblationi suæ* satisfaciant, obtinuerunt 8. *Januar.* 1708.

(Nota: Coram Officiali citata tantum fuit *Anna Ludovica Sprimont & Walth. Counotte.*

Alter heres, *Lambertus Mottet*, conventus fuit eadem Actione coram alio Judice Ecclesiastico.

B Uterque Judex pronunciavit, sed diverso modo. Hinc, Appellationis Judex factus *Abbas S. Egidii*, utramque Sententiam reformavit.)

Interim vero pendente hoc processu Saisiniam, seu arrestum contra Waltherum Counotte impetrarunt, 9. *Mart.* 1705. *Act. prior. fol.* 2. & *f.* 315. observatis formalibus trinæ denunciationis, simulque f. Act. 1. citationem ad videndum se præferri contra *Herve, Chesnay & Robinet*, qui hactenus in opinione versantur, nulli, quam sibi ex omnibus bonis Waltheri Counotte quidquam deberi. In quibus Actis potissimæ Quæstiones, in præcedenti & hoc Capite relatæ, tractantur, & ex prioribus Actis, ubi decisæ nondum fuerunt, repetuntur. Quo loco etiam ad facti Historiam notandum, quod *præstita tandem cessione Actionis pro rata debiti*, Decanus & Capitulum Huyense hanc litem, scil. pro Legato in Testamento Henrici Nicolas sibi relicto, consequendo, in se susceperit per transactionem aliam 10. April. 1713. conclusam

C & productam in Actis *Mandati contra quoscunque Judices* [40] in quibus Actis eadem monumenta iterum recurrunt.

Quæst. 5.

Quemnam habuerit fructum ex transactione illa *Waltherus Counotte*? Resp. Per infelicem eventum litis coram Officiali & in Camera, ubi tamen istæ Quæstiones nondum sunt decisæ, fructum hactenus esse impeditum, ita, ut etiam Ecclesia Huyensis, quod dolenter referunt Canonici, Legato gaudere adhuc dum non potuerit. Interim hic notandum, quod Waltherus Counotte ab initio contra Actores Herve & Consortes ista transactione usus non sit, sed putaverit elidi posse actionem ex solo Testamento Ferdinandi Gae; ignorare enim se dicebat Testamenti communis existentiam, neque Copiam a se

ex alia copia deſcriptam id probare, poſtea, cum Actores inſiſterent ſuæ petitioni, ignorantiam Waltheri ex transactione refellere volentes, ille per argumentum ad hominem ex Actorum hypotheſi excepit, poſito, quod extaret Teſtamentum commune, tamen Actorum intentionem fundatam non eſſe, ne quidem in poſſeſſorio, quia illi non fuiſſent propinqui Joannæ Nicolas tempore mortis, ſed ejus frater, in peculiari teſtamento etiam heres inſtitutus nominatim, cujus Jura in ſe eſſent translata per transactionem cum ejus heredibus ab ipſis actoribus productam. Unde natæ ſunt quæſtiones de *Caducitate Teſtamenti* & aliæ, de quibus ſupra. Hoc eſt, quod in A Actis ſæpius occurrit dictum & objectum Walthero, quod *mutaſſet titulum ſuæ poſſeſſionis*, jam ex Teſtamento Ferdinandi Gaen, jam ex ſua transactione poſſidere voluerit.

Sane nulla *aderat Waltheri mutatio* illicita, cum eſſet Reus. Huic vero etiam uti licet exceptionibus contrariis ſine præjudicio vid. *Fromm. diſſ. de Jure variandi c. 2. n. 49. ſeqq.* ubi elegans locus. Actores vero illicite variant intentionis fundamentum mox ex Teſtamento, mox ab inteſtato ſuccedere volentes. Quod nequaquam permiſſum, vid. eundem *Fromm. d. l. n. 47. & cap. 1. membr. 1. n. 5.*

Caput Quartum.

Hiſtoriam proceſſuum antiquiorum & Sententiarum exponit.

§. 1.

EXplicatis, ut puto, abunde ſatis Documentis, in quibus Cardo rei & omnium litium vertitur, ſeries Proceſſuum antiquiorum & Sententiarum erit breviter oſtendenda, ut exinde connexio cum hodiernis, (de quibus Capite ſequenti acturus ſum) ſimulque, quid deciſum ſit, & quomodo, quid adhuc decidendum, cognoſcatur.

Animadvertendum erit circa Articulos decidendos, ne, ubi erratum eſſe olim agnoverimus, in errore eodem nos pergamus. Tantum enim abeſt, ut Sententia Officialis Leodienſis 14. Jan. 1692. controverſiam etiam in ſummariiſſimo poſſeſſorio finierit, ut potius multa & graviſſima dubia tunc emerſerint, & ſuperſint hodie decidenda.

§. 2.

Initium itaque litis fuit coram Officiali Leodienſi, cum *Johannes Hervius* uxorio nomine *Margarethæ Sauvenay* (filius eorum *Henricus Nicolaus* ſe dicit *de Herve*) contra *Waltherum Counotte* Citationem impetraſſet ad edendum *Teſtamentum commune Ferdinandi Gaen & Johanna Nicolas*, atque repertorium bonorum, necnon ad videndum ſe, tanquam proximiorem, manuteneri in poſſeſſione ex Statuto *le mort ſaiſit le vif.* 14. Dec. 1690. f. Act. 1. 2. 3. 4. 5. Intereſt, ut dies inſtitutæ actionis notetur 14. Dec. 1690. Liti ſe deinde adjunxit *Catharina Mottet*, vidua *Andreæ Robinet* fol. 6.

Quæ Acta ſint in progreſſu Cauſæ: Quomodo Officialis, tanquam Cognatus Diodati Cheſnay, qui erat Gener & domeſticus *Catharinæ Mottet*, fuerit recuſatus: Quæ Decreta Princeps Leodienſis deſuper tulerit: Quam multi Juris Conſultorum Leodienſium, quorum Conſilio Officialis regulariter uti ſolet & debet, in hac cauſa fuerint ſuſpecti recuſatione, ita, ut Princeps ipſe fuerit dubius circa directionem hujus cauſæ: Quomodo B deinde peculiaris inſtructor, excluſo Officiali, fuerit conſtitutus, nihilominus tamen poſtea Dominus Officialis ex Juriſperitorum, uti dicitur, impartialium Conſilio 13. *Aug.* 1691. *citra quodcunque partium præjudicium* (ita ſonant verba) decreverit, fieri debere repertorium bonorum, Actores & Regiſtra & Documenta admitti, Walthero Counotte expurgationem de receptis injungens Act. f. 106.

Idem Officialis qualem deinde 14. *Januar.* 1692. *fol.* 154. Sententiam tulerit in poſſeſſorio proviſionalem quoad verba, reipſa vero definitivam, quia declarat exiſtentiam Teſtamenti, (quod tamen Reus negaverat) manutenet in poſſeſſione Actores, quam nunquam erant adepti, implicite declarat eos proximiores, quæ tamen qualitas eis erat negata; Hæc omnia, inquam, Leodienſia Acta in Camera ab utriusque partis Procuratore producta [8] & [22] in Act. Citat. abunde teſtantur.

§. 3.

C Cum itaque poſtea de executione iſtius *Sententiæ* 14. *Jan.* 1692. latæ, multis tamen ambiguitatibus involutæ, fuerit, & hodie adhuc ſit Quæſtio. Igitur erit in ſingulis membris conſideranda; ita autem ſonat:

Officialis Leodienſis,

Actis partium attentis, de plurium Juriſperitorum impartialium Conſilio & aſſenſu,

Partem agentem in poſſeſſione ſummariiſſima medietatis bonorum, de qua

Scilicet de ſucceſſione Joannæ Nicolas erat Quæſtio, ſed poſſeſſionem iſtam nunquam habuerant Actores, nam poſt mortem Johannæ ejus frater juxta Statutum *le mort ſaiſit le vif* ex Teſtamento utroque adquiſivit poſſeſſionem, quam in heredes ſuos tranſmiſit,

misit, alteram vero medietatem, si A non totam Massam, Waltherus Counotte post mortem Ferdinandi Gaen 13. Sept. 1690. apprehenderat.

Conformiter Testamento communi Ferdinandi Gaen, & Joannæ Nicolas, Conjugum.

Notetur (1) quod mittantur Actores in possessionem ex Testamento, & non ab Intestato, adeoque declarantur esse proximiores implicite. (2) Quod Testamentum nunquam fuerat visum in originali, sed negatum jurato, neque ab Actoribus probatum extitisse adhuc post mortem Ferdinandi Gaen. (3) An ergo ex L. fin. C. *de Edict. Div. Hadr. toll.* mitti poterit Actor in possessionem ex Testamento, cujus originale non fuit productum, neque extitisse tempore mortis mariti, probatum, & insuper, in cujus Testamenti Copia producta ipsi ne quidem leguntur esse scriptos heredes?

Præstita Cautione oblata: B

Hæc oblatio fuit fol. Act. 152. his verbis: Offerunt Consortes Cautionem præstare, ad arbitrium Domini Officialis, pro quibuscunque, per ipsos de medietate controversa, percipiendis, casu quo adversarius Cautionem petat; sed tamen & ipse reus Counotte Cautionem obtulerat f. 49. & Officialis de modo Cautionis arbitrium interponere neglexit; quomodo deinde sit præstita, mox audiemus.

Provisionaliter manutenemus.

Num fuerit locus provisioni? amplissima hic foret Quæstio, quam tamen relinquo. Jurisperiti, quorum opera usus est Dominus Officialis, nescire non debebant ex *Meano Obs. 22. princip. & §. 1. Mevio p. 1. Decis. 23. & p. 3. Dec. 376.*

Et quatenus opus in illorum possessionem immittimus: C

Ergo non plene, sed quatenus opus. Ambigua sunt verba.

Et ad effectum hujusce possessionis stamus Decreto nostro 13. Aug. novissimi lato in puncto » *repertorii*, & descriptionis quorumcunque bonorum, mobilium & immobilium, Creditorum & actionum, auri argentique, ab iisdem Ferdin. Gaen & Joanna Nicolas, procedentium, nec non accessus ad ea declarationis & expurgationis juratoriæ eatenus ac supra receptis quibuscunque ex dictis bonis, *ab obitu dicti Ferdinandi Gaen*, & satisfiat eidem Decreto intra octo dies proximos, alioquin procedatur contra partem ream per opportunas.

Notandum hic: Definire voluisse videtur Judex, quatenus opus esset, & in quantum vellet Actores manutenere, & immittere, non ut ipsi reditus perciperent, pecunias in usus suos, prout tamen factum, verterent, sed ad effectum hunc, ut Status bonorum cognosceretur: Forte etiam, ut fieret separatio acquæstuum in viduitate; sed Actores plenissime omnia interpretantur.

Deinde notandum: Quod decretum istud 13. *Aug.* 1691. in rem judicatam non iverit, petita enim fuit restitutio in integrum a Walthero Counotte, & fuit repositus ab Officiali adversus istud Decretum per Sententiam 21. Aug. 1699. fol. Act. 110. Jam vero dicit Dn. Officialis, se stare isti Decreto, quod erat latum citra quodcunque partium præjudicium. Ergo nec hæc Sententia debet præjudicium aliquod inferre.

Porro notandum: Quod Sententia ista restitutoria, in rem judicatam transierit, adeoque hæc posterior rem judicatam tollebat. Est in Actis ista Sententia restitutoria paucissimis verbis concepta dict. fol. 110. quæ, nisi quis probe attendat, facile oculos effugere potest.

Hisque adimpletis, & evacuato provisionali possessorio, deducant, allegent & probent partes in petitorio quæcunque voluerint, & ad jura sua facere duxerint, intra mensem de post, quo facto, seu alias ex eventuali causæ Statu, quod juris erit, ulterius ordinabimus, Quæstionem expensarum in aliam ordinationem reservantes.

Hæc Clausula priora iterum tollere videtur, nam reservat Officialis tantum petitorium, adeoque declarat Actores esse in antiquiore & justiore possessione, h. e. in ordinario manutenendos. Itaque beatos possidentes existimavere se Actores, non ignari viarum ad causam petitorii, vel etiam, ut in Camerali Sententia additur, ordinarii possessorii, variis tricis ad Calendas græcas differendam. Hic scil. est plerumque eventus Sententiarum Officialis in possessorio judicio & provisionali, teste experientia. Ignavus foret Advocatus Leodiensis, qui hasce vias nesciret.

§. 4.

Non injuria queritur Waltherus Counotte, in Gravaminibus Appellationis ad Officialem Coloniensem, ejusmodi Sententiam ullo tempore non fuisse prolatam. Quanquam enim Actores

1) Neque fuerint proximiores Joannæ Ni-

Nicolas, de cujus successione erat quæstio, sed hujus frater Henricus Nicolas, Canonicus.

2) Neque soli proximiores eo casu, quo per fratrem Henricum exclusi non fuissent; Aderat enim in pari gradu Anna Ludovica Sprimont, quæ, ob factam renunciationem, & ætatem virginitatis in gravescentem, liti se non immiscuit.

3) Neque de existentia Testamenti originalis Ferdinandi Gaen & Joannæ Nicolas probationes attulissent, Waltherum de occultatione aut laceratione convincentes.

4) Neque ipsi Actores certi fuerint, num ex Testamento vel ab intestato succedere vellent Joannæ Nicolas; Nam in Actis modo hoc, modo illud, asserunt.

5) Neque adeo Statutum *le mort saisit le vif* ipsis, tanquam remotioribus, & a fratre Henrico Nicolas dudum exclusis, competere posset; Cum etiam

6) Waltherus Counotte notorie possessionem apprehendisset altero die post mortem Ferdinandi Gaen, actu solenni & judiciali, nihilominus Dominus Judex Officialis dicit eos esse conformiter Testamento communi, h. e. tanquam proximiores in possessione medietatis bonorum, de qua provisionaliter manutenendos.

Interlocutoriam esse suam Sententiam mere ipse Officialis sæpissime est testatus etiam in Actis Cameralibus, sc. ad excludendum beneficium Appellationis, etsi contra rei & circumstantiarum hucusque explanatarum evidentiam. De præjudicio non reparabili, quod Reus pateretur, si Actores possessione tam opimorum redituum, & pecuniæ numeratæ, aliarumque rerum, quæ consumuntur, fruerentur, nulla hic erat cura. Sed, inquit, Cautionem obtulerunt, & deinde præstiterunt Actores 17. Jan. 1692. v. Volumen parvum Actorum Leod. [9] fol. 2. 3. Egregia vero Cautio! quæ consistebat in oppignoratione omnium bonorum, sc. ex hac lite speratorum, speciatim ædiculæ cujusdam & quotæ bonorum ex Testamento Ferdin. Gaen & Joannæ uxoris ad se devolutæ.

Addita est etiam Cautioni Clausula cerea flexilis, quod non vellent ultra obstringi ista cautione, quam esset juris. Ipsi vero Actores, judicialiter in Camera productis testimoniis, professi sunt, adeo tenues sibi esse facultates & ære alieno se gravatos, ut vitam cum familia vix sustentare possint, vid. in Actis Mandati *Fiscalis* contra Cathar. Mottet [8] & Acta Mandati de Exeq. Counotte contra Episcop. Leod. & Officialem [11] ubi reperiuntur ista Testimonia. Scivit haud dubie angustiam facultatum Waltherus Counotte, unde de insufficientia cautionis statim est protestatus dicto Vol. [9] Act. fol. 5. Sed

A Dominus Officialis sine mora, vix respiratione concessa Walthero, sub pœna capturæ corporis executionem Sententiæ demandavit 22. Jan. 1692. Cum vero hic interpositionem revisionis allegaret, qua uti volebat ad executionem promtius impediendam, salva Appellatione ad Officialem Coloniensem interposita; vid. Acta Coloniensia fol. 57. qui locus probe notandus. Officialis Leod. quidem per Decretum 23. Jan. 1692. f. 7. suspendit causam, donec revisio fuerit evacuata, sed ad instantiam Actorum statim 24. Jan. seq. f. 8. eos restituit in integrum, contra Decretum suspensivum, repetitis deinde fol. 9. mandatis executivis, quæ executio tamen per inhibitionem Officialis Coloniensis insinuatam 26. Jan. fuit suspensa.

Sequitur jam

§. 5.

Processus coram Officiali Coloniensi. Pauca ex his Actis circa formalia non prætereunda sunt. Processus plenarii fueront ibi

B decreti 21. Jan. 1692. contra relictam Robinet, quæ alias dicitur Catharina Mottet, & Consortes. Hic notetur, quod *Catharina Mottet*, uti in Camera, ita & Leodii & Coloniæ, primo loco in Actis nominetur plerumque, neque *adeo Herve dici possit Actor principalis*; Jura utriusque erant æqualia. Si is est principalis, qui primo loco nominatur, *Catharina Mottet* deberet dici principalis, non vero Joannes Herve.

Appellanti *Walthero Counotte* associavit se *Lambertus Mottet*, Canonicus Huyensis. Sororius ejus, qui erat unus ex heredibus *Henrici Nicolas*, Canonici. Hic *Lambertus*, quare socium se fecerit litis, cum prætensioni suæ una cum Anna Ludov. Sprimont renunciasset, suo loco relinquo, interim hoc verum & Actis consonum est, quod nunquam eum pro parte in hac lite admittere voluerint Actores. De Citationis insinuatione, nec non legitimatione Appellatorum in Judicio Coloniensi, notandum est, Citationem primam conceptam contra Cathar. Mottet, vi-

C duam Robinet, & Consortes, insinuatam fuisse juxta tenorem executi soli Catharinæ Mottet 26. Januar. 1692. vid. Acta Colon. f. 6. verso.

Deinde Februarii die prima decretum fuit Mandatum attentat. revocatorium pœnale cum Citat. quod fuit insinuatum 6. Febr. *Catharinæ Mottet & Joanni Herve*, sive ejus uxori, absente marito, nec non eorum Procuratori *Cœlen*, qui coram Officiali Leod. ab utroque erat constitutus 8. Febr. Catharina Mottet, *pro se & Consortibus absentibus*, constituit Procuratorem *Andr. Wasserfalle* f. 10. qui etiam semper nomine Catharinæ Mottet & Consortum coram Officiali Coloniensi agenda egit, vid. f. 39. verso. & Acta Colon. passim.

§. 6.

Si jam Quæstio foret, an legitime sit citatus *Herve*,

Herve, qui in Actis Cameralibus asseruit, se partem Judicii Coloniensis non fuisse? Ratio dubitandi poterat esse, quod in Actis Coloniensibus ejus persona nominetenus non legatur, excepta insinuatione supra dicta: A

Cum vero per ea, quæ in Actis Coloniensibus fol. 16. leguntur, pro non citato haberi nequeat, imo sufficisset insinuatio facta Consorti, & quod Procurator nomine communi in Judicio egerit, vid. Altimar. de Nullit. Rubr. XI. quæst. 258. n. 78. seqq. Trentacinq. tit. de Procur Resol. 7. & 8. Potius est, ut dicamus, in citatione defectum non fuisse, ob quem Sententia pronunciata habenda fuerit pro nulla. Et si Judex in eo peccasset, quod comparente uno Consortum ad Sententiam contra Hervium, tanquam alterum ex Consortibus, perrexerit, nullitas non fuisset insanabilis, de qua specie nullitatum agit Gailius 1. *Obs.* 42. *n.* 6. *Obs.* 75. *n.* 6. *Obs.* 84. *n.* 4. Mevius *p.* 6. *decis.* 300. Altimar de Nullit. *p.* 1. *Rubr.* 5. *quæst.* 124. *n.* 67. *seqq.*

§. 7.

B

Talem etiam causam nullitatis in libello ne allegarunt quidem, sed sequentes, in quibus fundata erat petitio:

1. Incompetentia Judicis Appellationis, Officialis Coloniensis, in causa civili, quis is esset Ecclesiasticus saltem, respectu Officialis Leodiensis.
2. Qualitas Sententiæ, quod esset in summariissimo possessorio.
3. Quod Sententia esset interlocutoria & provisionalis, à qua per Privilegium Leodiense Appellatio non esset permissa.
4. Quod Acta priora Judici Coloniensi per Judicem priorem non fuerint transmissa, sed à partibus exhibita.

Nulla ex his causis effecit Conclusionem ad Sententiam nullitatis declaratoriam in Senatu, qui tunc in quatuor tantum Senatorum numero constabat. C

Prima enim obstabat mos, tunc temporis adhuc toleratus, appellandi in causis civilibus Leodiensium & Monasteriensium ad Officialem Metropoliticum Coloniensem.

Secunda & *Tertia*, quod Sententia valde egrederetur terminos possessorii summariissimi, & provisionis hic non necessariæ.

Quarta, stylus judicii, de quo adfuerunt Testimonia [14] [23] vid. Altimar. *Rubr. XII. quæst.* 239. *n.* 76. *seqq.*

Tandem, posita nullitate Sententiæ ex defectu non insinuatæ Hervio Citationis, idcirco Sententia, respectu Consortis Catharinæ Mottet, quæ comparuerat absque dubio, nulla dici non potuit. Hæreditaria enim Jura erant divisa active & passive, neque adeo causa individua Sulgado Labyr. *Credit. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 176. *seq.*

Nulla hic erat culpa Connotii Appellantis, ut ideo beneficio Appellationis excidere debuerit in re tanti momenti. *L.* 74. *de Reg. Jur.*

In Judicio Coloniensi Lambertus Mottet erat Consors Connotii, in Camera contra istum vero ne quidem petita Citatio fuit.

§. 8.

Veruntamen existente Sententia Camerali nullitatis declaratoria An. 1695. publicata, providendum nunc saltem erit, ne vis ejus & potestas plus justo extendatur. Non ergo est opus, ut ex Actis Coloniensibus quidquam recenseam: Sufficit scire, Coloniensem Judicem reformasse penitus Sententiam Judicis Leodiensis.

Hoc etiam notandum, quod Catharina Mottet una cum Hervio ab Officiali Coloniensi appellaverint ad Nuncium Pontificis Romani, unde patet quod Hervius Actorum coram Officiali Coloniensi non fuerit nescius. Nuncius Pontificis decrevit Processus, & quanquam Waltherus Counotte non comparuerit, neque se defenderit, sed ad Camerale Judicium sese converterit, tamen, effulgente ex Sententia Leodiensi præjudicio nunquam reparabili, confirmata fuit à Nuncio Sententia Coloniensis Officialis. Waltherus interim in Camera *Mandatum de Exequendo* contra Principem Leod. & Officialem Leodiensem impetravit, cum Clausula: Junxit ei se Fiscalis Cæsareus, & obtinuit contra adversarios Waltheri Mandatum cassatorium & inhibitorium, ob recursum ad Nuncium: In hoc Processu Procuratores semper perrexerunt, durante Processu Nullitatis, qui tamen erat præjudicialis, usque ad Sententiam illam nullitatis declaratoriam 25. Octobr. 1695. quo die simul publicata fuit *cassatoria Mandati de Exequendo*, velut necessaria post Sententiam Nullitatis.

§. 9.

Publicatis Sententiis Cameralibus 25. Oct. 1695. Consultores Domini Officialis existimavere, omnes suspiciones, quoad Executionem promovendam, esse purgatas, ideoque ad complementum esse progrediendum. Sed quomodo? Ita sane *omnia sunt festinata*, ut misero Walthero, neque consilium, neque tempus de salute sua cogitandi, relinqueretur.

6. Decembris 1695. Publicatum fuit Decretum executivum ad parendum Sententiæ provisionali intra triduum. 22. Decembris aliud, sub pœna capturæ.

Sequentia allegata sunt ex Actis Mandati cassatorii, Mottet contra Counotte.

30. Jan. 1696 aliud simile, in quo captura demandatur, & ibidem additur, valde curiosum, quod ratione possessorii ordinarii, seu & petitorii citra Executionis præjudicium partes

tes convenire possint in arbitros, qui de causis recusationis cognoscant. Ergo Dominus Officialis adhuc semetipsum habebat pro recusato.

Talis vero, quomodo poterat esse Executor? Crediderat forte ad Judicium possessorii ordinarii vel petitorii nunquam fore rem deducendam, beatis interim possidentibus. Reliqua de executione infra §. 17. recensebuntur. Ab hoc decreto Waltherus iterum appellavit ad Officialem Coloniensem [7] pro gravamine allegans excessum in executione ante præstitam idoneam cautionem ab Actoribus, & interesse Sororii sui Lamberti Mottet, in cujus favorem etiam Nuncius pronunciaverat. Officialis Coloniensis decrevit Processus, & Attentata revocavit, 20. Febr. 1696. [8] [9] *Viginti Duumviri* etiam, h. e. Judices violentiarum Leodienses, Walthero ob periculum violentiæ, ab adversariis comminatæ, per Mandatum vis & violentiæ subvenerunt 1. Febr. 1696.

Ad hæc narrata obtinuerunt Actores, Catharina Mottet seu Vidua Robinet, & Herve in Camera 22. Febr. 1696. *Mandatum Cassatorium revocatorium, inhibitorium, & de Exequendo Sententiam Officialis Leod.* 14 Jan. 1692. latam *Sine Clausula*, reprod. 20. April. 1696. *Præceptum erat:* de cassando & revocando recursus ad Ecclesiasticum Judicem.

Ad Officialem vero, ut Sententiam exequeretur.

Notetur hic, quod plures sint nominati in principio Mandati Correi. Nullum tamen eorum factum fuerat demonstratum. Insinuatio etiam facta aliis non nominatis, more non tolerando Leodiensium Advocatorum, qui Consortes non exprimunt, sed dicunt in executione esse nominandos, postea ex suo arbitrio Consortes faciunt, quos volunt, & in Processus implicant, quod in hac causa sæpius factum esse, animadverto. Unde deinde, si proclama in genere contra non comparentes decernitur, & in contumaciam proceditur, multæ oriuntur ambiguitates. Ita in hoc Mandato non nominantur Consilii Ordinar. Senatores, neque iis fuit insinuatum quam dudum post reproductionem scil. 7. Jun. 1696. aliis vero, expresse nominatis insinuatum non fuit, & tamen contra Consilium Ordinar. video decretum Mandatum ulterius 12. August. 1696. quod multis personis insinuatum fuit.

[14]

Præceptum erat: Ut cassarentur & revocarentur Attentata, & abstinerent ab ulterioribus, sub pœna Banni; Judices vero in Executione denominandi, posthabitis decretis Curiæ Rom. Executionem Sententiæ Officialis promoveant. *Hoc ulterius* autem ea de causa fuit petitum, & decretum, quod *Officialis Capituli Leodiensis*, qui non est Ordinarius, sed solam Ecclesiasticam exercet Jurisdictionem, pro

A

Lamberto Mottet, Canonico, Executionem Sententiæ, à Nuncio Pontificis [16] [17] latæ, demandasset, atque debitoribus hereditariis, ut solverent dicto Lamberto, seu ejus Cessionario, Walthero Counotte, injunxisset; item, quod Lambertus iste Mottet & Counotte Processus in Curia Romana contra Decreta Officialis Leodiensis impetrasset, [18] [19] qui erant Romæ decreti 19. Maji 1696. [20] ex eo Fundamento, quod esset causa beneficiaria & Ecclesiastica, cedens & cessionarii clerici.

Not: beneficiaria poterat dici aliqua ratione ob Legatum Ecclesiæ Huyensi per Canonicum Henricum Nicolas relictum, ab ejus herede, Lamberto Mottet, Canonico, præstandum, qui, etsi cessisset Jura sua Walthero Counotte, tamen non eo minus tenebatur & Capitulo & Walthero ad Evictionem.

B

§. 11.

Ad insinuatos Processus istos Mandatorum simplicis & ulterioris solus *Waltherus Counotte* comparuit, & Exceptiones opposuit, in quibus causas recusationis contra Officialem [21] [22] Leod. &, quod causa esset Ecclesiasticarum Personarum & beneficiaria, deducit, aliaque, quæ in causa testamentaria fuerunt opposita.

Post Replicas Actorum, [27] in quibus Waltherus Counotte tanquam perjurus & mendax ubique traducitur, lata fuit in *Camera Sententia paritoria* 10. Decembr. 1696. cum Proclamate contra non comparentes; Mox sequitur 18. *Martii* 1697. *Sententia condemnatoria* in pœnas Mandatis insertas.

Condemnantur autem 1. *Waltherus Counotte*, 2. *Officialis Capituli Leod.* Simulque decernitur *Mandatum arctius* cum Citat. ad videndum se incidisse in pœnam Banni contra (1) *Waltherum Counotte* (2) *Lambertum Mottet* (3) *Officialem Capituli.*

C

Ex quibus duo posteriores fuere Cleri Presbyteri, neque in Camera tanquam rei comparuerunt, prior vero, scil. Waltherus, dicebatur Clericus tonsuratus, & vivebat in matrimonio cum sorore Lamberti Mottet.

Comparuit solus Counotte, & opposuit dudum opposita, produxit simul Acta in Executione coram Officiali Leod. gesta, ad excessum Executionis ostendendum, sub [38] quæ sunt pleniora, quam illa, quæ in Act. Citat. ab ejus adversariis erant producta, sub [9]. Reproductio facta arctioris Mandati 30. April. 1697. [32]

Sequitur *Sententia paritoria* 29. *Octobr.* 1697. contra Procuratorem solius Waltheri Lt. S. una cum Proclamate contra Lamb. Mottet, & Officialem Capituli. 10. *Januar.* 1698. Lt. S. negavit insinuationem Mandatorum factam esse suo Principali Walthero Counotte.

§. 12.

§. 12.

An. 1698. Cum deinde Wetzlariam advenisset Notarius aliquis Curiæ Romanæ, & Excommunicationis publicationem contra Assessores Cameræ & Fiscalem esset minatus, Fiscalis 1. Jul. per recessum oralem petiit ad declarationem Banni procedi, quam & Actores Herve & Chesnay per Supplicam extrajudicialem maturari petierunt, contra affinem suum & propinquum; Imperator LEOPOLDUS in Literis ad Electorem Trevir. Judicem Cameræ, hic vero ad Camerale Collegium consultius esse judicavit, ut declaratio in Bannum sisteretur, sed maturandam esse Sententiam visum fuit Dn. Assessoribus congregatis, (prout quidem literæ responsoriæ ad Electorem Trevir. referunt) adeoque 7. *Jul. Anno* 1698. *promulgata fuit Sententia Banni* declaratoria, una cum Executorialibus, quæ hic omnino recensendæ, ut constet, quantum ad rationes decidendi hodiernorum Processuum faciant, vel non faciant. Consequitur etiam 31. Octobr. ejusd. Anni 1698. Sententia, qua petitæ Immissoriales in bona Banniti, ad instantiam Fiscalis & Procuratoris Actorum, decernuntur.

Notandum est probe: istos Processus Mandatorum nihil decidere quoad Executionem Sententiæ Officialis, sed paritorias Sententias & comdemnatorias unice in puncto cassandorum Processuum Curiæ Romanæ esse latas.

Et hic fuit finis istorum Actorum sub Rubro Mandati cassatorii, Mottet contra Counotte.

Quæ omnia una serie recensere volui, ne filum interrumperetur; Medio enim tempore, fervente hoc Processu Mandatorum & Banni alii adhuc contra Waltherum fuere intentati; Nimirum:

§. 13.

Anno 1697. Fiscalis contra Waltherum Mandatum de cassando &c. &c. impetravit 6. August. 1697. quo die tria Mandata extrajudicialiter in hac causa decreta fuere, adeo, ut quocunque se verteret Counotte, novum aliquod Mandatum ei obviam veniret.

Ex hisce Mandatis notandum est inprimis illud, quod Executionem Sententiæ Officialis provisionalis, (*vel quasi*,) concernit sub Rubrica *Herve* contra *Consil. Ordinarium*, & *Scabinos Leodienses*. Parum enim abfuit, quin isti Actores Consilium Ordinarium cum Walthero in pœnam Banni declaratum vellent, adeo animose contra Senatores Concilii invehuntur, eosque injuriis & sarcasmis onerant, ut merito conquesti sint ea de re Senatores.

Quæ Acta, cum ad hodiernos Processus inprimis faciant, operam dabo, ut clare proponantur, quæ tunc fuere acta & judicata. Sed recensenda est ante omnia Sententia Banni, 7. Julii 1698.

§. 14.

In hac Sententia Banni attendendus erit effectus Banni, respectu *tum Fisci Cæsarei*, tum *Interesse Partis*. Et tertio ad clausulam finalem in puncto Mandati de Exequendo. De posteriori membro primo loco dicturus sum, quia ad historiæ partem illam pertinet, in qua enarranda jam sum occupatus, de prioribus postea videbimus infra §. 22.

Tenor Sententiæ Banni 7. Jul. 1698. Copia in Act. Robinet contra Fossoul, fol. 197. Executoriales ibid. fol. 200.

Postquam Waltherus Counotte Mandato arctiori emanato & executo, in quo ipsi sub Banni pœna præceptum fuit, ut antea insinuato & reproducto Mandato de cassando & revocando, & postmodum publicatis Sententiis paritoriis, tam in Causa Principali (scil. revocationis recursus ad Curiam Rom.) quam circa solutionem pœnæ, Fisco Cæsareo & parti adjudicatæ, in termino præfixo plenarie satisfaceret, & de paritione legitime doceret, hactenus obstinate *non paruit*, idcirco accusata *contumacia* decernitur & pronunciatur, Reum *ob talem inobedientiam* in pœnam Banni incidisse, ac ut talem denunciandum ac publicandum fore & denunciari ac publicari debere, prout declaratur, & necessarii Processus decernuntur:

Quoad cæteros Consortes, quatenus probaverit Fiscus vel Actores, quod, post insinuationem Mandati Actoris & publicatum Proclama, ulterius obstinate contravenerint, fiet contra illos, per privatio nem omnium Jrium, gratiarum & privilegiorum, quod Juris.

Tandem in puncto Mandati de Exeq. Scabinos Leod. concernente, *acquiescimus paritioni eorum* per Lt. Schriels edoctæ, modo eidem per injunctam realem Executionem, non attentis aliorum Judicum contradictionibus aut inhibitionibus, satisfaciant, & de tali paritione debito modo ad primam post ferias magnas edoceant.

§. 15.

Ad hunc §. ultimum interest scire, contra quem Mandatum de Exeq. fuerit decretum 22. Febr. 1696.? [2]

Resp. Contra Officialem Leodiensem, tanquam Judicem causæ; Neque enim reperiur facta insinuatio Scabinis, neque etiam hi Sententiam exequendam tulerant, adeoque nullæ erant Scabinorum, in ea exequenda, partes. Deinde Mandatum ulterius 12. August. 1696. contra Judices Leod. in *Executione denominandos*, est directum, ut, posthabitis Mandatis Curiæ Romanæ executionem Sententiæ Officialis 14. Januar. 1692. promoveant: Atque ita permittebatur Actoribus implorantibus Reos facere per insinuationem, pro arbitrio. Itaque executio sive insinuatio facta hujus Mandati *ulterius absque præcedente simplici* erga Concilium Ordinarium Leodiense & Scabinos.

Anno

Anno 1698. 21. Jun. comparuere Scabini offerentes se satisfacturos Mandato. Necesse A autem erat, ut officium eorum imploraretur, quia alias Executio Sententiæ Officialis ad ipsum pertinebat Officialem. Poterantne vero Scabini de ulteriori paritione, quam promta sua voluntate docere? An erat per istam Sententiam omnis Jurisdictio Concilii ordinarii, quod est respectu Scabinorum superius, suspensa & Scabinis attributa? Sane ego ex hisce Actis nihil tale animadvertere potui. Et nihilominus hoc ipsum, quasi Concilio Ordinario nulla amplius competeret Jurisdictio Superior, quotiescunque ab Actioribus Herve & Cons. aliquid efflagitaretur à Scabinis, & ab his decerneretur, hoc ipsum, dico, est fundamentum, quo nituntur Actores in Actis Mandati seq. 6. August. 1697. quo tempore Sententia Banni ne quidem adhuc erat promulgata.

§. 16.

Scilicet prædicta die *6. August.* 1697. quæ B adeo fertilis erat Mandatorum, etiam *Fiscalis* impetravit Mandatum contra *Waltherum Counotte*, ut revocet recursus illicitos, contra *Lambertum Mottet*, ne se intromittat, *contra Consortes, qui nominabuntur*, contra *Principem Leodic. Concil. Ordinar. Scabinos*, aliosque *Judices*, ut non pareant mandatis Curiæ Romanæ, & compellant revocare.

Cum ageretur de Insinuatione hujus Mandati, animadverterunt Actores, *Henricus Nicol. Herve*, Wetzlariæ præsens, cum *Diodato Chesnay*; Hi enim & non Fiscalis, Insinuationem procurabant, & ipsorum informationem secutum se esse Fiscalis ipse fatetur in Recessu [12] dict. Act. Animadverterunt, inquam, sibi non satis prospectum fore, nisi etiam fieret interpretatio Sententiæ Officialis Leod. ad bona, quæ Ferdinandus Gaen in viduitate acquisiverat: Hac de re enim antea nunquam erat forte cogitatum, certe in Actis Leod. nulla plane ejus rei mentio fuit injecta. Videbant autem in Executione Sententiæ, quam Actores, abutentes Officio Fiscalis Cæ- C sarei, semper quærebant, hanc objectionem sibi valde obstituram.

Quid ergo Consilii? Mandatum Camerale per additionem verborum *ac de post* erat supplendum. Factum id est, nexio cujus jussu vel facto, non sine querelis Concilii Ordinarii, ad Cameram delatis, dictis in Actis [11] [13] [14] [15] [16] ubi facta omnia non modo recensentur, sed etiam docentur. Ita scil. personam suam egregie in isto theatro exhibuere Actores cum Advocato.

§. 17.

Venio ad alterum Mandatum, quod Herve & Chesnay impetrarunt 6. *August.* 1697. ubi omnia mihi videntur esse turbulenta.

Scilicet, cum pro obtinenda Executione Sententiæ provisionalis ab Officiali latæ 14. Januar. 1692. & plena fruitione redituum hereditariorum sine distinctione ulla acquæstuum Actores Officialem adiissent, statim post publicatam Sententiam Cameralem nullitatis declaratoriam 25. Octobr. 1685. hic admodum ad Executionem deproperavit, prout supra §. 10. recensere incœpi 22. Decembr. dicti anni citabatur Waltherus sub pœna capturæ ad satisfaciendum præcedenti 6. Dec. quod continebat terminum tridui. 30. Jan. 1696. captura demandabatur, & cum in securitatem sese recepisset Waltherus, statim » 7. *Febr.* in contumaciam non comparentis » adjudicantur Actoribus quæcunque Wal- » theri bona, pecuniæ, census, reditus, cre- » dita, Actiones pro rata debiti, seu petitionis » principalis & expensarum. Ecce, stre- » nuum Executorem, & insignem provisio- » nem! Hæc est illa Sententia, per quam Acto- » res existimarunt, Decretum provisionale » mutatum esse in purum, ita ut nunc eis de- » beretur non modo hereditatis semis, sed » etiam altera medietas Walthero ex Testa- » mento Ferdinandi Gaen quæsita, ad quam » aviditas & inverecundia Actorum hucusq; » nondum sese porrexerat. Ita enim dicunt tam in narratis Mandati sub Rubr. *Herve* contra *Concil. Ordinar.* & Replica [22] fol. 11. quam in Supplica pro Exam. Test. per Doct. Krebs producta, in Actis *Mandati Fiscalis contra Counotte 6. August. 1697. decreti* [13] Artic. 25. 26. semissem hereditatis ad se esse devolutam ex Statuto: *le mort saisit le vif* à momento obitus *Ferdinandi Gaen*, & alteram semissem pertinere ad se, vi Judicati Officialis & Saisiniæ An. 1696. impetratæ. Adde Acta Appellat. Robinet contra Fossoul fol. 28. ubi negat *Herve* & *Chesnay*, *Waltherum Counotte* habere vel obolum ad eum spectantem ex reditibus arrestatis; Et tamen neque Sententia provisionalis 14. Jan. 1692. declarat quidquam de devoluta hereditate ad Actores, neque ultimum 7. Februar. 1696. aliter, quam pro rata petitionis principalis & expensarum, (in quas NB. *Waltherus* nunquam fuerat condemnatus) erat conceptum. Saisinia vero nihil aliud, quam pignus prætorium, infert; Sed ita placet interpretari Actoribus, ut pro ungue totum corpus habeant: Hinc variis Actionibus coram Scabinis & inferioribus judiciis bona Waltheri, census, & reditus, vindicatum ivere, posthabitis omnibus Creditoribus anterioribus, titulo, ut ex Causa Appell. *Robinet contra Fossoul*, itemque ex Act. *Mandati* recentioris contra *quoscunque Judices & debitores* elucebit. Scabini etiam Sententias pro Actoribus ferunt 17. April. 1696. & 1. Mart. 1697. [5] sine distinctione & inquisitione, an reditus petiti ad medietatem uxoris, Joannæ Nicolas, vel mariti, & hujus acquæstus, item, an Creditores aliqui potiora Jura haberent, item, an Debitoribus esset permittenda luitio & consignatio, seu depositio pecuniæ capitalis, pendente lite. Cum, inquam, Scabini Leodienses juxta petita Actorum ita pronunciassent, & condemnati appellassent ad Concil. Ordinarium, atque ab Actuariis ex stylo Judicii, inscii etiam Senatoribus, in quinque causis ejusmodi Processus cum inhibitione expediti fuissent An. 1696. & seq. Hinc ad Instantiam Actor. decretum fuit 6. *Aug.* 1697. integro

vid. Acta contra Concil. Ordinar. [2. 3. 4.] fol. 2. pag. versa.

integro anno fere ante publicationem Banni, *Mandatum de cassando admissas Appellationes & revocando Citationes & Inhibitiones respective, ad Executionem procedendo* contra Concil. Ordinarium & Scabinos.

Scilicet Senatores dicuntur attentasse super Jurisdictione Imperiali, admittendo has Appellationes, & Scabini inhibitioni Concilii Ordinar. parendo.

Ergo præcipitur in hoc Mandato Senatoribus Concil. Ordinarii, ut Processus decretos cassent, inhibitiones revocent; Scabinis vero, ut, non attentis Mandatis *Judicum Ecclesiasticorum*,

(Nota: ergo non impeditur paritio Mandatis Concilii Ordinarii, tanquam Superioris;)

ad Executionem Sententiarum, tam contra Waltherum Counotte, quam debitores hereditarios, seu eorum bona, procedant, *Sine Clausula.*

§. 18.

Consilium Ordinarium per Procuratorem, post varias Exceptiones dilatorias non producti Mandati Procuratorii, non factæ sibi insinuationis præcedentis Mandati de Exeq. 22. Febr. 1696. tanquam relati in præsenti Mandato, peremptorie exceperat, Appellationes concernere Quæstiones novas, antea non decisas, de acquæstu Ferdinandi Gaen, falsum commisisse Actores per insertionem voculæ *ac de post* Mandato Camerali; Velle se remittere causam ad Officialem pro Declaratione Sententiæ, interim suspensam fuisse merito Executionem, in qua legitimæ Exceptiones excludi non deberent; accessisse dubium: An Scabini legitime judicaverint sine assensu JCtorum deputatorum contra Observantiam & Sententiam Cameralem *in Causa Scabinorum*, latam 7. Jul. 1696. [12] [13] allegatur porro, quod ipsi Actores, si contra eos à Scabinis fuisset pronunciatum, ad Concilium Ordinarium appellaverint, & tamen non pati vellent, ut adversarii eodem jure uterentur. Offerunt tamen Senatores, si Camerale Judicium ita præcipiat, cassare Processus, se vero in foro poli credidisse, super Exceptionibus ante omnia fuisse cognoscendum.

Post Replicas productas, dudum lapso Termino legali, Concilium Ordin. petiit duplicandi veniam, in qua Duplica Argumenta Exceptionum ulterius deducuntur, additis multis Documentis, & querelis gravissimis de injuriis. Sed ecce! remittitur hæc Duplica ad Judicium, saltem quoad allegatum punctum acquæstus in viduitate, per Decret. 3. Mart. 1698. [43] [44] Tum vero ad hæc Acta videmus publicatam esse Sententiam paritoriam, contra Concilium Ordinarium Leodiense, cujus tamen rationes nobis sunt ignotæ. Crediderim bonum odorem causæ Actorum, qui ad causam Citationis super nullitatibus erat incensus, effecisse, ut hic summariter tantum procederetur & Sententia paritoria eodem die, quo Sententia Banni fuit lata scil. 7. Jul. 1698. etiam ad hæc Acta publicaretur; In qua præsupponitur, Scabinis fuisse demandatam Executionem, excluso Concilio Ordinario, tanquam in ordine superiore; quod tamen nullibi factum esse invenio.

Porro dubium de acquæstu in hac Sententia paritoria mansit indecisum.

Si Sententia Banni consideretur, eodem die publicata, non excludebat illa Waltherum ab omni defensione, sed tantum impediebat eum, quamdiu esset contumax, suo jure uti. At ille jam morte sua omne delictum expiavit.

§. 19.

Publicata itaque hac Sententia paritoria, Concil. Ordin. produci fecit per Lt. Declarationem paritionis [61] quam, quia est brevis, ex Actis legere juvabit.

E contra Procurator Actorum adversus Senatores, invehitur, contradicendo declarationi factæ, aliasque Causas allegat, ubi novos Processus Appellat. decreverint in favorem cujusdam Arnoldi Counotte, de quo deinde ex alio Fasciculo Mandati aliquid erit dicendum.

Sequitur 13. *Decembr.* 1698. altera paritoria.

Anno 1699. 9. Januar. Concil. Ordinar. produci fecit ulteriorem paritionem, quæ ex [66] etiam legi poterit; Et tamen, cum ea non fuerint contenti Actores, sequitur 7. Jul. 1699. Sententia, qua acceptatur paritio, ut tamen ei satisfiat. Scabini vero, remoto impedimento, per declarat. Concilii Ordinarii paritionem doceant.

Anno 1699. Actores iterum, contra Concil. Ordinarium, imploratione producta novam obtinuerunt paritoriam 20. Oct. 1699. in qua specifica designatio cassatorum Processuum injungitur. Ad hanc Sententiam graviter dolent Senatores Concilii Ordinarii [74] [75] quod importunæ preces Actorum locum invenirent tam facile, deducunt simul plenissime causas Decretorum à se Processuum Appellationis, declarantes, si Judicium Cameræ ita jubeat, quod velint omnem abdicare Jurisdictionem & ad Cameram remittere omnes causas, quæ ad se deferrentur inter Actores Herve & Chesnay ex una, & Creditores vel Debitores Waltheri Counotte ex altera parte. Exceptiones ab his prolatas non impugnare Judicata Cameralia, non credunt mentem Cameralis Judicii esse, ut, contra Privilegia Cæsarea, Beneficium Appellationis partibus gravatis denegaretur.

Producta hac declaratione, Procurator Actorum exhibuit scriptum elisivum, [76] & paulo post aliud valde aculeatum & injuriosum, contra Senatores Concil. Ordinar. [50] quod miror, *cum venia Judicis* ad Acta Judicialia.

cialia. Unde & ab Actis, ubi merebatur, rejectum cum pœna non fuit, sed 16.*Jul.*1700. publicata fuit actoria, ut Procurator Concilii Ordinarii suos Principales ratione imputatæ elusoriæ paritionis & continuæ contraventionis exculparet.

Produxit deinde Procurator Scriptum paritorium 13. *Sept.* 1700. [85] sed præterea nihil actum in hac causa: Visum Protocollum 3. Januar. An. 1716. Insecutis enim in Camera turbulentis temporibus, & mox Justitio, Concilium Ordinar. Leod. ab importunis precibus quietem habuit aliquamdiu; Sed finito Justitio eædem plane Querelæ contra Concil. Ordinar. fuerunt repetitæ per petitum & decretum 16. Decembr. 1713. absque dubio, in consequentiam priorum, in deliberatione extrajudiciali novum Mandatum de non contraveniendo amplius Mandatis & rebus judicatis contra quoscunque Judices Leod. inter quos sunt primi Senatores Concil. Ordinar. quibus etiam fuit insinuatum, & innumeris aliis.

§. 20.

Dum hæc in Camera agerentur, aliud quoddam Mandatum decretum fuit ad Instantiam *Fiscalis & Actorum* 4.*Jan.*1699. contra Arnoldum Counotte & Consortes, quod insinuari curarunt deinde Officiali Capituli, *Concilio Ordinario Advocati Fisci. XX. Duumviris* &c. Cassatorium, Revocatorium S.C. cum Citat. ad videndum se incidisse in pœnas Executorialium Banni, h.e. in ipsam pœnam Banni, & ad restitutionem ablatorum condemnari, reprod. 17. April. 1699. Et itaque passim Mandata S.C. emanabant etiam contra Concil. Ordinarium, quod in Patria Leod. supremam nomine Principis exercet Jurisdictionem. Causa hujus Mandati erat, quod Arnoldus Counotte, Creditor hereditatis Gaenianæ, Patruus Waltheri, Saisiniam h.e. pignus prætorium, &, vigore hujus Saisiniæ, domum Waltheri, in Testamento ei datam, cum conditione, ne alienaret, sed inhabitaret, sibi attribuere vellet. Consenserat huic Saisiniæ, & insecuto magno præcepto uxor Waltheri, Banniti [9] [10]. Cum itaque Scabini ad conspectum clavis Consularis jussissent introduci Hervium & Consort. in istam domum, Arnoldus appellavit ad Consil Ordinar. & Processus obtinuit: XX. Duumviri etiam Mandatum vis & violentiæ impertiti sunt, imo Actores per Sententiam 11 Novembr. 1698. de usurpata vi condemnaverant; Id vero in præjudicium Executorialium Banni fieri dicebant Actores, in quibus esset eis permissum Corpus & bona Banniti impune apprehendere; Hanc autem domum Ferdin. Gaen sibi optime convenire putabant, e contra Arnoldus de prælatione suæ hypothecæ litigabat. Quid vero hæc causa privata iterum ad Fiscalem? Sed in istis Actis non reperitur comparitio Citatorum, unde 16. Jul. 1700. expeditum Proclama. Præterea nihil actum. Et sane tot erant Mandata contra eosdem reos concurrentia, ut, in qua causa esset comparendum, & principaliter agendum vix sciretur.

§. 21.

Invenio adhuc aliud Mandatum, decretum 4. Sept. 1700. Fiscali & Actoribus de permittendo fieri immissionem, de cujus reproductione non constat; Originale enim est inter Adjuncta Narratorum recentioris Mandati contra quoscunque Judices sub [9].

§. 22.

Priusquam vero novos Processus post Justitium cœptos & reproductos in Camera, recenseam, interest, ut contenta *Executorialium Banni* in suis Articulis exponantur; Quod supra §. 14. in hunc locum reservaveram. Est enim ad sequentia inprimis necessarium.

Itaque in Executoribus Banni expeditis sexto post latam Sententiam die, nempe 13. Jul. 1698.

1. Præmittitur narratio, quod Waltherus Counotte sub dio, tanquam Bannitus, denunciatus, & à protectione Imperii exclusus fuerit, ita, ut à prædictis actoribus, vel aliis quibuscunque, tam in persona, quam in bonis & rebus impune offendi possit, & desuper Executoriales decretas esse, ut itaque Sententia non sit sine effectu, sed

NB. ipsi denunciato in correctionem & emendationem, aliis vero in Exemplum, cedat, ideo

2. Denunciatur Electoribus, Principibus, reliquisque Statibus Imperii & omnibus Imperii Civibus & Subditis, cujuscunque status & conditionis, esse illum declaratum in Bannum.

Mandaturque, ut pro tali habeatur, & ut talis evitetur, nec ullibi recipiatur, detineatur, toleretur, neque eidem cibus, potus, aut alia necessaria subministrentur &c. &c.

Sed ipsius Corpus, res, & bona ubicunque poterunt, apprehendantur, arrestentur, occupentur, & *præsertim Actoribus*, uti *& Fiscali*, vel aliis, eorum nomine id facere, concedatur.

Et in illis fidelis opera, consilium & assistentia à nemine recusetur, nec ulla remora injiciatur, ut de Jure decet.

NB. *Donec* idem ad obedientiam Cæsari & Imperio debitam reducatur, & ab hoc Banno absolutionem in hoc Imperiali Judicio mereatur obtinere.

Insuper statuitur, si quis aliquid patraverit contra Corpus, res & bona, Banniti, ut is non sit censendus incidisse in aliquem reatum, aut pœnæ subjacere. Bannitum vero nulla Privilegia aut indulta, quibuscunque concessa, juvent, in quibus omnibus ille non comprehendatur.

Qui-

Quicunque huic præcepto contravenerit, is noverit, se incidisse in Bannum Imperii, & contra eum, tanquam Bannitum, procedendum fore, de quo Cæsar dilectiones, & devotiones, & omnes reliquos certiores facit. Hucusque Executoriales.

§. 23.

Sunt certe verba aspera & dira, in quibus tamen continentur, quæ ad terrorem magis, quam ad realem effectum pertinent, vid. Assessor Koch. Comm. ad O. C. p. 2. t. 9. n. 38. e. g. de non subministrando tectum, cibum, potum, de facultate offendendi libere corpus & bona: Consequentia in versu: *Donec ad obedientiam reducatur, & absolutionem mereatur &c.* indicant, quod ita offendi in corpore & bonis nequeat, ut reditus ad obedientiam & impetrandam absolutionem non præclusus esse debeat.

Aquæ & ignis interdictio apud Romanos habebat quidem eum effectum, ne condemnato necessaria ad vitam subministrarentur, Brissonius antiq. select. L. 3. c. 5. Verum eo interdicto non inerat vis, ut condemnato alio migrare non liceret, minime omnium, ut impune in corpore & bonis offendi posset, id quod post sublatam per Imperatores aquæ & ignis interdictionem in deportatis, cum quibus Banniti comparantur, multo magis locum invenire debet, v. Gail. *de P. P. c.* 1. *n.* 24. ubi effectus Banni tantum ad eos, qui ex capite fractæ pacis publ. condemnati fuere, extendit; Et quamvis in Bannitis ob contumaciam nullam differentiam, quoad formam Banni, agnoscat, *cap.* 5. *n.* 12. ibidem tamen duritiem legis in tali casu accusat, quam, licet ad dubia Constitut. de P. P. resolvenda Deputati Imperii non improbaverint, Auctore Rosacorbio *Obs.* 34. *num.* 31. Ibidem tamen sola fuit quæstio de contumacia in respondendo ad accusat: criminis fractæ pacis. Et quæcunque de Banno contumaciæ & effectu pœnæ tradunt Auctores Camerales, semper in Objecto criminis fractæ pacis dicta fuere.

§. 24.

Probe autem animadvertendum, fuisse hoc Bannum Decretum non propter fractam pacem publicam, sed in contumaciam non parentis Jussui Judicis in puncto revocationis recursus ad Curiam Romanam. Quanta autem sit differentia Banni ob contumaciam simplicem, & eam, quæ est in crimine fractæ pacis, nemo est, qui non intelligat. Nec diffitetur Blumius *tit.* 29. *n.* 175. usque 182. ubi dicit: Formulam esse quidem *eandem*, vel ut Deckherus *in Vindic. ad dict. loc. similem.* Sed effectum dissimilem, v. inprimis Dekher. *ad Blum. d. l. usque n.* 183. ex cujus traditis id est apertum, quod effectus Banni ob contumaciam, neque Legibus, neque Praxi frequentiori sit definitus, neque aliud, quam immissionem in bona, interlocutorie scilicet & donec ad obedientiam revertatur Bannitus, operari, v. ibi n. 181. 182. 183.

A §. 25.

Minime itaque existimandum est, quod per prædictam Sententiam Banni Hervio & Consortibus Dominium & plena potestas in omnia bona Banniti, ut quidem illi credunt, sit adjudicata, nam aliud est immissio in bona per Sententiam 31. Oct. 1698. Decreta, quæ habet effectum custodiæ, & cogendi reum, ut pareat Mandatis Judicis, *Assess. Koch. ad Ord. Cam. p.* 3. *t.* 46. *n.* 8. aliud adjudicatio bonorum, quæ, ut fiat, aliæ debent esse causæ. Isti homines crude nimium intellexere Sententiam, ac si esset iis data facultas in corpus & bona Waltheri libere agendi, & bona irrevocabiliter occupandi.

§. 26.

Itaque ut de effectu Banni istius ratione Interesse fisci & Actorum dicam, non potest esse alius, quam qui in Executorialibus exprimitur: *Ut ad obedientiam reducatur, & absolutionem mereatur obtinere.* Hic erat finis
B declarationis, a fine hoc effectus sunt colligendi, neque ultra hosce terminos extendendi. Ergo si Waltherus Counotte in vita sua obedientiam præstitisset, renunciando recursui ad Curiam Romanam, hæc erat causa principalis, & solvendo pœnam fisco Cæsareo, & parti adjudicatam in Sententia 18. Mart. 1697. (quæ quidem etiam alia via, quam per Banni declarationem exigi poterat) vel transigendo ratione hujus pœnæ, potuisset & debuisset a Banno absolvi, atque immissio in bona tolli, salva redditione rationum de perceptis. Erat enim Sententia ut veteres Camerales JCti tradidere, interlocutoria non definitiva, v. *Rosacorb. Obs.* 101. *n.* 23. Auctor *Obs. Cameral.* quæ sub nomine typographi Magenhorst editæ fuere *p.* 2. *tit.* 9. *ap. Deckherr. in Vind. tit.* 29. *n.* 175. Assess. Koch. *Comment. ad p.* 3. *tit.* 46. *n.* 8. Gail. *P. P. L.* 2. *c.* 5. *n.* 7. *& cap.* 6. *n.* 3. Ergo nequaquam inferenda est ex ista Sententia Banni publicatio bonorum Waltheri Counotte, quia hoc in Sententia non exprimitur, neque hoc infert ipsa declaratio, nisi in Crimine læsæ Majestatis, Mev. *p.* 1. *Decis.* 187. *n.* 8. *Conf. Vol.*
C *Domini Ref. Extrajud.* pro Processib. Appell. Robinet contra Fossoul A. 1711.

Ergo Fiscus Cæsareus aliud Jus non habet quæsitum ex ista Sententia, quam ad partem dimidiam pœnæ aliquot marc. auri, in quam pœnam Waltherus fuit condemnatus.

Porro condemnatio aliter intelligi nequit, quam cujusque tertii Jure salvo, si forte tertius in bonis Waltheri Jus habuisset quæsitum. Tantum de Interesse Fisci Cæsarei.

§. 27.

Adversarii vero Waltheri Counotte, Herve & Chesnay repræsentantes tunc respective Catharinam Mottet, & Margaretham Sauvenay, etiam ex hac Sententia aliud Jus non acquisivere, quam ad partem dimidiam pœ-

næ; Nam aliud nihil in Mandato cassatorio 22. Febr. 1696. decreto sub Rubro, Mottet contra Counotte, & paritoria 10. Decembr. 1696. & condemnatoria 18. Mart. 1697. Et porro Mandato arctiore & paritoria 29. Oct. & tandem ipsa Sententia Banni, continetur; Etsi adeo clarum mihi nondum sit, quale Interesse pars respectu hujus Mandati cassatorii habuerit, cum Officialis Leodiensis executionem jamtum peregisset Sententiæ suæ provisionalis. Ut vero recursus ad Curiam Roman. cassaretur, & revocaretur, magis intererat Fisci Cæsarei pro manutenenda Jurisdictione Imperii, quam adversariorum Waltheri, quibus alia via jam erat prospectum. Scilicet, quod attinet ad Sententiam provisionalem supra cap. 4. relatam, hæc non erat objectum Mandati cassatorii, sed unice, ut Waltherus compelleretur ad revocationem recursus ad Curiam Romanam, v. c. 4. §. 4. Hinc & ad effectum Sententiæ provisionalis consequendum, aliud Mandatum impetraverat Hervius & Consf. contra Judices Leodienses sup. cap. 4.

§. 28.

Hæc ideo fuerunt explicanda, ut animadvertatur, quam male abutantur Herve & Consf. Sententia Banni declaratoria, sub cujus prætextu in omnia bona Waltheri involarunt. Unde non mirum, quod iidem Consortes, qui hucusque ingentes Summas ex hereditate Ferdinandi Gaen, & uxoris Joannæ, & ipsius Counotte, perceperunt, lucrifecerunt, & dilapidare pergunt, ab aliis, quibus Jus erat quæsitum, actionibus fuerint pulsati, neque

A etiam a vero alienum, aut tantopere absurdum, quod sæpedicti Consortes, vel in quos repræsentant, dum finem litis exoptarunt, & incertum eventum metuerunt, A. 1701. cum uxore Waltheri Counotte, mediante summa septuaginta quinque millium flor. Brab. retentis etiam omnibus eousque perceptis, transigere, quam expectare eventum maluerint. Quam Transactionem deinde Herve, dissipatis facultatibus, ex inficiatione sui facti subsidium quærens, jurato negare non erubuit. Qua de re mox cap. seq. plura dicentur.

§. 29.

Hoc observandum præsenti loco, quod morte Waltheri Counotte Bannum ei inflictum expiraverit, cum ad heredes extendi non possit, Gail. L. 1. de P. P. c. 20. neque isti Processus, ad Curiam Rom. delatos, unquam continuarunt.

B Accusatio contra Waltherum ad damna & Interesse instituta non fuit, sed ex officio Judex multa egisse videtur, unde novum Argumentum, quod in ista revocatione injuncta nullum sit interesse partis, Conf. Koch. ad Ord. Cam. p. 2. t. 9. n. 75. cum Allegatis. Adeoque absolutione a Banno non amplius indiget Waltherus, cujus contumacia morte habenda erit pro purgata, neque contra heredes ejus Sententia Banni declaratoria habere potest aliquem effectum, & ab Hervio & Consf. frustra contra heredes Waltheri, & quod adhuc magis absurdum, contra tertios, allegatur.

Caput Quintum & ultimum.

Historiam recentiorum Processuum explicat.

§. 1.

VEnio tandem ad recensionem processuum post Justitium Camerale decretorum & reproductorum, qui omnes ex præcedentibus fluxere, unde & non nisi perceptis circumstantiis hucusque relatis recte intelligi possunt. Domino Appellationis decreti fuere simul mox post restitutum Judicium An. 1711. sub Rubricis, quarum una: *Robinet contra Fossoul*, altera: *Herve contra Counotte:* De quibus sequentia sunt tenenda in facto:

§. 2.

Primo de causa Appellationis, *Robinet contra Fossoul:* Hæc Actio derivatur ex Transactione inita inter heredes Henrici Nicolas, & Waltherum Counotte A. 1690. 15. Sept. quam recensui cap. 3. & fundamentum Actionis quæst. 4. indicavi. Actio ab heredibus Henrici, repræsentantibus Annam Ludov. Sprimont, instituta fuit coram Scabinis Leodiensibus 9. Mart. A. 1705. persecutoria Hypothecæ, Transactioni, & Actis Judicialibus insertæ, sive, ut loquuntur, *realisatæ*

C dudum ante litem cœptam ab Herve & Consortibus contra Waltherum Counotte, vid. Acta priora, Robinet contra Fossoul f. 2. f. 4. f. 315. Itaque obtinuerunt heredes *Citationem ad vid. se præferri in receptione censuum & redituum Waltheri Counotte desaisiti sc. respectu bonorum, ex hereditate & Testamento Ferdinandi Gaen, ad eum spectantium.*

Partem illam, quæ Hervio & Consortibus ex hereditate uxoris Joannæ Nicolas per Sententiam provisionalem Officialis adjudicata erat in summariissima possessione, hic non attingunt Actores, sed alteram, scilicet semissem hereditatis ad maritum pertinentem cum omnibus accessionibus, breviter: Bona, non uxoris, sed mariti, in quibus Waltherus Counotte fuit heres institutus, quæ bona Hervius & Consf. prætextu adjudicationis sibi factæ occupaverant.

Rei autem pro exceptione palmaria & peremtoria Actionis allegarunt Testamentum uxoris Gaenianæ factum esse caducum, inutile ergo Testamentum ejus fratris, & omnia reliqua, Transactionem, Hypothecam, Saisiniam.

finiam. Hinc tractata fuit Quæstio de caducitate Testamenti.

Sententia Scabinorum definitiva 9. Dec. 1707. f. Act. 484 injungit Reis, ut indemnes præstent Actores, alioqui annuunt præferentiam petitam, cum condemnatione in expensas. Hæc Sententia per Concil. Ordinar. fuit confirmata 8. Februar. 1709. ibid. fol. ultimo.

Et ab hac appellarunt Herve & Consortes ad Cameram, *Robinet* enim est *Consors.* Sed more Leodiensium sæpe mutantur Actorum & Supplicarum Rubricæ, & personarum nomina, etiamsi sint eædem vel connexæ & personæ, & causæ. Unde varii nasci possunt errores.

§. 3.

n. 1. Altera Appellatio sub Rubrica: *Herve contra Counotte*, recepta simul cum præcedente, hanc habet historiam: Non male ominati sunt Actores Herve & Consortes, multas lites adhuc esse sibi sustinendas, cum Sententia Officialis, & reliquæ omnes de hereditate Gaeniana, non essent definitivæ, sed interlocutoriæ, adeoque melius sibi consultum fore, ut transigendo lis finiretur, ipsique certa quantitate extra litis aleam gaudere possent.

Huic Transactioni obstabat Waltheri Counotte pertinacia, qui ab uxore Catharina receptus quidem, post declarationem in Bannum (quod impune faciebat uxor, *Gail. P. P. L. 2. c. 10. n. 16. seqq.*) tamen permissurus non erat, ut ulla ratione cum Adversariis uxor transigeret. Itaque uxor, inscio marito, qui tanquam Bannitus, Juris Civilis, puta Connubii Leodiensis, compos non esse existimabatur, omni potestate in uxorem, veluti per mortem naturalem mariti, translata, occasionem transigendi non prætermisit. Post plura concordiæ tentamina & conceptas Transactionis formulas, vide in his Actis [26] Deposit. Testis 1. *Raik.* ad artic. 15. Tandem peracta res fuit A. 1701. mense Julio, vid. Deposit. ad art. 18. interventu Monachi Carmelitæ Ordinis discalceatorum provincialis, cui nomen *a Sancto*, in ædibus Viduæ Robinet, sive Catharinæ Mottet, quæ in omnibus Actis principaliter nominatur, præsentibus dicta Vidua Robinet, cujus Generum esse dixi Deodatum Chesnay, ejusque fratre, etiam Carmelita, porro *Johanne de Herve*, ejusque filiis, Henrico Nicolao, (appellatur in [26] Johannes Nicolaus, sed erravit ibi deponens) & Johanne, Clerico Sacerdote, ex una, & uxore Waltheri Counotte, Catharina Mottet, ex altera, partibus; A quibus etiam, ut & a testibus Transactionis, Instrumentum fuisse signatum, &, datis invicem dextris, in signum reconciliationis, depositum in manibus dicti Provincialis *a Sancto* A. 1701. testis juratus legitime productus & examinatus Ludovicus Raik, Commissarius & Procurator Leodiensis deposuit coram Officiali Leod. Examinis Rotulus est

n. 2. (margin, beside "uxor transigeret")

in Actis Appell. primæ, *Herve contra Counotte*, [26] videatur deposit. ad interrogatoria ad artic. probat. 18. ubi etiam dicit, quod per varias solutiones nomine Catharinæ, uxoris Waltheri Counotte, factas & acceptatas, Transactio ista fuerit omologata, h. e. confirmata, vid. [33.] Et quod Summa conventionis, qua vidua Robinet & Herviani contentos se fore promiserint, fuerit septuaginta quinque millium florenorum, addita conditione ea, ut Actoribus abolitionem Banni impetrare incumberet, id quod in se receperunt. Interim Herve & Consortes ad rationes istius summæ reditus hereditarios percipere deberent, donec Summa integra conquiri posset. Conformis est depositio n. 3.
Caroli Felicis, Carmelitæ discalceati ætat. 48. annorum, testis jurati, qui est frater Germanus viduæ Robinet, ut refertur in Except. Actorum 2dæ Appellat. dicto [26] f. 11. verso. v. deposit. ad art. 18. & interrogatoria Herviana ibid. fol. 13. Qui etiam deposuit præterea, quod in Instrumento Transactionis etiam comprehensa fuerit Clausula de Capitulo Huyensi, a cujus actione liberationem promiserit viduæ Counotte Robinet & Consortes; Instrumentum vero ipsum Transactionis ulterius, deposuit Carmelita, ad manus suas pervenisse, & cum sollicitatus fuerit ab *Henrico Nicolao de Herve*, ut combureret, ipsum deponentem id igni mandasse vid. art. 55. & interrogatoria.

Utriusque testis examen factum est 8. & 9. n. 4.
Nov. 1709. Articuli habentur [24.] Interrogatoria [25.] Idem Carmelita consimilem depositionem juratam, manu ad pedes Crucifixi adposita, fecerat antea coram Judice Ecclesiastico, Decano Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis, ceu deputato Judice Apostolico, ad requisit. uxoris Waltheri Counotte 18. Apr. 1709. [51.] Hujus Transactionis, cum pœ- n. 5.
nituisset Hervium, isque in perceptione redituum continuasset post mortem Waltheri Counotte, & ab hujus vidua interpellatus, sciens non amplius existere Transactionis Instrumentum, id abnegasset, vidua coram Scabinis citari fecit A. 1709 Henricum Nicol. Herve, & responsionem petiit juratam, ad facta illa articulis comprehensa [20.] Sed noster Hervius, præstito juramento respondendorum, omnia negavit 19. Febr. 1709. [21.] Ad probandum igitur admissa vidua Counotte exhibuit articulos [24.] & Herve cum Consortibus interrogatoria [36.] Et ecce! Testes duo deponunt, omnia esse vera, quæ in articulis probatoriis continentur [26.] Hic merito quæri posset, cujus pejor fuerit n. 6.
fides, Waltheri Counotte, vel Hervii cum Consortibus, quorum duplex fallacia fuit ostensa, una in explicatione Schematis Genealogici cap. 1. altera capite præsenti. Si dicas: Juramentum respondendorum perjurium non inferre si contrarium probaretur. Cur igitur adversarii Waltheri Counotte eum tanto clamore perjurii reum dixere, in omnibus scriptis nihil nisi perjuria, mendacia & convictiones ingeminantes? Si comparentur convictionum utrinque factarum Argumenta, dubium est gravissimum,

 cujus

cujus partis probationes fuerint firmiores: Waltherus ignorare se dicebat existentiam A Testamenti, quod erat factum alienum: Hervius cum suis negant factum proprium. Waltherus non erat convictus de laceratione vel combustione Testamenti: (nullus testis id deposuerat) Hervius de combustione Transactionis, suo ex consilio facta, per testem, de facto proprio deponentem, convincitur. Non erat alia praesumptio contra Waltherum, quam a Copia, ab eo concinnata ex alia Copia, item quod mentio esset facta Testamenti communis in Transactione, quae omnia aliam poterant habere interpretationem: Sed Hervius convincitur de Transactione revera facta, conclusa, & per acceptationem pecuniarum approbata, confirmataque ex duorum testium, quorum interventu res fuit gesta, depositione jurata, & insuper per Consortis agnitionem [31] [32.] de Consortis confessione judiciali v. *Cancer. Var. resol. L. 2. c. 6. n. 206. Afflict. decis. 94. Berlich. decis. 39. n. 5.*

Procurator Hervii petit 20. Nov. examinis
n.7. testium repetitionem, [27] quae denegata per Decretum 3. Decembr. 1709. a quo Decreto B Appellatio, ad Concil. Ordinar. interposita, fuit rejecta 22. Jan. 1710. [29.] Hinc a Scabinis injunctum fuit partibus, ut ulterius in causa facerent, allegarent, & probarent, quod suo Juri facere intendant 29. Jan. 1710. [55.] Litis Consors, Anna Robinet, offert se velle stare Transactioni 10. Febr. 1710. vide [31] [32.] Sequitur Decretum 1. Apr. 1710. ut Anna Robinet oblationes suas praestet; Herve vero contra testes dicat, faciat & excipiat: Quae Sententia erat mere actoria ad Rotulum, adeoque interlocutoria, nihil de Transactione definiens. Appellavit Herve ad Concil. Ordinarium. Expediti fuere Pro-
n.8. cessus juxta stylum ab Actuario Judicii. Cognita deinde causa, Appellatio tanquam frivola rejicitur 1. Jul. 1710. [3] a qua Sententia Herve ad Cameram appellavit, scilicet ut interim reditibus hereditariis frueretur, quale vero damnum inde acceperint liberi Counotte, & quantas Summas lucri fecerit Hervius? legi poterit in Except. ad libellum Gravam. Appell. 2dae productis 18. Dec. 1715. Sed feliciter obti- C nuit Processus, teste Protocollo 8. Maji 1711. Haec Appellatio deinde fuit per non devolutoriam Sententiam rectissime decisa 12. Maji 1713. Erat enim, uti jam probavi, Sententia mere interlocutoria, actoria, & praejudicii nullius. Dixi de duabus Causis Appellationum. Sequuntur duae aliae Causae Mandatorum S. C. quae ex praecedentibus propullularunt.

§. 4.

Herve & Consortes, non obstante Transactione jam recensita, in perceptione redituum grassabantur. Hinc a Tutore liberorum Waltheri Counotte, in Camera Imperiali petitum fuit Mandatum de nihil alienando pendente Appellatione, & non percipiendo, quod Mandatum praevio Decreto interlocutorio, 23. Jun. 1712. partim sine, partim cum Clausula fuit decretum 17. Aug. 1712. Reproductum 29. Nov. In qua Causa facta est Conclusio.

§. 5.

Post insinuationem hujus Mandati, factam *Henrico Nicolao de Herve*, qui per errorem ibi dicitur *Johannes*, tentavit iste praecedentis Mandati vim per aliud contrarium enervare, quod etiam eousque feliciter cessit, ut obtineret Mandatum de non contraveniendo amplius Mandatis & judicatis Cameralibus, de cassando Arresta, de solvendo &c. contra quoscunque Judices Leodienses & debitores hereditarios, reproduct. per Lt. N. 23. Febr. 1713.

Sed non mirandum, si in decernendo hoc Mandato propter confusa personarum nomina, & rei circumstantiae involutas, non omnia fuerint in propatulo. Oculatissimus etiam nisi omnibus Actis inspectis & collatis in errorem incidere poterat, cumprimis si de extrajudiciali tantum agatur Decreto pro Processibus impetrandis. Nunc vero ad claritatem deductum est, quod sit idem ille de Herve, qui semper fuit litis promotor, causae etiam cum praecedentibus summa & inseparabilis connexitas. Quali artificio autem usi sint Herve & Consortes in petitione hujus Mandati, patebit ex consideratione Insinuationis. Haec facta fuit non solum Concilio Ordinario, & Scabinis, quorum causa sub alia Rubrica, Herve contra Concil. Ordinar. fuit jamdudum tractata supra cap. 4. §. 17. nihilque superest, quam ut Judex Cameralis declaret, an sufficiens sit eorum Declaratio, sed etiam insinuari fecerunt hoc Mandatum innumeris personis, tanquam debitoribus hereditariis pro discretione Actoris, nam quod hi omnes essent debitores hereditarii, & Mandato S. C. cogendi ad solutionem, Camerali Judicio non constabat, cum istud Mandatum decerneretur. Inter hos Debitores etiam numerati fuere ab Hervio & Consort. heredes Canonici Henrici Nicolas, qui tamen non erant Debitores, sed Creditores Waltheri Counotte scilicet, ut per istud Mandatum fieret praejudicium Actioni heredum Henrici Nicolas, de qua in Actis Robinet contra Fossoul.

Hinc Exceptiones contra hoc Mandatum conveniunt cum illis, quae in causa Appellationis fuere productae, monitus fuit Procurator Hervii & Consortum, ut diligenter caveret, ne fieret petita per Counotti Procuratorem Actorum conjunctio, quorum tamen connexitas est aperta.

§. 6.

Supersunt duae causae Appellationis, quae ex praecedente Appellatione, §. 3. recensita, sunt natae. Nam post latam Sententiam Cameralem non devolutoriam 12. Maji 1713. causa principalis Leodii fuit Decisa a Scabinis 6. *Jul.* 1714 qui declararunt, factam fuisse Transactionem *Anno* 1701. *Mense Julio*, per quam

quam mediante Summa 75000. floren. lites omnes *essent sopitæ, reservando* ulteriorem deductionem reliquarum Clausularum. Interim Hervio injungitur exhibitio status perceptorum. Hanc Sententiam in Appellat. Instantia confirmavit Concilium Ordinarium *26. Januar.* 1715. à qua Herve appellavit ad Cameram, & Processus obtinuit reproductos 11. Sept. 1715.

Atque per hanc secundam Appellationem iterum lucratur Hervius tempus, & continuare intendit perceptionem fructuum seu redituum hæreditariorum, ex quibus multa millia hucusque consumsit. vid. Except. ad hanc Appellat. Product. 18. Decembr. 1715.

In hac causa, quoad merita principalia & factum satis jam instructa sunt Acta Cameralia, sed ob negligentiam Hervii Appellantis & Contumaciam in Actorum priorum exhibitione Leodii usitatam, petita est absolutio à Citatione.

Interim cum per hanc Appellationem secundam res esset ad priorem statum deducta, qui erat, cum Mandatum supra §. 3. relatum decerneretur, & Hervius sub clypeo Appellationis in perceptione fructuum continuaret, hinc per Supplicam extrajud. exhib. 5. Nov. 1715. petitur Mandatum ulterius.

§. 7.

Venio tandem ad Appellationem Hervii nostri contra Tutorem Counottii, quæ dicitur phrasi Leodiensi, *causa contraventoria*, scil. post publicatam 12. Maji 1713. Sententiam non devolutoriam ad Instantiam Tutoris liberorum Waltheri Counotte, ut sempiternus Appellator (ita vocatur Herve) compescere- tur, relaxatum fuit per Concil. Ordinar. Leodiense Mandatum contraventorium, ideo quod Herve, à Sententia mere interlocutoria appellando contra Privilegia Leodiensia peccasset.

Talia Mandata Judex Leod. non decernere solet ex officio, sed ad partium implorationem. Junxit se Actori, Tutori, Fiscalis Leodiensis, qui etiam dicitur Fiscalis Imperii, & secuta est Sententia 9. April. 1714. [7] [17] in qua condemnatur Herve ad emendam cum expensis ad Taxam Concilii Ordinarii. Moris est Leodii ea Formula pronunciare in ejusmodi casu, non ut à reo Summa 50. Marc. auri, quæ in Privilegio exprimitur, exigere velint præcise, sed ut temeritas Appellantis coërceatur, qui, deinde absolutionem petens, multum inferiore summa defungitur. Produxit enim Lt. S. exempla infinita taxationis factæ per Concil. Ordinarium etiam ad quinquaginta florenos, & possessionis Concilii Leodiensis emendam taxandi & exigendi, ita ut exempla omnia taxationum, hucusque factarum, sint longè infra Summam appellabilem Privilegii Leodiensis. Hervius autem, qui Concilio Ordinario semper obstitit, Taxam expectare, & Concilio se submittere, noluit, sed protinus à Sententia illa condemnatoria ad Cameram appellavit, Processusque obtinuit. Concilium Ordinarium in Executione sibi pergendum esse, vi Privilegii, existimavit, credens Appellationem similem in causa contraventoria esse inauditam, neque adeo Cameræ Jurisdictionem fundatam. Herve executioni, quam levi Summa evitare poterat & absolvi, se opposuit, vimque Magistratus experiri, quàm submittere caput, maluit. Hinc in Camera salvus Conductus ei decretus fuit, sed non reproductus, nescio an insinuatus?

Cum vero in hac causa non solum agatur de persona Hervii, sed is etiam Privilegiorum Leodiensium vim & efficaciam impugnaverit, hinc gravius Præjudicium metuentes Senatores Concilii Ordinarii, quibus alioqui conservatio privilegiorum est demandata, in hac Causa intervenientes agunt, quos Hervius per Procuratorem olim Concilii, jam suum, gravissimis afficit injuriis, rebelles vocat, & similibus titulis ornat, in cujus probationem Acta antiqua repetit, in quibus hodiernus Procurator antea Concilii Ordin. Procurator fuerat contra Hervium.

Patet hinc origo hujus Causæ cum præcedentibus, adeo ut necessarium fuerit ad hujus solius causæ & Adjunctorum, perquam multorum, ab ipso Hervio in hac causa ad Acta productorum, intellectum, omnem scire historiam, & quisnam sit iste Hervius, quæ ejus Virtutes, quæ merita, & agendi modus, intelligere.

Ita enim is insurgit contra suum Magistratum Ordinarium, ut quæ sint causæ graviorum inculpationum, quibus Concilium Ordinarium ab eo oneratur, indagare, operæ fuerit pretium. Sed jam defunctus tum opera ista omnes Circumstantias hactenus recensitas perquirendi scrutandique. Volui enim esse in serie rerum gestarum plene informatus, & ut reliqui Domini, qui auscultant, eandem haberent, quam ego Informationem.

VOTUM I.

VOTUM I.

Ad Causam Appellationis ROBINET *Contra* FOSSOUL.

HÆc causa, & ordine temporis, & materia, præcedit reliquas, adeoque prius decidenda.

Nam Quæstiones de Testamentis non in Possessorio saltem tractantur, sed principaliter & definitive sunt decidendæ, etsi in alia Actione tertiorum, contra easdem tamen personas, quæ olim fuere actores, & per modum provisionis, possessionem obtinuerunt fiduciariam. Non est naris adeo obesæ Advocatus Appellantium, ut præjudicium, ex hac causa resultans, non odoretur, hinc præcavere voluit summopere, ne hæc Acta re-
f. Act. 17. liquis adjungerentur. Notandum enim est, quod Decretum Scabinatus 4. Maji 1705. quo injungitur citatis, ut doceant de prætenso suo Jure & Titulo sub præjudicio præferentiæ, in rem judicatam transierit, utigitur de Titulo isto & Jure Testamentario partium agatur in hoc Processu, & actum sit plenissime.

§. 1.

Quæ ad factum pertinent, repetantur ex Narratione mea Universali cap. 3. in Quæstionibus §. 3. juncto Testamento Henrici Nicolas Canonici, quod recensui cap. 2. §. 7. & Transactione inter hujus heredes & Waltherum Counotte dict. cap. 3. Ex quibus præcipue id tenendum est, quod *objectum hujus litis non sit petitio hereditatis Gaennianæ, ab uxore Joanna* pro sua medietate, in Fratrem Henricum delatæ, *nam Henrici heredes suo juri ad favorem Waltheri Counotte, renunciarunt: Sed persecutio hypothecæ, in bonis Counottianis, ex Transactione judicialiter realisata, competentis.* Ad bona Counottiana vero pertinebant tam ea, quæ fuerunt ei propria ante hereditatem adquisitam, quam ex Testamento Ferd. Gaen. *Qui cum suos fecerit acquæstus haud dubie, tempore viduitatis quinquennio & ultra continuatæ usque ad mortem, isti acquæstus etiam ad bona Counottiana, & non ad hereditatem uxoris, pertinere, est in aprico.*

Documenta reliqua, ad hanc causam spectantia, sunt in Actis prioribus. Nimirum:

fol. 93. Libellus Actionis Decani & Capituli Huyensis contra heredes Henrici Nicolas 30. Maji 1695. coram Officiali.

fol. 89. Reassumtio Processus heredum Annæ Ludovicæ Sprimont, quæ licet sit facta decennio post An. 1705. tamen hoc loco erit indicanda, ut sciretur, qui hodie sint in præsenti causa Actores & Appellati.

Scilicet *Actores* fuere in priori Instantia Joh. Everh. Fossoul, Christoph Albertus Cloos, Vidua Petri Fossoul, tanquam heredes Annæ Ludov. Sprimont, jam Appellati; *Rei e contra* Henricus Nicolaus de Herve, Deodatus Chesnay, & Tutrix Annæ Robinet, jam Appellantes. In Appellationis Instantia ipsa Anna Robinet majorennis Procuratorem constituit. *Intervenientes* sunt in Camera & causam communem cum Actoribus Appellatis faciunt pro consequendo legato mille Imperialium annuorum *Decanus & Capitulum Ecclesiæ Huyensis.*

Sententia condemnatoria Officialis Leodiensis 19. Nov. 1700. ad Actionem prædictam fol. 93. fol. 94. verso.

Sententia absolutoria Judicis superioris Ecclesiastici, in ista causa Judex erat Abbas S. Egidii 8. Junii 1708.

Ad intellectum hujus Sententiæ sciendum est, oblationem, cujus fit mentio, esse cessionem Jurium, contra Waltherum Counotte & ejus bona, ex Transactione competentium, vid. Acta Cameralia Mandati *Herve contra quoscunque Judices* [62] ubi invenitur Extractus istorum Actorum in forma probante.

Cessio ipsa facta fuit & acceptata 10. *April.* 1713. in qua renunciat Capitulum ulteriori Appellationi ad Curiam Romanam, vid. Instrumentum Cessionis in prædictis Actis Mandati [40].

Saisinia seu Arrestum contra *Waltherum Counotte* impetratum per *Fossoul & Consort.* 9. *Martii* 1705. cum denunciationibus octiduanis, quæ sunt solennitates Leod. in Saisinia usitatæ. fac. 2. & fol. 315.

Citatio Hervio & Conf. insinuata ad videndum se præferri in bonis Waltheri Counotte ab iis possessis, 27. Mart. 1705. f. 1.

Interventio Decani & Capituli Huyensis, qui totam causam, legati scilicet Ecclesiæ relicti, in se susceperunt per supra dictam Transactionem, vid. Act. Cameral. Appell. Protocoll. 10. *Decembr.* 1715. & in Actis Mandati contra quoscunque Judices sub die 8. Jan. 1714.

Quoad

Quoad reliquas prætensiones, ex Transactione Jus manet integrum heredibus Annæ Ludov. Sprimont (nisi hi Quotam, in Transactione promissam, acceperunt, quod asseritur in Duplica [61] Act. Mandati fol. 5.) Capitulum enim Huyense tantum quoad Legatum intervenit, sed fundamenta ubique sunt eadem. Verum, quis Lamberti Mottet coheredis scripti ab Henrico Nicolas personam repræsentet, ex hisce Actis non potui discere; Nulla equidem legitimatio apud Acta invenitur, & si alicubi narretur, quod *Lambertus Mottet* Jura sua in Sororem Viduam Waltheri Counotte transtulerit, nihil tamen hoc impedit decisionem causæ, cum Judex officium non impertiatur, nisi ei, à quo imploratur. Atque hæc ad Circumstantias facti huic causæ peculiares sufficere possunt, post prolixiorem & universalem Historiam omnium litium à me recensitarum.

vid. Act. Mandati contra quoscunque Duplic. [61] f. 5.

§. 2.

De fundata Camerali Jurisdictione, tametsi ego ipse non dubitem, non frustranea tamen erit inspectio, si consideremus litis primordialis Causam & Objectum; A partibus quidem nulla ea de re mota fuit dubitatio.

Causa litis primordialis est ex Testamento Canonici Huyensis.

Objectum vero, Henrici Nicolas legatum ad pias causas, pro fundatione Ecclesiæ Huyensis amplianda, valde insigne 3000. *flor. annui reditus*, quod est in Summa capitali 60. *millium floren.* sive 20000 Imperial. cum usuris *à tempore mortis Ferdinandi Gaen*, An. 1690. 12. Sept. (sunt usque 12. Sept. 1715. Anni 25.) & id quidem respectu Capituli Huyensis.

Unde apparet, primordialem causam non absurde censeri posse ex iis, quas Juris Canonici Interpretes appellant mixti fori, prout etiam Decanus & Capitulum Huyense primam suam Actionem in foro Ecclesiastico instituerunt.

Veruntamen cum in hoc Processu agatur (1) non solum de Interesse Capituli, sed *etiam de adimplenda Transactione in reliquis Articulis*, ubi heredes Annæ Ludov. Sprimont non exiguas habent, contra Waltherum Counotte & ejus bona, prætensiones, ut in Tenore Transactionis cap. 3. Specie Facti audivimus.

(2) Actores fundarunt suam Intentionem ex Capite præferentiæ, in quo Processu Capitulum ab initio non fuit, sed in Camera primum intervenit.

(3) Actio illa præferentiæ in foro seculari instituta fuit coram Scabinis, & ab his ad Concilium Ordinarium, porroque ad Cameram, est devoluta, idcirco de Jurisdictione Camer. dubium amplius esse non potest.

§. 3.

Rationes decretorum Anno 1711. Processuum Appellationis, si considerentur juxta A Recess. *Visit. Noviss. de Anno* 1713. §. 80. ex Protocoll. extrajud. 2. Senatus Anno 1711. fol. 1. varia erunt notanda per discursum.

§. 4.

Status Actorum jam est exponendus: Reproductio Processuum facta 26. August. 1711.

18. Jan. 1712. Exceptiones productæ.

Ad replicandum Procurator Appellantium terminos collegit:

11. April. 1712.

11. Jul. 1712.

12. Octobr. 1712.

Omnibus præterlapsis rursus petit novam dilationem cum restitutione in integrum 23. Jan. 1713. iterum 8. Maji. & 11. Octobr.

Anno 1714. 6. Novembr. post Terminum B ultimo collectum iterum præterlapsum, iterato confugit ad Restit. in integr. nihil tamen replicat, sed novam dilationem petit, & quidem indefinitam, donec Advocatus Acta receperit.

Visumque est Protocollum 12. Jun. 1716. adeoque Terminus Legalis ad replicandum, per quatuor integros annos & dimidium, fuit neglectus.

Contumaciam Appellantis accusare non neglexit Procurator Appellatorum, cujusmodi accusationibus plenum est Protocollum.

Contumacia vero Appellantis tanto intolerabilior, quod ipse, dum appellaret, instructus accedere debebat. Petiit autem pars appellata pronunciari definitive, adeoque nihil amplius producere opus esse credidit à sua parte.

C Hæc quamvis sufficerent pro acceptanda ex officio Conclusione, etiam à parte Appellantis, nihilominus ut calumniosa plane petitio tot dilationum evidenter appareat, age! inspiciamus causas allegatas.

Anno 1712. 11. April. dilatio relinquitur arbitrio Judicis, scil. quid allegaret, non habuit Procurator.

11. Jul. causatur morbum Advocati, non probat, nisi per aliquam Epistolam unius ex Consortibus scil. Deodati Chesnay, quem varias personas in hoc Theatro causæ lusisse audivimus.

12. Octobr. dicit: Impedimenta nondum cessasse, sed nihil probat.

Anno 1713. 23. Jan. iterum allegat morbum Advocati, producendo literas Deodati Chesnay.

8. Maji dicit: Advocatos esse nimium occupatos.

28. Jun. allegat molem Actorum à novo Advo-

Advocato, post mortem prioris, perlegendorum. Valde dubium est, quod de novo Advocato allegat, cum in aliis causis Advocatus non defuerit. Vivunt adhuc hodie Advocati, quibus usus est Hervius, ex quibus unus Mandatum speciale in hac ipsa causa Appellationis subscripsit. Et tamen Hervius, in Schedulis sollicitatoriis quotidianis mortem Advocati allegare audet.

11. Octobris, cum allegatæ hucusque causæ in Protocollo non viderentur sufficere, nova fuit inventa ad excusandam contumaciam perpetuo, & in ea impune continuandum: Acta debuisse deponi apud Judicem, pro conficiendis rationibus decidendi, quæ nondum sint editæ, & Judicem Acta apud se retinere, donec fuerint confectæ, & idcirco Advocatum Replicas parare non posse. Antea querebatur, molem chartarum esse tantam, ut tam cito informare se non posset Advocatus; Ergo tunc chartas necessarias jam tum habebat.

Ultimum Assertum probare vult per Testimonium Notarii Jossart [15] quod omni Exceptione majus quidem non est. Notus est ex Actis aliis iste Notarius, sed, per me valeat, licet: Quare vero non antea composuit Replicas, cum Acta haberet?

Anno 1714. 16. Jul. producta fuerunt Acta priora cum rationibus decidendi. Ergo tunc Acta poterat Advocatus recuperare, & tamen integro Anno & 4. mensibus post, scilicet Anno 1715. 6. Novembr. & 13. ejusdem denuo excusat defectum Actorum, quæ adhuc sint in Actuaria, quod licet in facto verum fuerit, tamen valde est credibile, Appellantes studio Acta recuperare noluisse, ut scilicet semper adesset excusatio.

Moribus enim Leodiensium Judiciorum in Judicio tantum asservatur Protocollum, Scripta vero & Producta manent penes Advocatos, qui ea, si Judex iis non indiget, recipere possunt, quando volunt.

Nulla erat causa, quare Judex Acta retineret, si pars repetiisset post editas rationes decidendi.

Calvas & frivolas esse omnes hasce excusationes, patet ex Actis *Mandati, Herve contra quoscunque Judices, ubi Anno* 1713. 20. Sept. producta fuit Replica, contra Fossoul & Consortes; Quæ Replica etiam ad hæc Acta Appellationis quadrat; Nam eadem plane causa ibi tractatur, & suffecisset, meo judicio, illas Replicas etiam ad hæc Acta producere. Si ergo Advocatus habuit Acta, & Chartas sufficientes ad has Replicas conficiendas in causa Mandati, necesse etiam est, ut habuerit sufficientem Informationem ad replicandum in hac causa Appellationis, quia merita causæ sunt utrobique plane eadem, ut ex Collatione patet.

Tandem convicti sunt Appellantes, per Attestatum novissime productum, [22] quod

A Acta 18. Novembr. 1715. fuerint repetita, & reddita. Haud dubie poterant repeti citius, quia Judex iis opus non habebat. Neque hoc Testimonium eliditur per aliud productum, [24] quia in hoc ipso est confessio de Actis repetitis & receptis dicto die, de cætero autem admodum ambigue est compositum, ac si Acta integra non essent retradita, quia retraduntur Acta cuique Procuratori, quæ quisque exhibuit. Illa vero, quæ in [24] excipiuntur, non exhibuerat Procurator Appellantium Hervii & Conf. sed Appellatorum Fossoul & Conf. vid. Testimon. per Lt. S. productum, [24] & Acta priora fol. 88. Testamenta in Actis aliis dudum habuere Appellantes, reliqua Acta concernebant Appellatos & Capitulum Huyense, ex quibus necessaria habentur in nostris Actis prioribus, dicto fol. 88. seqq.

Cætera enim pars Actorum facta non fuisse patet exinde, quod ad depositionem Actorum partes citentur, antequam ad Cameram
B transmittantur, tunc licebat Appellantibus defectum, si quis esset, allegare, quod non fecerunt, sed Acta priora, uti hic sunt, produxere. Ergo jam allegatur defectus aliquis, qui tamen non est, cum, uti dixi, Acta illa inter heredes Henrici Nicolas Canonici, Lambertum Mottet, & Annam Ludovicam *Sprimont*, ex una, & Capitulum Huyense, ex altera parte agitata, pars præsentium Actorum nunquam fuerint, sed tantum Extractus ad ea producti, qui in Volumine Actorum priorum extant.

Posito, quod fuissent illa Acta integra præsentium Actorum pars, imputare sibi debet Appellans, quod Acta priora ita acceptaverit & produxerit, neque etiam post publicationem factam 27. August. 1714. de ullo defectu quidquam ad Protocollum monuerit, sed demum 6. Maji 1716. integro fere biennio, post Actorum publicationem & communicationem, hunc defectum commentus sit, ad
C contumaciam in replicando, sæpius accusatam, male consuto hoc tegmine palliandam. Adeoque post Acta repetita 18. Nov. 1715. nulla amplius petita fuit ad replicandum dilatio, sed, ab eo tempore usque huc, fatale plus quam quadruplex præteriit. Neque in Recessu novissimo 23. Sept. 1716. aliud quid causatur Procurator Hervii, quam post mortem Advocati, petendo inducias, donec Principalis, in patriam redux, alium Advocatum instruxerit, quæ causa iterum est aperte calumniosa, nam ex Actis prioribus patet, non uno, sed pluribus uti Hervium Advocatis, neque opus esse ulla instructione nova, cum is, qui Replicas in causa Appell. 2dæ sub Rubro: Herve contra W. tutorem prolium Counotte composuit, informatione non careat; Sunt enim magno cum labore compositæ & prolixissimæ, omnem rei Historiam complectentes, scilicet ad causam Hervii defendendam. Ergo non est verum, quod Hervius careat Advocato, neque est verum, quod Advocatus sit mortuus; vivunt enim, ut supra dixi, Advocati, quorum opera usus est Hervius cum Consortibus.

Cum

Cum itaque dilationi calumniosæ indulgendum non sit, & causæ moræ legitimæ non extent, nec probatæ sint, & Exemplum foret sine Exemplo post reformatum ordinem Audientiarum An. 1659. ut Appellanti, qui pro Actore habetur, ultra quadriennium in replicando liceat esse contumacem: Acta vero in facto & jure plenissime sint in prioribus jam tum Instantiis instructa, ut, quid allegari possit ulterius, non perspiciam. Ideo juxta petitum Procuratoris Appellatorum, Acta hæc pro conclusis habenda esse puto ex officio, & ad Sententiam definitivam pergendum. Non intermittam ego rationes Replicæ Hervianæ in Actis Mandati sub [37] productæ 10. Sept. 1713. quam loco Replicæ ad Except. in hisce Actis haberi posse, demonstravi, pensi habere. *Ex Circumstantiis vera causa moræ satis elucet, scil. non defectus informationis, sed ne in hac causa fieret Sententia*, interim vero in Processu Mandati, tanquam privilegiato, aliquid obtineretur. Unde cum Hervius & Consortes efflagitent Sententiam in causa Mandati, quæ cum hac causa Appell. est connexissima, respectu Appellatorum; Imo hæc illi præjudicialis. Ideo non debet ægre ferre Hervius, ut etiam Appellationis causa post tot moras studiose commissas, & contumaciam accusatam, pro conclusa habeatur. Hæc omnia prolixius fuere recensenda, ut constet, quanto studio partes procrastinare soleant causarum Decisiones, & causas undique conquirere, ad fucum faciendum Judici superiori.

§. 5.

Fundamentum agendi est *Hypotheca* judicialiter constituta, per Waltherum Counotte, in Transactione 15 *Sept.* 1690. Lamberto Mottet & Annæ Ludovicæ Sprimont, ut frui posset sine molestatione effectu Transactionis & promissorum.

Accessit deinde via persequendi Hypothecam executiva, mediante Saisinia, in bonis Waltheri petita & decreta 10. *Martii* 1705.

Cum itaque in concursu Creditorum is, qui Hypothecam persequitur, simul etiam *agat de prælatione*, idcirco *Actio* hic non est alia, quam *quasi Serviana seu Hypothecaria*, & quidem via executiva ad effectum prælationis, contra debitorem & possessores instituta. De hujus Actionis natura non existimo opus esse prolixiore Dissertatione, cum hic non agam Juris interpretem, sed cum iis qui Jura sciunt, de his applicandis ad factum, negotium sit meum.

Itaque ad facti circumstantias clare ob oculos ponendas tantum moneo sequentia:

(*a*) Quod Actio contra Debitorem ipsum mediante Saisinia, videbatur esse frustranea, cum bona possiderent alii, nisi etiam hi ad suos Terminos redigerentur, quibus per Sententiam Officialis provisionalem, tantum possessio fiduciaria in semisse hereditatis competebat, sed illi etiam alteram semissem invaserant, & auctoritatem Judicis præ se ferebant.

(*b*) Quod Fundamentum *præferentiæ non sit tantum* Saisinia, contra Debitorem impetrata 10. *Martii* 1705. fol. Act. 4. & 315. sed *inprimis Jus ipsum Hypothecarium* anterius, ex Transactione acquisitum An. 1690. judicialiter insinuata & realisata, vid. Mean. *Obs* 145. *num.* 4. ubi de effectu istius insinuationis agit, & de Jure *prælationis ex insinuatione*, *Obs.* 137. *num.* 4. Poterat autem Waltherus tunc temporis Hypothecam constituere, quia acquisiverat totam Massam hereditatis, partim ex Testamento Ferd. Gaen, partim ex Transactione, & erat in possessione haud dubie.

Saisinia vero, quæ tali titulo nitebatur, (sine titulo enim effectum non habet, Mean. *Observ.* 145. *num.* 1.) conferebat Actoribus Saisitis, moribus Leodiensium, non nudam possessionem, sed etiam dominium, licet revocabile per luitionem, Id. Mean. *Obs.* 136. *n.* 1. *seqq.* Cum itaque Herve & Conf. res Debitoris tenerent, etiam ex prætenso Jure pignoris, opus erat, ut de præferentia Judex adiretur.

(*c*) Non autem obstabat huic Actioni neque Sententia provisionalis Leodiensis *de An.* 1692. neque Cameralis *de Anno* 1695. quia tunc agebatur de alio Objecto, scil. semisse hereditatis, proveniente ab uxore Ferdin. Gaen, in possessorio. Jam vero agitur *de altero semisse, proveniente à marito*, qui heredem instituerat Waltherum Counotte, ad quam partem Herve & Conf. nihil competebat Juris, sed Waltherus erat haud dubie heres, adeoque Dominus & Possessor tempore obligationis & Hypothecæ constitutæ, vid. Mean. *Obs.* 302. *n.* 2. Excipiendo vero Appellantes tractarunt Quæstionem de Titulo suo ad alteram partem hæreditatis ab uxore provenientem.

(*d*) Non etiam obstabant Actioni ea, quæ Officialis decreverat ad Executionem Sententiæ suæ Provisionalis 22. Dec. 1695. 30. Jan. & 7. Febr. 1696. *vid. Acta pr. fol.* 41. 42. *& Acta Mandati, Herve contra Consilium Ordinarium de Anno* 1697. [2] [3] [4] nam hæc omnia nihil ad Actores, quorum jus Hypothecarium erat longe anterius. Deinde notandum est circa hæc Decreta Officialis, quod, licet ex Sententia Judicis, jubentis pignus capi, nascatur prætorium pignus, Mean. *Obs.* 141. *n.* 2. id tamen cum Temperamento sit intelligendum, ut respectu tertii non valeat, nisi etiam pateat Titulus, neque ex sola Sententia in contumaciam, qualis erat illa Officialis, jus reale tertii asciatur, Id. Mean. *dict. Obs.* 141. *num.* 4. 5. Hinc etiam Saisinia, quam Herve & Conf. in vim Sententiarum Officialis obtinuerant, An. 1697. fol. 47. sine effectu erat,

 nisi

nisi etiam doceretur de Titulo; Namque prætorium pignus non æstimatur ex tempore, sed ex jure, vid. Mev. *P.5. Decis.* 3. Inde merito Scabini Leod. decreverunt in hac Actione præferentiæ, ut Rei docerent de suo Jure & Titulo, sub præjudicio præferentiæ, 4. Maji 1705. Act. f. 17. quæ Sententia in rem judicatam transiit.

(e) Quare Actio contra Waltherum Counotte & Possessores non fuerit instituta citius, quam Anno 1705? Causæ possunt esse multæ, sed cum nulla adsit præscriptio, quæ Leodiensi Jure non est, nisi 40. Annorum, vid. Mean. *Obs.* 299. *num.* 3. ubi in specie etiam *de Actione ad Guarantiam* agit, num. 4. nihil obstare potest Actoribus hæc mora.

(f) In Actionem Hypothecariam venit etiam Jus prælationis, vid. Hamel. *de Actionibus cap.* 20. *num.* 18. *ampliat.* 9. *quæ est num.* 58. id quod Juris ratio dictitat, si instituatur Actio contra Possessorem talem, qui etiam ex prætenso Jure crediti & immissionis per Judicem factæ possidet bona Debitoris. Cum itaque de Jure præferentiæ sit Quæstio, necesse est, ut existat Creditorum Concursus, Salgado *Labyr. Cred. P.* 1. *c.* 3. *n.* 9. *per L.* 2. *π. qui pot. in pign.* Concursum vero excitare licet non solum Debitori, sed etiam uni Creditorum contra alios, Brunnem. *de Concurs. Cred. cap.* 1. *§.* 1. *num.* 2. vel per modum Interventionis, vel separatæ Actionis via. Brunnem. *dict. tract. cap.* 2. *§.* 6. *& in notis ibid.* Stryk.

Nam licet non excludatur à sua possessione Creditor possidens, etiam Jure Leodiensi, Mean. *Obs.* 246. *num.* 3. 8. tamen Actionem præferentiæ impedire nequit, etiamsi immissus sit Auctoritate Judicis, & Debitoris res ei adjudicata fuerit. Stryk. ad Brunnem. *dict. §.* 6. Quod in superfluum saltem hic addidi, quia Herve & Conf. semper de adjudicatione loquuntur, intelligentes forte Sententiam Officialis in Contumaciam latam 7. Februar. 1696. alia enim non adest, sed quam minime hæc Sententia vel Decretum impediat Actionem præferentiæ, cum res transiisset non aliter, quam cum onere, dixi supra lit. (d) vid. Stryk. *dict. loc.* De Sententia provisionali, quæ alterum semissem concernit, dixi supra lit. (c). Quodsi adesset aliquis tertius, qui de altero semisse uxorio Actionem institueret, non impediretur per Sententiam provisionalem, vid. omnino Mean. *Obs.* 256. *num.* 5. multo minus impedientur Actores nostri, qui Actione persequuntur non semissem hereditatis, quæ erat uxoris, sed alteram partem, quæ erat mariti cum accessionibus tempore viduitatis ad Waltherum Counotte delato. De Excussione bonorum Waltheri opus non est dicere, quia Herve & Consortes omnes ejus facultates adeo sibi attribuunt, ut ne obolum quidem ei, vel heredibus, superesse velint. Explicavi satis Actionis nostræ Hypothecariæ circumstantias, naturam, & fundamentum, quod est præcipue in Transactione judicialiter realisata inter Waltherum Counotte & heredes Henrici Nicolas Canonici Anno 1690. inita.

Transactionem istam, judicialiter realisatam, non negasse Reos Appellantes valde miror, cum alias satis inverecundiæ habuerint ad negandum ea, quæ ex Actis & propriis factis erant notoria, & quidem sub Juramento: Hic videntur esse verecundiores. Sane ipsi eandem Transactionem olim in Actis Leod. produxerunt, in vim probationis, contra Waltherum Counotte, quod extitisset Testamentum commune Conjugum, & ab eo celaretur.

In hoc Instrumento clarissime expressa est Hypotheca cum pacto executivo.

Causa petendi evictionem seu prælationem etiam est clara, quia Waltherus Counotte non solum Summam, heredibus NB. promissam, non præstitisse dicitur, sed etiam ipsos ab Actione, à Capitulo Huyensi instituta, liberare tenebatur.

Rei non negant, se esse Possessores bonorum, imo ex hac ipsa possessione, Auctoritate Judicis quæsita, tutos se esse existimant ab omni impeditione, vid. Confessionem possessionis Act. pr. f. 26. art. 6. seq. f. 503. f. 599. in toto scripti tenore Libell. Grav. a. 39.

Ergo ex confessis Reorum concluditur Fundamentum Actionis esse probatum. Id quod eo minus dubii habere videtur, postquam per Decretum Scabinorum Leod. 4. Maji 1705. quod in rem judicatam transiit Act. fol. 17. Reis injunctum fuit, ut Titulos suos & Jura docerent, sub præferentiæ præjudicio. Ergo Judex habuit Actorum Intentionem pro probata, ut jam videndum sit unice: An tituli, quos allegaverunt Rei Appellantes, Actionem præferentiæ eliserint, nec ne?

Neque etiam est dubium, quod Actores successerint Annæ Ludovicæ Sprimont, de Lamberto Mottet supra dixi §. 1. in f. nam ea de re in prioribus Instantiis controversia nulla fuit mota.

§. 6.

Argumenta Exceptionum distinguuntur commode in ea, quæ pertinent ad *Thesin*, & ea, quæ ad Hypothesin.

Thesin voco, quam urgent Rei, Appellantes, ceu basin totius causæ in seqq. Articulis:

1. Quod Institutio Henrici Nicolas in Testamento Sororis sit facta caduca, in Libello Appell. Camerali non verentur asserere, contra Actorum evidentiam, quod per Sententiam Cameralem caducum sit declaratum, qualis tamen Sententia nullibi extat.

2. Quod

2. Quod ipsi *soli* sint heredes proximi Joannæ Nicolas, ab intestato vocati, in Testamento communi, post mortem Ferdin. Gaen, v. Deduct. final. f. 168. Artic. 37. seqq. Variant autem sæpe Herve & Consortes, mox ex Testamento, scil. communi conjugum, mox ab intestato heredes esse volunt, vid. Act. pr. f. 476. conf. libell. grav. Appell. Camer. num. 36. conf. product. Herviani Procurat. [13] in Act. Fiscalis contra Arnoldum Counotte.

3. Quod per Sententias Leodiensis Officialis & Cameralem pro heredibus proximis fuerint declarati, & hereditas Joannæ ipsis adjudicata, Waltherum Counotte, tanquam cessionarium, ex Transactione etiam petiisse coram Officiali alteram medietatem hereditatis, & succubuisse: Ergo etiam ejus cedentes succubuerunt, v. Act. pr. in scripto f. 26. num. 23. adde Deduct. final. fol. 168. Art. 103.

4. Quod Henricus Nicolas, cujus Testamentum jam negare audent, deduct. final. f. 189. Art. 12. 56. de sororis suæ hereditate, nunquam adquisita, non potuerit in Testamento suo disponere, neque Legatum relinquere Capitulo Huyensi,

Nota: Hæc ita debebant narrari iis, quibus ex ante-actis nulla est informatio. Ex quibus autem constat, Sententias nihil horum omnium definivisse, nam alias Sententia Officialis fuisset definitiva & appellabilis, quod antea nostri Appellantes magno cum strepitu negarunt.

5. Quod Legatum etiam sit conditionale, si heredes acquirerent hereditatem; (vid. Deduct. final. fol. 168. a. 64. 68.) Atqui non adquisiverunt per Sententias prædictas exclusi: Ergo conditione cessante cesset Legatum.

6. Ergo heredes Henrici Nicolas nullum habuerunt Objectum verum cum Walthero Counotte transigendi,

7. Cum nec viderint, neque inspexerint Testamentum commune conjugum; ergo non validam esse Transactionem.

8. Nullam quoque esse Transactionem de re aliena, fumum ab ipsis venditum fuisse Walthero Counotte, nulliter itaque constitutam hypothecam;

9. Potiori Jure ipsos condemnandos esse ad restitutionem eorum, quæ ex hereditate, vi Transactionis acceperunt.

Hæc sunt Argumenta Exceptionum in Thesi, quæ si essent vera, tunc sane in Transactione heredum Henrici Nicolas cum Walthero Counotte actum esset de fumo, & tota vis Transactionis, præsentisque Actionis, in fumum esset abitura. Opus autem erat Appellantibus, ut tam in prioribus Instantiis quam in Camerali tractarent Quæstionem in Thesi, de Testamento uxoris Gaenianæ, in quo frater Henricus erat hæres institutus, esset ne pro valido habendum, an vero irritum? Et hæc erat Quæstio mei petitorii. Nam si Testamentum uxoris esset irritum, inutile etiam erat Testamentum ejus fratris Henrici, nihilque ex eo capere poterant hæredes & Legatario. Vana etiam eorum cum Counotio Transactio, Hypotheca & Saisinia frustranea, nulla ergo Actorum præferentia. Erat ergo omnino peremtoria Exceptio in Thesi, quod Testamentum uxoris Gaen esset caducum. Proinde etiam hic decidenda, virtualiter saltem in Quæstione de prælatione.

§. 7.

Priusquam ad reliquas Exceptiones in Hypothesi transeam, placet Examini subjicere, & decidere præcedentia, utpote quæ omnis litis sunt basis & fundamentum.

Ad 1. & 2. facile respondetur per dilemma stringentissimum: Appellantes aut volunt esse heredes Joannæ Nicolas ex Testamento, vel ab intestato.

Dixi supra, eos non sibi constare in hac Assertione. Si ex Testamento: Præsupponi debent duo: Unum, quod extiterit Testamentum tempore mortis Ferdinandi Gaen; alterum, quod Appellantes vel eorum parentes in isto Testamento sint heredes vocati: Neutrum fuit probatum; Non primum, quia Testamentum commune nunquam in Originali vel probante Copia visum fuit, neque quod in rerum natura fuerit tempore mortis Ferdinandi probatum extitit, v. Narrat. facti cap. 2. §. 3.

Ex Sententia tamen Officialis, quæ ex nigro fecit album, habeatur, licet per me provisionaliter pro vero, quod extiterit tunc temporis (de præcedenti enim tempore non est dubium) istud Testamentum commune. Nihil autem obest Decisioni, nam deest alterum præsuppositum, non enim in ipso Testamento communi legitur, quod Appellantes nostri, vel ipsorum parentes sint vocati ad successionem.

Nominantur enim in Testamento communi 6. Maji 1677. heredes proximiores, & quidem illi, quos unusquisque conjugum in Testamento peculiari designasset, quo non facto, superstes posset designare, quem compererit expedire dignum ex latere prædefuncti. Atqui designatus est ab uxore frater, & valet omnino institutio relativa ad aliam schedulam, in quo nomen heredis expressum, *L. 77. ff. de hered. instit. L. 38. ff. de Condit. & Demonstr. Grat. Disc. for. c. 601. n. 35. seq.* Hic non est nuda Schedula, sed formale Testamentum uxoris, relativum ad facultatem nominandi in communi Testamento sibi reservatam. Ergo falsum est, quod in Testamento communi Catharina Mottet, & Margaretha Sauvenay, mater Hervii fuerint vocatæ, tanquam proximiores, repet. dicta in *Narrat. facti c. 2. §. 5. quæst. 1. 2. 3. integris.*

 Quod

Quod vero de caducitate Testamenti peculiaris uxoris dicunt Appellantes, & in ea omnem Argumenti & causæ vim collocant, id nihil esse demonstravi in Hist. facti dicto loco c. 2. S. 6. quod repetatur. Et si caducum esset redditum Testamentum separatum, necesse foret, ut etiam Testamentum commune, quoad uxorem, caducum factum fuisset. Sunt enim revera duo Testamenta, iisdem tabulis condita, vid. Mean. Obs. 73. n. 12. adeoque neque sic quidem ex Testamento poterunt esse heredes. Et, supervixisse fratrem Henricum suæ Sorori, est in confesso; Falsum autem omnino, quod in ulla Sententia Testamentum declaratum sit caducum, vel Appellantes pro proximioribus declarati. Nam ita Sententia Leod. Officialis fuisset definitiva, quod est contra principia Appellantium, & contra principia Decisionis in declaratione nullitatis Sententiæ Coloniensis. Ergo Appellantes non possunt dici heredes ex Testamento, refero me ad dicta in narratione facti, locis allegatis, & hic repetitis.

Si autem Joanna Nicolas obiit intestata, sequitur, quod Jure connubii Leodiensis integra Massa in Dominio & libera dispositione mariti Ferdinandi Gaen remanserit, qui cum in suo Testamento non Appellantes nostros, vel eos, a quibus causam habent, heredes scripserit, sed Waltherum Counotte, sequitur, quod etiam ab intestato nullam plane speciem petendæ hereditatis habeant; neque ab intestato heredes esse possint, quia volunt esse ex Testamento, vid. *Relevium præstitum* 27. *Aug.* 1691. *Act. pr. f.* 463. Et ipsa Sententia Leodiensis provisionalis eos manutenet conformiter Testamento communi conjugum.

Jure Civili non valet institutio heredis incerta, L. 32. de hered. instit. qualis esse videbatur in Testamento communi, quos vellet maritus superstes, sed tanquam certa esse poterat & debebat per Testamentum separatum, hinc institutio in Testamento communi sine separato facta esse intelligi nequit, adeoque cum in separato frater nominatus sit heres, ergo nulla erat successio ab intestato.

Tandem neque hoc verum est, quod ipsi fuerint *soli* proximiores a latere Joannæ Nicolas, tempore mortis Ferdinandi Gaen, quia Anna Ludovica Sprimont erat in æquali cum illis gradu, vid. Exposit. Schematis Genealogici præmissi Narrationi facti. Quod Argumentum, quare Waltherus Counotte non objecerit coram Officiali Leodiensi, causam esse puto, quod ipse ex Testamento Ferdinandi Gaen sibi soli omne Jus in totam Massam competere existimaverit, Narrat. facti cap. 3. §. 2. not. ad num. 2. atque ita satisfactum Argumentis 1. & 2do Exceptionum.

Ad 3. respondetur: Falsum esse, quod per Sententias declarati fuerint proximiores, sed Officialis eos tantum tueri in summariissima possessione, sive provisionaliter & interlocutorie, manutenere voluit, præstita cautione, prout ipse Judex sæpius declaravit, & nostri Appellantes in Camera defenderunt, ubi addita declaratio, salvo tum petitorio, tum etiam possessorio ordinario. Et istæ Sententiæ nihil ad nostros Appellatos pertinent, qui Jure Hypothecæ, ante litem motam judicialiter constitutæ, nituntur, & ex eo Jure Actionem instituerunt.

Neque obstat: Quod dicitur, Waltherum etiam tanquam cessionarium, succubuisse in Judicio; nam ipse isto fundamento non fuit usus, scil. quod Jus succedendi Annæ Ludov. Sprimont, ex propria persona, tanquam proximiori, competiisset. Imo ne quidem ipse Transactionem in Judicio produxit, sed ejus Adversarii ad probandum Testamentum commune. Porro Lambertus Mottet, alter ex heredibus Henrici, in Judicio nullitatum Camerali non fuit citatus, cum tamen in Sententia Officialis Coloniensis esset nominatus, neque citata unquam illa Anna Ludov. Sprimont. Ergo nihil ad eam Sententia Cameralis, neque ad ejus heredes.

Sane in nostro casu nullum adest ex requisitis ad id, ut Sententia posset vim habere contra tertios. vid. Stryk. Disp. de Oblig. rei judic. contra tertium cap. 1. §. 22. & 24. add. Coccej. Disp. de Jure tertii §. 65. nam heredes Henrici Canonici, & qui eos repræsentant, non habent Jus a persona Waltheri Counotte; sed a Testatore Henrico, hic vero ex Testamento Joannæ sororis. Hypotheca per Waltherum constituta in Transactione Ao. 1690. est negotium plane diversum, dico ante litem ab Adversariis Counotte suscitatam, celebratum, in quo ipsi Jus, quod habebant, occasione Testamentorum conjugum Gaen & Henrici Canonici cesserunt Walthero. Si contra heredes Henrici fuisset lata aliqua Sententia, tum diceretur aliquid speciosi de vi Sententiæ, talis etiam contra Waltherum, tanquam cessionarium; sed nostri Appellantes invertunt casum, & fallaciam committunt Syllogisticam, sive Logicam. Porro heredibus Henrici non competebat Actio contra Hervium & Consortes, priusquam periclitarentur de effectu Transactionis, cum Hervius & Conf. bona Waltheri possidere inciperent; Tum enim nascebatur Actio præferentiæ.

Quid? quod omne istud fundamentum rerum judicatarum, quod ineluctabile putant Appellantes, valde vacillans esse satis appareat, tum ex defectibus notabilibus, in historia facti annotatis, tum ex ipsa Sententiæ provisionalis, qualem esse semper defenderunt Appellantes, natura; Nam provisionalis Sententia non habet sua natura vim rei judicatæ, sed potest a Judice ex causis moventibus retractari, vid. Stryk. Diss. de Decretis interimist. cap. 1. n. 46. & Bœhmeri Differt. de Sententiis in rem judicatam non transeuntibus §. XIX. ubi hoc Argumentum tractatur uberius: Tantum abest, ut Sententia

tentia provisionalis, in summariissimo possessorio lata, Appellantibus det aliquem Titulum, ut potius ista possessio nomen asinariæ, ut loquuntur JCti, vere mereatur, h. e. nullum titulum, nullam rationem habentis. Idque tanto magis, quod in hoc Processu Quæstiones illæ de Testamentis definitive decidantur, juxta Votum meum, contra Appellantes, adeo, ut his nihil plane Juris ad hereditatem Gaenianam competat. Sufficit autem hic, quod heredes Henrici Canonici in lite nunquam fuerint, neque causam suæ postulationis a Walthero Counotte habuerint.

A

Ad 4. Falsum est, quod Henricus Nicolas hereditatem Sororis non acquisierit, ut in narratione Facti pluribus exposui, repetatur cap. 2. §. 5. quæst. 3. & §. 7. versu: Objectiones &c.

Ad 5. Falsum etiam est, quod Legatum sit conditionale; Imo est purissimum, neque ullius conditionis in Testamento Henrici mentio.

B

Ad 6. Cadit per præcedentia.

Ad 7. Respondi in narratione Facti cap. 3. §. 3. quæst. 1. repetatur locus iste.

Ad 8. & 9. Cadunt per præcedentia.

§. 8.

Exceptiones in *Hypothesi* in sequentem modum procedunt, (desumtæ pariter ex Actis Appellationis, quam Mandati contra quoscunque.)

1. Legatum non esse evictum a Capitulo Huyensi; Ergo injuste peti præstationem indemnitatis. Injuste autem *Annam Ludovicam Sprimont* fuisse condemnatam ad præstandum Legatum, unde & ejus repræsentantes, h. e. nostri Appellati per Sententiam Superioris Judicii Ecclesiastici reformatoriam fuerunt absoluti. Imo & Waltherum Counotte non condemnari potuisse, quia excipere potuit, se non teneri ista Transactione, v. Act. pr. fol. 54. 80. & in libello Grav. Camerali; Et obligatos esse transigentes, ad præstandam Walthero evictionem, ratione cessæ dimidiæ hereditatis, juxta L. 33. de Transact.

C

Nota: Si obligati fuerunt ad evictionem, sequitur: Quod Interesse habuerint in lite, prout & Lambert Mottet coram Officiali Coloniensi intervenit & tamen in Camera non fuit citatus.

2. Nullo jure procedi contra possessores, qui possident bona Waltheri Counotte auctoritate Judicis, neque ullum obolum amplius esse in potestate Waltheri & dominio.

3. Nullam autem Appellatorum præferentiam esse, ex seqq. rationibus:

(a) Quia Appellantes habeant anteriorem Hypothecam tacitam in tota Massa hereditatis, donec ipsis de medietate sit satisfactum; heres enim in Testamento vocatus, habet tacitam Hypothecam in bonis Testatoris, vid. f. 475. & Libell. Grav. Cam. versu: *His amplius &c.*

(b) Quia Saisinia petita & decreta contra Waltherum Counotte 6. Febr. 1696. cum jussis Domini Officialis non paruisset.

(c) Quia Appellantes successerint in Saisiniam antiquam Melissonii, Legatarii, Ferd. Gaen, quam impetraverat contra Waltherum Counotte 4. Nov. 1691. ipsi vero judicialiter luerant 2. Aug. 1696. Saisinia vero Appellatorum sit decreta Anno 1705. ergo tempore longe posterior. Deduct. final. f. 168. a. 77. 95. f. 190.

(d) Neque etiam Appellantes, notorie possessores, citatos fuisse ad Saisiniam impetrandam, sed solum Waltherum, qui tamen possessor bonorum non fuit, etiam a Banno Imperiali non liberatus, v. Gravam. Appell. Cam. Art. 42. possessores autem non fuisse incertos, adeoque citandos vid. Replic. in Act. Mandati sub [37.] v. Deduct. final. f. 168. a. 70. seq.

§. 9.

Examen harum Exceptionum:

Ad (1) facile respondetur: Quia Sententia absolutoria est conditionalis, vel sub modo, sc. ut cederentur Capitulo Jura in bona Waltheri, ex Transactione competentia, quæ cessio etiam est facta & producta in Actis Mandati contra quoscunque Judices [40] adde Duplicam, ibid. [61] circa principium allegata, in hisce Actis Appellationis, sed satis obscure in Recessu Lt. S. 11. Dec. 1715. [18] Porro respondetur in his Actis prior. fol. 546. Saisiniam non petitam ob solam hanc molestationem Capituli, sed pro omnibus præmissis in Transactione, pro quibus Hypotheca constituta, vid. Mean. Obs. 335. ubi de Jure retentionis. f. 536.

Ad (2) falso nituntur principio Appellantes, quasi Sententiæ, posteriores tempore tollerent Jus, tertio diu antea quæsitum. Hypotheca erat constituta 15. Sept. 1690.

Sententia Officialis est de 14. Jan. 1692. Cameralis nullitatis declaratoria Anno 1695. Porro hæ Sententiæ, juxta principia Appellantium, olim defensæ sunt in summariissimo, & provisionales, interlocutoriæ, sed in nostra causa est Quæstio petitorii, & definitive pronunciatur de Jure Appellantibus competente. Tandem, quod Sententiam Banni concernit, ne ista quidem Jus tertii tollit, aut auferre potuit. Eratque solum Bannum contumaciæ, de cujus effectu in Narratione Facti dixi cap. 4. §. 22. seqq. quæ contumacia morte

morte naturali Waltheri Counotte satis est purgata. A

Ad (3) rationes præferentiæ, quas allegant pro se Appellantes, facile solvuntur:

(a) Hypotheca tacita heredis in bonis hereditariis est figmentum, in cerebro Advocati natum. Tacita Hypotheca dicitur etiam legalis, & ultra casus legibus expressos, non extenditur, Lauterb. ad Tit. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. tacit. contrah. Sed talis Hypotheca, neque Jure Civ. communi, neque Leodiensi Statutario, ullibi est expressa, Mean. Obs. 162. & Obs. 164. Foret etiam contra Juris Analogiam; Nam heres est bonorum Dominus, Dominium rei & Jus Hypothecæ, quod est in re aliena, sunt contradictoria. Contra Coheredem datur Actio Familiæ herciscundæ, quæ est personalis, vel ut ait Tribonianus §. 10. Inst. de Action. mixtam causam habere videtur, tam in rem, quam in personam, sed hypothecaria Actio huc non pertinet, quæ aliter non datur, nisi vel ex pacto, vel ex lege; neutrum hic reperitur. Imo Jure Leodiensium nullum datur ex Testamento Jus reale, nisi sit approbatum Testamentum, Mean. Obs. 67. & 145. Reform. Grosbek. c. 7. §. 5. Epit. Consuet. c. 5. a. 3. & cap. 6. a. 6. Sed approbatio Testamenti communis non reperitur facta fuisse, neque fieri potuit, quia Originale ullum visum aut productum fuisse unquam, Acta omnia non testantur. Tandem si Appellantibus non debetur hereditas Joannæ, sed hujus fratri Henrico fuit adquisita, statim a morte sororis saltem proprietate tenus, ut in superiori Tractatione demonstravi, frustra allegatur Jus Hypothecæ tacitæ, etiam posito, quod talis Hypotheca in Jure esset fundata. B

(b) Saisinia Appellantium, quam obtinuerunt 6. Febr. 1696. est recentior, quam Hypotheca Appellatorum, cujus tempus est 15. Sept. 1690. Saisinia vero posterior, Jus tertii antea quæsitum tollere nequit. C Porro ista Saisinia tantum pertinebat ad effectum obtinendi judicati Officialis provisionaliter decreti, in quo agebatur de semisse hereditatis Gaenianæ, scil. Johannæ Nicolas, non vero de altera parte ad Waltherum ex Testamento Ferd. Gaen pertinente, v. Decreta Officialis 22. Dec. 1695. & 30. Jan. 1696. Hic vero agitur de Hypotheca in bonis Waltheri Counotte, v. Acta pr. f. 146. & Scriptum f. 223. Artic. 75. 78. Ergo Saisinia, quam obtinuerunt Appellati, respectu bonorum Waltheri, in quibus habebant ex Transactione Hypothecam, aliud habet Objectum, quam illa Saisinia Appellantium, ut adeo Appellati nostri, etiam quoad Saisiniam suam 9. Martii 1705. Act. pr. fol. 2. & f. 315. sint jure potiores, addantur, quæ supra dixi §. 5. in explicatione Actionis lit. (d.) Heredem Ferdinandi Gaen fatentur fuisse Waltherum Counotte, & tamen dicunt, eum ne ullius oboli dominium habere, scil. existimarunt, per Sententiam Banni ipsis Appellantibus omnium bonorum Waltheri dominium fuisse addictum, ut nulla daretur unquam repetitio, neque Walthero, vel ejus heredibus, neque tertiis, quibus Jus erat antea in bonis Waltheri quæsitum; Cum tamen ipsis Appellantibus desit Titulus ad hereditatem Joannæ, ut supra fuit ostensum.

(c) Saisinia, quam luerunt Appellantes a Melissonio Legatario, Ferdin. Gaen, 26. Aug. 1696. decreta erat 4. Nov. 1691. fol. Act. 190. seqq. adeoque est etiam tempore posterior, quam Hypotheca Appellantium ex Transactione quæsita 15. Sept. 1690. si dicant: Melissonium habuisse Jus tacitæ Hypothecæ, ob Legatum a Ferdin. Gaen relictum, in quam Hypothecam ipsi successerint a mortis Ferd. Gaen tempore, & adeo tempore sint potiores, & forte ob reliquas prætensiones velint uti retentionis Jure. *Resp.* Jure Leodiensi luitionem cujuscunque Saisiniæ non conferre prioritatem temporis, h. e. is, qui luit, non succedit surrogationis Jure in locum ejus, a quo luit, quæ consuetudo, etsi videatur Juris communis dispositioni contraria, tamen Jure Leodiensi est extra dubium, v. Mean. Obs. 157. princip. & n. 1. 2. Sed neque destituitur hoc Jus ratione Juris communis, quia sc. per luitionem, seu solutionem, extinguitur tota petitio illius, a quo luitur, sive cui solvitur, adeoque Jus extinctum in alium transire nequit; Quam rationem imprimis urget *Carlevalius de Judic.* tom. 2. disp. 35. n. 39. ubi tandem, temperando rigorem Juris, distinguit cum *Capyc. Latrone* Decis. 16. an uno actu celebrata fuerit & luitio & Juris cessio? Quo casu judicat, priores Actiones extinctas non esse. Et ita quidem Jure Regni Castellæ & Neapolitano, ad quæ commentatus est *Carlevalius.* Aliter *Arias de Mesa* 1. *Resol.* 22. quæ etiam ad Jus Neapolitanum illustrandum sunt compositæ, qui Auctor, laudato *Carlevalii* temperamento, n. 12. adhuc dubius est, & n. 15. aliam rationem excogitat, ad defendendam Praxin forensem regni, sc. ut consensus debitoris volentis Jus suum in alium transferri, præsumatur: Sed quicquid sit de Jure Hispanico, nobis jam est insistendum consuetudini Leodiensi, de qua aperte testatur *Mean.* luitionem non inferre surrogationem in locum, dicta *Obs.* 157. Et si hæc explicatio Juris Leodiensis pro dubia haberi posset, sane non possemus contra Meanum pronunciare, priusquam de Observantia Leodiensi certiores essemus facti. Apud me sane ea in re dubium est

est nullum. Neque etiam invenitur in A Actis, quod tituli aliqua sit simul facta cessio. Ad quid igitur inserviet luitio? Resp. ad Jus Saisiniæ adquirendum, licet sine jure prælationis anteriore, quam est ipsa Saisinia; Atqui Saisinia Melisonii est posterior Jure quæsito Appellantium, ut antea dixi. Tandem posito successisse Appellantes in locum Melissonii, quod tamen Juri Leod. adversari fuit ostensum, Appellantes non poterunt aliud quid lucrare, quam ut iis Summa Melissonio soluta maneat salva, jusque ad eam recuperandam, casu quo ex propriis Facultatibus luitionem fecerint, nam si ex bonis hereditariis affectis litigio, nihilominus tenebuntur ad Guarandiam, in Sententia à qua, injunctam; *nequaquam vero uti poterunt Jure retentionis, respectu prætensionum reliquarum, quod extenderetur forte in infinitum.* B Quid vero & quantum solutum sit Melissonio, non constat ex Actis, minime omnium de aliqua Juris, Legati nomine competentis cessione vid. Act. priora fol. 193. seq. ubi tamen transfertur in Hervium Jus Saisiniæ & Investituræ. Ergo, quicquid sit de ista luitione Saisiniæ Melissonii, Sententia jam ferenda, propterea non mutabitur, mea quidem opinione.

Tandem (*d*) quod dicitur Appellantes ad Saisiniam impetrandam per Actores appellatos non fuisse citatos, cum tantum fecerint citari Waltherum Counotte Bannitum, ipsi vero Appellantes demum citati fuerint ad Actionem præferentiæ.

Resp. 1.) non ex sola Saisinia Actionem institutam esse, & in ea fundari, sed in Jure reali hypothecario, per Trans- C actionem quæsito, ad quam Citatione opus non erat, cum nondum de Actione aliqua constaret.

Resp. 2.) errant Appellantes, dum putant, Bannitum, tanquam reum, non habere personam standi in Judicio.

Resp. 3.) Satisfactum esse objectioni plenissime per distinctionem inter Possessores rerum corporalium & incorporalium fol. 141. seq. adde Duplicam in Actis Mandati [61] ubi hoc Argumentum, in Replica [37] ad Artic. Except. 31. usque 42. præprimis tractatum, refutatur, vid. dict. Duplic. fol. 17. seq. ubi distinctio rerum corporalium & incorporalium per plura Testimonia Judiciorum & JCtorum Leodiensium confirmatur.

§. 10.

Conclusio. Ex dictis hucusque non potest non sequi, male appellatum & bene pronunciatum, adeoque Sententiam priorem esse confirmandam, quatenus scil. Appellatis nondum est satisfactum, cum condemnatione in expensas.

Quoad Intervenientes, Capitulum Huyense, cum isti ex Transactione cum Appellatis eorum Jura litemque in se receperint, proderit ipsis etiam Sententia Confirmatoria, & confirmabitur simpliciter, quia Capitulo nondum satisfactum fuisse, est certum.

Effectus hujus Sententiæ erit, ut, definita Quæstione pro Appellatis & Intervenientibus valida etiam declaretur eo ipso Hypothecæ Constitutio, firma Transactio, utile Testamentum Henrici Nicolas, & consequenter ejus sororis.

Hæc omnia enim inter se habent connexitatem inseparabilem.

SENTENTIA PUBLICATA 29. Jan. 1717.

IN causa Annæ Robinet, & Consortum, Henrici Nicolai de Herve, & Diodati Chesnay, Appellantium ex una, Johannis Everhardi Fossoul, Canonici & Consortum, nec non Decani, & Capituli Ecclesiæ *Huyensis*, Intervenientium ex altera partibus; causam hanc pro conclusa ex officio acceptantes, dicimus & pronunciamus, per Judices prioris Instantiæ *bene judicatum*, male appellatum, proinde Sententiam à qua confirmandam esse, prout eandem, speciatim quoad partem hæreditatis Conjugum Gaen, ad quondam Waltherum Counotte delatam, & quidem respectu Appellatorum, in quantum eis pro suo Interesse ex Transactione, cum Walthero Counotte Anno 1690. inita, acquisito, & in Transactione cum Intervenientibus Anno 1713. conclusa, reservato, nondum fuerit satisfactum; respectu vero dictorum Intervenientium, qua Cessionariorum, Fossoul & Conf. simpliciter confirmamus, Appellantes in expensas hujus Instantiæ, salvo moderamine nostro, condemnantes, eisdemque, ut Jus suum ex luitione Saisinæ Melissonii prætensive quæsitum, in separato Processu deducendum, permittentes.

VOTUM II.

Ad Acta Mandati de non alienando &c. Sine, & cum Clausula.

§. 1.

Vidua Waltheri Counotte, quæ jam defuncta, & tutor liberorum Waltheri dereliquisse videntur hactenus causam Possessorii Ordinarii & Petitorii, in Sententia Camerali Anno 1695. reservati, & unice Transactioni, cum adversariis initæ, inhærere. Unde ex Hypothesi hujus Transactionis Mandatum de non alienando, & de non percipiendo, scil. ultra quantum Transactionis, decretum fuit 17. Aug. 1712.

Narrata Mandati satis fuere probata per Adjuncta, & res ipsa loquitur, esse vera. Nam Hervius ea non diffitetur, sed Transactionem negavit, jure se agere dicens. Ea enim est totius Replicæ Conclusio in Causa Appellat. 1mæ Herve contra Counotte, per non devolutoriam Sententiam decisæ, quam Replicam loco Exceptionum ad hanc causam repetiit Procurator Hervii.

§. 2.

Cum itaque Causa Appellat. per non devolutoriam 12. Maji Anno 1713. fuerit ad priorem Judicem remissa, quærendum jam, an non per dictam Sententiam etiam cesset hoc Mandatum, & Actor Tutorio nomine à Leodiensi Judice expectare debeat auxilium, non à Camerâ? Ita quidem videri posset per Decretum Senatus ad Supplicam 13. Maji 1713. pro Mandato ulter. exhibitam, cujus Decreti verba sunt:

Denegamus, Sententiæ 12. hujus latæ inhærentes, in Consil. 29. Maji 1713.

Nam si Mandato adhuc opus & in Camera desuper Sententiam ferendam esse putassent Domini, quare denegassent ulterius ad facta nova probata? Et per sequens Decretum 30. Maji 1713. adhuc clarius id testatur Senatus, ubi remittitur Supplicans ad auxilium à Judice prioris Instantiæ petendum, à quo, si non juvaretur, tunc recursus ad Cameram reservatur in Consil. 30. Maji 1713.

§. 3.

Verum enim vero non obstant hæc, quo minus adhuc fundata sit Cameræ Jurisdictio ad definiendam hanc causam Mandati. Nam tunc erat decisa in Camera Appellatio à Sententia interlocutoria, quæ de causa principali nihil definierat, sed tantum injunxerat Hervio, ut diceret & exciperet contra dicta Testium. More loquendi Camerali erat Actoria simplex ad Rotulum Examinis Testium. Inde tamen non sequitur, quod propterea Camera in puncto dilapidationis facultatum Sententiam ferre, & auxilio esse nequeat contra dilapidantem. Accedit, quod ipsa Transactionis causa in duabus Instantiis Leodiensibus contra Hervium sit definitive decisa, 6. Jul. 1714. 26. Jun. 1715. & per Appellationem secundam ad Cameram res ad

A priorem statum deducta. Quæ Acta novæ Appellationis in eo esse statu reperio, ut ob probatam non negligentiam modo, sed etiam ad Citationem insinuatam Contumaciam in producendis Actis prioribus desertio fuerit accusata. Quidquid sit de ista Appellatione, non impeditur Sententia ad hanc causam Mandati, sed potius necessaria erit, quia non solum res ad priorem statum rediit, sed reservatus est per Decretum 30. Maji 1713. Actori recursus ad Cameram, si à Judice priore, intra 6. Septimanas, auxilium non impetraret. Atqui factum hoc non esse, & continuare Hervium in consumtione rerum hereditariarum nova Supplica, 5. Novembr. 1715. exhibita, demonstrat. Ideo ferenda est ad hæc Acta Sententia, ne ulterius grassetur Reus in præjudicium Actoris, Tutoris & Minorum, quibus ille nullum obolum reliquum esse, in Actis primæ Instantiæ, Robinet contra Fossoul, expresse dixit.

B

§. 4.

Est autem imploratio Officii Judicis ad impediendam dilapidationem bonorum, quorum possessione adhuc fruitur Henr. Nicol. Herve & Consortes. Interesse liberorum Counotte satis est clarum, sive Transactio sit inita, sive non; Si est inita, res per se aperta; si non inita, quod tamen aliter ex Actis elucet, res in priorem statum redit, neque tenentur heredes Counotte pati, ut, sub prætextu Sententiæ Officialis, quæ tantum erat provisionalis, interlocutoria, possessorium ordinarium & petitorium, per Cameralem Judicem reservatum, reddatur inane.

Accedit ratio, quod remedium restitutionis in integrum, adversus Sententiam Cameralem nullitatis declaratoriam, adhuc sit integrum, si computetur tempus latæ Sententiæ 25. Octobr. 1695. usque ad Sententiam Banni 7. Jul. 1698. per quam excludebatur ab

C omni Juris auxilio vix dum præterierant duo Anni, & aliquot menses. Deinde intervenit Transactio An. 1701. quæ, si haberetur pro non facta à die talis Sententiæ adhuc superforet satis temporis ad restitutionem petendum.

§. 5.

Quare hoc Mandatum non etiam fuerit contra Consortem Hervii, Diodatum Chesnay, & Annam Robinet, petitum, meretur aliquam considerationem; de Anna Robinet cessat dubium, quia hæc agnovit Transactionem, & ei staturam se promisit, bona fide ea in re agens.

Quantam autem vim habeat confessio Consortis, & agnitio Transactionis initæ, facile judicabit, qui consideraverit Circumstantias in facti Narratione relatas, neque ulla suspicio adest, quod favore liberorum Waltheri id fecerit in odium Hervii. Conjunctæ vero con-

confessiones, licet nullæ aliæ adessent convictiones, tertio etiam nocere tradunt *Card. Luca* de Dote *Disc.* 159. *n.* 12. *seqq.* Urceol. *de Transact. quæst.* 55. *num.* 37. *Gratian. Disc.* 955. *num.*4. de Correi Confessione in specie vid. *Afflict. Decis.* 94. *Berlich. Decis.* 39. ubi quidem in casu ibi proposito aliter sentire videtur, sed tamen alias circumstantias admittit num. 5. Berlichium *sequitur Heeser. P.*1. *loc.*3. *num.*18. adde Cancerium *P.*2. *Resol. cap.*6. *num.* 206. ubi, quod Confessio Correi Judicialis omnino probet contra correum. Chefnay vero, qui uxorem habet filiam Catharinæ Mottet, Viduæ Robinet, Transactione ista cur non teneatur, perspicere non possum. Fateor, omnem Historiam, respectu istius Chefnay, mihi esse valde suspectam: quia is semper varias personas in hoc Theatro egit, vid. Rotul. Exam. Test. in Act. 1. Appellat. [26] ad interrog. 51. Judex interim sequetur Libellum, qui tantum est directus contra Hervium.

§. 6.

Probata est Actio, ut supra dixi, & monstrat uberius Decretum præliminare Senatus, antequam decerneretur Mandatum 23. Jun. 1712. quod insequebatur Decretum definitivum, posteaquam Procurator priori satisfecisset, vid. [4]

§. 7.

Cum igitur Hervius facta non neget, sed Jure se agere existimet in Exceptionibus seu Replica, in Causa Appell. contra Counotte; (Istæ Replicæ enim Exceptionum loco sunt in hac causa Mandati) ideo, ne Actoribus Actio maneat inanis, officium est Judicis providere. Quid sibi velit Herve per allegatam læsionem, facile est intellectu; Putat enim, bona Waltheri omnia ad se pertinere, adeoque non sufficere Summam 75. Mill. flor. una cum perceptis omnibus ante Annum 1701. quæ ad ingentes Summas adscendunt. Falso omnino nititur supposito noster Hervius. Nulla adest unquam Sententia, quæ ei dimidiam hereditatem pleno Jure & irrevocabiliter adjudicaverit, nedum universam, de qua nunquam fuit Actio, sed solum de dimidia. Si Sententia Officialis Provisionalis pro definitiva esset habenda, tunc caderet omnis Processus nullitatis in Camera agitatus & decisus; nam tunc Sententia Leodiensis fuisset appellabilis ad Coloniensem, & hujus Sententia reformatoria transiisset in rem judicatam. Loquor ex Hypothesi Actorum Hervii & Conf. & ipsius Judicis Leodiensis. Male ergo interpretatur Herve ista judicata Leodiensia & Cameralia.

§. 8.

Ergo Mandatum hoc per Paritoriam Sententiam, rejectis Exceptionibus, censeo esse confirmandum; Tantum de hac causa Mandati de non alienando.

VOTUM III.

Ad Causam Mandati:

HERVE contra QUOSCUNQUE JUDICES &c. &c.

§. 1.

Quæ fuerint rationes decreti hujus Mandati, Anno 1712. 16. Decembr. peti potest ex Protocollo Senatus. Notitiam antiquiorum Actorum, qui non habuit, credere potuit, diversas esse personas, Johannem & Henricum Nicol. de Herve, diversaque esse litis Objecta.

Diversæ utique sunt personæ, sed non aliter, quam uti Pater & Filius; Huic nempe filio Mandatum de non alienando erat insinuatum, contra eundem decretum, etsi sit error in nomine, quod loco *Henrici Nicolai*, dicatur *Johannes Nicolaus*, verbo: est una eademque persona.

Idem etiam est Objectum litis, scil. hereditas Joannæ uxoris Ferdinandi Gaen. Unde, cum Mandatum de non alienando & non percipiendo fuerit decretum antea 17. August. 1712.; Hoc vero sequens Mandatum præcipiat Judicibus, ut concedant Henrico Nicolao de Herve, & Consortibus, promptam Executionem, debitoribus vero, ut iisdem solvant, non attentis Arrestis, patet evidenter, quod Mandatum posterius sit priori contrarium.

Nam si Transactio est inita per Viduam Waltheri Counotte cum adversariis mediante Summa 75. Mill. flor. qua soluta omnes lites cessare deberent, & Herve cum Consortibus contentus esse, in qua Hypothesi fundatur Mandatum de non alienando &c. sequitur, quod non potuerit per aliud Mandatum paucos post menses 16. Decembr. 1712. mandari debitoribus ut solverent, & judicibus, ut exequerentur.

§. 2.

Si nihil aliud esset, quod sub- & obreptionem demonstraret, quam hæc ipsa, quam ostendi, contrarietas, sufficiens jam adesset ratio ad cassandum hoc Mandatum.

Verum adsunt adhuc plures causæ insignis sub- & obreptionis, quas per singula membra præcepti ostendam, ita ut à temeritate litigii

Herve cum suis Consortibus liberari nequeant.

Quod ut fiat perspicue, primum examinanda erunt *facta*, super quibus hoc Mandatum fuit petitum & decretum.

Hæc vero concernunt personas

[10] [11] 1. Jacobi Malaise.

2. Everhardi Fossoul & Consort.

3. Quorundam debitorum hereditatis Ferdinandi Gaen, qui redimere voluerunt reditus debitos, & lite inter heredes pendente obtinuerunt consignationem, sive depositionem judicialem Summæ capitalis; Nominantur autem tres solum ex istis debitoribus:

1. Consul Fariera, Receptor Civitatis.

2. Abbatissa & Conventus nostræ Dominæ.

3. Gordienne Capsarius, Societatis Leodiensis.

Deinde concernit facta Scabinorum Leodiensium, tanquam Judicum ordinariorum Patriæ Leodiensis, quod scil. permiserint insinuationem Saisiniæ dictis personis scil. Malaise & Fossoul decretæ, nec non consignationem Summarum Capitalium pro redemtione redituum annuorum.

Hoc factum Scabinorum dicitur esse contra Mandata præcedentia Cameralia, Jurisdictionem Scabinorum mere arrogatoriam & attentatoriam, adeoque hæc Decreta esse cassanda.

Dici non potest quantæ, quantæ in hisce narratis committantur sub- & obreptiones, quas jam evolvemus.

§. 3.

Primo, quod concernit *Everhardum Fossoul & Consortes*, ipsorumque Saisiniam, & virtute hujus imposita Arresta, hæc causa est præcise eadem, quæ ventilatur in Camera sub Rubrica: *Robinet* contra *Fossoul*, *Appellationis*. Adeoque cum Herve cum suis Consortibus ad Actionem institutam per Everhardum Fossoul coram Scabinis jam dudum Anno 1705. litem sint contestati, ut ex relatione illorum Actorum percepimus, & in Camera Appellatio introducta Anno 1711. Non possum satis demirari, qua fronte, in præjudicium illius Causæ, Mandatum contra Everhardum Fossoul & Consortes, qui ne quidem sunt debitores hereditatis, sed Creditores, ab Actoribus nostris peti, & Scabini Leodienses incompetentis Jurisdictionis atque arrogatoriæ & attentatoriæ, quam tamen Herve & Consf. ibidem agnoverant, & ad Consil. Ordin. appellaverant, ubi etiam causa decisa fuit, in cusari potuerint.

Porro, cum Sententia prioris Instantiæ, in Causa Robinet contra Fossoul, meo voto sit

A confirmanda, sequitur ex omnibus, quæ jam dixi, quod respectu istius *Everhardi Fossoul & Consort.* Mandatum præsens sit insigniter obreptitium, adeoque cum pœna temerarii litigii cassandum.

Jam videbimus etiam de *Jacobo Malaise.*

§. 4.

Quod *Jacobum Malaise* concernit; Dicitur in narratis, eum esse hereditatis Gaenianæ debitorem, non potuisse cogi ad solutionem, sed post clausuram Cameralis Judicii tanquam lepus ægrum leonem contemserit, (lepidum simile) adeo ut loco solutionis debitæ etiam Arresta imponere ausus fuerit, & in ea re favorem Scabinorum sit expertus. num. 1.

Probatio horum narratorum consistit in Documento insinuati Arresti per Malaise contra Abbatissam & Conventum Vallis nostræ Dominæ, & contra Monasterium S. Laurentii. num. 2.

B Si ex hoc solo Adjuncto res esset indaganda, nemo non videt, esse obscurissimum pro fundando aliquo Mandato S. C.

Verum fiet clarius ex Exceptionibus, & Replica, atque Duplica. num. 3.

Notandæ sunt primo Personæ cognomine, *Gothofridus* & *Jacobus Malaise*: Hic illius fuit factus heres. *Anno* 1695. 21. *Mart. Gothofridus Malaise, redituarius Civit. Leod. numeravit Walthero Counotte* 32878. *flor. Brab.* qui reportavit ad manus Notarii acceptantis pro Gothofrido Malaise reditum 1760. flor. quem debebat redimens, cum Obligationibus olim Ferdinando Gaen datis. Redemtio hæc facta judicialiter dicto 21. Mart. 1695. [74].

Et notandum, quod Actus hic fuerit gestus post Sententiam Coloniensem 19. Maji 1692. & Nuncii Apostolici 21. August. 1692. C per quas Sententias præcedens Officialis Leod. provisionalis 14. Jan. 1692. erat reformata, & Waltherus Counotte in possessione hereditatis totius manutentus. Quanquam vero lis in Camera super nullitatibus tunc ageretur, Sententia tamen nondum erat lata, quæ secuta demum 25. Octobr. 1695. Neque adeo dubitandum, quod Waltherus ante istam Sententiam nullitatis declaratoriam egerit bona fide & Jure, de isto eventu Sententiæ nullitatis securissimus. num. 4.

Accesserat etiam Mandatum Camerale de Exequendo, quod Waltherus Counotte impetraverat An. 1693. & Mandat. Executoriale ipsius Principis Leodiensis [77] vide Act. Camer. Mandati de Exeqv. C.C. quæ temporis consonantia hic bene consideranda.

Cum deinde secuta esset Anno 1695. in Camera Sententia prædicta nullitatis declaratoria, & adversarii Waltheri ab Officiali Leodiensi Executionem Sententiæ provisionalis, quoad medietatem bonorum scil. uxoris Ferdi- num. 5.

Ferdinandi Gaen impetrassent; Sequenti *Anno* 1696. & 1697. Gothofridus Malaise ab adversariis Waltheri fuit compulsus, ad solvendum eis reditum, pro medietate hereditatis, prout & actu solutiones præstitit, & Quittantias [25.] [43.] [44.] quæ expresse sonant ad solutionem faciendam pro semisse hereditatis, & in Sententia Officialis solvendi regressus contra Waltherum fuit reservatus, utpote qui integram Summam redemptionis receperat. O! quantæ rerum vicissitudines, quanta litigia ex sæpe dicta Sententia nullitatis declaratoria!

vid. Sententiam Officialis 17. Mart. 1696. [42.] num. 6.

num. 7. Cum igitur Gothofridus Malaise vigore regressus erga Waltherum Counotte reservati, qui etiam ei ipso Jure cum hypotheca in omnibus ejus bonis competebat, Reform. Grosbek. *cap.* 5. *art.* 5. *Anno* 1697. 21. *Mart. Saisiniam* contra Waltherum in omnia ejus bona impetrasset [23.] quæ Saisinia est tempore prior, quam Saisinia ab Hervio & Consortibus impetrata contra Waltherum Counotte 27. Mart. 1697. v. Acta Robinet contra Fossoul fol. 47. b.

vid. Mean. Obs. 164. n. 3.

Scabini Leodienses Anno 1699. 7. April. Sententiam tulerunt, declarantes eum esse male fundatum, vid in dict. Adjuncto [23.]

num. 8. Hanc Sententiam, quæ etiam valde iniqua videbatur, reformavit Concil. Ordinarium, condemnans Robinet & Consortes in utriusque Instantiæ expensas 26. Febr. 1701. vid. hanc Sententiam ibid. [23.] & [19.] Quæ Sententia reformatoria, cum per Appellationem non fuerit suspensa, transiit in rem judicatam. Hinc 11. Mart. 1701. Gothofridus Malaise de novo resaisitus fuit vid. dict. [19.] & vigore istius Saisiniæ Arresta nunciari fecit debitoribus Waltheri Counotte.

[14.] & [10.]

Super quibus Herve & Consortes deinde in Camera fuere conquesti, & Mandatum impetratum omnino subreptitie; nam post rem judicatam [19.] non erat locus amplius conquerendi, & quidem per viam Mandati S. C. Et insuper Justitia Causæ erat pro Malaise, qui integram Summam Capitalem solverat Walthero

num. 9. [74.] Neque ullum præsidium habent Herve & Consortes ex Sententia Camerali nullitatis declaratoria & seqq. in causis Mandatorum, quia, etsi concedatur ipsis possessio fiduciaria & provisionalis in medietate hereditatis, non tamen licebat iis aucupari etiam alteram medietatem, ad quam nullum Jus eis competebat. Et proinde merito Gothofrido Malaise per Sententiam Officialis [42.] 17. Mart. 1696. fuit reservatus regressus contra Waltherum, quo etiam usus fuit, & Hypothecam in ejus bonis ei ex Statuto competentem Ref. Grosbek. dict. cap. 5. art. 5. persecutus.

num. 10. Atque ita intelligitur, quid sibi velint dicta ab Actoribus in narratis Mandati, quod Malaise sit debitor hæreditatis, sc. respectu medietatis, & hoc quidem tantum per modum provisionis, fiduciaria possessione: Cum, respectu alterius medietatis, ipse sit creditor; quod etiam inprimis allegat Jac. Malaise, heres Gothofridi, in Except. [18.]

Et ipsi Actores nostri Herve & Chesnay in præjudicium dicti Malaise & Saisiniæ impetratæ, aliorumque Creditorum resaisitorum, vendiderunt domum Waltheri, quam ipsi Ferdinandus Gaen expresse reservaverat, cum præcepto de [19.] non alienando, & ad quam ejus adversariis etiam nihil Juris competebat, nisi quod ipsi sibi sunt imaginati.

An. 1703. 20. Mart.

Itaque in hac causa, Jacobum Malaise concernente, probe tenenda est distinctio inter utramque semissem hereditatis Gaenianæ; In una semisse Herve & Consortes fuere, per modum provisionis, manutenti, & eatenus perceperunt reditus; *In altera semisse Herve & Consortes nihil habent juris*, quanquam impudenter plane venditent, Waltherum Counotte ne obolum quidem reliquum habuisse, & omnia ejus bona ad se pertinere, ut in Actis Appellat. Robinet contra Fossoul, audivimus. num. 11.

Porrò, quod illam semissem concernit, in qua Herve & Consf. fuere manutenti provisionaliter in possessione summariissima, uti sonat Sententia Officialis, obstat eis graviter Exceptio Transactionis cum Waltheri Counotte uxore Anno 1701. & causæ super hac Transactione in Camera per Appellationem ipsius Hervii pendentis. Ut proinde meritò repellatur per Exceptionem tibi non competit actio, quia tu transegisti, neque foret hæc Exceptio de Jure tertii, vid. A. Faber. *L.* 3. *C. t.* 21. *def.* 2. ubi eleganter distinguit inter Exceptionem de Jure tertii & de non Jure Actoris. Tandem obstat actoribus Causa Mandati de non alienando, neque aggravando, & non percipiendo. Quas rationes tantum in superfluum allego, quia facta illa, super quibus Mandatum præsens est decretum, respectu Jacobi Malaise, non pertinent ad semissem hereditatis uxoriæ, Joannæ Nicolas, *sed ad alteram semissem*, in qua *Waltherus indubie fuit heres institutus* à Ferd. Gaen. atque ad actiones hypothecarias, contra Waltherum institutas, & arresta juxta rem judicatam denunciata. Ergo, cum obreptio sit clarissima, concludendum erit etiam respectu Jacobi Malaise ad Mandati cassationem. num. 12. num. 13. num. 14.

§. 5.

Remotis jam vel elisis narratis Mandati, respectu Everhardi Fossoul & Jacobi Malaise, reliqua erunt faciliora. Nam ex omnibus istis, qui tanquam debitores hereditatis, fuere conventi, & quibus Actores Mandatum insinuari fecerunt, nemo comparuit præter dict. *Fossoul* & *Malaise*. Contra reliquos non comparentes invenio decretum fuisse 6. Jul. 1713. Proclama, sed facile est creditum, si informatus fuisset Senatus de veris rerum circumstantiis, quod non fieri solet, ubi de Proclamate agitur, non fuisse decretum hoc Proclama, cum neque ipsi Mandato locus sit, ut jam intelligemus. Nam 1. facta, quæ in narratis continentur, respiciunt tantum tres personas, quas nominavi supra § 2. contra reliquos omnes, qui magno numero in Processibus & Executione nominantur, nullum plane neque docetur, neque allegatur factum. Mira sane res, decerni Mandatum S. C. contra aliquem neque in Supplica, neque unquam alias nominatum, qui nihil commisit, ut per Mandatum pœnale sine Clausula coërceretur. Et, quod notandum, isti tres, qui nominantur in num. 1. num. 2.

 adjun-

adjunctis Mandati tanquam debitores [11.] neque quidem in Processibus & Executione sunt nominati, quod ipsa inspectio docet; Contra ceteros nominatos nullum allegatum fuit factum, ad
num. 3. quod Mandatum esset directum. Nihil autem est causæ, cur debitores hereditarii per Mandatum pœnale S.C. ad solvendum Actoribus compellantur, non Attentis arrestis: Quia Actores nondum probarunt sibi esse aliquid Juris in altero semisse hereditatis ad quondam Waltherum Counotte, jam ejus heredes, pertinente; non probarunt, quod arresta illa fuerint illicita; Imò verò præjudicium facere tentarunt Actores per hoc Mandatum, omni ex parte subreptitium, tribus causis in Camera indecisis tunc temporis.

1. Causa Appellat. Robinet contra Fossoul.

2. Causa Mandati de non alienando, non percipiendo &c.

3. Causa Appellat. Herve contra Counotte, in puncto Transactionis.

num. 4. Observandum enim est, quod isti debitores, in Processibus hujus Mandati nominati, quibus etiam omnibus insinuatio facta non fuit, ut collatio cum executo docet, & nomina ipsa pessimè scripta, ut discerni satis nequeant, esse eosdem, si non omnes, saltem plurimos, contra quos Everhardus Fossoul & Consortes Arresta impetrarunt, vid. listam horum in Actis Appell. Robinet contra Fossoul fol. 20. seqq. ubi multa nomina eorum reperiuntur, qui in hoc Mandato nominantur. Ergo summa & pœna digna est obreptio Actorum, quod tacentes istas causas in Camera pendentes, per hoc Mandatum religionem Judicis circumvenire ausi fuerint.

num. 5. Debitores, si qui sint, facile pati possunt, ut Sententia inter litigantes de hereditate feratur, ipsorum certè, cui solvant, non interest, sed ut per Mandata pœnalia S.C. compellantur uni parti solvere, lite adhuc indecisa, id verò ab omni ratione est alienum.

num. 6. Proinde etiam respectu debitorum citatorum, etsi non comparuerint, Proclama enim decretum nihil infert præjudicii, Mandatum hoc insigniter subreptitium erit cassandum, cum pœna temerarii litigii, & ausus minimè tolerandi.

§. 6.

num. 1. Gravitas hujus audaciæ adhuc ulterius elucescet, si reliqua adjuncta Mandati hujus examinaverimus, quibus tenebras offundere Judici tentarunt. In specie Mandata antiquiora de Annis 1696. 1697. 1700. [6.] [7.] [8.] [9.] quæ Mandata velut Sententias decisivas respiciendas esse putant Actores.

Quanta cum perplexitate tunc temporis Mandata emanaverint contra Waltherum Counotte & Leodienses Judices, in Historia facti fuit recensitum.

Officio Fiscalis Cæsarei Herve & consortes, semper sunt abusi, scil. ut sub utilitatis publicæ specie privata res alienas habendi cupido obtegeretur. Clausula præcepti contra debitores hereditarios æquali Subreptione inserta fuit ex petito supplicæ, per Actores ita formato. Nam ad Officium Fiscalis nihil pertinebat, quam ut impediretur recursus ad Judices Ecclesiasticos; Clausula verò illa respicit tantum ad semissem hereditatis Gaenianæ. Ergo nihil pertinet ad alterum semissem Waltheri Counotte, quam volunt in præsenti Mandato. Atqui in hac semisse, non in illa, Arresta fuere imposita, quod demonstratur in Exceptionibus. Ergo nihil huc facere potest istud Mandatum [6.] cujus prosecutio dudum fuit neglecta; Nam post Proclama 8. Jan. 1697. quod Actoribus nihil dat, reis nihil aufertur, nihil amplius fuit actum, quamvis per nova Mandata res ad inextricabilem fermè confusionem deduceretur, quæ vero jam, labore satis magno, est extricata & ad lucem deducta. num. 2.

Proclamatis est effectus unicus, ut in contumaciam procedi possit Judex imploratus, atqui hic nulla amplius imploratio, nulla Sententia. Ipsi Actores & Advocatos per multitudinem Mandatorum in confusionem deductos esse crediderim, ut, cui ex multis insistere deberent, nescirent.

Unde in causa Mandati sub Rubrica, Herve contra Concil. Ordinar. Leod. decret. 6. Aug. 1697. inprimis causam suam egerunt, sed hoc Mandatum inter adjuncta præsentis Mandati non reperitur, fortè etiam, si adjunxissent Supplicæ, remissa fuisset ad illa Acta judicialiter; Nam præceptum contra Judicem Leod. directum cum illo fere convenit, ut mox intelligemus §. seq. 8vo. Verum adjunctio horum Actorum non erat ère nostri Hervii & Conf. Dixi hucusque de Adjuncto sub [6.]

Mandatum [7.] decr. 6. Aug. 1697. reproductum quidem fuit 1. Octobr. Et Exceptiones productæ à Lt. Jung nomine Concil. Ordinar. in quibus falsificatio Mandati urgetur per infra-dictam vocem: *ac de post.* Sed nulla adest Sententia, & pertinebat tantum ad impediendos recursus ad Curiam Rom. de quibus hodiè nulla amplius est quæstio. Ergo nihil huc facit istud Mandatum, & frustra est Supplicæ adjunctum. num. 3.

Mandatum aliud ejusdem diei 6. Aug. 1697. quod hic adjungitur sub [8.] etiam est sine Sententia, & pertinet similiter ad recursus ad Judices Ecclesiasticos compescendos. num. 4.

Ultimum Mandatum de 4. Sept. 1700. quod hic adjungitur sub [9.] non est reproductum; Nam Originale hic reperitur inter Adjuncta. Ergo nihil facit pro tuendis narratis. num. 5.

Magis ad rem fecisset, si adjunxissent supra dictum Mandatum, decretum 6. Aug. 1697. (qui dies admodum fertilis fuit Mandatorum) sub Rubrica, Herve contra Concil. Ordin. Leod. & Scabinos. Quod cum ad elucidationem præcepti contra Judices Leodienses in præsenti Mandato directi inprimis faciat, repetendum erit ex Historia facti Cap. 4. §. 17. Ex quo apparebit, quanta cum audacia Herve & Consortes contra Senatores Consilii Ordinarii egerint, & quod num. 6.

& quod tunc temporis cum Scabinis Leodiens. A dicto de Herve bene convenerit, omnemque Jurisdictionem in eos devolvere fuerint annisi, quos tamen jam de arrogata sibi Jurisdictione accusant. Quis ergo erit Judex Leodii in prima Instantia & secunda, quam Scabini & Consil. Ordinarium? nisi fortè connexitatem causarum omnium in Camera esse debere Herve, cum suis Consortibus, existimaverint.

§. 7.

num. 1. Operæ pretium est, ut præceptum in hoc Mandato ad Judicem directum penitius consideretur. Insinuari fecit Herve & Chefnay præsens Mandatum

Officiali Leodiensi,
Scabinis Leodiensibus
Concil. Ordinario.

ut rebus judicatis in Camera & Mandatis non amplius contraveniant,
ut arresta cassent,
ut imposterum nullam cognitionem sibi arrogent, B
ut Supplicantibus promtam Executionem concedant,
ut pecunias depositas eis tradant, neque denegent.

Deum immortalem! An unquam auditum est petitum aliquod contra Judices Ordinarios magis impertinens & audacius, quod omnem planè Judiciorum Ordinem tollit, & postulat, ut Judices tantum ea faciant, quæ Actores volunt, cæca quadam fide, quasi omnia, quæ Actores à Judicibus Leod. in hac causa hereditaria postularent, essent justa.

num. 2. Non fuit probatum, quod rebus judicatis Cameralibus contravenerint. Nam quod Arresta decreta [10.] [11.] concernit, ex præcedentibus patet, justissimè fuisse impetrata, neque ullo modo rebus judicatis Cameralibus esse adversa. Quod attinet ad Mandata, inauditum est utique, ut paritio alicujus Mandati in Camera decreti ante Sententiam paritoriam per aliud Mandatum S. C. extrajudicialiter injungatur; quanquam & hic supra dicta Mandata nihil plane opitulentur nostris Actoribus, ut ostendi §. præced. 6to. C

num. 3. Non fuit probatum, quod Arresta illegitimè fuerint decreta.

num. 4. Inverecunde plane petitur, ut ab omni cognitione abstineant, h. e. ut tantum audiant petita Actorum, & secundum ea decernant, non auditis, neque examinatis contradicentium Exceptionibus.

num. 5. Inverecunde etiam petitur, ut promtam Actoribus Executionem concedant, sc. in omnibus petitis sine Examine, sine cognitione; Ea enim est Actorum intentio.

num. 6. Ut pecunias depositas eis tradant, neque denegent: Scil. plures ex debitoribus tempore litis de ista hereditate, ut nulli partium præjudicia fierent, & tamen ab obligatione liberarentur, pecunias debitas deposuerunt in judicio, has pendente lite sibi exsolvi volunt Actores. Quare? quia ita volunt. Satis prospectum esse credunt creditoribus reliquis, & heredibus Counotte ratione Possessorii ordinarii, & Petitorii in Actorum bona fide. Quis non miretur impudentiam petendi desuper Mandatum S. C.?

Dixi de petitis respectu Judicum; jam venio ad ipsos Judices.

Officialis Leodiensis nihil plane fecit, de num. 7.
quo speciem conquerendi haberent Actores, neque ullum ejus factum allegatur, cur ei insinuetur tale Mandatum?

De *Concilio Ordinario* in omnibus narratis, eorumque adjunctis, nihil dicitur, quod aliquid fuerit factum contra Sententias Camerales; *Scabini* nihil etiam fecerunt, quam ut permitterent insinuationem Arrestorum vigore Saisiniarum, per Fossoul & Malaisse impetratarum [10], & consignationes sive depositiones pecuniarum à debitoribus [11.]

Quid sibi vult igitur iste motus & tumultus Actorum, quasi Judices Leodienses omnia Judicata Cameralia susque deque haberent? Scilicet quæcunque fiunt, non juxta eorum commoda & petita hæc omnia interpretantur, ac si fierent contra auctoritatem Judicii Cameralis, quæ perpetua ipsorum fuit querela & cavillatio, ut ex Actis Mandati Herve contra Concil. Ordinar. satis clarè in Historia facti exposui, quibus hic sunt aliqua addenda. Nimirum:

§. 8.

In causa ista Mandati Herve contra Concil. num. 1.
Ordin. decret. Anno 1697. præcipiebatur Concilio Ordinario, ut cassarent, revocarentque omnes Processus Appellationis & inhibitiones contra Actores nostros decretos, quasi nulla eorum esset Jurisdictio, quod sine ulla causa Actores præsupposuerant in facto; refero me
ad dicta in facti narratione. In præsenti Man- num. 2.
dato præcipitur reipsa idem, ne contraveniant Judicatis Cameralibus, Arresta, nulliter decreta, cassent, & imposterum quocunque prætextu nullam cognitionem in hac causa sibi arro-
gent. Asserere possum pro religione mea justi- num. 3.
tiæ debita, quod per omnia Acta nullam plane causam invenerim Jurisdictionis Concilii Ordinarii, vel non fundatæ, vel per Sententias Camerales antea prohibitæ. Interim ex hisce pa-
tet, utrumque Mandatum, antiquius illud de num. 4.
Anno 1697. & hoc recentius, coincidere. In illa causa opposuit Concil. Ordinarium per Procuratorem, quod Appellationes admissæ non essent contra judicata Cameralia, sed super quæstionibus plane novis de acquæstu in viduitate Ferdin. Gaen, & prærogativa inter plures Creditores, & quod Actores falsum commiserint, addendo præcedenti Mandato voculam: *Ac de post.*

Et tamen lata fuit Sententia paritoria 7. Julii num. 5.
1698. contra Concilium Ordinar. cujus ratio-
nes decidendi sunt ignotæ. Solum odium Wal- num. 6.
theri, qui eodem die Banno feriebatur, tollere non
poterat Jurisdictionem Concilii Ordinarii. Vi- num. 7.
detur mihi unice ad compellendum Waltherum

rum ad renunciationem Processuum Curiæ Romanæ, ita fuisse pronunciatum, quia reservatur eidem Gravaminis contra excessus Executionis
num. 8. allegatio, si prius Sententiis paruisset. Verum quid inde Juris nostri Actores arrogare sibi poterunt, ut ipsi interim omnibus bonis hæreditariis fruerentur, & à judicibus omnia, quæ vellent, impetrare deberent. Clausula illa reser-
num. 9. vatoria in seqq. Sententiis paritoriis 13. Dec. 1698. 7. Jul. 1699. 20. Octobr. 1699. non tollitur, sed potius remansit indecisum dubium de acquæstu tempore Viduitatis Ferd. Gaen, an accrevisset Massæ, an vero medietati marito debitæ, & Walthero Counotte relictæ.

num. 10. Cum deinde ad ultimam Sententiam Concilium ordinar: satis sese exculpasset, & mentem Cameralis Judii sibi declarari petiisset, nunc ab omni Jurisdictione abstinere deberent, Privilegiis Leod. non obstantibus. Nihil declaratur in sequente Sententia 16. Jul. 1700. quam ut Procurator suos Principales, sc. Concilium Ordinarium, ab imputata elusoria paritione & contraventione continua exculpare deberet. Quæ-
num. 11. stio principalis nullo verbo tangitur & deciditur, B quæ erat: *An unquam suspensa esset Jurisdictio Concilii Ordinarii?*

Deinde: *An Sententia provisionalis manuten-*
25. Oct. 1695. *tionis, in Camera per Sententiam nullitatis ad executionem remissa, excluderet Jurisdict. Concilii Ordinarii, in casibus ad eos delatis, contra debitores vel creditores hæreditarios, de quæstionibus, de quibus antea nunquam fuerat cogitatum?* Certè in similibus casibus ipsi Actores quandoque ad Concil. Ordinar. appellaverant, si vero alius quis contra eos appellaret à Scabinis, qui sunt Judices Ordinarii primæ Instantiæ si de Saisinia agitur, pati id nolebant.

num. 12. Porro cum Procurator nomine Concilii Ordinarii 13. Sept. 1700. produxerit specificam revocationem Processuum Appellationis, antea decretorum, in dictis Actis [84.] ex quibus nulla causa pertinet ad eas quarum fit mentio in novissimo Processu Mandati, contra quoscunque judices, Anno 1712. 16. Dec. decreti, tantum abest, ut Concil. Ordinar. vel etiam Scabini incu- C sari possint contraventionis ullius, iisque Jurisdictio omnis interdici, ut potius cum cassatione hujus Mandati, tantopere subreptitii, Concil. Ordinarium admonendum esse censeam, ut in officio suo pergat, & quæstiones novas exorientes juxta leges patriæ decidat. Sententiæ omnes, si quæ allegari possunt, solam medietatem hæreditatis Joannæ Nicolas concernunt, de altera medietate integra debet esse cognitio Concilii Ordinarii, & dari Concilio huic tandem declaratio, ut sciant, quid sibi sit agendum, quod, an per Sententiam ad hæc Acta Mandati, an vero ad antiquiora Acta faciendum sit, Senatui judicandum relinquo. Mihi videtur ad hæc Acta Mandati recentioris fieri posse commode, ex officio, licet non comparuerit Concilium Ordinarium.

num. 13. Quod si causa Transactionis inter uxorem Waltheri Counotte, & nostros Actores, per quam omnes lites dicuntur esse terminatæ, in Camerali Appellationis Instantia decidetur, tunc

A etiam controversia, quoad medietatem hereditatis uxoris Ferdin. Gaen, finita foret. Sed iste Processus non impediet interim præsentium Actorum hucusque relatorum decisionem; Nam aut confirmabitur Sententia prioris Instantiæ, in puncto Transactionis, aut reformabitur; Si hoc, tum ad priorem statum res recidet, & manebit Herve cum suis Consortibus in medietate hereditatis provisionaliter, salvo possessorio ordinario & petitorio, manutentus; Idcirco tamen ei non licebit facultates dilapidare, & prosecutionem ordinarii & petitorii reddere inanem, multo minus alteram medietatem invadere, & sibi tribuere, in præjudicium Creditorum anteriorum & ipsius Waltheri liberorum; Si confirmabitur, ut ego quidem auguror ex inspectione Actorum hucusque in Camera productorum, Sententiæ præsentes nihil obsunt, quia pertinent ad alteram medietatem, & negotium magis declarant. Interim ex his circumstantiis facilè conjicitur, quæ causa sit, quare Herve Actorum priorum, in causa Transactionis, editionem tantopere defugiat.

§. 9.

Supersunt adhuc tria monenda circa hæc Acta Mandati:

Primum, de Appellatione aliqua, Chesnay & Cons. contra Jacobum Malaise, à Sententia Concilii Ordinarii 9. Mart. 1711. confirmatoria præcedentis per Scabinos latæ 23. Maji 1711. vid. num. Cam [12.] [13] [14.] [15.] [16.] quæ exhibita judicialiter fuere remissa ad hanc causam Mandati per Decretum eodem die, quo Mandatum decernitur latum 16. Dec. 1712. quanquam rationes hujus remissionis me fugiant, neque ego satis intelligam connexionem cum ista causa Mandati, nisi sit fortè hæc, quod præcipiatur Concilio Ordinario, ut ab omni cognitione abstineant, dicto Appellato Malaise verò, ut Actoribus solvat, sine Clausula.

Quæritur itaque, an remissio ista Supplicæ pro Processibus ad judicium, ibique producta in termino reprod. Mandati, sit habenda loco decretorum Processum Appellationis?

Resp. *negando:* Nam eum in finem fit remissio ad Judicium, ut adversa pars desuper audiatur. Atqui hic Appellatus Malaise 24. April 1713. produxit Exceptiones desertionis [32.] quæ fundantur in neglecto fatali quadrimestris; Nam Sententia à qua lata fuit 9. Mart. 1711. quadrimestris terminus erat finitus, si computentur ex Stylo Camerali, quo singulis mensibus 30. dies, 7ma Julii 1711.

Supplica pro Processibus exhibita fuit demum 10. Sept. 1713.

Et quanquam Procurator 5. Jul. petierit prorogationem fatalium, tamen ista petitio (1.) non fuit concessa, (2.) nullæ adducuntur causæ sufficientes, (3.) tempus est ita coarctatum, ut biduo post quadrimestris terminus effluxerit.

Ut proinde hæc Appellatio, meo voto, habenda esset pro deserta, & proinde petiti Appellat: Processus denegandi.

Quibus

Quibus rationibus accedit etiam defectus in præstatione solennium appellationis; nam quod Appellantes coram Notario juraverint de calumnia, & cautionem verbalem obtulerint, id quidem Privilegio Leodiensi plane non est consentaneum, quod requirit, ut solennia præstentur coram Episcopo, vel ejus Concilio ordinario, sed parietes Anti-Cameræ Concilii ordinarii, non est ipsum Concilium. Neque Notarius & Testes ejus vice fungi posse, ego unquam crediderim.

In eventum, si hæc causa desertionis non suffecerit, monstrabo alias rationes graviores esse, quare Appellatio locum invenire nequeat, ex ipsis meritis causæ principalis, ubi notandæ sunt sequentes circumstantiæ.

1. Libellum aliquem Gravaminum non fuisse productum; Gravamina vero, in Schedula Appell. [15] expressa, esse admodum obscura, ipsamque Sententiam Scabinorum 23. Maji 1721. quæ per Concilium ordinar. fuit confirmata in Authentica forma & translatione non fuisse exhibitam, translationem Notarii Jossart [14] esse obscurissimam, &, nisi adhibeatur alia per Appellatum producta [32] vix intelligibilem.

2. Sententia Scabinorum confirmata injungit Chefnay & Herve cautionem idoneam de parendo rebus judicandis, quoad transmissionem bonorum Joannæ Nicolas in fratrem, & quoad Bannimentum, 26. Novemb. 1700. decretum, qua cautione præstita dicuntur esse fundati ad petendam sortem *capitalem 293. flor. annui reditus*.

Ita tamen, ut, in casum luitionis, rationes perceptorum tam ex Domo Ferdinandi Gaen, quam ex reditu 521. flor. per religiosas vallis nostræ Dominæ debito reddant.

Injungitur etiam dicto Malaise, ut se declaret, an velit luere Saisiniam & Bannimentum? Sin minus, Chefnay & Herve, præstita cautione, conceditur perceptio reditus, reservato Jacobo Malaise Jure competenti titulo anterioritatis suæ, super bonis Waltheri Counotte.

3. Ante Sententiam confirmatoriam Concilii ordin. 9. Martii 1712. latam Jacobus Malaise declaravit coram Scabinis anno præcedente -- 2. Septemb. se velle, per modum provisionis, luere Saisiniam & Bannimenti prætens. [33] quam etiam realiter perfecit Anno 1712. 20. Novemb. [34] vel [78] ubi vid. Decretum Scabinorum 26. Augusti 1712. latum, vigore cujus obtinuit Saisiniæ Investituram.

Not. In hoc adjuncto tota historia Saisiniæ, sive Bannimenti recensetur, quantum ad Malaise pertinet.

Cum itaque post Appellationem à Chefnay & Herve interpositam ipsi in Judicio priori super eadem causa comparuerint, & Jacobo Malaise in vim paritionis ad Sententiam, à qua appellaverant, responderint, adeoque prioris Judicis Jurisdictionem agnoverint, imo judicialiter declaraverint, quod luitionem Saisiniæ per Malaise impedire nolint, neque etiam à posteriori Decreto 26. Augusti 1712. appellaverint, hinc

A nova elucet ratio Appellationis hujus desertæ. Nam ad omnia ista Procurator in Recessu producto 8. Maji 1713. [36] nihil respondit, putans per Mandatum decretum Sententias omnes pro nullis declaratas esse: Quasi vero Mandata haberent vim Sententiæ, id quod Procuratoribus Cameræ non potest esse ignotum.

Ergo stat Sententia, Appellantes suam Appellationem deseruisse, Gravamina etiam in schedula Appellationis videntur admodum debilia, ut adeo Appellationis istius ratio habenda non sit. Officialis Leod. in sua Sententia provisionali ita debuisset pronunciare in puncto Cautionis, & recte ita pronunciavere Scabini, ne facultates hæreditariæ sine cautione in manus Hervii & Consf. perveniant.

§. 10.

Alterum quod monendum duxi, pertinet ad personam Diodati Chefnay, occasione Recessus Procuratoris Hervii 7. Octob. 1715. ad Protocollum dati. Credidit Procurator, B causam Translactionis valde obstare Henrico Nicolao de Herve, & esse præjudicialem huic causæ Mandati.

Sed quia ista Transactio ad Consortem Chefnay non pertineat, ideo, saltem ratione hujus, petit Sententiam maturari. Dormitavit omnino Procurator, vel Actorum priorum fuit oblitus, vel plane de meritis non informatus. (1) Dixi & ostendi supra, quod causa Transactionis non sit præjudicialis huic causa Mandati, quia ibi agitur de una medietate hæreditatis, conjugum respectu uxoris, hic vero agitur de altera medietate respectu mariti. (2) Quis sit ipse *Chefnay*, & quod causam habeat à Socra sua, *Catharina Mottet vidua Robinet*, ex facti narratione intelleximus, & quomodo idem Chefnay Scenam mutaverit sæpius, mox pro Consorte litis, mox pro extraneo se gerere voluerit. Eandem fabulam & hic ludere videtur *Diodatus Chefnay*. Socrus ejusdem *vidua Robinet* una C cum Hervio Transactionem iniit, & ejus fit mentio in Sententia definitiva 6. Jul. 1714. vid. Acta Mandati Wansoul contra Herve, Adjunctum Supplicæ pro Mandato ulteriori Lit. H. quæ Sententia per Concil. ordinarium fuit confirmata 26. Jan. 1715. ibid. Lit. I. Et tamen dicit Procurator Transactionem nihil pertinere ad Diodatum Chefnay. A quo igitur causam habet? Resp. *à Catharina Mottet, vidua Robinet*. Atqui hæc transegisse dicitur in Sententia. Et *Anna Robinet*, quæ, an sit filia Catharinæ vel neptis, nondum indagare potui, transactionem agnovit 10. Febr. 1710. offerendo paritionem, & exhibendo statum f. Summam perceptorum ab Anno 1701. mense Julio. Vid in jam dictis Actis [7] adde præsentia Acta Mandati [20. 21.] & Acta appell. Herve contra Counotte 26. ubi Rotulus Examinis testium, qui etiam de *vidua Robinet* transigente deposuere, & [31. 32.] ubi agnitio & confessio Consortis *Hervii*, *Annæ Robinet*.

Quæ *Anna Robinet* adhuc in causa appellat. Robinet contra Tossoul dedit Mandatum Procu-

Procuratorium generale & speciale [5].[6.] cujus tantum Copia signata ad hæc Acta Mandati fuit producta [1] nam Originale ad hanc causam nomine Annæ producere non poterit Procurator, quia ista causa per Transactionem agnitam nihil amplius ad eam pertinet, prout in Supplica pro Mandato, & reliqua scripta Replicarum, unice nomine *Diodati Chesnay & Henrici Nicol. de Herve* sint concepta & producta.

Quæ omnia ideo monenda fuerunt, ne forte Recessus iste Procuratoris 7. Oct. 1715. alicui dubii quidquam relinquat.

Sententia publicata 29. Jan. 1717.

IN causa, *Henrici Nicolai de Herve & Consf. contra quoscunque Judices Civitatis & patriæ Leodiensis*, nec non debitores hereditarios quondam Ferdinandi Gaen & Johannæ Nicolas, Conjugum, *Mandati, de non contraveniendo amplius Mandatis & rebus in hoc Imperiali Camera judicatis, cassando Arresta nulliter decreta, nec imposterum, quocunque sub prætextu, sibi ullam in hac causa manutentionis Jurisdictionem arrogando, sed promtam Executionem concedendo, ut & ab Arrestis nulliter decretis, desistendo, iisque non attentis solvendo, sine clausula; tum etiam contra Decanum & Capitulum Huyense*, qua Intervenientes, & assistentes, citatis, inter alios Everhardo Fossoul & Consortibus:

Dicimus & pronunciamus, antedictum Mandatum cassandum esse, prout id hisce cassamus, Actores supra nominatos in expensas hujus Processus, salvo moderamine nostro, condemnantes, Lto N. vero, nec non Advocato Impetrantium, ob injuriosa scripta contra Jacobum Malaise producta, unicuique mulctam unius Marcæ argenti, bursæ pauperum inferendæ, & intra mensis spatium sub pœna dupli, & realis Executionis, ab ipsis exsolvendæ, reservantes. Eidem Lto N. præterea, ut intra jam dictum Terminum explicet, qua ratione patrocinium suum in hac causa Mandati pro Henrico Nicolao de Herve & Conf. contra Concil. Ordinarium Leodiense cum patrocinio antea eidem Concilio Ordinario à se præstito, speciatim in Actis Cameralibus: Herve contra Præsides & Senatores Concil. Ordinarii, de cassando admissas Appellationes, & revocando citationes & inhibitiones, conciliari posse existimet, injungimus.

VOTUM IV.

ad Acta 2dæ Appellationis

HERVE

Contra

COUNOTTE

In puncto Transactionis. Præmittenda facti species ex Historia mea generali cap. 5. §. 3. juncto §. 5.

ACcusatur ab appellata parte desertio, quæ ante omnia est examinanda.

Causa desertionis est negligentia in requirendis, redimendis, & producendis Actis. Docetur hæc negligentia:

1. In Documento producto [10] b.
2. In Documento ulteriori sub [14] [15] ubi dicitur: Quod Hervio fuerit Terminus præfixus 31. Jan. & 27. Apr. Anni proxime præteriti sub præjudicio, in quibus Terminis Hervius nullam fecerit Actorum requisitionem.

Excusare vult Hervius hanc culpam, quod careat sumtibus ad Acta redimenda necessariis, v. Recess. 25. Maji 1716. cum adjuncto [23] sed hæc paupertas non est probata, neque verosimilis, post tot millia ex hereditate Gaeniana percepta. Debuisset Hervius hujus excusationis fidem facere judici à quo, & Acta requirere, quod tamen non fecit.

Quod ait, post lapsum Termini præfixi v. [13] à Judice a quo se consentire, ut Acta redimerentur ex reditibus consignatis in judicio; ad hoc respondet Procurator Appellati, istos reditus non spectare ad Hervium, qui multa millia indebite perceperit. Neque temere hoc ei objici totius causæ, hucusque relatæ, series docuit.

Quo pervenerint pecuniæ tantæque Summæ? Id quidem sciet Hervius.

Ad Advocatos plures remunerandos. Sane non desunt & pecuniæ,

Adeoque, cum in termino, a Judice præfixo, requisitio Actorum ab Appellante facta non fuerit, neque Acta producta, neque excusatio moræ ulla legitime facta, & videatur Hervius in mora & perceptione redituum continuare velle Processibus reproductis jamtum 11. Sept. 1711. Ideo juxta Recessum Imp. noviss. §. 63. *absolutoriam a Citatione vel desertoriam, locum habere existimo.* Accedit alia ratio circa solennium neglectum.

Solen-

Solennia juxta formam Privilegii Leod. præstita fuisse ex Instrum. Appell. [4] non apparet. Nam neque coram Concilio Ordinario actus fuit celebratus, sed coram Notario in Anti-Camera. Neque ab ipso Appellante, sed ab ejus uxore, de cujus potestate, a marito data, non constat, nisi forte ex [14] velis colligere, quod Judex a quo solennia pro legitime præstitis habuerit.

Ergo potissimum ob primam rationem potest pronunciari Appellatio deserta.

Quodsi contra desertionem Domini pronunciandum esse existimaverint, ego paratus sum Votum in causa principali reddere, & A quomodo, non obstante defectu Actorum priorum, causa satis sit instructa, ita ut ob moram Appellantis ad definitivam Sententiam progredi possimus, dilucide ostendere.

Placuit Sententia desertoria, quæ publicata 29. Jan. 1717. in causa &c.

Nota: Die 8. Mart. 1717. Hervius petiit restitui in integrum, contra Sententiam desertoriam.

Anno 1719. 10. Febr. Counottius dicit, se concedere restitutionem, & acceptare quod Hervius Transactionem neget, contra quam etiam ipse Counottius restitutionem in integrum petierit.

VOTUM V.

Post mutatam aliquo modo Processus Scenam.

Repetita Repræsentatio status causæ, ad Acta in causa decisa, Robinet contra Fossoul, Appellationis, nunc *Citationis, Decani & Capituli Huyensis*, contra B *Counotte*, ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis judiciis Leod. ex præfatis bonis a Ferd. Gaen Coountte delatis &c.

Rem non novam esse, quam aggredimur, sed antea in Imperiali Camera tractatam & decisam, neque jam aliud quid agi, quam ut de Executione Sententiæ Cameralis 9. Januar. 1717. latæ: h. e. de Executionis tum Objecto & Subjecto, notissimum puto fore. Verum, ut in memoriam revocentur causæ merita, paucis positionibus rem sum explicaturus.

1. Condiderunt Testamentum commune conjuges *Ferdinandus & Johanna Gaen*, Leodienses, in quo proximiores Cognati respective mariti & uxoris heredes instituti in semisse utriusque conjugis, reservata facultate nominandi aliquem, in Testamento cujusque peculiari 6. Maji 1677. hujus Testamenti verba, naturam & effectus nec non accidentia exposui prolixe, in *Relatione mea definitiva*, ad acta Appellationis *Robinet* contra *Fossoul* cap. 2. §. 1. usque inclusive. C

2. Uxor *Johanna* in peculiari Testamento condito 1. Junii 1677. nominavit heredem suum, in semisse Massæ communis, fratrem *Henricum Nicolas*, Canonicum Huyensem, & defuncta est 1. Junii 1685. vid. dict. cap. 2. §. 6.

3. *Henricus, Canonicus Huyensis*, Testamento suo, quod condidit 26. Jul. Anno 1690. heredes scripsit *Lambertum Mottet*, Canonicum, & *Annam Ludovicum Sprimont*, in quo Testamento relictum Legatum 3. millium florenor. annui reditus, sive mille Imperialium, Ecclesiæ Huyensi, ad pias causas, de quo exigendo jam est quæstio; Interest, ut legatur Testamentum hoc ex Actis fol. 64. vel [53] vid. dict. cap. 2. §. 7. meæ Relationis.

4. *Ferdinandus Gaen* defunctus 12. Sept. 1690. Testamento suo scripsit heredem *Walthernm Counotte*, qui, facta Testamenti judiciali approbatione, hereditatem adiit, totamque Massam occupavit, & tertio die ab obitu Testatoris cum heredibus dicti *Henrici Nicolas* transegit, & liberavit se a petitione hereditatis *Johannæ Gaen*, virtute renunciationis, ab heredibus *Henrici Nicolas* factæ, adeoque omne Jus, quod ex Testamento, tam communi conjugum Gaen, quam peculiari *Johannæ Gaen*, & ejus fratris Henrici, ad dictos heredes pervenire poterat, in ejus persona fuit confusum; Ergo solutionem 2250. floren. reditus annui, unicuique heredum faciendam, simul etiam promittitur indemnitas, captatio animi, h. e. solutio, satisfactio, respectu Legatorum Ecclesiæ Huyensi relictorum, promittit, inquam, disertis verbis *Waltherus Counotte*, animum Decani & Capituli captare, h. e. eis de Legato isto satisfacere, idque sub hypotheca suorum bonorum judicialiter constituta, proinde *Waltherus Counotte* factus est debitor verus & principalis Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, quod bene notandum. Quæ fuerint bona Counottii Hypothecæ subjecta facile patet ex prædictis Testamentis, & Transactione, scilicet tota hereditas conjugum Gaen, tam mariti, quam uxoris, quorum medietatem alteram *Waltherus Counotte*, ex Testamento *Ferdinandi Gaen*, ex jam dicta Transactione conclusa, & judicialiter insinuata 15. Septembr. 1690. acquisierat, (legatur Instrumentum Transactionis, in quo nulla continetur cessio, sed nuda renunciatio erga præstationes) vel, ut verbis Transactionis inhæream, mediantibus præstationibus promissis, ab Actione se liliberaverat, vid. dictæ relat. cap. 3.

5. Tribus post mensibus, nempe 14. Dec. 1690.

1690 lis movetur *Walthero Counotte*, a cognatis quibusdam *Johannæ Nicolas* fœminis, uxoribus *Mottet & Herve*, coram Officiali Leodiensi, quæ, nescientes forte Testamentum peculiare uxoris Gaen, & Henrici ejus fratris, dixerunt, se esse heredes proximiores, virtute Testamenti communis, cujus Originale nunquam fuit productum, sed nuda Copia Copiæ, & quia Waltherus inculpabatur, sine ulla probatione, quod est Tamentum hoc dolo malo lacerasset tumultuario admodum Processu ab Officiali Leodiensi, frustra obnitente Walthero, Sententia illa famosa provisionalis in summariissimo Possessorio fuit lata, in favorem Actorum Mottet & Herve, 14. Januar. 1692. quæ multorum eventuum durissimorum erat fons & origo; id quod in Relatione mea cap. 4. prolixe exposui, & ex Actis probavi. Reformata quidem fuit illa Sententia provisionalis & Possessorii summariissimi, (si credere fas est) per Officialem Coloniensem, 19 Maji 1692. in favorem Appellantium, Lamberti Mottet, & Waltheri Counotte, cui reformatoriæ calculum addidit Nuncius Pontificis, ad quem adversarii appellaverunt, per Sententiam 21. Aug. 1693. sed in Camera Imperiali, memorabili rerum vicissitudine, An. 1695. 25. Octobr. Sententia illa reformatoria Officialis Coloniensis nulla fuit declarata, cum remissione causæ ad Judicem Leodiensem; Cum ergo Officialis Leodiensis pergeret in Executione Sententiæ, datis Terminis brevissimis, tridui, sub pœna capturæ, & sine prævia cautione idonea a triumphantibus in isto possessorio & provisionali judicio, & Waltherus Counotte ad judices Ecclesiasticos in vicinia confugisset, ut quam ocyus a periculo sese liberaret, prona erat adversariis via, contra eum in Curia Imperiali, varia Mandata cassatoria, paritoria, & tandem Banni Imperialis declarationem, obtinendi. Quarum Sententiarum subsidio (in quibus quid monendum fuerit, hic refricare nolo, satis enim dixi in præcedente relatione) Mottet & Herve ingentem vim pecuniarum ex hereditate Gaeniana occuparunt, & dilapidarunt, omnia bona Counottiana sibi prædæ data esse putantes, cum, de Jure ne obolus quidem iis deberetur ex dicta hereditate opulentissima.

6. Non quievit interim Decanus & Capitulum Huyense, (qui, ut Walthero Counotte sese adjungerent, non crediderunt esse necessarium, neque etiam interpellatos fuisse probatur, multo minus ad judicium citatos) contra heredes, a quibus Legatum erat præstandum, agentes, quæ Actio per Transactionem cum Walthero Connotte non erat impedita, vid. Relat. meam Cap. 3. quæst. 3.

Conventus fuit alter ex heredibus Henrici Nicolai, *Lambertus Mottet*, Canonicus, Actione personali, coram Decano S. Pauli, Jullin, Ecclesiastico judice, (huc pertinent Extractus producti [34] [35] [36]) qui eum condemnavit pro medietate, salvo regressu contra Waltherum Counotte, 21. Maji 1694. [37] quæ Sententia a Counottianis est producta. Conventa etiam *Anna Ludovica Sprimont*, altera heres Henrici Nicolai, coram Officiali Leodiensi 30. Maji 1695. vid Acta priora, Rubrica: *Robinet contra Fossoul*, fol. 88. usque 93. & Sententia pure condemnatoria lata, 19 Novembr. 1700. adversus ejus heredes, Fossoul & Consort. qui appellarunt quidem ad Judicem superiorem Ecclesiasticum, sed ab ejus delegato, *Abbate S. Egidii*, reformatoria Sententia secundum quid fuit pronunciata 8. Jun. 1708. dict. Act. fol. 536. (producitur etiam a Counottianis [62]) absolvuntur enim Rei *mediantibus oblationibus factis*, apud Acta, h e. mediante cessione Jurium omnium sibi competentium, ita, ut Decanus & Capitulum directe agere posset ad consequendum Legatum, vid. productum per Counottianos [58] [59] [62] [63] Ex quibus constat, etiam Lambertum Mottet appellasse ad eundem Judicem, & contra ejus heredem, Mariam Mottet, similem Sententiam esse latam.

Quæritur, quænam fuerint illa Jura cessa? Respondetur, generaliter omnia, quæ ex Transactione cum Walthero Counotte Anno 1690. & Saisinia capta, contra eum An. 1705. dict. Act. fol. 2. & [65] resultabant, quæ cessio 10. April 1713. fuit per solenne Instrumentum ad effectum perducta, vid. Acta Cameral. Mandati, Herve contra quoscunque judices Leod. [40] & in præsentibus Actis [70] Quod si in hoc Instrumento cessionis aliqua minis largiter sunt expressa, quæ videntur non consistere posse cum abdicatione Juris hereditarii, facta in Transactione 1690. sciendum est, jam non quæri de isto Jure hereditario, sed de Jure reali hypothecæ, frustra igitur objicitur a Counottio cessa fuisse Jura Capitulo, quæ cedentes amplius non habuissent, v. Expos. [46] p. 30.

Hujus cessionis vi Capitulum Huyense litem in Actis præcedentibus tam appellatoriis, quam Mandati, sustinuit, & per Sententiam Cameralem 29. Jan. 1717. victoriam reportavit contra Hervium & Consort. legatur Sent. Camer.

7. Ad intellectum verum Sententiæ hujus notanda sunt tria:
1. Quid fuerit in Actione?
2. Quid in Exceptione?
3. Quid in Decisione?

Ex his enim facilis erit dijudicatio præsentis controversiæ, & tenebricosarum nubium, quas Counottanianus defensor obmovere studuit, dissipatio.

1 In Actione fuit quæstio hæc, quinam in perceptione bonorum *Waltheri Counotte*, sive receptione censuum, essent præferendi, *Fossoul & Consortes*, sive nunc Decanus & Capitulum Huyense, vel *Robinet & Consortes*, vid. Acta

Acta priora fol. 1. Fundamentum agendi erat Transactio cum Walthero Counotte de Anno A 1690. cum Hypotheca judiciali, vid. supra §. 4. & dicta Acta priora fol. 3. in cujus consequentiam Saisinia capta An. 1705.

Saisinia autem confert dominium reale, revocabile tamen per luitionem, h. e. solutionem, Mean. Observ. 136. n. 1. sequ. Syllogismus erat talis, & concludens.

Decanus & Capitulum Huyense (licet enim hos nominare loco Fossoul & Consort. quia subrogati sunt in horum locum per Transactionem 1713. [70]) habent hypothecam judicialem in bonis Waltheri Counotte pro indemnitate, respectu Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, consequenda:

Robinet & Herve dicunt se possessores bonorum Waltheri Counotte quorumcunque, & liti sese offerunt.

Ergo Capitulo Huyensi debetur præferentia, erat enim fundatissima Actio contra eos, qui se pro possessoribus bonorum Counottianorum B gerebant, v. Meani Obs. 140.

2. In Exceptione proponebantur varia quidem, sed lapis fundamentalis, super quo tota machina Exceptionum in prima & secunda Instantia erat exstructa, erat hic, quod Testamentum Johannæ Nicolas, uxoris Ferdinandi, factum esset caducum, ideo, quia heres scriptus, Henricus, ante maritum Ferdinandum esset defunctus. Huic fundamento reliqua omnia nitebantur.

Fumum fuisse venditum Walthero Counotte in Transactione, An. 1690. adeoque legatum non debitum, declaratos fuisse Robinet & Herve, per Sententiam Officialis Leod. & Cameralem nullitatis declaratoriam, & immissos; Proinde non percepisse Waltherum Counotte hereditatem Johannæ Nicolai: Ergo etiam ad Legatum præstandum non fuisse obstrictum.

Absolutos etiam heredes Henrici Nicolas a præstatione Legati, per Sententias Judicis C Ecclesiastici Abbatis S. Ægidii.

Has Exceptiones, cum aliis levioris momenti, in Actis fuisse prolatas, docent & Acta ipsa, & mea Relatio.

3. Decidenda igitur erat quæstio primaria de caducitate Testamenti Johannæ Nicolai, quæ, meo & Dominorum votis, negative fuit decisa, unde fluit altera quæstio, affirmative decisa, quod Ecclesiæ Huyensis intentio, pro consequendo legato, esset fundata. Proinde stare Transactionem eum Walthero Counotte, cum Hypotheca virtute cujus Ecclesiæ Huyensi deberetur præferentia, nisi a Robinet & Consortibus Guarantia, sive realis præstatio, Legati intra triduum præstaretur, hic enim est verus sensus Sententiæ Judicis inferioris utriusque Instantiæ fol. Act. [485] & [633.] in Camera confirmatæ 29. Jan. 1717.

Nisi enim præsupponeretur Thesis, quod Testamentum Joannæ Nicolai caducum non esset, non poterat consistere ullo modo Legatum Henrici Nicolas, nec Hypotheca pro Legato constituta per Waltherum Counotte, adeoque nec præferentia, & esset Sententia Cameralis sibimet contradictoria; Sed aliter se rem habere, & omnes istas quæstiones fundamentales juridice deductas a me fuisse, meminerunt Domini. Neque potest aliud per rei naturam jam supponi, aut disquisitioni novæ sudjici, quia alias Sententia foret inutilis & elusoria.

8. Cum itaque per Sententiam Cameralem decisum fuit, Legatum ad pias causas in Testamento Henrici Nicolai Ecclesiæ Huyensi deberi, & fundatam esse, ad id consequendum, intentionem, non necesse habebant Decanus & Capitulum, ut Executionem Sententiæ ab Hervio & Consortibus peterent, & expectarent, sed poterant adire debitorem ipsum, Waltherum Counotte, sive ejus heredes.

Nam Hervius & Consortes conventi fuerunt tantum Actione hypothecaria, qua possessores prætensi, litique sese offerentes. Et hactenus erant contradictores legitimi, quia autoritate Officialis Leodiensis adepti sunt possessionem qualemcunque, bene vel male, hic non refert.

Observatione digna est circumstantia temporis Anni scil. 1705. quo cœpta Actio contra istos possessores. Tunc Counottius, pater, vivebat exul, neque, Justitii Cameralis tempore, auxilium habebat ullum, declaratus in Bannum, an aliquid bonorum ei esset reliquum, nemo sciebat, ergo contra eos Actio dirigebatur, qui, ne obolum ei superesse, dicebant. Cessante vero possessione, & deficiente effectu Sententiæ, contra possessorem hypothecæ latæ, vel quod dilapidaverit, vel quod alio modo sit impeditus, revolvitur merito Executio contra debitorem ipsum, qui est Waltherus Counotte; Licitum enim omnino creditori variare, persequendo debitum & Executionem judicati, petendo jam contra debitorem, mox contra possessorem, & rursus contra debitorem. vid. Fromman. Disp. de jure variandi, cap. 3. membr. 7. pag. 111. 112. 113. *Coler de P. E. L. 1. cap. 8. n. 439.* Nam omnia bona Counottiana sunt Hypothecæ subjecta, per Transactionem 1690. judicialiter realisatam, ubicunque ergo hæc bona inveniantur locus erit Executioni. Etsi juxta communem JCtorum Sententiam Executio Sententiæ, sine novo Processu, demandatur contra possessorem tertium, v. g. si Capitulum Huyense egisset contra Counottium ab initio, & triumphasset, Executio poterat fieri contra Hervianos, vid. *Fromman. dicta disput. n. 455.* multo magis Executio fiet, contra debitorem ipsum, qui est *Counotte.* Sententia Cameralis 29. Jan. 1717. adjudicavit Ecclesiæ Huyensi præferentiam, h. e. præstationem Legati ab Hervio & Consort. non qua debitoribus personalibus, sed qua possessoribus bonorum Counottianorum

Ggg gg 3

rum. Deficiente Executione contra istos, A quia bona sunt dilapidata, nulla potest dari ratio valida, quare Executio fieri non debeat contra debitorem ipsum, qui Legati præstationem efficacissime sine ulla conditione judicialiter transigendo, sub Hypotheca bonorum in se susceperat, neque enim ulla opponi potest Exceptio, non adimpletæ conditionis, quam promiserint heredes Henrici Nicolas erga Counottium; renunciaverunt actu ipso, sine ulla promissione alia. Objectum Executionis sunt Summæ apud diversos judices a debitoribus hereditariis consignatæ, de his ipsis litigatum fuit in utroque Fasciculo Actorum Cameral. Appellationis, super præferentia,& Guarandia,& Mandati ab Hervio impetrati, inter alios etiam contra Capitulum Huyense. In utroque Processu victoriam obtinuit Capitulum. Ergo fiat Executio in istas pecunias consignatas, quarum dominium & possessionem civilem, si saltem sibi adscribit Counotte, tunc valebit utique Sententia contra ipsum, quia adjudicata fuit Capitulo Huyensi præferentia in perceptione censuum, ex istis Summis consignatis, B aliud non aderat Objectum Judici notum. Ergo in Actione reali victori danda est Executio in bona, ubicunque locorum sint sita, nisi alius ostendat Jus potius, quod hic factum non est.

9. Non male igitur petiisse Capitulum Huyense in Supplica prima exhibita 30. Jul. 1717. Mandatum executivum contra quoscunque Judices Leodienses, ad Legatum ex bonis Waltheri Counotte consequendum ego existimavi.

Placuit tamen inclyto Senatui litteras pro informatione, quid coram ipsis de novo actum sit, expetere, per Decretum 12. Oct. 1717. Non paruisse huic Decreto Scabinos Leodienses, est in propatulo, haud dubie impeditos, per Advocatum Counottii, qui etiam in Exceptionibus suis [96] Scabinos excusare annititur; Voluit autem ante omnia sibi communicari Supplicam Capituli, cum Adjunctis, ut ex sua responsione magis informatum Judicium Scabinorum, litteras informatorias ad Cameram transmitteret, huc C enim tendit Supplica ad Scabinos directa, [99] & Expositio, & Supplica ad Cameram exhibita, & ad Acta binis Exemplis producta [49] sive [98.]

Ipsi Scabini sese excusare volunt in litteris 23. Febr. 1718. datis post decretam jam dum citationem, de qua jam sum dicturus. Scilicet instante Procuratore Capituli pro Mandato de exequendo Sententiam Cameralem, contra Counottianos, per Supplicam exhibitam 8. Jan. 1718. visum fuit hoc petitum Senatui præmaturum, quia Counottiani personaliter nominati, auditi non essent, unde per Decretum 13. Jan. 1718. via citationis Procuratori fuit monstrata, addita tamen clausula inhæsiva præcedentis Sententiæ Cameralis, cujus clausulæ alias usus & sensus esse nequit, quam quod firma sit Decisio de Legato præstando Capitulo ex bonis Counottianis Hypothecæ subjectis; Nam Herve & Consortes, quod iterum iterumque monendum, non erant personaliter obligati ad Legatum præstandum, sive Guarandiam ob Legatum, sed qua prætensi possessores bonorum Counottianorum: Ergo ex bonis Counottianis Hypothecæ subjectis deberi Legatum, decisum fuit. Cum igitur ambages aliquæ citationis præviæ contra Counottianos placuerint, ad superfluam justitiæ mensuram decretæ fuerunt citationes duæ, ad Supplicas exhib. 15. & 17. Jan. [28] [30] una contra *Counottianos*, altera contra *Malaisium*, qui prælationi Capituli, tanquam creditor sese opponere voluit, addita consulto abbreviatione Termini legalis consueti, ad unum saltem mensem, eo fine, ut in causa hac, ubi tantum de Executione judicati agitur, & cumprimis ad pios usus relicti, post tot tantasque circumductiones, ab Anno 1690. a quo tempore dies Legati venerat, usque huc factas, moræ ulteriores & subterfugia amputarentur, & Ecclesia Huyensis tandem Legato pietatis causa relicto, frueretur. Utriusque Supplicæ [28] & [30] fundamentum, & medium concludendi est Testamentorum *Johannæ Nicolai*, & fratris *Henrici* utilitas, per consequens Legati & Transactionis utriusque, tum Counottianæ, Ao. 1690. tum Capitularis Huyensis cum heredibus An. Lud. Sprimont Ao. 1713. firmitas, & res in tribus Instantiis successive conformiter judicatis in Scabinatu Leodiensi 9. Dec. 1707. a Consilio ordinario, fol. Act. 485. 8. Febr. 1709. fol. 633. in Camera Imperiali 9. Jan. 1717.

Citatio utraque est ad videndum fieri Executionem Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas, in diversis judiciis Leodiensibus, ex præfatis bonis hereditariis, a Ferdinando Gaen, Counotte delatis, vel allegandum causas, quare id fieri non debeat; Originales Processus sunt reproducti 7. Mart. 1718. [27] [29.]

Ut constet, quid sibi velit petitum ad pecunias consignatas directum, breviter revoco in memoriam, quod Debitores hereditarii Ferdinandi Gaen, ad sistendum cursum pensionum pecunias Capitales deposuerint, sive consignaverint in diversis judiciis. Has Summas sibi attribuere voluit Herve cum Consf. sed excidit Voto per Sententiam cassatoriam Mandati, 9. Jan. 1701. publicatam. Jam easdem Summas sibi esse solvendas, tanquam ad hereditatem Ferdinandi Gaen pertinentes, Advocatus Counottianorum prætendit. Easdem Summas ergo ex re judicata in Actione reali Jure postulat Capitulum, Legati nomine sibi tradi.

Puto autem, intentionem hanc dilemmate invincibili esse probatam; Aut enim pertinent hæ pecuniæ ad bona Counottiana, aut non pertinent: Si hoc, non habent Counottiani causam sese opponendi, qui tamen liti sese offerunt, vid. Except. [33] vel [104] sunt enim bina Exempla ejusdem Tenoris fol. 6. ubi expressis verbis suscipitur lis, ad indemnitatem

tatem Fossoul & Consort, sive jam Capituli Huyensis.

Si vero pertinent, prout contendit pars Counottiana, nihil potest impedire solutionem Legati ex iis pecuniis, quia omnia bona Counottiana sunt Hypothecæ obligata; & hæc Hypotheca, & Jus ad Legatum consequendum, per tres conformes Sententias roborata.

10. Quanquam vero hæc, quæ dixi, sufficere possent ad decernendam Executionem, juxta petitum Supplicæ. Ne tamen perfunctorie egisse videar, placet Argumenta, quibus petitionem Legati *conclusisse* se existimat, uti loquitur, in [49] pag. 29. ad trutinam deducere.

Quæstio præliminaris:

An ad Sententiam sit progrediendum non expectata conclusione Counottiana?

Respondeo affirmando.

1. Quia Terminus legalis præfixus ad duplicandum, sine petita in hunc usque diem dilatione, est præterlapsus, Terminus legalis per Decretum abbreviatus est unius mensis, Replicæ productæ 27. April. 1718. 30. Maji accusatur contumacia.

2. Quia Counottiana pars jam tum duo vel tria Scripta in hac causa produxerunt, quæ in Actis binis Exemplis comparent, [33] [49] [98] [104] & porro contra Mandatum cassatorium, [96] in quibus Exceptio in causa principali tractatur.

3. Quia nihil nisi protelationes hucusque quæsitæ, quod satis docet productorum inutilium farrago.

4. Quia non frustra Senatus Terminum legalem coarctavit, scil. ut in causa Legati ad pias causas promtior justitia administraretur; Tandem,

5. Quia non versamur in Quæstionibus facti, sed juris, Curia vero de jure est informata, circa factum ulterius nihil offerri potest. Ergo causa pro conclusa est acceptanda.

Sunt autem Scripta, ab ejus parte producta, sequentia [33] Exceptiones cum Adjunctis usque num. [43.] Deinde scriptum Exposit. [49] quod extrajudicialiter antea fuit exhibitum, & in Senatu relatum, hic vero repetitur, quia Exceptiones [133] ad hoc scriptum subinde provocant; habent adjuncta plurima, usque ad num. [83] omnia inutilia, & dudum in Actis producta, atque, ut moles Actorum excresceret repetita, quo fine credo, ipsa hæc scripta binis Exemplis esse producta, nam [33] & [104] sunt eadem in suo Tenore, rursusque eadem [49] & [98.] Credidit Advocatus, vel Acta præcedentia hic loci ignorari, ut idcirco eadem plane adjuncta accumulet, vel voluit Referentem circumvenire multis involucris, quæ tamen ei, qui Acta mente tenet, nihil plane officiunt. Ante omnia vocatur in dubium Imperialis Cameræ Jurisdictio in hac causa citationis, quasi tenderet in præjudicium primæ Instantiæ, qua frui deberent Counottiani. Huc enim tendunt verba Exceptionum [33] fol. 1. & f. 7. 8. adde Exposit. 49. pag. 44. Cum etiam Mandatum cassatorium contra Scabinos esset decretum & reprod. [85] in Exceptionibus [96] eadem repetuntur fol. 6. Fundamentum hujus Exceptionis consistit in eo, quod Counottiani voluerint demonstrare, in judicio Scabinali Leodiensi, per Articulos probatoriales [71] vel [99] (utrumque est ejusdem tenoris) Saisiniæ captæ Anno 1705. collusionem, h. e. quod confidentialiter, suasu Waltheri Counotte, fuerit capta, non in damnum Waltheri, sed in ejus commodum, ad arcendos Adversarios Hervium, & Consortes, proinde non deberet trahi ad effectum Legati, ex ejus bonis præstandi. Ad quos Articulos responsio esset injuncta Capitulo Huyensi per Decreta Scabinorum

23. Septembr. 1701. [12]
18. Octobr. 1717. [73]
3. Decembr. 1717. [82]

Ergo hæc Quæstio esset præjudicialis, in prima Instantia instituenda, & decidenda, vid. Expos. [49] pag. 28. 29. 44. & Except. contra Mandat. Cassat. [96] fol. 4. fol. 6. ubi petitum.

Verum facilis est Responsio:

1. Articuli isti probatoriales, producti in Judicio Leodiensi fuerunt dudum post Sententiam Cameralem latam, 9. Jan. 1717. nimirum 15. Sept. ejusdem Anni vid. Exposit. [49] p. 44. scilicet cum subodoraretur Counotte, vel ejus Advocatus, effectum Sententiæ istius tandem incumbere sibi, voluit ista via nubeculam Executioni objicere, ut Judici Camerali difficultates multæ objicerentur, ne Sententia Executioni mandari possit. Cum vero Camera Imperialis prospicere debeat, ne Sententia sit inutilis, utique ad Cameræ Jurisdictionem spectat Executio & cognitio *de Objecto exequendo, de hoc enim solo agitur in præsentiarum, quod bene notandum*: Citationem placuit præmittere contra Counottium, quia is videbatur resistere, ne contra inauditum aliquid decerneretur.

Reproductio autem fieri debuit ad Acta hæc, in qua Sententia definitiva fuit lata. vid. Decreta Extrajud. [28] Saisiniam habet Capitulum in omnibus bonis Counottianis, h. e. Dominium reale, ergo potest designare, objectum exequendum, ubicunque reperietur. Ergo non ad judicem inferiorem spectat cognitio de Objecto exequendo, ut potius omnia, quæ in judicio inferiori in præjudicium Sententiæ Cameralis acta fuere ad impediendam Executionem, sint nullius momenti.

Quem

Quem in finem etiam decretum fuit & reproductum Mandatum cassatorium, [85] de quo paulo post dicemus. Et Magistri Scabini Leodienses videntur agnovisse suorum Decretorum interlocutoriorum infirmitatem, voluerunt enim mutare, quod patet ex Citatione de 7. Dec. 1707. adjuncta expositioni Counottianæ sub num. [53] junge Expos. [46] pag. 44.

2. Axioma est Juris notissimum, quod Judex non expectare debeat probationem eorum, quæ, licet probata fuerint, tamen nihil relevant. Atqui omnes Articuli illi probatorii [71] vel [99] ejus sunt generis, ut, licet daretur probatos esse vel confessos, tamen nihil impedirent Executionem in bona Counottiana Hypothecæ & Saisiniæ subjecta.

Paucis hoc est demonstrandum. Totus scripti probatorii contextus eo tendit, ut demonstretur, Transactionem Capituli Huyensis cum Fossoul & Consort. de Anno 1713. [70] vid. supr. §. 6. esse inutilem,

Examen Articulorum probat: [71] [99]	*Articuli:*
1. Conclusio est inepta: Transactio est facta parendo Sententiæ, ergo est inutilis!	1. Quia facta esset ad satisfaciendum Sententiæ, coram Judice Ecclesiastico latæ. Sententia hæc est in Act. prior. fol. 536. vel [62] in verbis, mediantibus oblationibus Factis in Actis.
2. Posito, ita esse, ideo non est inutilis, nam poterat Debitor plus cedere Creditori ad consequendum Legatum, quam antea in Judicio obtulerat.	2. Quia Transactio plus contineret, quam oblatio in Judicio facta.
3. Sit ita, quid inde?	3. Oblatum fuisse in Judicio simplicem cessionem jurium competentium contra Counotte, ut Capitulum possit exigere Legatum.
4. Mira illatio! Quasi vero Debitor non posset plus cedere, quam obtulit antea. Deinde negatur, hæc Jura non fuisse oblata, nam generalis tantum oblatio specifice fuit explicata, & opus erat specifica explicatione, ad evitandam ulteriorem litem. Appellaverat enim Capitulum Huyense, ab ista Sententia Abbatis S. Egidii ad Curiam Romanam, vid. Actum Appellat. in Actis prior. f. 558. unde ad sopiendam litem Transactio illa [70] Anno 1713. fuit extensius concepta, & in Sententia Camerali 9. Jan. 1717. approbata: Utile per inutile non vitiari, est Axioma Juris notissimum.	4. Sed in Transactione cedi Jus proximitatis & Saisiniæ, de quibus in Judicio Ecclesiastico speciatim, nulla facta est mentio.
5. Qualia vero sunt Jura in litem deducta? Utique per Transactionem lis fuit sopita.	5. Supervenisse itaque in cessione hac acquisitionem jurium antea contestatorum.
6. Si cum Counotte confidentialiter fuit capta, verisimile est sane id factum ad effectum consequendi Legati; Ergo non sequitur, esse inutilem. Deinde non Saisinia sola nituntur Decanus & Capitulum Huyense, sed principaliter Jure reali hypothecario, ex Transactione 1690. quæsito, cui sane nunquam fuit renunciatum.	6. Saisiniam fuisse illicitam, quia cœpta fuerit per simulationem, & intelligentiam cum Walthero Counotte. NB. Variant Counottiani in personis; mox dicunt, collusionem esse factam cum Uxore Waltheri Counotte, uti hic, & mox cum ipso Walthero, vid. Exposit. [49] p. 19. 27. & p. 43. alibi dicitur cum Hervio & Consort. Except. [33] f. 7.
7. A quo? An a Counottio? Quod est impossibile: An a Hervio & Consort. hoc est verum, sed hi in tribus Instantiis fuerunt victi; Quorum Argumenta jam amplectitur Wansoul, ut scil. liberetur a præstatione Legati, sed frustra; quia Actione reali actum fuit, contra bona Waltheri Counotte & victoriam obtinuit Capitulum Huyense. Porro, quod de venditione dicitur, repugnat Tenori Documenti; Nullam in eo	7. Transactionem scilicet Waltheri Counotte cum heredibus Henrici Nicolai contestatam fuisse, ex eo, quod tantum fumus fuerit venditus.

eo continetur venditio, sed nuda renunciatio erga præstationes. Falsum est quod versemur in casu hereditatis, vel Actionis venditæ. Nuda est renunciatio hereditatis, in favorem Counottii qui totam Massam possidebat Ao. 1690. & in ipsum erga præstationes utriusque hereditatis Jura fuere confusa.

8. Anna Ludovica Sprimont nunquam fuit in lite cum Hervio & Consort. nec poterat esse, quia juri hereditario renunciaverat in favorem Waltheri Counotte, neque in lite coram Officiali de Jure proximitatis dictæ Sprimont aliquid actum fuit testibus Actis, in Actis vero præferentia sub Rubrica: Robinet contra Fossoul, deductum fuit & probatum quod posita etiam Johannæ Nicolai caducitate, nihilominus Anna Ludovica Sprimont, tanquam in æquali gradu constituta, æquale Jus habuerit Successionis cum Mottet & Herve, Schema Genealogicum in Relatione mea productum, satis id monstravit. Sed neque discussa fuit unquam coram Officiali Quæstio, de validitate Testamenti Henrici Nicolas, sed omnia tumultuarie, i. e. Phrasi Domini Officialis, vel quisquis fuit Jurisperitus Auctor istius Sententiæ, provisionaliter & summariissime acta. Tandem quid ad Capitulum hæc controversia, inter Waltherum Counotte & Hervianos? Hi Herviani scil. per provisionem, sine cautione hereditatem Johannæ Nicolai Uxoris Ferdinandi Gaen, sibi attribuerunt, & insuper bona Counottiana, sine ulla juris umbra: Capitulum vero petit Legatum, non ex bonis uxoris Gaen, sed ex bonis Counottianis vi Hypothecæ, in Transactione 1690. judicialiter constitutæ.

8. Contestatum fuisse Jus proximitatis Annæ Ludov. Sprimont & validitatem Testamenti Henrici Nicolai coram Officiali per Herve & Consortes.

9. Falsum est hoc aperte, nam coram Judice Ecclesiastico, Abbate S. Egidii, lis erat finita & per Transactionem sopita; Lis vero coram Officiali etiam finita, neque ad Capitulum hæc lis pertinebat, ut dictum Nota præcedente.

9. In præjudicium omnium istarum litis pendentiarum & Exceptionum Transactionem esse factam.

Ad 10. & seqq. Posito ita esse, an ideo inutilis foret Transactio? Minime gentium, neque quidquam impedit protestatio viduæ Fossoul, dictæ Johannæ Villegiæ, cujus fit mentio Articulo 13. & ipsa protestatio producitur [100] Præterquam enim quod ista protestatio suasu Domini de Wansoul sit facta, quod satis apparet ex contextu & tempore, & insignem præ se ferat ingratitudinem, cum e carcere fuit liberata per Huyenses, nihil plane obest hæc protestatio Transactioni. Nam fatetur hæc vidua & confirmat, Transactionem eum in finem, ut Capitulum posset consequi Legatum, si esset justificatum esse initam. De cetero sibi esse præjudicialem, quia adimat facultatem Legatum impugnandi. Cui vero? Haud dubie Counottianis; nam post Transactionem ipsa erat libera ab omni Actione pro Legato. Facta hæc protestatio fuit Ao. 1717. 27. Febr. post Sententiam Cameralem publicatam, & Transactio cum Capitulo erat facta Ao. 1713. 10. April. mira igitur protestatio post Annos 4. præterlapsos! Sane revera collusoria & affectata pro jure tertii, qualicunque modo salvando, cum nihil perdiderit ista vidua, nullumque habuerit præjudicium, & posito adesse aliquid præjudicii, an protestatio, post quadriennium facta, Transactionem tollet? Eadem est ratio protestationis Ferdinandi Fossoul, quæ producta est [101] de die 28. Decembr. Ao. 1717. Et insuper revocavit Ferdinandus Fossoul suam protestationem Anno currente, juxta Documentum exhibitum in Lectoria, quæ etiam, uti præcedens, nullius plane momenti. Atque ita vidimus collusionem ad Saisiniam impetrandam, neque probatam esse neque ullam istis Articulis inesse vim, ut sub specie probationis, causa ad inferiorem Judicem esse remittenda, ut potius ex istis omnibus Exceptionibus, technis, conclavationibus, utor voce Advocati Counottiani, repetitionibus & adjunctorum studiosa, sed inutili multiplicatione, verum esse Judicem, quod ait Procurator Capituli in Replica [91] circa finem, & offert probationem: Professum esse palam Patronum quendam Counottii, quod Executionem Sententiarum Cameralium per XXX. Annos esset remoraturus, & notabilem potius Summam hilari animo in lites expositurus, quam ut Capitulum Huyense vel obolo Legati nomine frueretur. Proinde huic proterviæ ob exponendus erit nubeculæ dissipandæ, Jurisdictio Cameræ, & auctoritas judicati tuenda; verbo: Exceptio fori declinatoria rejicienda, cum Judicis Cameralis utique sit, decernere de Objecto exequendo, de quo solo, quod iterum iterumque moneo, jam agitur.

10. Usque 17. qui est ultimus Articulus, dicitur quod Capitulum Huyense pro conclusione & ratihabitione istius Transactionis aliquas pecunias erogaverint.

§. II.

Exceptionibus fori declinatoriis adjunguntur etiam peremtoriæ, adcumulando multa Adjuncta, quæ in Actis dudum comparuere. Adjuncta ad Except. [33] a num. [34] usque [43] sunt etiam partim in Actis præcedentibus producta, vel plane impertinentia: Nam ex Adjunctis ad Scriptum [49] quod est in ordine exhibitionis primum, in ordine productionis vero ad Acta secundum, Numeri [50] [51] pertinent ad requisitionem litterarum pro informatione; Num. [52] usque [70] sunt Testamenta, Transactiones, Sententiæ & Extractus ex Actis præcedentibus, quæ dudum nobis constiterunt; [71] [72] [73] pertinent ad Articulos probatoriales, de quibus præcedente §. fusius dixi; Num. [74] [75] [76] [77] dudum in Actis antiquioribus Cameralibus comparuerunt, & a me in Historia facti fuere recensita; Cap. 4. §. 16. Num. [78] est Copia *Decreti Cameralis*, *de dato* 3. *Martii* 1698. in quo Walthero Counotte denegatur restitutio in integrum, & Quæstio de revocatione Testamenti conjugum Gaen, ad petitorium remittitur. Hoc Decretum antea in antiquioribus Actis, nullibi comparuit, neque ullibi ejus mentionem factam vidi aut legi. De ratione & justitia hujus Decreti tacere volo sufficiet dixisse, quod nihil faciat, contra Capitulum, ad impediendam Executionem in pecunias consignatas: Id quidem præ se fert Decretum, quod olim jam tum de revocatione Testamenti Quæstio inciderit, sed probatio non sufficiens fuerit habita. Num. [79] [80] [81] sunt Testimonia illa, quibus revocationem Testamenti communis factam esse a conjugibus Gaen probari posse credunt Counottiani. Et si vera esset revocatio probataque, hæc sane foret Exceptio peremtoria, igitur quid insit huic Exceptioni, cui maxime confidere videntur Counottiani, in Exceptionibus dispiciendum erit. vid. [49] pag. 34. 35. & Except. [33] fol. 1. Reliqua omnia nullius sunt pretii & dudum in Actis ab Hervianis opposita, per Sententiam rejecta.

In Testamento communi 6. Maji 1677. Act. prior. fol. 43. dicitur, circa finem, quod Conjuges reservent sibi mutandi facultatem & annullandi, conjunctim tamen, non separatim.

Testamentum Uxoris conditum est 1. Jun. 1677. Act. prior. fol. 63. Si ergo revocatio Uxoris esset probata, per testes præsentes, uti oportebat (vid. L. 27. C. de Testam. ibi Brunnemann.) nuda voluntate Testamentum non adhibitis testibus non infirmatur. *Finckelthaus Obs.* 93. *in resol. dub. n.* 15. Neque adjuvatur præsumtio factæ mutationis ex eo, quod Originale Testamentum non fuerit inventum: Nam contraria & fortior est præsumtio, mansisse apud maritum, qui illud sine interventu Uxoris, post ejus mortem incidit; Tunc aliquid valitura esset Exceptio: Sed hic producitur tantum revocatio mariti, de Uxoris revocatione nihil probatur; nam

A Testimonium Catharinæ Gathy [79] est de auditu, & est testis suspecta, quæ in Testamento Ferdinandi Gaen dicitur ejus Proneptis, & accepit Legatum 1000. flor. Neque sufficit dixisse Uxorem Ferdinandi Gaen, quod nollet valere Testamentum, vid. *Finckethaus* dicto loco. Licet vero Ferdinandus Gaen sua manu scripserit, quod Testamentum commune revocatum fuerit, 24. Maji 1680. tamen de sua revocatione tantum loquitur, Uxoris vero revocatio ex Scriptura mariti minime probatur, & suspectam esse hanc Scripturam, colligitur ex tempore, quod refertur 24. Mart. 1680. Et tamen mentionem facit, quod Uxor paucis ante mortem diebus, revocationem fratri suo Henrico declaraverit, Uxor autem mortua est 1. Jun. 1685. Ergo Ferdinand Gaen Scripturam hanc confecit, non Ao. 1680. sed post mortem Uxoris: Ergo maritus testatur de revocatione facta, contra Tenorem Testamenti communis inutiliter.

Sed alia nascitur hic Quæstio. Cum de
B mariti revocatione constet probabiliter saltem, an non ipsi licuerit Testamentum commune etiam inscia Uxore, post ejus mortem revocare? Respondetur quod non, quia omnes JCti, qui de revocatione Testamenti scripserunt, præsupponunt revocationem factam à conjuge prædefuncto, *vid. Pek. de Testam. Conjug. C.* 44., *A. Faber* 6. *Cod. tit.* 5. *def.* 18. *Brunnemann* 2. *Decis.* 24. & 4. *Dec.* 27. Minime vero permissum est, conjugi superstiti, ut Testamentum commune, quod per mortem defuncti fuit convalidatum, in suum commodum & in præjudicium heredum, quibus ipso Jure acquiritur possessio, possit revocare: Hoc enim foret paradoxon insigne in Jurisprudentia, & Juri statutario Leodiensi quoque contrarium, vid. *Mean. Observ.* 35. *n.* 31. & *Observ.* 82. *n.* 1. *Observ.* 83. *n.* 1. *seq.* Facit huc, quod Uxor peculiare condiderit Testamentum, de ejus revocatione tamen nihil dicitur, neque probatur; Facit porro, quod ipse Counottius fatetur, maritum Gaen, fuisse tantum usufructuarium bonorum Uxoris, h. e. dimidiæ hereditatis, vid. Expos. [49] pag. 40. Ergo Uxor,
C dominii Jure potuit transferre proprietatem in fratrem, consolidandam cum usufructu, post mortem mariti.

Ergo acquisivit Henricus frater proprietatem a morte sororis, quæ contigit 1. Jun. 1685. & porro utiliter est testatus frater, 26. Julii 1690. heredibus scriptis Lamberto Mottet & Annæ Ludov. Sprimont. Ergo inepte tanquam Exceptio peremtoria urgetur caducitas Testamenti Uxorii, quam Lyram decantarunt Herviani, sed per Sententias in Causa præferentiæ latas repulsi. Hoc equidem conficitur, ex hisce Testimoniis, quod ego ex Actis antiquioribus dudum fui suspicatus, vid. Narrat. Facti cap. 3. §. 2. num. 4. Ferdinandum Gaen Originale Testamenti communis dilacerasse, ut proinde injuria summa facta sit Walthero Counotte, quod ex sola Copia Copiæ, ejus Adversarii in possessione, ex Statuto, *le mort saisit le vif*,

le vif, fuerint per Officialem manutenti, provisionaliter summariissime, imo tumultuarie. A

Sed tamen marito non licuit revocare sine consensu Uxoris, multo minus ea defuncta. Ergo cadit ista Exceptio peremtoria, quia revocatio Testamenti communis conjugum, ab Uxore facta, non est probata, multo minus revocatio Testamenti Uxoris peculiaris.

§. 12.

Reliquæ Exceptiones, quas peremtorias vocat Advocatus Counottii, facili ictu prosternuntur.

Articul. 1.

Testamentum Uxoris caducum non esse factum, dudum ad nauseam fuit demonstratum, & decisum, quod tamen semper recoquit Advocatus [49] pag. 40. 41. Except. [33] fol. 2. 5. Falsum enim est, quod in Camera caducitas ista unquam fuerit declarata, quod ait, nisi caducitas præsupposita fuerit, non potuisse possessionem aliquam adjudicari, Hervio & Consort. Respond. hoc pertinere ad vitia istius Processus provisionalis, & summariissimi, coram Officiali. Sed neque hic caducitas fuit declarata, ut erroneæ sibi imaginantur Counottiani, rationes decidendi Sententiæ nullitatis Declaratoriæ Cameralis. Sententiarum interpretatio fieri debet ex rationibus decidendi, non ex imaginatione Advocatorum, ex rationibus decidendi, inquam totius Senatus. Eas autem manu pristini Domini Referentis, dudum defuncti annotatas habemus & videmus. B

Articul. 2.

Contraham in summam Exceptiones reliquas.

Num. 1. Capitulum Huyense scivisse, lites contra Waltherum Counotte agitatas, interpellatum fuisse, & citatum ad sistendum, neque tamen adstitisse, proinde in culpa esse, quod Herviani partem magnam bonorum absumserint, neque adeo frui posse Legato ex hereditate, Johannæ Nicolai relicto, quam Waltherus Counotte non perceperit vid. Expos. [49] pag. 17. 41. Except. [33] f. 3. ubi per Doctorum autoritates probare vult, quatenus Sententiæ, contra Waltherum Counotte latæ, Capitulo Huyensi noceant, quæ Argumenta longe meliori ratione retorqueri possunt in Counottianos, in Quæstione de Executione Sententiæ Cameralis. C

2. Sententiam Cameralem 9. Jan. 1717. latam esse, contra tertios, ergo non obesse Counottianis, qui in ea lite non fuerint. Except. [33] fol. 3. 4. Ubi simul agnoscunt Decisionem esse factam, quod Testamentum non esset caducum, quasi vero inter Capitulum Huyense, & Herve cum Consort. unum idemque Testamentum possit declarari non caducum, in alia lite vero inter Capitulum & Counottianos contrarium, cum tamen eadem, utrobique sint fundamenta, vid. supra §. 7. n. 3.

Porro in Except. [33] vid. f. 7. ubi dicitur Hervium & Consort. non fuisse legitimos contradictores, & formatur Dilemma, ex Transactione alia, inter Uxorem Waltheri Counotte, & Hervianos facta A. 1701.

3. Waltherum Counotte in Transactione de Ao. 1690. non agnovisse Legatum, vel ad id præstandum se obligasse, vid. Except. [33] f. 2. quia ait: Si Legatum debebatur prætensionis heredum Henrici Nicolai, non poterant dici illiquidæ.

4. Extitisse conditionem cessantis Legati, quæ in Testamento Henrici Nicolai fuerit expressa, scil. si heredes ejus per contradictionem Ferdinandi Gaen, aut parentum, non fruerentur semisse relicto, vid. Expos. [49] p. 31. nam Hervianos absumsisse hereditatis semissem, & longe plus ultra.

5. Sententiam priorum Instantiarum in Camera confirmatam 9. Jan. 1717. adjudicare Hervianis prælationem, in dimidia parte hereditatis, in altera vero dimidia Actoribus, Fossoul & Consort. Expos. [49] pag. 20. Hoc plane contra evidentiam rei & Actorum allegationem, nam præferentia fuit petita, in bonis Counottianis.

6. Sententiam Scabinorum in Camera confirmatam, non addicere præferentiam, Capitulo Huyensi simpliciter. vid. Except. [33] f. 5. 6. sed in casu, quo Robinet & Consort. Guarandiam & Indemnitatem non præstarent; Atqui Counottius, offert omnimodam Indemnitatem. Sed quomodo? Suscipiendo in se litem contra Capitulum, ut Legatum non præstetur. Atque ita paritum esse Sententiæ. Hoc sane non convenit cum oblatione Summæ 44000. flor. Capitulo factæ, in amicabili congressu, vid. in Lectoria exhibitum Scriptum. Agnoscunt scil. Counottiani, Hervianos Guarandiam præstare non posse, quia bona possessa fuerint dissipata. Hinc non opponitur Exceptio excussionis Herviorum, qua etiam debitor principalis uti nequit; sed offerunt indemnitatem, per susceptionem litis, contradicentes sibi in sequente Articulo octavo. Egregia Guarandia, & Indemnisatio!

7. Sententia Cameralis debuisset declarare aperte, quod Hervio & Consort. nihil juris competiisset, ad hereditatem Uxoris Ferdin. Gaen, tunc enim Counottianis foret consultum, ut recuperarent aliqua ex bonis dissipatis. Tunc demum Capitulo aliquod Jus competeret agendi, salvis Exceptionibus; vid. Except. dict. f. 6.

8. Legatum esse relictum ex hereditate Johannæ Nicolas: Ergo peti deberet ab iis, qui eam hereditatem occuparunt, Hervio & Consort. Expos. [49] p. 41. Ubi etiam male concluditur, quod e contra competeret Counottianis

tianis repetitio, eorum quæ ex Transactione solverunt, quid enim hoc ad præstationem Legati, quam, una cum reliquis præstationibus, in se suscepit Waltherus Counotte, obligando bona sua Hypothecæ.

9. Duos fuisse heredes Henrici Nicolas, scriptos in Testamento: Lambertum Mottet, & Annam Ludovicam Sprimont; Jura hereditaria esse divisa ipso Jure; non posse unum ex iis in solidum ad præstationem Legati condemnari, sed pro portione hereditaria. Carpzov. 2. Constit. 20. def. 3. Ant. Faber. 3. C. tit. 19. def. 6. num. 6. quæ Exceptio foret peremtoria, respectu Fossoul & Consort. Quoad Lambertum Mottet opponitur Sententia absolutoria, Lit. D. [37].

10. Litem super præstatione Legati coram Judicibus Ecclesiasticis adhuc indecisam pendere, vid. Except. [33] fol. 4.

Hæ sunt Exceptiones, quas in omnibus Scriptis confusissime propositas credo & studiosissime confusas, in suos locos digerere non sum pigratus, quo magis infirmitas elucceret.

In Scripto refutatorio, a parte Capituli producto [92] nimis succincte refelluntur, ut ex hoc Scripto, nisi alias Judex ex Actis esset informatus, nihil depromi posset, quod ad rem faceret magnopere. Alterum Scriptum, sub Rubrica Replicarum [91], propius rem tangit, sed tamen non exhaurit. Non prætermittam tamen, quæ sunt utilia ex Replica [91]. Quapropter, ut ea extraherem, operæ pretium non esse putavi, cum ex ipso facto, satis jam noto, & Allegatis ipsorum Counottianorum, etiamsi Capitulum nihil respondisset, quam per generalia, decisio peti posset.

Præsens Quæstio magis est de Jure quam de facto.

Respondetur ad Exceptiones singulas.

§. 13.

Ad 1. Nunquam probatum est, quod Capitulum ad assistendum liti, quam Counotte contra Hervianos sustinuit, fuerit citatum; neque est verosimile, cum ista lis nihil pertineret ad Capitulum: Interpellatio vero privata non sufficiebat. An non potuissent pro suo Interesse intervenire, alia est Quæstio, sed quæ ad præsentem causam nihil facit. Neque sequitur Conclusio, quod ob culpam omissionis, Legato frui nequeant; nam non agitur jam de hereditate Johannæ Gaen, sed de persecutione Hypothecæ, in bonis Counottianis, judicialiter constitutæ, pro indemnitate Legati.

Ad 2. Retorqueri possunt Argumenta eadem, & meliori Jure, contra Counottianos, quæ hi objiciunt Capitulo, ad num. præced. Hac in parte aliquid dicitur in Replica, fol. 2.

A vers. ex Mevio p. 8. Decis. 381. & in hac ipsa narratione mea pluribus fuit deductum, quod Executio Sententiæ Cameralis debeat Jure optimo maximo fieri in bona Hypothecæ obligata, qualia sunt pecuniæ consignatæ, in Judiciis Leodiensibus, repetatur supra §. 7. num. 3.

Ad 3. Est Exceptio verbis Transactionis 1690. contraria. Erga renunciationem Juris, quod heredes Henrici Nicolai contra Waltherum, possessorem totius Massæ, habebant, suscepit Waltherus in se puris verbis præstationem Legati, ut proinde non possit juvari Exceptione, quod Herviani partem hereditatis absumserint, quia hunc casum in se nunquam receperunt heredes Henrici. Per ipsos sane licebat Walthero tota Massa quiete frui, si ipse impleret quod promiserat; Sprimontiani nihil promiserunt, ad nihil se obligarunt, sed, per Renunciationem factam, omne, quod ex Transactione ipsis incumbebat,
B impleverunt, confusis in Waltherum utriusque hereditatis Juribus.

Ad 4. Iterum perverse allegantur verba Testamenti Henrici Nicolas, sicut etiam fecerunt ante Herve & Consort. Nam verba Henrici, Testatoris, aperte loquuntur de Ferdinando Gaen, aut ejus Cognatis, non de Hervio & Consort. de quibus Testator non cogitaverat. Deinde Testator dicit, si Ferdinandi Gaen Cognati non possent via Juris adigi. Atqui post Transactionem 1690. Waltherus Counotte totam Massam actu percepit, & in sua persona confudit. Neque ergo conditio illa in Testamento expressa extitit: Nam heredes Henrici renunciarunt in favorem Waltheri accepta pecunia; & hic in se recepit Legatorum præstationem, sub Hypotheca bonorum.

Quod autem deinde Waltherus Counotte partem magnam hereditatis amiserit, id culpa sua factum est: Non defendendo satis suam causam bonam, & subinde ad Ecclesiasticos
C Judices recurrendo, neque enim per Sententiam Cameralem nullitatis erat causa deperdita, quia supererat cautionis idoneæ petitio, quam debite non exegit, cum potuisset, per superiorem Judicem, remedium quærere, contra tumultuariam Executionem Officialis Leodiensis.

Ad 5. Contra Acta allegari, jam tum fuit annotatum.

Ad 6. Erroneam esse interpretationem ex ipsis Terminis patet; Sensus verborum Sententiæ Scabinalis, in Camera confirmatæ, est hic: *Possessores bonorum Counottianorum condemnantur, ut effectui dent Guarandiam ad indemnitatem Actorum, h. e. Actu solvant Legatum & reliqua, in Transactione Waltheri Counotte Anno 1690. sub Hypotheca bonorum promissa, intra triduum, alioquin annuitur præferentia, scil. in perceptione redituum arrestatorum, & pecuniarum consignatarum.* Hic enim est intellectus verborum Guarandiæ & indemnitatis cum effectu præstandæ. Quo non

Sententia priorum instantiarum verus sensus

non facto per Hervios, qui etiam id facere non potuerunt, fatente ipso Counottio, licebat utique Creditoribus Hypothecariis Objectum quærere in quo præferentiam obtinerent cum effectu ubicunque esset situm, nam universaliter obligata erant bona Counottiana. Guarandia Terminus est forensis, *de faire bon ce qu'on a cedé, d'en faire jouir*, ita ait celebris Linguæ Gallicæ interpres. P. *Richelet, in Dictionario*, hac voce, neque sane aliter intellexere Counottiani, non de Cautione nuda, quanquam & hæc obtineri nequit ab Hervianis. Vid. paulo ante Exception. 5tam.

Ad 7. Sententia Cameralis lata fuit ad Acta illa, in puncto præferentiæ, ergo non opus habebat declarationem illam expresse facere, licet virtualiter res ipsa sit comprehensa, qua Sententia, si modo uti velint Counottiani, non dubito, quod satis fundare possint petita, sed uti volunt in proficuis solum, in onerosis non volunt; hoc est: Frui volunt hereditariis bonis sine onere Legati præstandi.

Ad 8. Non agitur de hereditate Johannæ Nicolas, sed de onere hypothecario, quod incumbit bonis Counottianis quibuscunque; neque de evictione aliqua præstanda a Sprimontianis, quia non versamur in casu Actionis vel hereditatis venditæ, sed simplicis Renunciationis, in favorem Counottii, erga præstationes; Ergo frustra remittuntur Decanus & Capitulum ad Hervianos, a quibus ex propria Counottianorum confessione, nihil impetrari potest, ob bonorum dissipationem, vid. Expos. [49] pag. 34. Except. [33] fol. 6. satis vero facultatum superesse Counottianis in Replica docetur fol. 3. [91].

Ad 9. Illatio, quam facit Advocatus Counottii, nihil infert, nam neque Anna Ludovica Sprimont condemnata fuit in solidum, vid. Acta priora fol. 93. juncto fol. 5: 6. neque Lambertus Mottet, vid. [37] juncto [63] vel [62] ubi eadem est Clausula, mediantibus oblationibus apud Acta factis. Ergo uterque heres in dimidia, hoc est, pro rata fuit condemnatus, & absolutus mediantibus oblationibus factis apud Acta. Aliud mihi natum fuit dubium circa hunc Articulum, quod quidem Counotti Advocatus non præposuit, sed quia ad Juris Quæstionem recidit, præterire nolui. Est autem tale, Capitulum Huyense liti intervenit ex Jure cesso Hypothecæ, vi Transactionis 10. April. 1713. [70]. Cedentes fuere heredes Anna Ludovica Sprimont, quæ tantum erat heres ex semisse Henrici Nicolas, ergo videtur Capitulum Huyense hoc Jure cesso tantum pro semisse frui posse. Verum ita resolvitur dubium:

1.) Ex Sententia Abbatis S. Egidii, [37] producta per Counottianos, patet, oblationem factam per Lambertum Mottet eodem modo, quo facta fuit per Annam Ludovicam Sprimont, [38] [39], h. e. Actu & realiter cedendo Jura competentia contra Waltherum Counotte, quæ oblationes acceptatæ fuerunt per dictam Sententiam. Licet ergo ista cessio in forma extensiore non fuerit conscripta, cum Maria Mottet, herede Lamberti Fratris, sicuti factum fuit cum heredibus Anna Ludovica Sprimont [70] Tamen cessio ipsa realiter facta est, etiam ex parte Mariæ Mottet, quod indicat Sententia prædicta.

2.) Quanquam Jure Leodiensi Legatarii non fruantur tacita Hypotheca in bonis Testatoris, nisi Testamentum sit in Judicio, ubi bona sunt sita, approbatum. Hoc tamen Jus Statutarium, quod a Jure communi plane recedit, disputatum fuisse aliquando, ex *Obs.* 162. Meani constat: Et, in personis Clericorum, Exceptionem pati, non male concluditur in Hypothesi nostra, quia Testamentum Henrici Nicolai approbatum fuit per Capitulum, vid. *Covarruv.* in cap. *si heredes in 6to de Testament. num.* 3. Neque obstare puto dissensum Carlevalii de Judiciis Lib. 1. Disp. 2. n. 332. Sed

Ad 10. Respondetur, falsum esse quod ulla lis pendeat coram Judicibus Ecclesiasticis, in puncto Legati præstandi; Nam Sententiæ [62] [63] litem terminarunt: Actio instituta contra Waltherum Counotte, coram Officiali, cujus mentio fit in [40] de Anno 1701. fuit resumta per ejus heredes, & causa per Sententiam decisa, 19. Novembr. 1700. vid. Acta priora fol. 93. juncto num. [62].

§. 14.

Atque ita resoluta esse, puto omnia Exceptionum, tam dilatoriarum, quam peremtoriarum, capita; Adeo, ut ex præmissis fluat conclusio: Pronunciandum esse, quod, non obstantibus Exceptionibus omnibus, Executio Sententiæ Cameralis, 29. Januar. 1717. latæ, in puncto Guarandiæ & Indemnitatis, ex bonis hypothecatis præstandæ, Capitulo Huyensi (Sententia enim adjudicat præferentiam in bonis Counottianis, vi Hypothecæ & Saisiniæ captæ; Saisinia transtulit in Capitulum Huyense dominium bonorum: Ergo, ubicunque bona Counottiana reperiuntur, possunt ea sibi vindicare, virtute Saisiniæ.) fieri debeat in bona Counottiana, quæ demonstrantur, id est, in pecunias consignatas, in Judiciis Leodiensibus, pro Legato consequendo, cum usuris a tempore Transactionis de An. 1690. condemnando Counottianos, ob contradictionum levitatem, & Justitiæ remoram, in expensas hujus Processus. Neque misericordia me tenet, aut objectio illa, quod Counottiani duplicem patiantur jacturam: (1.) Per Processum cum Hervianis (2.) per Actionem Capituli Huyensis; nam, ex bonis Gænnianis adhuc largas opes esse residuas, demonstratur in Replica [91], fol. 3. versu *Frustra quoque.*

Nihil plus continet hæc Sententia quam præcedens; nam præcedens adjudicat præferentiam in bonis Counottianis, non conditionate, sed actu, virtute Saisiniæ captæ; quia vero a Hervianis Guarandia præstita non

est, neque præstari potest, confitente Counottio; ideo licet Capitulo bona Counottiana, quorum habent dominium, ex Saisinia persequi, ubicunque reperiantur. Præsens itaque Sententia est saltem inhæsiva, designans Objectum specificum, in quo fieri possit Executio. (De Mandato cassatorio, revoc. & inhib. reproducto [85] non opus est dicere peculiariter, quia per Sententiam in causa principali res terminatur, & Scabini hactenus in interlocutoriis Terminis versati sunt.) Præcedens erat ad Hypothecam generalem directa, præsens ex Hypotheca generali tantum designat rem, in quam promtiori via potest fieri Executio. Nihil plane impeditur Sententia per Articulos probatoriales, qui nullam habent relevantiam, & tendunt saltem ad cavillationes, quod supra fusius ostendi, & Exceptiones peremtoriæ in Camera in causa principali positæ, causa satis instructa. Nulli ad has pecunias competit Jus potius:

Non sane Hervianis; qui per Sententias sunt repulsi, non Counottianis, quia hi sunt ipsimet Debitores, & simul, uti volunt esse, Hypothecæ Possessores, suscipientes in se litem: Expresse enim fatentur Counottiani in Except. [33] fol. 7. pecunias consignatas non pertinere ad hereditatem Johannæ Nicolai, sed ad hereditatem Ferdinandi Gaen: Ergo, virtute Sententiæ Cameralis definitivæ, quæ præferentiam adjudicavit Capitulo in bonis Ferdinandi Gaen, ad Walther. Counotte delatis, facienda est in has pecunias Executio Sententiæ Cameralis, quæ in rem erat concepta; personarum diversitas fit per accidens. Et agi de Executione istius Sententiæ agnoscit ipse Wansulius, sive Counottius, in Except. [33] fol. 6. cum dicit, se velle parere Sententiæ Camerali, suscipiendo in se litem ad indemnitatem Capituli Huyensis.

Quid obstat igitur, quod contra ipsum jam dirigatur Sententia, non equidem absolutoria, sed per præmissa condemnatoria, vel potius executorialis in Objectum designatum?

§. 15.

De Jacobo Malaise.

Quia hic prætendit præferentiam in pecuniis consignatis, præ Capitulo Huyensi, ideo contra eum decreta fuit Citatio [29] ad Supplicam, [30] qui etiam comparuit & Exceptiones produxit. Ergo agitur hic Quæstio: Quisnam ex utrisque sit præferendus, Jurisdictionem vero Cameræ fundatam esse & continentia causæ, ergo extra omne dubium poni, neque multum inhæret Except. fori Malaisius.

Anticipando meam Sententiam puto satisfieri posse ambobus ex pecuniis consignatis, vel, si hæ non sufficiant, ex reliquis bonis Counottianis, quæ non esse exigua probabiliter allegatur in Replica [91], præferendo tamen Capitulum, tanquam ex Jure anteriore Hypothecæ, adeoque etiam Saisiniæ, hoc est Dominii & possessionis: Nam Hypotheca Capituli est ex Transactione Judiciali, 15. Septembr. 1690. Saisinia vero 10. Mart. 1705. Acta priora fol. 2. & [55] [65] sed Hypotheca Malaisii incipit, ex propria confessione, a tempore retrocessionis, seu retrocessionis Investituræ, qui Actus celebratus An. 1695. 21. Mart. vid. Except. [45] fol. 3. & fol. 4. cum Adjuncto num. 7. [46] Saisinia Malaisii est capta, juxta num. 12. ibid. Anno 1698. quæ sine Titulo Hypothecæ nihil poterat operari. *Mean. Obs.* 136. *&* 137. *n.* 4. & *Obs.* 151. *n.* 4. Ergo Jura hypothecaria & Saisiniæ Capituli sunt apertissime priora & præferenda. Hæc est rei & decisionis Summa: Volupe tamen esse potest, legere Exceptiones Malaisii [45] ex quibus detegitur & iniquitas Processus contra Waltherum Counotte, coram Officiali, per Hervianos moti, & deplorandæ consequentiæ, ex Sententia illa nullitatis declaratoria Camerali; unde etiam Malaisio innocentissimo, aliisque tertiis, bona fide agentibus, irreparabilia damna contracta fuerunt. In Voto meo, ad causam Mandati contra quoscunque Judices, recensui Historiam crediti Malaisiani, quæ recensio §. 4. tunc facta fuit ex Circumstantiis, in Actis illis indicatis, quarum filum in his Exceptionibus altius repetitur. Summa rei est sequens:

1.) Gothofredus Malaise, receptor civitatis Leodiensis, ad necessitates publicas a Ferdinand. Gaen mutuo accepit 32000. flor. Brab. sub obligatione bonorum propriorum An. 1687. constituto ei reditu annuo 1760. flor. usque ad redemtionem.

2.) Defuncto Creditore Gaen soluta fuit sors Walthero Counotte, ejus heredi, notorio, & eo tempore, quo non solum Sententia Officialis Leod. provisionalis de 14. Januar. 1692. per Sententiam Coloniensem esset reformata, & hæc reformatoria a Nuncio Papali confirmata, sed etiam Mandatum de exequendo Camerale in favorem Counottii emanatum; huc faciunt Adjuncta ad Except. [46] *num.* 1. *usque* 6. quæ omnia dudum ex Actis Cameralibus constitere. Numerata igitur fuit Walthero Counotte Summa 32878. flor. qui eam, securus de omni periculo recepit, tanquam verus Creditor, & retradidit Malaisio Investituram annui reditus 21. Martii 1695. Adjunct. num. 7. Tunc sane, de secutura Scenæ mutatione & Sententia Camerali Nullitatis declaratoria, non cogitabatur; egit ergo uterque, & solvens Debitor, & Creditor solutum accipiens bona fide.

3.) Post publicatam in Camera Sententia nullitatis declaratoriam, 25. Octobr. 1695. num. 8. Herve & Consort. aggressi sunt Malaisium, & coegerunt eum, sibi solvere reditus partem dimidiam, a quo tamen per solutionem Capitalis fuerat liberatus.

Quomodo sese gesserint Hervius & Consort. & quam duriter innocentem Malaisium tractaverint malo ex ipso Scripto percipi, legatur fol. 3. vers. *Evenit autem sub finem*

Anno

Anno 1695. *&c. usque fol.* 5. *verba obtinere nequivit.*

Innocenter itaque pati & affligi Malaisium, ex hac narratione satis est apertum, sed quid hoc ad Capitulum Huyense? Cui quidem culpam omissionis imputare vult Malaisius. fol. 5. *Interea tum tantæ tempestates &c.* sed ex his non sequitur obligatum fuisse Capitulum Huyense ut Malaisio adsisteret: Nam negotium erat Capituli. fol. 6. dicitur Capitulum Huyense non posse frui pecuniis consignatis, nisi prævia indemnitate Malaisii, quia ejus cura & sollicitudine pecuniæ fuerint arrestatæ, & frenum impositum rapacitati Hervii & Consort. sed hoc est postulatum sine medio concludendi adæquato. Cætera omnia in Exception. dicta sunt leviora, & contra Capitulum Huyense nihil facientia; sed tamen, ut dixi in principio, existimo hanc litem de prioritate facili negotio terminari posse, ita ut ex pecuniis consignatis & reditibus arrestatis satisfiat Capitulo Huyensi præcipue, deinde Malaisio, vel ex reliquis bonis Counottianis, ubicunque reperiantur, quarum non mediocrem Summam superesse est credibile, Expensas litis respectu Malaisii compensandas esse, judico.

Additamentum.

Quandoquidem in ultima Sessione animadverterim, excidisse ex memoria Circumstantias nonnullas, quas ex Actis prioribus Leodiensibus, Anno proximo præterito, pro ferenda Sententia confirmatoria recensui. Quotusquisque est memoria tam firma, ut multitudinem circumstantiarum retinere queat? Necessarium duxi, eas paucis in memoriam revocare, & spero rem omnem futuram clarissimam.

Lis præcedens coram Scabinis Leodiensibus cœpta fuit per Sprimontianos, contra Waltherum Counotte An. 1705. qui tunc erat adhuc in vivis, mediante *Saisinia* in omnibus ejus bonis debitis cum solennitatibus impetrata. Negavere Hervius & Consf. solennitates adhibitas, sed contrarium fuit probatum, vid. *Saisiniam contra Counotte impetratam*, 10. *Mart.* 1705. *Act. pr. fol.* 2. *vers. f.* 4. *& in pleniori forma fol.* 315. Fundamentum sive Titulus Saisiniæ erat Transactio cum Walthero Counotte, An. 1690. 15. Sept. inita, sed quia Hervius & Consf. se pro Possessoribus bonorum Waltheri Counotte gerebant, ita ut ne obulum quidem reliquum deberi Walthero sæpe professi sint, ideo contra eos obtinuerunt Sprimontiani, *Citationem ad audiendum se declarari præferibiles, in receptione censuum, & perceptione bonorum Waltheri Counotte desaisiti fol. Actorum* 1.

Ecce Actio erat instituta, non personalis, sed realis, tendens ad bona Waltheri Counotte, generaliter, specialiter tamen designabantur pecuniæ quædam arrestatæ, vid. fol. Act. 20. verso. Redituum Patrimonialium etiam designatio est fol. 551. Herviani ipsi obtulerunt Sprimontianis perceptionem redituum Patrimonialium. Act. pr. fol. 98. Artic. 16. 17. Sed jam omnia ista Jura translata ad Capitulum, nam in Transactione cum Counottio An. 1690. hisce Patrimonialibus non erat renunciatum. Pro Actionis Fundamento proferebatur Saisinia ante dicta, & Instrumentum Transactionis de An. 1690. f. 3. quod erat non solum per Notarium Consensu partium, præsentibus testibus confectum, sed etiam judicialiter realisatum, paratissimam habens Executionem, qualia Instrumenta dicuntur *guarantigiata*, vid. Coler. pr. Execut. Cap. 3. part. 1. num. 19. guarantigiare, ait est firmare, & Instrumentum Guarantigiæ, est Instrumentum firmitatis. Petebant ergo Actores Sprimontiani effectum Guarantigiæ, sive guarantigiati Instrumenti, in bonis Counottianis, tum quidem contra Hervium & Consf. quia hi sese gerebant pro Possessoribus, non sane petebant Cautionem, sed indemnitatis præstationem, neque ullibi in totis Actis Cautionis alicujus facta est mentio. Sententia fuit lata contra Hervianos, ut docerent de suæ possessionis titulo sub præjudicio præferentiæ 4. Maji 1705. quæ Sententia transiit in rem judicatam.

Ergo de Titulo possessionis Hervianorum imprimis erat Quæstio. Hi vero, Tituli loco, allegaverunt Sententiam Officialis Leodiensis, & Cameralem nullitatis declaratoriam, nec non Bannitoriam contra Waltherum Counotte, ex quibus patent omnia bona Counottii, tam patrimonialia, quam quæ ex hereditate Conjugum Gaen ad ipsum pervenerint, sibi Hervianis scil. deberi. Hæc est Summa Exceptionum adversus Citationem, sub Rubrica: Causæ nullitatum fol. 26. seq. Insinuatur simul Testamenti Johannæ Nicolai caducitas, num. 16. 17. & collusoriam esse Saisiniam, ad commodum Waltheri Counotte, num. 11.

In Scripto additionali fol. 98. adhuc pluribus, & ex professo, in vim peremtoriæ Exceptionis deducunt: Testamentum Johannæ Gaen factum esse caducum, adeoque nullitate laborare Transactionem, cum Walthero Anno 1690. initam.

Actores contrarium defenderunt, in Exposit. instructiva fol. 141. addentes, quod, virtute Hypothecæ sibi constitutæ, tantum petant præferentiam in bonis Counottianis, vid. fol. 146. negant vero collusionem, quæ probari non posset, vid. fol. 148. defenditur prolixe, & per complura allegata Transactionis firmitas fol. 150. seq. Rei Herviani Collusionem voluere per Articulos probare, vid. 159. verso, sed ab iis destitere. In Scripta Deductione finali, fol. 168. Quæstionem de caducitate Testamenti, ceu cardinem rei, & Exceptionis peremtoriæ, pluribus deducere annisi fuerunt, ubi simul, quasi Counottiani causam agentes objiciunt quod Sprimontiani ad evictionem tenerentur Counottio, & Summas solutas restituere, f. 190. Artic. 78. usq; 81. Impossibile enim esse dicunt, ut possidere queant ipsi simul & Canonicus Henricus: h. e. impossibile esse, ut ipsi possideant, nisi præsupposita Testamenti caducitate, Art. 103.

E contra, caducum non fuisse Testamentum Johannæ Nicolai, gravissimis rationibus deducunt Sprimontiani, in Scripto fol. 223. a fol. 228. usque 231. Non vero agi in præsentiarum, nisi de bonis Waltheri Counotte, Hypothecæ & Saisiniæ subjectis. Art. 75.--78. negant, quod Sprimontiani teneantur ad evictionem, quia non transtulerint in Counottium aliquod Jus novum, titulum & dominium, sed, ad evitandam litem, (scil. cum ipso Counottio, qui erat in possessione totius Massæ) transegisse. Vid. Art. 78. 79.

Hæc sunt Acta in prima Instantia. Sequitur Sententia Scabinorum Leodiensium, fol. 485. quæ jubet partem citatam, Robinet & Herve, ad effectum dare Guarandiam, de qua in Actis ad indemnitatem Actorum; sin minus, adjudicatur his præferentia, condemnando Reos in expensas. Si quis de sensu & significatione vocis Guarandiæ dubitare velit, necesse foret, Judices prioris Instantiæ quærere, quid voluerint dicere? In dubio nos non poterimus interpretari Phraseologiam Leodiensium. Sed dubium plane nullum subesse puto, & explicatur satis vox Guarandiæ quæ est Germanica origine in Lexicographis Classicis linguæ Gallicæ. Allegavi in Voto Dictionarium *P. Richelet*, provoco etiam ad Dictionarium Societatis litterariæ Parisiensis. *Guarant qui est responsable de l' eviction de quelque chose, & qui est oblige à en faire jouir paisiblement l' acquereur, ou de l' indemniser.* Sententia vocat Guarandiam, de qua in Actis. Quidnam petebatur in Actis? Resp. Indemnitatis præstatio, juxta Transactionem Anno 1690. & præferentia in perceptione bonorum Counottianorum. Ex quo Fundamento? Ex Instrumento guarentigiato, sc. Transactione. Quid ergo vult Sententia? Resp. Ut Hervius & Cons. qua possessores bonorum, indemnitatem præstarent Sprimontianis, speciatim respectu Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti, ex bonis Counottianis. Indemnitas & Guarantia sunt utique Synonima, & vult Sententia, ut effectuent promissa in Transactione, alioqui adjudicatur præferentia.

Non credo in mentem venire posse cuiquam bene rem consideranti, quod hæc Sententia sit interlocutoria, imo est summe definitiva, quod etiam patet, in superfluum, ex condemnatione in Expensas, quod in Interlocutoriis fieri non solet. Quæratur, si placeret, ex Scabinis, an talis Sententia aliquid interlocutorii contineat? Spondeo centum erga unum, quod sint responsuri: Esse maxime definitivam. Non erat petita cautio in libello, sed indemnitas & præferentia, ergo libello conformis debet esse Sententia, & ita omnino accipienda, prout etiam ipsa Sententia sese refert ad Acta, ibi: de qua in Actis. Rationes decidendi sane ad interlocutoriam non sunt comparatæ, sed ad definitivam. Ergo Judex Appellationis non poterit Sententiam Judicis a quo dicere interlocutoriam, quam ipse voluit esse definitivam. Ergo condemnati sunt Herviani, ad indemnes servandos Sprimontianos ex bonis Counottianis; nam personalis obligatio Hervianorum erat plane nulla. Rem puto esse clarissimam.

In Appellationis Instantia, coram Consilio ordinario, eadem Argumenta, ex utraque parte repetuntur, & lata fuit confirmatoria: fol. 633. In Camerali Instantia rursus inter principaliora Gravamina repetitur, quod Testamentum Johannæ Nicolai fuerit caducum, & hoc ita per Sententias declaratum, nec non de conditione, in Testamento Henrici expressa, non existente. Cui respondetur in Exceptionibus. Ex his facile est judicatu, quod, in Decisione causæ, primaria fuerit, & esse debuerit, Quæstio definitive decidenda, de Testamenti caducitate; nam in ea vertebantur tota Acta priora. Nimirum erat totius causæ caput & lapis angularis, & in rationibus decidendi Judicis prioris hæc Quæstio præcipue fuit tractata, & negative decisa. Nisi enim præsupponeretur Testamenti Johannæ Nicolai consistentia, frustranea erat Transactio 1690. frustranea Saisinia Titulo destituta Ergo per Conclusum Senatus nostri Anno 1717. declaratum fuit virtualiter, Testamentum Johannæ Nicolai caducum non esse. Alias enim tota Sententia Cameralis nihil foret, fumus foret, in cassum omnia laborata, quod esset contra autoritatem judicati. Ego sane hanc Quæstionem caducitatis definitive decidere volui, neque memini fuisse Actorum ea in re dissensum. Nihil equidem impediebat definitivam hujus Quæstionis Decisionem, quia erat causa ea in re amplissime instructa, ita ut nec hodie aliquid proferri possit, quod non dictum fuit dudum.

Quid multis? Agnoscit ipse Counottius, hanc Quæstionem esse definitive decisam, per Sententiam ultimam Cameralem, vid. Except. [33] fol. 4. verso, & fol. 6. de hoc vero dolet, quod Counottio nihil fuit reservatum.

Ergo adjudicata fuit Capitulo Huyensi, qua Cessionariis Sprimontianorum, præferentia, in bonis Counottianis. Nihil interest, quicunque ea possideat. Tunc pro possessore sese gerebat Hervius. Considerate quæso temporis circumstantias. Ante hanc Sententiam Cameralem non audebant Counottiani sese pro possessoribus venditare, aut liti intervenire, metuentes forte antiqua fulmina. Statim, post latas Sententias, tam in Puncto Appellationis, quam Mandati, per quas Hervianos pessumdatos esse facile agnoscebant, ipsi, Counottiani sc. volunt esse possessores, & pecunias, atque reditus arrestatos, de quibus antea cum Hervianis erat litigium, sibi attribuere, tanquam pertinentes ad hereditatem Ferdinandi Gaen. Quid clarius, quam quod commoda aucupentur, onera vero detrectent; Et in Exceptionibus suis peremtoriis, eadem plane Argumenta repetunt, quæ antea ab Hervianis fuere opposita; Equidem mihi summe inconveniens fore videtur, si eadem Argumenta, eædem Exceptiones peremtoriæ, in illo Procesu cum Hervianis rejectæ, valere deberent, & esse alicujus momenti, respectu Cou-

Counottianorum. Nam contradictoria statuere non potest Judex. Personarum diversitas in Actione reali non mutat rationes decidendi, una est Exceptio antea non prolata, de Testamenti communis conjugum Gaen revocatione, quam infirmam esse in Voto demonstravi. Illud prætermisi dicendum, quod lites, quarum mentio fit in Transactione cum Counottio An. 1690. non fuerint prævisæ cum Hervianis, sed cum Counottio ipso metuebantur. Hic enim post mortem Ferdinand. Gaen totam Massam hereditariam conjugum Gaen occupaverat, sciverat utique, aliquando confectum fuisse Testamentum commune, cujus Copiam ipse fecerat, vid. Acta priora in Processu nullitatis, sed tamen, non extante Originali & haud dubie recognita Registratura Ferd. Gaen de Testamenti revocatione, ipse putabat totam Massam sibi deberi, mansisse enim Ferdin. Gaen Dominum verum Massæ totius. Hanc Thesin ipse defendit Counottius in principio litis cum Hervianis, vid. Acta priora in causa Nullitatis fol. 35. ubi negat Jus tansmissum in Henricum Nicolas, & superstiti ex conjugibus competiisse facultatem de tota Massa disponendi, Testamentum vero uxoris peculiare esse relativum ad Testamentum commune, cujus existentia negatur, vid. fol. 74. Hæc ideo fuerunt alleganda & mente tenenda, ut intelligatur, quales lites metuerint Sprimontiani, per Transactionem compositas. Hinc vero fluit ex Jurisprudentia nostra, quod is, qui renunciat in Transactione, ad evictionem non teneatur, vid. *Lauterbach ad tit. de hered. vel actione vendita* §. 4. ubi ait, quod, si quis hereditatem delatam vendat hoc modo: Quicquid Juris habeo in hereditate, vend o Tunc, licet nihil juris habeat, tamen nihil eo nomine præstare teneatur, *per L.* 10. 11. 13. *dict. Tit. add. Urceolum de Transact. quæst.* 76. ubi casus primus, non præstandæ evictionis, ad nostrum apprime quadrat, & Brunneman. ad *L.* 33. *C. de Transact. Mevium Part.* 5. *Dec.* 341. Insuper Transactio cum Counottio non facit mentionem venditionis, vel alicujus Tituli Transactionis, sed tantum renunciationis, ut igitur omne periculum sit Counottio. Neque quidquam facit Clausula in Testamento Henrici Nicolai, quia ejus heredes utique effectum Testamenti actu & realiter perceperunt per Transactionem cum Counottio, qui simul in se recepit præstationem Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti. Ergo falsum est, quod existat casus istius Clausulæ. Porro, licet in genere verum sit, quod Instrumento alicui opponi queant Exceptiones simulationis, vid. Lynck. Resp. 123. n. 32. qua uti volunt jam Counottiani, & ad eum effectum producere Articulos probatorios, tamen non posse ulla ratione impedire cursum justitiæ hos Articulos, puto me in Voto satis demonstrasse, quia neque singuli, neque conjunctim sumti, ne minimum quidem relevant; nulla sane sequitur Conclusio, quam intendunt Counottiani. Ergo Transactio Capituli Huyensis cum Sprimontianis est invalida; Nisi autem hæc sequatur Conclusio: Nihil est omnis Articulorum farrago. Et, licet sequeretur, nihil tamen ad rem: Quia tantum pertineret ad Translationem Juris realis in Capitulum, manente haud dubie isto Jure penes Sprimontianos. Neque proinde liberabitur Counotte; nam si cessio in Capitulum non foret facta, legitime posset & deberet adhuc fieri, vi judicati per Judicem Ecclesiasticum. Porro Articuli multo minus concludunt, quod principaliter concludere debeant, ad Transactionis enim Counottii & Saisiniæ captæ infirmitatem, ita, ut Transactionis ne quidem faciant mentionem simulationis. Exceptio erat in continenti probanda, alias rejicitur, vid. Lyncker dict. Resp. 122. n. 33. & opus esse præsumtionibus urgentissimis ad impediendam Executionem, juxta Mev. P. 4. Decis. 355. Adde Lyncker Vol. 2. Resp. 113. n. 7. ubi, quod contra Instrumentum guarantigiatum, uti hic est Transactio Anno 1690. & Saisinia, simulationis Exceptio opponi nequeat, etiam non Cessionario. Quibus rationibus, quid opponi queat, ego quidem me non intelligere fateor. Omnia ad protelationes tantum esse composita, & inventa, puto esse apertum. Tandem addo ex *Gratiani Disceptat. for. cap.* 593. *n.* 5. ubi habetur, quod contra Instrumentum guarantigiatum, quale hic est Transactio, Anno 1690. non valeat Exceptio Excussionis, per *Socinum Cephalum*, & alios. Ergo frustra ablegatur Capitulum ad Hervianos, quorum facultates esse ad incitas redactas, Counottiani aperte fatentur. Frustra etiam quæreretur separatio bonorum utriusque hereditatis conjugum Gaen, quia est res plane impossibilis; In Testamento conjugum separata fuerunt bona illata, sive patrimonialia, hæc quantum ad uxoria pertinent, specificata in Actis pr. fol. 55. omnia reliqua sunt acquisita, quæ inter se æqualiter divisere conjuges, parum plus minusve, ne conscientia superstitis gravaretur: Sunt verba Testamenti communis; Acquæstus in viduitate mariti novem annorum, qui non est mediocris, ad maritum haud dubie pertinuit. Status Massæ totius fieri per impossibile non potest, quia repertoria, Chartas, Herviani diripuerunt, cum domum Gaennanam invasissent. Quis hæc conquirere posse crederet, quantæ lites novæ, quanta temporis spatia, imo Secula, hic præteribunt. Cum itaque Hervianis ex tota hereditate nihil deberi certum sit, est enim Quæstio de caducitate Testamenti, totius Herviani Juris prætensi fundamentum unicum, sed invalidum, relinquenda res erit uti est.

Nam in Counottium utriusque hereditatis Jura fuere confusa; & ipse Counottius fatetur: Pecunias arrestatas esse ex bonis Ferdinandi Gaen: Ergo idem est Objectum, quod antea in lite decisa fuit; Ergo fiat ex iis Legati præstatio; In Hervianorum vero commodum decernere aliquid vel statuere salva Justitia non possum. Licere autem creditori in Executione variare, jam contra possessorem Actione reali experiendo, jam contra debitorem ipsum, demonstravi in Voto ex Frommanno & aliis. Commodum accidit postea evolutio Caroli Ant. de Luca ad Gratian. cap 593. ubi hanc Quæstionem fere in Ter-

minis decisam invenies. Sententia Cameralis definitiva, Anno præterito lata, inutilis esse non debet, ne videamur fumum in manus Capituli Huyensis dedisse, vel potum sitientibus in cribro. Hoc vero futurum est, nisi Executio in bona Counottiana fiat. Ego quidem nescio, quinam possit esse Sententiæ effectus alius, cavendum potius esse puto, ne verum evadat, quod ait Counottius, Capitulo competere Hypothecam in signo Capricorni. In se suscepit Counottius litem expresse, ad omnimodam indemnitatem Capituli, sunt verba Except. [33] fol. 6. Auditus est abunde, Exceptiones multas peremtorias protulit. Quare igitur probata Capituli Huyensis Actione per Instrumenta guarantigiata, neque per Exceptiones elisa, Counottius non condemnetur? Quodsi ei in Sententia prospicere velint Domini, ut ex bonis dissipatis via Juris repetere queat, quæ possit, id quidem à mea Sententia non abluderet. Quod si alicui sedeat dubium tale, videri durum, ut Counottius obligetur ad præstandum Legatum, ex hæreditate Johannæ Nicolas relictum, cum tamen eam ipse non perceperit, sed ab Hervianis fuerit absumta, puto me ad hoc dubium satis in Voto respondisse, nempe:

1. Licet Henricus Nicolas ex sororis hæreditate Legatum reliquerit, & Clausulam addiderit, hæredes non fore obligatos, si Cognati Ferdinandi Gaen ad dividendam hæreditatem via juris compelli non possent, sc. quia nulla alia lis, quam cum hærede Ferdinandi Gaen metuebatur. Tamen hunc casum non extitisse, quia hæredes Henrici ad perceptionem hæredi- A tatis actu pervenerunt, per Transactionem cum Counottio, & poterant esse contenti præstationibus, quas in se susceperat Counottius.

2. Quandoquidem vero tempore Transactionis lites cum Hervianis nondum metuerentur, tamen Counottius omne periculum in se suscepit, quia confusa sunt in ejus persona utriusque hæreditatis jura. Nihil promiserunt ei hæredes Henrici, & periit pars hæreditatis suo Domino.

3. Non medioeris fuit culpa Counottii, quod per recursus ad Curiam Romanam in ista pericula inciderit, à quibus debuisset abstinere, & poterat etiam, post Sententiam Cameralem nullitatis declaratoriam, cautionem idoneam, juxta Sententiam Officialis Leod. postulare, quod quidem fecit coram Officiali, sed, ab eo gravatus cum iterum reverteretur ad Coloniensem, occasionem dedit adversariis in Camera conquerendi, debebat statim ad Cameram Imperialem se convertere.

B Breviter, Casus fortuitus fuit, qui hæreditatem Johannæ Nicolas dissipari fecit, si quæritur: Cujus sit periculum? Haud dubie erit Counottii, tanquam Domini, cui licebat integra Massa frui, pace hæredum Henrici Nicolas, & quantæ sint adhuc facultates Counottii, peto in memoriam revocari ex Replica.

Finem dictis impono: Dixi pro mea conscientia & Justitiæ telo, puto & juxta veram Jurisprudentiam.

Concludebatur ad Sententiam interlocutoriam sequentem.

Expedit. 15. Jul. 1718.

IN causa Robinet & Consf. contra Everhardum Fossoul & Consf. Appellationis decisæ, nunc Citationis ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hæreditaria, nec non in Summas consignatas, in diversis Judiciis Leodiensibus ex præfatis bonis à Ferdin. Gaen delatis, Decani & Capituli Ecclesiæ Huyensis contra Waltherum Ferdinandum Counotte, uti & Jacobum Malaise:

Lto Steinhausen & Dr. Gülich suas, in puncto remissionis causæ ad Scabinos Leodienses, factas petitiones pure, Lto Dimpffel vero Sententiam definitivam adhuc denegamus, sed prædicto Lto Steinhausen, ut ad Replicas 17. Aprilis nuperi productas sub [91] id quod decet C agat, terminum primæ post ferias magnas audientiæ præjudicialem præfigimus sub tali comminatione, ut, nisi ita egerit, causa ex officio pro conclusa acceptata esse, &, sine mora, in causa principali decerni debeat quod Juris.

VOTUM VI.

Quod est Continuatio præcedentis.

CUm in ultima deliberatione, mense Julio 1718. demonstratum fuerit meo Voto, quam injuste per Counottium, ejusque Defensores, studium in eo ponatur, ut Capitulum Huyense Legato, ad pias causas per Canonicum Henricum relicto, non fruatur:

Non opus fore putabam, ut repetenda mihi esset relatio cum omnibus rationibus, in quibus Exceptiunculæ Cunottianæ amplissime fuere explosæ. Stipulatus enim eram tunc temporis, ne id onus mihi à publicata actoria Sententia imponeretur, cum, existentibus jam tum & datis ad Protocollum Votis aliquot conformibus, tandem in superfluum saltem Counottio per Sententiam actoriam prædictam 15. Jul. 1718. publicatam permitteretur, ut non obstante ejus in agendo mora evidenti, tamen adhuc responsionem aliquam ad Replicas facere liceret, sed, ut sunt fata causarum Cameralium, absolvuntur haud raro Relationes, &, interloquendo sub spe continuandæ paulo post decisionis, lucrum aliquod temporis permittitur Reo, qui mox abuti scit tempore, sciens, quod circumstantiæ

permultæ existere queant resumtionem causæ impedientes, ita ut, loco 6. Septimanarum, plus quam septem Mensium lucrum nanciscatur. Interim, solitis Leodiensium artificiis, res magis magisque intricatur & turbatur. Difficile est autem inter tot negotia, & post semestre spatium, meminisse omnium circumstantiarum, & rationum, propterea vero Referentis duplex labor, si non triplex & ultra. Ergo daturus sum rei expositionem summariam, ita, ut nihil omittatur quod dicendum erat. Paruit Waltherus Ferdinandus Counotte Sententiæ, est enim is, quod ipse fatetur, in lite solus. Vide Duplicam fol. 77. & cessat dubium, quod videbatur antea, favore alterius Fratris minoris, remoram aliquam attulisse; Produxit in prima post ferias caniculares Audientia Scriptum 84. foliis constans, cum 44 Adjunctis, non alio fine, quam ut Acta, sicut antea factum erat, magis accumularentur, obscurarentur, & Relatio tanto fieret difficilior. Facta deinde contradictione generali per Procuratorem Capituli produxit novum Recessum, contradictorium, cum novis Adjunctis, idque sine venia judicis, adeoque non admittendum. Neque quidquam mea Sententia habet momenti. In Duplica prolixissima antiquiores Actiones Capituli Huyensis contra hæredes Henrici Nicolas, Lambertum Mottet & A. L. Sprimont, recensentur, de quibus ex prioribus Actis constitit dudum. Argutatiunculæ saltem & verborum captationes in hoc Scripto prolixius aliquanto prolatæ pro scopo inveniuntur, maxima pars Scripti consistit in mera recensione Adjunctorum, quandoque satis mutilata. Idcirco, ne eandem rem dupliciter recenserem, feci accuratam istorum Adjunctorum designationem, ex quibus, quæ legenda sunt, sum prælaturus, & notis, ubi opus, illustraturus, non prætermissurus tamen consequentias, quas Advocatus Counottianus elicere voluit, recensere, & Examini subjicere. Animadvertent tantum Domini, quod ex istis Adjunctis ea, quæ dudum ego dixi, non modo non elidantur, sed etiam magis confirmentur. *Scilicet*

1. Waltherum Counotte, à morte Ferdinandi Gaen, totam massam hæreditariam sibi retinere voluisse: Vel quia Ferdinandus omnium bonorum Dns esset factus, revocato Testamento communi, vel quod Testamentum uxoris esset caducum redditum.

2. Quod hæ, & non aliæ, fuerint controversiæ sive Lites, à quibus hæredes Henrici Nicolas voluerunt recedere, erga præstationes in Transactione Anno 1690. expressas, & Counottio totam Massam ipsius cum modo & periculo & cum onere præstandæ Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, permittere.

3. Constabit ex his Adjunctis, quam egregie Waltherus Counotte personam suam egerit contra Capitulum Huyense, jam per Lambertum Mottet, jam per Annam Ludovicam Sprimont, usi enim sunt omnes eodem Procuratore Raick, unde frustra jam allegantur contra Capitulum verba Sprimontia & Lamberti Mottet tunc temporis in favorem Counottii prolata, quasi Capitulum Huyense, qua Cessionarium, eadem deberet jam facere sua: Lambertus ille mox associavit se Walthero, mox adversarium se simulavit, remittendo Capitulum contra Counotte. Omnes artes Counottii & Patronorum erant directæ, ut inanis fieret Legati petitio.

Eo usque videtur Counottius, vel ejus Advocatus, devenire, ut etiam cum Hervianis conspirare contra Capitulum Huyense non erubescant: Nam utitur iisdem rationibus, quibus Herviani fuerunt usi, & quæ per Sententiam Cameralem, in causa præferentiæ, fuere rejectæ. Rationes dico, non ad personam Counottii, tanquam Tertii, sed ad rei substantiam & fundamentum pertinentes. Hoc volo dicere: Quæstionem de Testamenti caducitate esse decisam, nam sine ea nullum erat Legatum, nulla præferentia: Adjudicata vero præferentia Legati nomine, necessarium est, ut valeat semper ratio decidendi potissima, quod uxoris Testamentum caducum non esset. Eodem modo se habet Exceptio Hervianorum, quod Legatum esset conditionale. Si hæredes Henrici acquirerent hæreditatem, vel, quod hæredes Henrici tenerentur Counottio ad evictionem, sane Advocatus Counottianus non poterat loqui magis apposite contra Huyenses, quam tunc fecit Hervius. Sed hæc omnia ad nauseam tunc fuere examinata, rejecta & explosa.

Quodsi ex Scriptis Counottianis & Adjunctis aliquæ ratiunculæ, speciem præ se ferentes, exaudiantur, quas forte in præsenti Voto non attingo, id saltem mihi concedi peto, ut liceat mihi responsionem ex præcedentibus Votis repetere, ne videatur aliquod Argumentum prolatum, ad quod sufficienter à me responsum non fuerit.

Priusquam aggrediar enarrationem Adjunctorum Duplicæ præmittere visum fuit conspectum Argumentorum, in quibus omne præsidium collocat Counottius.

1. Primum & potissimum est: Quod Legatum fuerit relictum ex hæreditate Johannæ Nicolas, cujus intuitu Waltherus Counotte in se susceperit præstationem, quam hæreditatem vero deglutiverint Herviani, spectantibus otiose Huyensibus. Ergo Counottium amplius non teneri.

2. Captantur etiam aliqua verba, ut valere velint abdicationem s. renunciationem hæreditatis factam ab hæredibus Henrici in favorem Counottii, pro cessione vel venditione ad effectum præstandæ evictionis.

3. Allegatur Absolutio Henrici à præstatione Legati pure facta, per Judicem Ecclesiasticum, à Nuncio Pontificis delegatum, ubi aliqua fingitur ratio decidendi, acsi hæredes Henrici non tenerentur, si hæreditas esset evicta ex manibus Waltheri Counotte.

4. Assertio contraria facto est, f. 27. quod Waltherus nullo unquam temporis momento integram Massam hæreditatis possederit.

5. Sophistica est Argumentatio, quod Capitulum Huyense agnoverit non fundatam contra Cou-

Counottium Actionem, quia ipse haberet Exceptiones validiores, quam hæredes Henrici Nicolas.

6. Contradixisse p. 18. sibi Capitulum affirmando alicubi existentiam Testamenti communis conjugum Gaen, alicubi negando.

7. Hæredes Henrici, vel repræsentantes Annam Lud. Sprimont, à quibus cessionem Jurium impetravit Capitulum contra Counottium, puta Jura hypothecæ & Saisiniæ, dereliquisse hæreditatem Johannæ Nicolas, abdicasse & cessisse Hervio & Conf. Ergo nec Capitulo competere persecutionem Legati adversus Counotte. pag. 35. 37. 47. & in Recessu contradictorio.

f. 58. seq. 8. Sententiam primarum Instantiarum in causa præferentiæ, quæ in Camera fuit confirmata, adjudicasse tacite Hervio & Conf. medietatem hæreditatis, quia sc. Actoribus tantum in dimidia adjudicata fuerit præferentia.

9 Tandem non neglexit insinuare Advocatus nomine Counottii, quod Massa hæreditaria ita esset exhausta, ut Counottio ferme nihil esset residuum; hinc & obtulit aliquando cessionem omnium bonorum hæreditariorum, modo retineret Counottius 6000. fl. sed eandem oblationem, alibi variis conditionibus adjectis, retractavit. Sequitur demonstratio evidentissima, quod Clausula Testamenti Henrici Nicolas Legato adjecta, nequaquam impediat ejus præstationem per Waltherum Counotte, nunc ejus filium faciendam.

Ex Actis prioribus f. 68. Clausula ita sonat: *Quod si dictus Dominus Gaen, vel parentes ipsius, recusent consentire in divisionem dictæ hæreditatis faciendam, vel illi via juris se opponant, & ad illud compelli non possint, & mei hæredes illam obtinere non possint, illi erunt liberi a præstatione dictæ fundationis.*

Hanc Clausulam ita interpretantur Counottiani: Quia hæredes Henrici non obtinuerint hæreditatem Johannæ Gaen, impediti per Hervianos: Ergo Counotte est liberatus à præstatione Legati.

Dico hanc conclusionem esse à baculo ad angulum, quatuor vel plures terminos in syllogismo: Quod ita demonstro:

Interpretatio Counottiana est contraria:

1. Rei judicatæ Camerali. Et, licet hæc nondum adesset, tamen foret adversa.

2. Verbis Testamenti, & menti Testatoris:

3. Transactioni Walther Counotte cum hæredibus Testatoris:

4. Rei judicatæ coram Judicibus Ecclesiasticis.

Dicam de singulis.

Primo est contraria interpretatio Counottianorum rei judicatæ Camerali: Nam si conditio Legati non extitit, Legatum non poterat dici deberi; atqui in Sententia, contra Hervianos lata, qui inter alias eandem plane opposuerunt Exceptionem, fuit rejecta ista Exceptio, & decisum, ea non obstante, quod Legatum deberetur Capitulo. Ergo decisum est: Istam Clausulam nihil officere quo minus Legatum debeatur. Neque potest hæc decisio esse vera respectu Hervii, & respectu Counottii non valere; personæ mutatio non variat jus & rationem decidendi.

Secundo est contraria interpretatio Counottiana: Verbis Testamenti & menti Testatoris, quod patet ex sequentibus:

(1.) Tempore Testamenti conditi ab Henrico Nicolas, erat adhuc in vivis Ferdinandus Gaen. Testamentum conditum 20. Aug. Anno 1688. defunctus Ferdinandus 12. Sept. Anno 1690.

(2.) Ferdinandus Gaen in suis Registris dudum scripserat Anno 1680. quod Testamentum commune cum uxore conditum esset revocatum, & suam esse totam Massam hæreditariam. Patet hoc ex productis per Counottium in præsentibus Actis [79.] [80.] [81.] In Voto meo præcedente demonstravi hanc scripturam privatam mariti post mortem uxoris factam, non probare revocationem Testamenti uxoris. Hoc tamen probari: Quod Ferdinandus Gaen sibi adscripserat integram Massam, prout & fecit ejus hæres Waltherus Counotte.

(3.) Hinc Testator Henricus addidit suo Testamento hanc Clausulam: *Si Dominus Gaen, vel ejus parentes, consentire nolint divisioni &c. &c.*

Per vocem *Parents* non potest intelligi Hervius & Consortes, de quibus tunc nemo cogitaverat, neque hi erant Cognati Ferdinandi Gaen, sed ejus uxoris Consobrini; Affines vero mariti neque gallico vocabulo unquam vocantur *Parents*, sed hac voce veniunt Cognati. Neque alia persona intelligebatur, quam qui Ferdinandi futuri essent hæredes. Quemadmodum erant vocati proximiores cujusque conjugis in Testamento communi conjugum. Et patet hoc evidenter ex verbis: *Quod si divisioni hæreditatis consentire nolint*, i. e. si vellent integram retinere, quod nullo modo cum ratione applicari potest ad Hervium & Consortes, nisi vim inferre verbis velimus.

Confer verba Testamenti Henrici in Actis fol 67. ubi divisionis fit mentio, quod post mortem uxoris divisio facta sit in duas partes æquales.

Tertio adversatur interpretatio Counottiana Transactioni, cum hæredibus Henrici initæ paucis diebus post mortem Ferdinandi Gaen, id quod constat ex sequentibus Positionibus:

(1.) Onerati sunt Legato hæredes Henrici Nicolas. Hi omninò obtinuerunt hæreditatem, de qua in Testamento Henrici, quia transigerunt cum Walthero Counotte acceptis 2250. flor. annui reditus, unicuique hæredum præstandis, & insuper bonis Joannæ patrimonialibus, & rejecto onere Legati præstandi in Waltherum Counotte, pro qua præstatione certa

certa ipsi recesserunt à lite, & dimiserunt Counottio integram Massam ipsius commodo & periculo, tunc enim de Hervianorum Actione nemo adhuc cogitabat.

(2.) Voluit Counottius cum Capitulo Huyensi tunc transigere, sed Capitulum, juxta Testamentum Henrici, optionem redituum ex Registro postulavit, quam optionem Counottius permittere debuisset.

(3.) Ergo Counottius non recusavit facere divisionem hæreditatis, sed per Transactionem hæredibus satisfecit, Legatum vero in se recepit sine ulla conditione, & quidem sub hypotheca bonorum suorum omnium. Omnia bona vero erant utraque hæreditatis medietas; una ex Testamento Ferdinandi Gaen, altera ex Transactione quæsita, si conditio illa eum, quem jam vult Counottius, haberet sensum, oportebat, eam tempore Transactionis reservare, non vero Legatum pure in se recipere. Ergo tantum abest, ut conditio Legato adjecta defecerit, ut potius purificata dici debeat, per hanc ipsam Transactionem; casus fortuitus vero, qui postea extitit, non relevat Counottium ab onere in se recepto cum obligatione bonorum; sic enim debitor quilibet liberari possit, cum alterius damno.

Quartò repugnat interpretatio Counottiana rei judicatæ à Judicibus Ecclesiasticis, in causa Capituli Huyensis contra Lambert. Mottet & Sprimont.

Lambertus Mottet fuit ab alio Judice sub modo condemnatus: Anna Ludovica Sprimont vero ab Officiali pure condemnata. Utramque Sententiam annullavit Judex Ecclesiasticus superior, & absolvit hæredes Henrici, ita, ut Capitulo cederentur Actiones ex Transactione contra Counottium competentes; hic enim est sensus clausulæ: *Mediantibus oblationibus factis apud Acta.*

Ergo judicatum est competere debere Capitulo adversus Counottium Actionem, scil. quia is omnem præstationem Legati in se susceperat.

Hæ sunt rationes, quibus an aliquæ validiores opponi possent, ego, mei intellectus viribus adhibitis, non perspicio. Sufficeret inquam prima rei judicatæ Cameralis. Nam hæc quæstio tunc temporis satis fuit in Voto discussa.

Protuli in medium reliquas, ut pateat, quod, tametsi non adesset Sententia, tamen adhuc ita esset ferenda.

Examen Argumentorum Counottii præliminare, de quibus ulterius dicetur infra.

Ad 1. Resp. mutari callide Statum Controversiæ. Waltherus Counotte in Transactione 1690. totam Massam acquisivit, quæ Transactio fuit facta ad evitandam litem cum ipso Counottio. Ipse in se transtulit obligationem præstandi Legati sub hypotheca judiciali bonorum propriorum. Ergo non amplius quæritur de hæreditate Johannæ Gaen, & de bonis eo pertinentibus, sed de bonis Counotionis hypothecæ judiciali subjectis.

Ad 2. Omnem Tenorem Transactionis esse indicium abdicationis hæreditatis, ad evitandum periculum litis cum Walthero Counotte, non vero cessionis formalis aut venditionis, docent:

1. Ipsa verba Transactionis;

2. Confessio apertissima transigentium, speciatim Lamberti Mottet in [118.] & [122.] & ejus hæredis sororis Mariæ [141.] & porro Annæ Ludovicæ Sprimont, cohæredis, in [147.]

NB. Hæc sunt producta ab ipso Counottio cum Duplica.

Ad 3. Tutoria Sententia Abbatis St. Egidii, Judicis delegati, non est pura, sed conditionalis, mediantibus oblationibus apud Acta factis: h. e. cessione jurium hypothecæ contra Counottium.

Ad 4. Waltherus Counotte possedit, & fructus percepit, statim à morte Ferdinandi Gaen Anno 1690. & per Transactionem cum hæredibus Henrici Nicolas fuit confirmatus. Victoriam etiam reportavit adversus Sententiam Officialis Leodiensis provisionalem in Judicio Appellatorio Coloniensi; imo, in Camera obtinuit Mandatum de exequendo Sententiam, à Coloniensi Officiali pro ipso latam. Usque dum Anno 1695. demum per Cameralem Sententiam nullitatis declaratoriam Status fuerit mutatus: Posito, autem minime dato, quod per Arresta, à Hervianis imposita, impeditus fuerit Counotte in perceptione, nihil inde sequitur contra Capitulum Huyense, agitur enim in præsentiarum de solutione Legati ex facultatibus paratis.

Counottius non eo minus mansit debitor. Quantam pecuniarum vim Counottius perceperit ex designatione, extrajudicialiter producta pro informatione, patet; Nec non quantum consignatum, ex quo amplissime satisfieri potest Capitulo. Puto esse Argumentum plane invincibile, quod jam antea protuli: Summæ arrestatæ aut consignatæ sunt vel ex hæreditate Ferdinandi Gaen aut uxoris ejus. *Si hoc*, nihil potest contradicere Counotte, quia fatetur Legatum ex hac hæreditate deberi; nec Hervius, quia contra hunc victoriam obtinuit Capitulum in Camera, neque Hervuis amplius est contradictor. *Si illud*, uti asserit, & strenue propugnat Counotte, tenebitur utique ex sua promissione & obligatione, sub hypotheca bonorum propriorum, pati, ut ex istis pecuniis & reditibus Ecclesiæ Huyensi satisfiat. Sane, quid ad hoc Dilemma reponi possit efficaciter, ego mea ratione perspicere non possum.

Ad 5. Lambertus Mottet volebat declinare Actionem Capituli, remittendo Capitulum contra Counottium, quem tamen non obscure defendebat.

Respondit Capitulum: Sibi non opus esse, ut contra Counottium agerent, sc. tunc temporis, & ad-

& adversus eum alias Exceptiones hæredibus Henrici non competentibus discuterent.

Sophisticum Argumentum Counottii est apertum.

Ad 6. Non convenit verbis Capituli, id dixit saltem V. [139.] Esse rem inauditam, quod Officialis Leod. manutenere vellet Hervium & Consortes Hæredes ex Testamento, quod non esset productum. Hocne est negare Testamenti existentiam? Verè omnino dixit Capitulum.

Ad 7. Falsum est antecedens & consequens. NB. Non aderat objectum quod abdicare potuerint Fossoul & Consortes Hervio & Consortibus, nam hæreditas abdicata sane dudum erat Counottio. Quomodo ergo eam denuò abdicassent Hervio? Licet enim verum sit, quod Fossoul & Cons. permiserint, ut Arrestum tolleretur, in reditibus quibusdam, pro dimidia parte impositum. Hoc tamen factum non fuit per dimissionem vel cessionem dimidiæ hæreditatis in Hervium & Conf. sed (1.) quia tunc Hervius ubique triumphabat, neque licebat calcitrare contra stimulum: (2.) Quia Actio Hypothecaria hæredum, Henrici Nicolas per veram Executionem Saisiniæ erat tantum directa adversus bona Counottiana, speciatim ea, quæ à Ferd. Gaen ad eum pervenerunt, & excedebant longe dimidiam partem totius Massæ, si scil. considerentur acquisita in viduatu novem annorum. Credidere Fossoul & Consortes bona fide, istos reditus ad partem Joannæ uxoris spectasse, & fuere compulsi per Sententiam Judicis ad tollendum Arrestum. Vide sub Lit I.K. [42.] [43.] Cum vero, ex confessione Counottii, isti reditus ad Ferdinandum Gaen, tanquam in viduatu quæsiti, pertineant, dabitur repetitio vel Capitulo Huyensi, vel ipsi Counottio, facta prius Legati prælatione. Illud plane ineptum videtur, quod sæpè repetit Counottius: In causa præferentiæ dixisse Fossoul & Consortes, quod non persequantur hæreditatem Johannæ Nicolas, sed bona Counottii. Ergo dimiserunt hæreditatem in Hervium; Nihil obest omnis hæc Allegatio Capitulo Huyensi, qua Cessionario hæredum Henrici Nicolas, & agenti jam contra Counottium.

Ad 8. Nihil potuit dici absurdius, Actio enim erat directa, uti sæpius dictum, adversus bona Counottiana, Hypothecæ & Saisiniæ subjecta.

Ad 9. De Quanto pecuniarum sive facultatum hæreditatis adhuc actu præsentium Capitulum varia Documenta in Lectoria exhibuit, ex quibus constat, satisfieri posse Capitulo amplissime, & Counottio adhuc Summas non mediocres superesse: Quæ Documenta non quidem faciunt ad decisionem causæ, quæ in Jure consistit, sed tantum ad modum præstandi, & ad elidendas calliditates Counottiani Advocati, qui simulat exhaustas esse vires hæreditarias.

Cum itaque in omnibus istis Adjunctis, & audita ipsa Duplicatione, Recessuque contradictorio supernumerario sine venia producto, nihil plane, quod me à Sententia antea prodita dimovere queat, contineatur, ut potius in ea magis fuerim confirmatus, sufficeret quidem conclusionem Voti præcedentis hic repetere, sed, memoriæ juvandæ causa, rationes Voti mei brevi compendio exponere non pigebit:

(1.) Capitulum Huyense nititur hypotheca generali in bonis Counottianis quibuscunque, vi Transactionis, inter hæredes Henrici Nicolas & Waltheri Counotte, Anno 1690. judicialiter initæ.

(2.) Actio hypothecaria est haud dubie realis, non personalis, & persequitur non personas, vel Hervii & Conf. vel Counottii, sed bona Counottii, à quocunque possessa, & ubicunque sita, & est per Documenta clarissima probata.

(3.) Modus persequendi est per Saisiniam, quæ cum sit Solennitatibus suis munita Jure Leodiensi, transtulit in Capitulum ipsum dominium bonorum Counottii, sed revocabile per luitionem, h. e. præstationem ejus quod debetur.

(4.) Ergo frustranea sunt omnia, quæ de evicta hæreditate Johannæ Nicolas per Hervium & Conf. ad elidendam hanc Actionem allegabantur, antea per Sententiam Cameralem Anno 1717. dudum rejecta, & jam à Counottio repetita, ex qua hæreditate Legatum fuerit relictum. Neque enim agitur, strictè loquendo, de hæreditate Joannæ Nicolas, sed de bonis Counottianis hypothecæ & Saisiniæ subjectis, quanquam rectè sentiendo ipsa hæreditas Joannæ possit haberi vere pro bonis Counottianis, quia per Transactionem omne jus acquisivit, Hervianis vero nihil plane deberi, sæpius fuit ostensum, & accessit insuper Transactio cum Hervio Anno 1701.

(5.) Inutiliter etiam opponitur, quod Waltherus Counotte præstationem Legati in se susceperit, intuitu hæreditatis ipsi dimissæ in Transactione, quia, licet hoc verum esse concedat, tamen hæredes Henrici Nicolas casum ullum vel periculum in se non receperint, neque etiam ad evictionem sint obligati, multo minus Capitulum Huyense, tum quod ipsis nulla unquam facta fuerit legitima litis denunciatio: vid. Franzk. de Evict. n. 694. usque 699 Fallitur enim Counottius, si putat, invitationem privatam ad assistendum suffecisse: Tum quod ad casum fortuitum magis pertineant istæ Sententiæ Officialis Leodiensis, quam ad verum evictionis casum L. fin. C. de Act. Empti. L. 11. ff. de Evict. L. si per imprudentiam 51. ff. de Evict. & Mev. p. 6. Dec. 34 neque etiam erat causa talis, propter quam Counottio hæreditate Joannæ Nicolas, ipsi in Transactione dimissa, frui non licuisset, ut potius culpa Counottii in recursu ad curiam Romanam sit in propatulo, neque etiam, post Sententiam fatalem Cameralem nullitatis declaratoriam, in puncto cautionis idoneæ denegatæ, quod erat maximum Gravamen Judicis Leodiensis, ad Cameram appellavit: vid. L. 63. §. 2. ff. de Evict. & L. 17. C. h. t. Imo An 1710. cum adversariis transigere passus est uxorem suam. Sed non opus est hisce rationibus, quia non versamur in casu hæreditatis venditæ, vel pro

pro pretio cessæ, sed in casu, per Transactionem, A animo à lite recedendi, dimissæ, Transactionis inquam non super re & titulo, sed super lite, quæ metuebatur Lauterb. tit. de Hær. vel Act. vendita §. 4. Urceol. de Transact. qu. 76. casu primo Mev. p. 5. D. 341. Olea de Ceff. Actionum tit. 6. quæst. 7. n. 26. seqq. Totam enim hæreditatem sibi asseruit Counottius, quod aperte fatetur ejus causæ Assertor strenuus, Lambertus Mottet, unus ex hæredibus Henrici Nicolas, & transigentibus, in adjuncto producto [122.] ejusque Lamberti hæres, soror, Maria, quæ litem resumsit, vide [141.] adde confessionem Annæ Ludov. Sprimont cohæredis in [147.] juncta narratione Duplicæ fol. 19. Et, quod imprimis notandum, hæc omnia per communem Counottii & prædictorum hæredum Procuratorem, Raitz, fuere judicialiter confessata.

(6.) Irrita autem est exceptio deficientis conditionis Testamenti Henrici Nicolas in verbis: *Quodsi D. Gaen, aut parentes ejus, consentire divisioni hæreditatis detrectent, & via juris se opponerent, neque compelli possint &c.* Quia Waltherus Counotte se non opposuit via juris, sed B Transactione cum hæredibus litem futuram redemit. In Duplica præsente Counottius *se pro hærede* Henrici Nicolas venditare non erubescit, tanquam Cessionarius hæredum Henrici Nicolas, & sic ad se applicare vult clausulam Testamenti, quia ipse per Hervianorum Actionem non accepit hæreditatem, ergo se non teneri ad Legatum: Nam ait: Testator hæredem, h. e. Counottium, magis dilexisse creditur, quam Legatarium. Lepida interpretatio! imo mera cavillatio. Retorquendum potius contra Counottium est Argumentum: Tu, si es hæres Henrici, ergo præsta Legatum.

vid. [122.] Ubi hoc Argumentum opponitur per Lambert. Mottet, adde scriptum nomine Matris Mottet productum [141.]

(7.) Vana est Exceptio, quod Capitulum Huyense Counottium in Processu contra Hervium & Conf. non defenderit. Nam Capitulum Huyense nunquam fuit citatum, nulla eis lis denunciata, neque sane proprio motu vel ad invitationem Counottii, aut ejus Sororii, Lamberti Mottet, facere id tenebatur Capitulum. Erat ista invitatio Capitulo valde perniciosa, quia Counottius Capitulo proxime non erat obligatus, sed hæredes in Testamento Henrici Nicolas scripti, qui cum dimisissent Counottio, C hæreditatem, & hic in se recepisset præstationem Legati sub hypotheca bonorum suorum. Non opus erat Capitulo, ut Counottium in lite, ad se non pertinente defenderent, quia Actio contra hæredes Henrici erat proximior & in eventum cessione hypothecæ, prout factum est, postea consultum esse poterat Capitulo. Videamus quomodo sese gesserit Waltherus Counotte. Non invito Decano & Capitulo Transactionem factam fuisse Anno 1690. concedamus, sperabant enim Waltherum Counotte, juxta promissionem suam, quod vellet animum Capituli captare, permissurum esse Capitulo, ut ex Registro redituum eligerent, quos vellent, optimos, ad consequendum Legatum. Hoc si fecisset Counotte, credo, Hervium & Consortes non fuisse ausos Actionem contra Capitulum suscipere, validis sane Argumentis fuissent remoti.

Hoc est quod dixit Capitulum in Processu contra Mottet [138.] sed Counottius Registrum redituum maluit sibi retinere, & Capitulo Huyensi Summa quadam pecuniæ, loco redituum, satisfacere: Probatur hoc ex Counottii Adjunctis ad duplicam dicto [138.] juncto scripto ex parte Mottet [141.] ex quo clare patet, Counottium voluisse cum Capitulo transigere, ut suum Jus illiquidum, (Quare illiquidum? Resp. ex iisdem rationibus, quæ indicant in Transactione Anno 1690. ante litem cœptam ab Hervianis, quod scil. Counotte crederet totam massam pertinuisse ad Ferdinandum Gaen, & per consequens ad se ejus hæredem) ut inquam, suum jus illiquidum periculo Counottii remitterent, & registrum relinquerent integrum; Cum vero videret Counottius se ab Herviis molestari, tum Capitulo nihil præstare voluit: Quæ culpam apertam & confessatam Counottii, qui poterat, præstatione redituum, statim à Transactione Anno 1690. se liberare; Debitoris enim, qui est in mora solvendi, omne esse damnum quis negare potest?

(8.) Sententia Decani Jullin. S. Pauli lata in Processu Capituli contra Lambertum Mottet 21. Maji 1694. antea producta [37.] & jam repetita [129.] nihil plane obest Capitulo Huyensi:

(1.) Quia in Appellationis Instantia coram superiore Ecclesiastico Judice nulla fuit declarata, improbata, reformata, juxta productum [62.] [63.] vel [142.] vid. Acta priora fol. 536.

(2.) Quia adversus Annam Ludov. Sprimontiam ab Officiali Leodiensi lata fuit Sententia pure condemnatoria 19. Sept. 1700. neque saltem in contumaciam uti falso & contra fidem Actorum asserit Duplica fol. 18. Acta prior fol. 94. Et in Appellatorio *eadem, vel similis* prorsus Sententia, sunt verba duplicæ fol. 23. seq. lata fuit, uti contra Mottet.

(3.) Sententiæ istæ binæ Appellatorii Judicii non absolvunt pure Mottet vel Sprimont, sed mediantibus oblationibus oblatis, h. e. cessione Jurium & Actionum contra Waltherum Counotte. Et relinquunt Capitulo salvas contra Counottium Actiones expresse, v. oblationes factas per Mottet. [122.] per Sprimont [38.] [39.]

(4.) Licet concedatur, quod Capitulum ex sua parte Sententia illa contra Mottet lata [129.] initio Annis 1695. 1696. & 1697. adquieverit, cautionem etiam injunctam præstando, quod summopere urgetur in duplica per Adjunctum n. 14. 15. [130.] [131.] & per Adj [139] quod est Scriptum Capituli coram isto Judice Ecclesiastico post Sententiam productum. Hæc tamen Objectio resolvitur facile ex ratione cum *temporis*, tum *circumstantiarum*, tum imprimis *successu & rei ipsius natura.*

Ex temporis ratione, quia post Sententiam istam latam Anno 1694. tempore factæ à Capitulo declarationis, in puncto cautionis, de Appellatione aliqua interposita Capitulo non constitisse, probatur exinde, quod coram judice priore partes adhuc pro Executione Sententiæ egerint. Neque de tempore interpositæ Appel-

Appellationis legitimo constat vid. adj. n. 16. [132] Appellans Mottet prosequendo causam coram Judice à quo Appellationi renunciasse censebatur. vide adj. n [133.] [134.] [135.] quæ sunt producta Anno 1696. unde Judex prior non dubitavit Sententiam inhæsivam pronunciare 18. Jun. 1697. [136.] adde sequentia Acta coram eodem Judice [137.][138.][139.][141.] ut plane mirum sit qua ratione in ista causa An. 1715. demum Sententia reformatoria fuerit publicata [142] vel [63.] cum jam dudum 9. Jun. Anno 1708. ejusdem Tenoris Sententia in causa Appellantium Sprimontianorum publicata fuisset. Acta priora fol. 536 [62.] forte eodem An. 1708. etiam hæc Sententia fuit concepta de Anno 1711. ex Protocollo redemta. Quod si ergo Capitulum ab initio acquivisset Sententiæ, in Processu cum Lamberto Mottet latæ An. 1694. ignorans Appellationem, postea cum de Appellatione certum esset factum, Capitulum non amplius tenebatur sua acquiescentia, sed beneficium Appellationis redditum fuit commune, etiam sine adhæsione, imo tacente Appellato. vid. Stryck. Disp. de comm. App. C. 3. n 41. & seqq. cum multis allegatis ibidem, Mev. 4. D. 51. Surd. De. 143.

Ex circumstantiis: Quia non sufficit dicere Capitulum acquievisse Sententia Judicis de Anno 1694. nisi etiam Lambertus Mottet ex sua parte promtum sese ostenderit ad parendum, sed hoc ille nunquam fecit, sufficere putans allegationem molestationis Watheri Counotte. De præstatione Legati juxta Sententiam altum silentium, ita ut etiam Counottium ab eo liberum esse defenderet. Vide omnia Lamberti Mottet scripta, post dictam Sententiam, per Procuratorem Raik, qui etiam erat Counottii Procurator, exhibita [132.] qui est Libellus Gravaminum sine dato [133.][134.][135.][138.][141.] Omnes circumstantiæ docent Waltherum Counotte & Lambertum Mottet eandem in hoc Theatro egisse personam.

Ex successu: Quia Sententia prioris Judicis Ecclesiastici per sequentem in Appellatorio Judicio fuit annullata. Ergo, quod nullum est declaratum, rei judicatæ vires habere non potest. Deinde Sententia Appellatorii Judicii est quidem absolutoria, non tamen pure, sed *mediantibus oblationibus factis apud Acta.* h. e. quod Lambertus Mottet cesserit Capitulo suas Actiones adversus Counottium vid. [122.] Porro cautio, quæ Capitulo fuit injuncta & præstita, minime est de restituendo in casum illum, qui extitit per iniquissimam, & contra Jura aperta latam, Sententiam ab Officiali Leodiensi in favorem Hervii & Conf. sed, ut verba sonant Sententiæ, *in casum indebitæ perceptionis.* Ast vero Capitulum indebite percipere Legatum tantum abest ut probetur, ut potius asserendum sit, omni Jure ei deberi, & quidem ex bonis Counottianis, juxta Sententiam Cameralem Anno 1717. publicatam. Tandem sufficit A. L. Sprimont, quæ erat cohæres, eam Lamberto Mottet ad præstationem Legati 19. Nov. 1700. pure esse condemnatam. Conventa erat una cum Walthero Counotte, ut monstrat Citatio [14.] Acta prior fol. 93. *ad videndum citatos remediis Juris compelli quatenus edant & exhibeant bona, census & reditus, relictos testatori Henrico Nicolas, cum Registris & Documentis, ad optionem ex iis faciendam, ad effectum testatoris voluntatis.* Condemnata fuit pars rea in petitis & expensis.

Non est dubium, hæredem unumquemque separatim conventum fuisse in solidum & A. L. Sprimont etiam in solidum condemnatam. Licet enim alias inter cohæredes Actiones dividantur, ipso Jure, pro Quota hæreditaria: Hic tamen est Exceptio.

(1.) Quod Capitulo Huyensi optio ex reditibus fuerit legata, & per consequens Jus debebatur individuum.

(2.) Quod, juxta JCtorum probatissimorum Sententiam, in materia dotis, etiam secularis, unusquisque hæredum teneatur in solidum, quam Sententiam tenent *Gratianus Disc. for.* c. 16. n. 16. & sequuntur de *Luca* in notis n. 11. nec non *Fontanella* de pactis nuptial. clausf. 5. gloss. 1. part. 1. n. 49. aliiq; qui apud hos allegantur: Licet enim sint alii dissentientes, tamen communiorem esse Sententiam affirmativam fatentur *Surdus Dec.* 90. & ibi *Hodierna*, ubi contrarias rationes disputationis saltem gratia in medium prolatas esse ajunt. *Surd. d. Dec.* 90. circa fin. Posita hujus Sententiæ communis justitia, eadem valebit multo magis in dote, sive fundatione Ecclesiæ relictæ, & in causa pia; ita judicatum fuisse tradit *Hodierna d. l. n* 2. quamquam hic Auctor ad contrariam inclinet Sententiam. Controversiam hanc licet in medio jam relinquere velim in Thesi, tamen in Hypothesi accederem ego affirmantium opinioni, quia Legatum est relictum in reditibus cum Jure optionis, quod est individuum, & ab unoquoque hæredum præstari debet. Vid. *Grat. dicto cap.* 16. *n.* 16.

Hæc omnia superfluo studio, quia meditatio me ad evolutionem Auctorum nonnullorum deduxerat, allegavi, si forte alicui in mentem veniret, Capitulo obesse ulla ratione Sententiam Judicis inferioris Ecclesiastici de Anno 1694. [129] Nam post dimissionem omnis Juris hereditarii in Waltherum Counotte per Transactionem de Anno 1696. nemo dubitabit facile, quod contra Counottium, cum quo jam est controversia, Actio in solidum detur, quia is Hypothecæ obstrinxit omnia sua bona, pro omnimoda indemnitate heredum Henrici Nicolas, respectu Legati Ecclesiæ relicti, ita ut Decani & Capituli animum captare velit, hoc est, eis Legati nomine satisfacere. Aliter enim Waltherus Counotte non intellexit, teste Adjuncto [141] confer *Tessaur L.* 2. *quæst.* 67. *n.* 14. Ita ut, etiamsi Capitulum Huyense cessionem jurium Hypothecæ & Saisiniæ in omnia bona Counottii ab heredibus Henrici Nicolas non haberet, tamen conveniri posset integri Legati nomine. vid. *Mev. p.* 5. *Dec.* 14. *Brunnem. ad Leg.* 2. *C. de Hær. vel Act. vend.* Conclusio Voti hujus non est alia quam quæ fuit in præcedenti, ut scil. Capitulo satisfiat ex pecuniis & reditibus consignatis, sive sint ex hereditate Joannæ Uxo-

Uxoris Gaen, sive ex hereditate mariti, nihil interest, nam victores fuere contra Hervianos, & victores contra Counottium, qui est ipse Debitor Legati ex Transactione, & bona propria obligavit, quorum Dominium per Saisiniam acquisivit Capitulum, non revocabile, nisi per actualem solutionem. Si *putaverit quis necessariam esse inquisitionem virium hereditatis Joannæ Gaen, & separationis bonorum utriusque Conjugis, vel editionis Inventarii*; Ego dicerem, agi super tali re, quæ præsenti tempore est plane impossibilis. Impossibilia autem Judex postulare non debet. Impossibile dico esse, quia per tot annorum, plus quam quadraginta, intervallum, scil. a morte Uxoris Ferdinandi Gaen, 1) per ipsum Ferdinandam Gaen, qui sibi soli totam Massam adscribere voluit: 2) Per Waltherum Counotte defunctum, ejusque Uxorem etiam defunctum, & 3) per infelicem Processum cum Hervianis, adeo fuit confusus Status hereditatis, Inventaria dissipata, facultatum pars insignis per Hervianos destructa, ut rei sit æque impossibilis, ac si vellem injungere alicui, ut scala ad cœlum usque adscenderet. *Non est nobis quidquam rei cum hereditate Johannæ Gaen qua tali.* Habemus Actionem non ex Testamento, contra heredes Uxoris Joannæ, sed *Actionem hypothecariam Saisinia munitam, adversus Waltherum Counotte.* Hujus bona sunt Hypothecæ & Saisiniæ subjecta ubi ubi inveniuntur. Si ad facultates hereditatis Johannæ Gaen respicere ego vellem, vereor ne mihi objiceretur, & merito quidem, quod committerem errorem, quem Græci dicunt μετάβασιν ἐν ἀλλογένος, h. e. Transitionem ad id, de quo non est Status controversiæ.

De Jacobo Malaise.

Nihil est quod addam Voto meo præcedenti, nam consensimus ego & Dominus Correferens, reliquaque, nisi fallor, Vota, & ex Actis notorium esse: *Malaisii Hypothecam posteriorem Hypotheca Capituli.* Saisinia non dat Jus prælationis, sed Hypotheca sive Titulus. Titulus Capituli est ex Transactione 1690. *Titulus vero Malaisii ex retro cessione A.* 1695. Sine Titulo nihil operatur Saisinia vid. Mean. Obs. 145. Obs. 136. & seq. 137. 14. Satis vero est *apertum, quod Counottio supersint facultates sufficientes ad satisfaciendum Malaisio, cujus Summa etiam, quam Hervianis exsolvit, non est tanta ut ei non possit æque satisfieri a Counottio*; certe non posset præjudicium inferre Hypothecæ Capituli Huyensis anteriori. Unum addo: Cum acciderit in Tractatione totius hujus causæ, quod interruptæ sæpius fuerint & divisæ per maxima temporum intervalla Relationes: Argumenta in hac ultima non omnia esse repetita, sed tantum ea, quæ occasione Duplicæ Counottianæ fuerunt adferenda, & partim ulterius deducenda. Reliqua ex prioribus meis Votis, si opus, repetenda erunt.

A

Addo Resolutionem dubiorum quorundam circa petitionem Capituli Huyensis institutam adversus Counottium, pro Legato ad pias Causas consequendo.

Dub. 1. Ex Clausula Testamento Henrici Nicolas adjecta: versu: Quod si Dominus Gaen vel ejus parentes &c.

Vocum *parens* ipsi Counottiani non intelligunt de Hervio & Conf. neque hac Clausula utuntur pro sua conclusione quam in verbis: Et mei heredes *illam adipisci non possint*, quæ verba ubique fere subducta linea in specie notarunt; sc. extitisse casum per litem cum Hervianis, ita ut liberati esse debeant Hæredes Henrici ab onere Legati. Respond. Hæredes Henrici per Transactionem cum Counottio Anno 1690. omnino adepti fuerant hereditatem; Quid enim si Counottio donassent, an ideo dicere possent contra Capitulum se non accepisse. Reliqua verba Clausulæ de oppositionibus pertinent ad Counottium ipsum, qui casus non extitit. De Herviis intelligi id non potest, quia non erat *parens* h. e. Cognati Ferdinandi Gaen, neque

B

tempore Testamenti ulla erat, vel esse poterat de iis cogitatio. Ipse enim Testator Henricus sciebat, se esse proximum sororis suæ heredem, & Testamento institutum. Omnis verborum Testamenti interpretatio fieri debet ita, ut non fiat de re tali, de qua Testatorem cogitasse non est credibile, imo certo certius.

Dub. 2. Quia Capitulum Huyense in aliquo Scripto [124] usurpavit vocabulum Emtionis venditionis, an propterea Transactio Anno 1690. pro tali negotio quoad effectum Juris haberi debeat? Resp. Esse similem locutionem sicuti in Actis sæpe occurrit phrasis sequens metaphorica Hervianorum, Walthero Counotte fumum venditum esse ab hæredibus Henrici Nicolas in Transactione.

C

Totius Scripti contextus & clarissima verba ipsorum transigentium alium dant Transactionis intellectum, quod non voluerint celebrare contractum Emt. vend. vel similem, sed a lite cum Counottio recedere, mediantibus præstandis ab eo, una cum onere Legati hereditatem ei abdicare vide [118] [122] & [141] ubi loquitur Lambertus Mottet, & 147. ubi loquitur Spirmontia.

Dubium 3. Quod Waltherus Counotte non voluerit durius obligari, quam heredes Henrici erant obligati.

Resp. Ante Transactionem nemo negabit, quod Hæredes fuerint obligati ad Legatum præstandum, si Counottius cum ipsis Massam divisisset. Ergo, per dimissionem hæreditatis in Counottium, voluerunt omnino Counottium obligari, non ad majorem Summam, sed ut Capitulum Huyense de Legato per Hypothecam bonorum Counottii propriorum magis esset securum: Hoc clarissime fatetur Lambertus Mottet in Scripto [122] ubi allegat

gat novationem obligationis, & quod conclusa fuerit Transactio ad satisfaciendum Capitulo Huyensi, quæ Conventio Ecclesiæ valde fuerit utilis, & [141] quod omne periculum hæreditatis in Counottium fuerit devolutum salvo Legato Capituli, & [147] quod in rem Capituli fuerit Transactio inita.

Non sane intelligi potest, qua ratione jam negare velint Counottiani, se esse obligatos ex hac Transactione, sine ulla conditionis reservatione inita.

Cum per hanc Transactionem cessaverit omnis Quæstio Testamentorum, inter ipsum & heredes.

Dubium 4. Quod Capitulum Huyense agnoverit in suis Scriptis, contra heredes Henrici Nicolas productis, quod Legatum esset præstandum ex hereditate Joannæ Nicolas.

Resp. contra heredes tunc agebatur Actione ex Testamento, neque tunc aliter dicere poterant, cum contra Counottium nulla adhuc ipsis competeret Actio, neque personalis neque realis, quia cum ipso nulla facta fuit conventio, sed hodie agitur *Actione hypothecaria*, cum Capitulum Jura Hypothecæ, in Transactione constituta, etiam pro Legato adquisiverit.

Dubium 5. Quod Capitulum agnoverit Walthero Counotte competere Exceptiones *validiores*.

Resp. Verbum *validiores* addunt Counottiani, contra literam adjuncti. Ita dixit Capitulum, quod non velit remitti ad agendum contra Counottium, quia ab hac *plures, non validiores*, metuendæ essent Exceptiones, quæ Lamberto Mottet non competerent. Si quæratur, quænam sint istæ Exceptiones? Facile possunt designari, sc. Testamenti conjugum Gaen communi revocati, & Testamenti peculiaris uxoris caduci. Hoc scriptum Capituli productum fuit Anno 1692. cum Waltherus Counotte ab Officiali Leod. ad Coloniensem appellasset, & reformatoriam, quæ etiam subsecuta est, speraret. De victoria Herviana tunc nemo cogitare poterat, quia nullitates Sententiæ istius provisionalis Officialis Leodiensis manibus quasi palpanda essent.

Dubium 6. Quatenus obsint Capitulo Huyensi ea, quæ vel *Lambertus Mottet vel Anna Ludovica Sprimont* in lite, cum ipsis coram Judice respective S. Pauli & Officiali Leodiensi peracta, protulerunt, & quæ judicata sunt. Hoc ut pateat clarius, ostendenda erit ante omnia paritas, *& disparitas personarum:* Lamberti Mottet, & Annæ Ludovicæ Sprimont, nam sub Appellatione Sprimontianorum non potest venire Lambertus Mottet.

Conveniunt hæ duæ Personæ.

1. Quod utraque à Canonico Henrico fuerint ad hereditatem æqualiter vocatæ, & æqualiter Legato ad pias causas oneratæ.

2. Quod utraque Walthero Counotte Anno 1690. litis evitandæ gratia, quia a Counottio non poterat impetrari Inventarii editio, vide Scriptum Sprimontiæ [147] hereditatem abdicaverint.

3. Quod unicuique reditus 2250. flor. fuerint per Counottium assignati, circa bona patrimonialia occurrit diversitas postea notanda.

4. Quod uterque ab Actione Capituli liberatum se crediderit, quia omne onus Legati in Waltherum fuisset devolutum, facta etiam, uti expresse dixit Lambertus Mottet, Obligationis *novatione*.

5. Quod neutri ipsorum unquam fuerit facta litis denunciatio legitima in lite cum Hervio & Consortibus.

6. Quod uterque heres à Capitulo fuerit Conventus Actione ex Testamento, licet coram diversis Judicibus & diverso tempore. Uterque tamen in solidum, pro obtinenda Editione bonorum, & assignatione redituum Legatorum ad optionem Capituli.

7. Quod uterque heres usi fuerint Procuratore Raik, qui erat communis cum Counottio uterque, etiam cum Counottio contra Capitulum colluserit, hoc ex Scriptis est evidentissimum.

8. Quod uterque obtulerit Capitulo Cessionem Jurium contra Waltherum Counotte ex Transactione competentium pro Legato consequendo.

10. Quod in appellatorio Judicio uterque obtinuerit Sententiam prioris annullatoriam & absolutoriam, mediante cessione ablata, salvisque, quod bene notandum, Capitulo Huyensi Actionibus contra Counottium.

Non conveniunt vero prædictæ Personæ hæredes Henrici, in sequentibus:

1. Quod Anna Ludovica Sprimont fuerit Joannæ Nicolas Cognata, gradu uno proximior, quam Lambertus Mottet, æquali vero cum Catharina Mottet & Matre Hervii, qui voluere, ceu proximi, succedere Johannæ Nicolas, & Actionem coram Officiali instituerunt.

Multum interest hoc advertere, quia, stante Sententia illa Provisionali ab Officiali Leod. lata, habebat Jus æquale cum istis Actoribus. Non autem intervenit, quia abdicaverat hereditatem Walthero Counotte. Hinc factum, ut in cessione Jurium, qui ejus heredes fecerunt, Capitulo Huyensi An. 1713. mentio facta fuerit cujuscunque Juris hereditarii, etiam ab intestato, Nam A. 1713. nondum erat certum, an Victoriam in Camera essent

essent reportaturi contra Hervianos, vel, an Camera Principia prioris Referentis, quod absit, esset laudatura & secutura.

Vel, si Counottius Transactioni An. 1690. præstando Legatum Capitulo stare nollet, forte dabatur Actio ad Jus hereditarium restituendum. Ita enim ait Sprimontia, quod non fuisset transactura nisi ea Lege, ut Counottius onus Legati in se reciperet, ipsa vero liberaretur.

Ergo excusari potest & defendi cessio Juris hereditarii, quod competere possit, salva nihilominus abdicatione facta An. 1690. in Counottium.

2. Quod Lambertus Mottet, cujus sororem habebat in Matrimonio Waltherus Counotte, acceperit forte non solum reditus 2250. flor. in Transactione promissos, sed etiam partem bonorum Patrimonialium Joannæ Nicolas.

Anna Ludov. Sprimont vero ex bonis patrimonialibus nihil acceperit, nam, juxta indemnitatem ob Legatum, horum gratia quoque Saisinia fuit impetrata, & actio præferentiæ instituta coram Scabinis, tantum abest, ut Saisinia fuerit *confidentialis*, uti loquuntur Counottii, h.e. collusoria cum uxore Waltheri Counotte.

Hinc & Jura ista à cessione Capitulo facta eximerunt expresse.

3. Quod in lite coram Officiali Leod. inter Hervianos & Counottium, Anna Ludovica Sprimont nullo modo neque fuerit citata, neque intervenerit. Falso enim id allegat Wansoulius in informatione Juris fol. 3. p. 2. fol. Act. Citat. sup. null. 89. Lambertus Mottet vero 20. Maji 1691. Walthero se adjungere voluerit, sed nihil aliud quam voluntatem suam allegavit. Re ipsa nihil egit, neque etiam pro Legato servando vel minimam testatus est curam, neque etiam ab Hervio & Conf. admissus fuit, sed repulsus, quasi Officiali in eum non comperet Jurisdictio, & ageretur de Spolio Counottii.

Ad quæ ille adquievit, & Judex eum pro Consorte litis non habuit. Et quidquid hic egit Lambertus Mottet, non pro Capitulo, sed dicis gratia, egit, quia, respectu Capituli, ob omni Actione liberatum se esse existimavit.

4. Quod iste Lambertus magis in dolo videatur versatus, ut Capitulum frustraretur, quam vetula illa Virgo Anno Ludov. Sprimont, quæ Consilio Procuratoris Counotti, Raik, plane dependebat.

5. Quod Lambertus Mottet fuerit conventus à Capitulo, tanquam heres Henrici, coram *Judice S. Pauli* 20. Decembr. 1690. Anna Ludovica Sprimont vero demum *Anno* 1695. coram Officiali Leodiensi, fol. Act. 93. credo & post mortem Lamberti Mottet; possum conjecturæ meæ, si opus est, adferre rationes admodum probabiles.

6. Quod cum Anna Ludov. Sprimont citatus etiam fuerit Waltherus Counotte ad notitiam, pro Interesse quod prætendere posset.

Nunquam vero cum Lamberto Mottet fuit citatus Waltherus.

7. Quod Sententiæ duæ fuerint latæ plane diversi Tenoris & temporis, Sententia Judicis S. Pauli contra Lambertum Mottet 21. Maji 1694. post latam dudum nempe 19. Maji 1692. Sententiam reformatoriam ab Officiali Coloniensi pro Counottio; & relaxatum Mandatum de Exeq. non solum in Camera An. 1693. sed & ab Officiali Leod. 1694. quo tempore Waltherus Counotte quiete fruebatur possessione hereditatis.

Quæ Sententia Judicis S. Pauli videtur admodum contorta, neque temporis circumstantiis congruere, nam Counotte tum erat in Articuli possessione, neque metuendam habebat magis Sententiam Cameralem nullitatis declaratoriam, quam ut cœlum rueret.

E contra Sententia Officialis Leodiensis lata, 19. Novembr. 1700. defuncto dudum Lamberto Mottet, est purissime condemnatoria.

8. Quod heredes Annæ Ludovicæ Sprimont soli, non vero soror & heres Lamberti Mottet, Saisiniam impetraverint Anno 1705. contra Waltherum Counotte in omnibus ejus bonis, eum in finem, ut satisfaciat Transactioni, & cumprimis Capitulo Huyensi, Legati nomine.

Iidem heredes soli contra Robinet & Herve instituerunt Actionem realem & præferentiæ adversus Robinet & Herve, tanquam Possessores bonorum Counottii, An. 1695.

Decreta etiam fuit & adjudicata dictis heredibus Sprimontiis, & nominatim Capitulo Huyensi, virtute cessionis interim adquisitæ, in hac Imperiali Camera præferentia in bonis Counottii, quæ Actione non personali, sed reali, erat petita.

9. Quod in Sententia Judicis St. Egidii utriusque Appellantis, Mottet & Sprimont, oblata cessio Actionum contra Counotte fuerit acceptata, ita ut non aliter, quam mediante hac cessione absolutio contigerit. Sed *Actus solennis* cessionis in scripturam redactus non fuit celebratus, nisi a Sprimontiis heredibus An. 1713. non vero ab herede Lamberti Mottet. Et suspicor subesse aliquod artificium Wansoulianum, quod ista Sententia Abbatis Ægidii pro Mottet *Anno* 1715. demum fuerit publicata, cum altera pro Sprimontiis dudum Anno 1708. Act. prior fol. 536. fuerit lata, cum tamen utraque sit ejusdem plane Tenoris, & haud dubie eodem tempore concepta, neque enim Capitulum ab

ab An. 1713. credo & dudum ante amplius erat intentum, ad consequendum Legatum ab illo herede Mottet, sed ex bonis Counottii.

Multum interest observare hanc differentiam Actus cessionis facti respective & non facti. Oblata fuit utrinque cessio Actionis competentis, contra Counottium ex Transactione, pro Legati consecutione.

Hæc ablatio per Judicem fuit acceptata & pro facta habenda, etiam respectu Lamberti Mottet. (in eventum scilicet si non admitti debeat potius opinio, quod in solidum oblata fuerit hoc casu Anna Ludov. Sprimont) Quicquid est præter hanc oblationem, id huc non pertinere est existimandum. Quemadmodum igitur fidejussor, qui adstringitur ad solvendum Creditori, habet beneficium *cedendarum Actionum*, sed tamen inde minime sequitur, quod facta hac cessione, fidejussori nocere debeant omnia, quæ debitor, durante lite, pro sua liberatione dixerat; Ita non sequitur quod Capitulo Huyensi imputari debeant, tanquam propriæ confessiones, dicta illa à cedentibus pro sua liberatione. Ea enim in re cessionarius cum cedente pro una persona non habeantur. Non extendendus est effectus cessionis ultra id quod actum est, & Actionis cessæ naturam. Itaque cum Sprimontiis cessio illa in formam extensam est redacta An. 1713. cum Mottet nullus Actus est celebratus, & sumenda est cessio non aliter, quam uti fieri debuit, h. e. Actionis ex Transactione contra Counotte competentis, quæ non alia erat, quam hypothecaria. Minime vero in perniciem Capituli huic imputari debent omnia illa, quæ dixerunt heredes Henrici in lite ante cessionem, vel oblatam, vel factam ad se liberandum ab Actione. Ostensum fuit ex Actis, quod isti heredes cum Counottio colluserint, uno eodemque etiam usi Procuratore, qui, nisi unam eandemque causam putasset Counottii & heredum, insigniter fuisset prævaricatus. Qualis quæso absurditas inde nasceretur, si omnia verba, quæ heredes in favorem Counottii protulerunt, jam retorquenda forent contra Capitulum tanquam cessionarium. Dicta fuerunt pleraque favore Counottii, & eum in finem, ut heredes ab Actione Capituli liberarentur. Tamen, pro finienda lite, offertur cessio Actionis competentis, ex Transactione contra Counottium, qua deinde, à Judice acceptata & respective in formam redacta, cessant utrique omnes illæ Allegationes in favorem Counottii factæ, nam alias egissent heredes contra bonam fidem: Semper enim dixerunt, Transactionem esse factam ut magis prospectum esset Capitulo pro securitate Legati, recte itaque intentio Transactionis ex verbis heredum colligitur; scil. dimittendi hereditatem ejus *periculo*, uti clare loquitur heres Mottetii in [141] & non obscurius ipse Mottet [118] & [122] minime vero ea, quæ in favorem Counottii dicta, imputanda sunt Capitulo, tanquam ejus confessiones propriæ adversus Counottium. Lis ista per Sententias Abbatis Ægidii est finita: Clamant Counottiani rem judicatam per Judicem Ecclesiastici cum

A S. Ægidii. Et hic ipse Judex reservavit expresse Capitulo Actionem contra Counottium competentem, scil. mediante cessione ex Transactione competente: Quam non competere quis quæso dicere potest? Frustra ergo allegatur, contra Capitulum, Sententia Judicis prioris S. Pauli a Capitulo per Cautionis præstationem, acceptata, nam utraque Sententia Judicis S. Pauli & Ægidii non possunt simul stare. Counottiani utuntur ultima absolutoria, tanquam re judicata, in suum favorem, ergo nullo modo uti possunt priori, quæ est annullatoria. Videmus hinc crucem nullam nobis facere debere Quæstionem de Appellationis communione. Eadem illa Sententia Judicis S. Pauli utebantur Herviani in Actis fol. 419. qua non obstante Capitulo, respectu Legati præferentia in bonis Counottianis fuit adjudicata, etiam in Camera.

Dubium 7. Quod nulla videatur esse culpa Counottii propter quam ipse ad præsta-

B tionem Legati integralem sit condemnandus, cum tamen ipse integram hereditatem Joannæ Nicolas non perceperit.

Resp. 1. Agi jam de Obligatione, quam Counottius sub Hypotheca suorum bonorum in se recepit.

2. Per Judicem St. Ægidii Actio erat reservata Capitulo contra Counottium.

3. Judex omnis præcipue Cameralis, debet sequi Actionem propositam. Actio proposita est Actio hypothecaria ex Transactione & Saisinia. Probatam esse omnes agnoscimus. Ergo Reo incumbit Exceptionem probare. Potissima Exceptionum vis consistit in sequenti Evthymemate: Henricus Nicolas dixit in Testamento An. 1688. si mei heredes obtinere non possint hereditatem, erunt liberi ab onere Legati. Ergo Counotte, qui onus Legati, sine ulla conditione, An. 1690. in se recepit sub Hypotheca suorum bonorum, esse

C debet liber, quia ipse, facto Judicis, hereditatem integram non obtinuit. Nemo non videt consequentiæ falsitatem & plures Terminos in Syllogismo quam tres. Nam & heredes Henrici obtinuerunt hereditatem, mediante Transactione, & incertum est, an, post præstationem Legati, ultra Summas à Counottio præstitas & bona patrimonialia, aliquod reliquum habuerint ex integra hereditate, consideratione etiam habita expensarum litis experiundæ cum Counottio & jacturæ temporis. Et Counottius suo periculo passus est sibi hereditatem dimitti. Neque habemus hic præ nobis Actionem ex Testamento contra Counottium, quæ non foret fundata, sed ex Transactione & Hypotheca. Ergo Counottius in probanda sua Exceptione plane defecit, neque etiam à culpa est vacuus. Inventarium heredibus Henrici edere recusavit, ad dimittendam hereditatem eos metu litis compulit; Facta Transactione Capitulo Huyensi promte non satisfecit; In lite cum Hervianis Capitulum ad assistendum pro conservatione Legati, qui erat finis Transactionis, citari non curavit; causam coram

Officiali

Officiali pessime defendit; Post eventum funestum litis neque contra Transactionem Restitut. in integrum petiit, neque contra Sententias Camerales remediis competentibus est usus; In puncto Cautionis, ab Herviis præstandæ, Appellationem ad Cameram non interposuit; à recursu inconsiderato ad curiam Romanam desistere noluit. Brevi frustrare Capituli Intentionem fundatam omni modo voluit. Et tamen a culpa vacuum dicere non erubescit suum Patrem Filius? Imo vero culposissimum fuisse ego existimo, unde successum talem est expertus.

Unum adhuc addo: Actio præferentiæ contra Hervium & Consortes, eratne personalis an realis? Haud dubie realis, quia nitebatur fundamento Hypothecæ ex Transactione quæsitæ.

Quale erat Objectum Actionis istius?

Resp. Præstatio Legati Capitulo Huyensi debiti, & quidem ex bonis Counottianis, una cum aliis præstationibus reliquis ex Transactione.

Quales erant Reorum Exceptiones?

Resp. In facto & Jure eædem plane quam quæ jam a Counottio propositæ fuere.

Quomodo illa causa decisa est?

Resp. Heredibus Sprimontianis, & Capitulo Huyensi nominatim, qua cessionario, adjudicata est præferentia in bonis Counottianis, adversus Hervium & Conf. i. e. Legatum esse præstandum ex bonis Counottii propriis, virtute Transactionis & Hypothecæ.

Qualis jam ratio differentiæ in persona ipsius Counottii?

Resp. Est talis, qualis est inter tertium possessorem injustum Actione reali conventum, & ipsum debitorem, eadem Actione conventum. Est eadem Actio realis contra Counottium; Idem plane petendi Fundamentum, idem Objectum, eædem Exceptiones, eædem Conclusiones.

Quare non eadem res judicata?

Resp. Hoc ego discere vellem libenter, & rationem ullam differentiæ audire; Si contra Counottium aliter esset judicandum, corrueret haud dubie res judicata Cameralis in eadem Actione & eodem Objecto lata, neq; posset ostendi ullus istius judicati effectus verus non imaginarius. Informatio Juris fol. 8. p. 2. ait: Counottium fuisse ad litem præferentiæ in Camera citatum. Ergo Sententia Cameralis non est lata inter tertias personas. Scio equidem falli in facto Auctorem Informationis. Quid, si formaretur Argumentum ex ipsius Hypothesi? Sed claudo meos rivos, ne videar lucem soli affundere & Vestræ, Domini, penetrationi in re tam clara diffidere velle.

A

SENTENTIA.
Expedit. 17. Februar. 1719.

IN causa Robinet & Conf., contra Everhardum Fossoul & Conf., nec non Decanum & Capitulum Huyense, intervenientes, Appellationis decisæ, nunc ejusdem Decani & Capituli Huyensis, contra Waltherum Ferdinandum Counotte, & respective Jacobum Malaise, Citationis ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus ex præfatis bonis a Ferdinando Gaen delatis: Visis Actis dicimus & pronunciamus, Exceptionibus quibuscunque per Lt. Steinhausen prolatis non obstantibus, prædictum Waltherum Ferdinand. Counotte ad præstandum *Legatum*, à quondam Henrico Nicolas Canonico Ecclesiæ Huyensi pro cultu divino relictum, cum *Interesse* à tempore Transactionis inter quondam Waltherum

B

Counotte & modo dicti Henrici Nicolas heredes, Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo initæ, condemnandum, atque Decanum & Capitulum Huyense ad hunc effectum in Saisinia Anno millesimo septingentesimo quinto, in quibuscunque bonis Counottianis capta, & per heredes Henrici Capitulo cum omni Jure competenti cessa, omni meliori modo esse manutenendos, ita, ut Executio Legati ex pecuniis & reditibus in diversis Judiciis Leodiensibus consignatis & arrestatis in quantum sufficiunt, in subsidium vero, ex reliquis bonis Counottianis fieri, debeat.

Porro quoad Jacobum Malaise, præfato Capitulo, salva dicto Malaise persecutione sui crediti contra quoscunque sibi bene visos, præferentiam adjudicandam esse. Prout hisce prædictum Counotte condemnamus, Decanum & Capitulum Huyense manutenemus, eidemque præferentiam adjudicamus. Expensas hujus litis, ex causis nos moventibus, compensantes.

C

Denique ad hujus Sententiæ Executionem & docendum de paritione, tam prædicto Counotte, quam Judicibus Leodiensibus, apud quos pecuniæ & reditus sunt consignati & arrestati, Terminum unius mensis præfigimus, sub tali comminatione, ut, nisi ita egerint, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, in pœnam decem Marcarum Auri puri pro dimidia parte Fisco Cæsareo, pro altera dimidia vero dictis Actoribus solvendam condemnati esse, &, pro reali Executione hujus pœnæ, ulterius debeat fieri quod est juris.

SENTENTIA PARITORIA.
Expedit. 31. Mart. 1719.

IN causa Robinet & Conf. contra Everhard. Fossoul & Conf. nec non Decanum & Capitul. Huyense, intervenientes Appellat. decisæ, nunc ejusdem Decani & Capituli

contra Waltherum Ferdin. Counotte, & respective Jacobum Malaise, *Citationis*, etiam decisæ, ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus, ex præfatis bonis, a Ferdinando Gaen delatis: Nunc Executorialium:

Lto Dimpfel suum petitum, in puncto declarationis pœnæ, adhuc denegamus, sed Lto Steinhausen, qua Procuratori dicti Counotte,

A nec non Judicibus Leodiensibus, in Sententiæ 17. Febr. nuperi nominatis, ut de factæ paritione actuali dictæ Sententiæ, computando Interesse adjudicatum juxta Constitutiones Imperii, vel de perfecta inter partes Transactione doceant, Terminum adhuc unius mensis in superfluum præfigimus, sub tali comminatione, nisi ita egerint ut tunc Sententia prædicta, in puncto condemnationis pœnæ, effectum sortiri, & ad ejusdem realem Executionem fieri debeat, quod Juris.

VOTUM VII.

Ad petitam Restitutionem in integrum.

SCriptum Counottianum pro impetranda *in integrum restitutione* productum 8. Maji nuperrime, in quo simul offertur Art. 83. solutio 45000. flor. pro Capitali & 35. mill. pro Interesse, est revera frivolum, ad remorandum Justitiæ cursum adinven- B tum, haud dubie eo fine, ut Capitulum in fruitione Sententiæ latæ adhuc aliquot menses impediretur.

In formalibus notandi sunt defectus, quod Mandatum speciale ad jurandum [192] non sit sigillo munitum, id quod in Supplica Extrajud. Procurator frustra excusat ideo, quod multi sigilla non habeant, & manus sint notæ. Nam licet de manu nullum sit dubium, tamen hæ personæ sigillo non carent. Porro, quid sibi velit subscriptio Domini W. ego non perspicio, neque enim est Tutor, neque Advocatus causæ.

Tandem oblatio Juramenti Procuratoris, *quatenus admittatur*, non est pura, sed captiosa, sc. ipse diffidere videtur Argumentis seu Documentis novis.

Missis formalibus, dicam etiam de materialibus, quæ plane nihil continent novi, vel quod ad rem faciat Scriptum prolixum, in repetitione tædiosa antea ad nauseam dicto- C rum constat, quæ ut excerpantur denuo, non est operæ pretium, neque Referentis Officium; Patet enim satis ex ipsorum Adjunctorum perlustratione, cujus sit toni.

Perlustrentur singula Adjuncta a lit. A. usque X.

Quo facto, satis constare puto, cantari cantilenam antiquam defensione a Capitulo non suscepta, de Sententia Judicis Ecclesiastici S. Pauli, de Saisinia confidentiali, & similibus Exceptioniculis; & omnia Adjuncta a lit. *A. usque O.* esse ex Actis illis coram Judicibus Leod. S. Pauli & Egidii desumpta, & forte plura talia excerpi posse ejusdem farinæ, quæ in rei substantia sunt eadem, quæ antea fuere prolata in Voto meo & conformibus penitus concussa, explosa & per Sententiam rejecta. Acta hæc dudum in manibus habuere Counottiani, ut proinde neque formaliter, neque materialiter pro noviter repertis allegari possint.

Reliqua Adjuncta nihil magis faciunt ad rem: Lit. P. testatur de Arrestis, per Hervianos & Conf. aliosque, qui nihil impedire possunt, impositis, quod Leodii facile fit salvo Jure cujusque, sed Herviani in Camera dudum Anno 1717. contra Capitulum succubuerunt, ergo frustra Arresta imponere satagunt; Nihil enim plane Juris ipsis competere ipse Counottius contendit, vult enim vindicare ab ipsis bona, ut patet ex lit. seq. Q.

Add. quæ infra dicuntur, versu: Arresta.

Lit. Q. Pertinet ad viam non Juris & Sententiæ, sed amicabilis compositionis. Et continet oblationes Capitulo victrici factas a Counottio, quas adhuc facit in scripto implorationis, Articulo 83. Ex quo Documento prælecto patet, sufficientes minime esse oblationes, neque Sententiæ conformes, adeoque a Capitulo in lit. R. merito rejectas. Quod ut patescat clarius, (videtur enim in hac oblatione maximum pondus constitui) notandum est: Quod in Sententia Camerali 17. Febr. 1719. adjudicatum sit Capitulo *Legatum*, in Testamento Henrici Nicolas, præstandum ex reditibus arrestatis & pecuniis consignatis, in subsidium ex reliquis bonis Counottianis, cum *Interesse* a tempore Transactionis Anno 1690. Verba Sententiæ sunt clara, & relecta jam in Senatu.

Legatum autem constat in annuis reditibus pro cultu divino ad Summam 3000. flor. data simul Capitulo *optione* ex Registro redituum.

Quæritur jam, quæ sit Summa Capitalis sive sortis? Resp. si juxta Summam redituum 3000. floren. Leod. computetur, erit sors 60000. flor. Reditus vero cessi ab Anno 1690. 15. Sept. usque 15. Sept. 1718. scil. 28. annis efficiunt Summam alterum tantum multam superantem.

Oblationes vero Counotrii [185] lit. Q. quas repetit in Imploratione [196] vel Wansoulii sunt tantum

pro sorte	- -	45000. flor.
& pro Interesse	-	35000. flor.
		Summa 80000. flor. Brab.

Ergo

Ergo Summa oblata est longe minor, quam est in Sententia adjudicata. A

Credo Counottianos male intelligere verba Sententiæ 17. Febr. 1719. in qua adjudicatur *Interesse Legati*.

Hinc recusat solutionem redituum cessorum quotannis 3000. flor. sed computationem facit sortis *ad decimum quintum denarium*, quo mediante Testator Henricus Nicolas permisit heredibus, quorum onus suscepit Counottius in Transactione A. 1690. redimere & extinguere reditus Legatos.

Wenn also 15. fl. giebt 1. fl. so geben 15000. Ein Tausend / folglich 45000. geben 3000. fl.

Nach dieser Rechnung wäre das Capital nur 45000. fl und das Interesse jährl. nicht 3000. fl. sondern nur 2250. zu 5. pro cento, und also in 28. Jahren 63000. fl. darvon etwas mehr als die Helffte anerboten wird / nemlich 35000. fl. Dieses ist die Counottische Calculation.

Es läst sich aber solche auch umkehren dergestalt / wenn nach der Beylage Implorationis pro restitutione lit. Q. & S. die Renthen noch geringer als 5. pro cento constituiret sind / so betrüge das Capital auf 3000. fl. Renthen noch weit mehr als 60000. fl. B Wenn ich 100. Rthlr. zu 3. pro cento austhue / so muß ich doch 100. Rthlr. wieder haben / und nicht weniger / und darff der Debitor die Rechnung auf 5. pro cento nicht machen.

Reditus constituti 15to denario betragen $3\frac{3}{4}$. pro cento, so müste also vor $3\frac{3}{4}$. fl. Ein Hundert præstiret werden. Betrüge vor $37\frac{2}{4}$. fl. Ein Tausend fl. Capital und so weiter. Woraus zu sehen / daß / so offt $37\frac{2}{4}$. in 3000. fl. Renthen begriffen / so vielmahl 1000. fl. Capital es ausmachte / und könte dieses die Meynung des Testatoris gewesen seyn / um das Legatum in reditibus ad optionem Legatis desto fester und beständiger zu machen.

Quid? si Capitulum peteret usuras a singulis reditibus cessis, quia singuli sunt loco sortis, qua ratione Summa præstanda adhuc foret longe major? sed quia neque tale quid petitum, neque adjudicatum, hinc quietus esse posset Counottius præstando Summam adjudicatam scil. computatione facta sortis ex Summa redituum 3000. flor. ad 5. pro cento, & erit sors 60000. flor. reditus cessi facile computantur, & calculus supra est factus.

Quod si sors esset habenda juxta computationem Counottii, tantum 45000. flor. nihilominus deberentur reditus annui 3000. flor. cessi. Relinquatur modo Capitulo optio ex Registro pro Summa redituum annuorum 3000. flor. quotquot adhuc existunt vel arrestati vel liberi. C

Pro reditibus vero cessis ab Anno 1690. usque huc fiat solutio ex pecuniis consignatis, in quantum sufficiunt. De reliquo, credo, transigetur. Summæ consignatæ sunt 52000. flor. Deest ergo adhuc Summa 34000. flor. ex bonis Counottianis in subsidium supplenda, de qua fieri potest Transactio. Executio liquidi in paratis interim fieri debet, ne Sententia Cameralis fiat elusoria.

Ridicula enim plane est intentio Counottii ad absolutionem ab Actione ex istis conquisitis Extractibus Actorum lit. A. usque O. Sunt enim Argumenta antiqua cum affuso aliquo novo Jure recocta.

Lit. S. est captiosum Juramentum Counottii; neque enim quæritur amplius de viribus hereditatis Joannæ Gaen, sed de bonis Counottianis, sive sint a marito sive ab uxore profecta, quod in prioribus Votis ad nauseam fuit demonstratum.

Lit. T. U. Pertinent ad Cantilenam veterem de Saisinia confidentiali, & sunt Testimonia ab ipsis Procuratoribus Counottii in propria causa confecta, magis contra quam pro Counottio facientia.

Lit. W. X. Nihil plane ad rem faciunt.

Arresta vero imposita nullius esse effectus satis constat, quia Arrestantes, sive *Hervius & Chesnay*, prætensi heredes Joannæ Nicolas, sunt per Sententiam victi, eorumque Jus cessum a Melissonio ad separatum remissum, vid. Sentent. Cameral. 29. Jan. 1717. Counottius ipse pariter victus. Ergo Jus arrestandi non habent.

Fossoul & Clos, tanquam repræsentantes A. L. Sprimont, pro dimidia hereditatis Henrici Nicolas, Jura sua *cesserunt Capitulo*, vid. dictam Sentent. Cameral. 29. Jan. 1717. Et quantum ad reservata patrimonialia bona Joannæ Nicolas attinet, quorum mentio tam in Transactione cum Counottio Anno 1690. quam in altera cum Capitulo A. 1713. fit, hæc ipsa *Transactio loquitur*, *quod cedentes eo Jure non velint uti in præjudicium Capituli*, *quo minus Legato fruantur*, vid. Transactionem hanc [70] in his Actis, vel in Actis Mandati Herve contra quoscunque Judices [40.] Ergo non habent amplius Jus arrestandi in præjudicium Capituli.

Tandem *Malaisius* est etiam victus per Sententiam novissimam, intuitu præferentiæ. Et *is jam aliam viam quæsivit in Camera & obtinuit Citationem contra possessores bonorum per Hervios alienatorum* Ergo rectissime Decretum datum fuit a Senatu ad Supplicam Lti Flender nomine Scabinorum exhibitam 29. April. 1719. [193] quod ex Sententiis Cameralibus relaxatio Arrestorum per se intelligatur. Quale Decretum etiam in iisdem Terminis posset dari ad utramque Supplicam Extrajud. Lti Flenders nomine *Officialis & Sententiarii* exhibitam 8. Maji & 10. Maji, sed præstat fieri declarationem per Sententiam.

Adeoque, cum ratio petendæ restitutionis in integrum sit penitus nulla, Legibus non conformis, neque justa, per quam, uti credo, id quæritur, ut oblationes lit. Q. factæ approbentur, vid. Implorationis conclusionem in Clausula salutari, opus erit frivolam petitionem compescere, & Sententiam latam 19. Febr. 1719. atque per paritoriam 31. Mart. 1719. confirmatam ad Executionem perducere.

Proinde pronunciandum erit post factam a Lt. Dimpfel submissionem.

1) Rejiciendo petitionem restitutionis in integrum, tanquam frivolam & moratoriam.

2) Exe-

2) Executionem Sententiarum demandando tam Counottii, quam Judicibus, Scabinis & Officiali, ejusque Sententiario, non obstantibus Arrestis & oppositionibus quibuscunque. Comminando severius Executionem pœnæ, antea etiam contra Judices decretæ.

3) Addendo condemnationem in Expensas.

4) Meriti etiam sunt implorantes pœnam fiscalem temerarii litigii dimidiæ Marcæ auri. Quod tamen approbationi Dominorum permitto.

Continuatio Voti 23. Sept. 1719.

REversus ab itinere ex perlectione Protocolli Senatus judicialis de 22. Maji nuperi intellexi, quod finalis definitio, sive remotio moræ, Executioni per petitam in integrum restitutionem injectæ, in uno aliquo dubio hæserit, quod dubium ego prævidere non potui extiturum esse, alias facili negotio in Voto meo, ante discessum meum recitato, resolvere potuissem. Faciendum itaque jam erit, & fiet clarissime ostendendo:

1) Quæstionem ex Adjunctis Imploratoionis pro restitut. in integr. W. X. desumptam, in quo Argumento cum salutem aliquam speret Counottius ad effugiendam præstationem Legati, ad pias causas relicti, idcirco novissime 6. Sept. demum per Supplicam additionalem sine venia productam ad Acta & Adjuncta confirmare istud qualecunque Argumentum studuit.

Dubium, sive Argumentum, quod formatum fuit, ita sese habet:

"Tota ratio decidendi præcedentium Sententiarum sita est in Transactione inter heredes Henrici Nicolas & Waltherum Counotte, A. 1690. & cessione Jurium competentium facta per Sprimontios in Capitulum. Si ergo de validitate istius Transactionis adhuc est lis Leodii pendens, vel quod magis, Transactio est sublata, extincta, cassata, quod vellet probare Counottius per Adjuncta lit. W. X. sequitur, quod Counottius condemnari nequeat ante finitam hanc litem præjudicialem, adeoque Counottio adversus Sententias Camerales petita restitutio in integrum denegari non potest.

Hoc Argumentum, quasi per transitum, circa finem implorationis, tanquam non magni momenti, allegavit defensor Counottii, additis Adjunctis lit. W. X. quorum finem, & quæ fuerit vis Argumenti, ego, ut verum fatear, tunc non intellexi, sed ex Protocollo Senatus & additionali Supplica 6. Sept. producta id demum percepi; sed ita, ut firmiter credam, ipsum etiam W. satis esse perspicacem, ut intelligat litem de firmitate Transactionis & cessionis factæ in Capitulum, in Camera Imperiali esse tractatam & finitam. Tantum abest ut credere possit adhuc pendere litem Leodii, cum talis Actio, de rescindenda vel cassanda Transactione & obligatione Counottii, Leodii nunquam extiterit.

Ait Auctor scripti pro restitutione in integrum §. 95. Saisiniam super Hypotheca, in Transactione constituta, fuisse confidentialem, eum in finem fabricatam, ut frenum aliquod imponeret Hervianis. Mox §. 96. dicit: Præterquam, quod Titulus Saisiniæ fuerit resolutus juxta Adjuncta W. X. Hoc ultimum assertum in scripto additionali, 6. Sept. producto, confirmare studuit per nova adjuncta.

Post expositam Quæstionem & Argumentum dabo ejus claram solutionem:

Primo dico: Exceptionem Confidentiæ, seu collusionis, in capienda Saisinia dudum per Sententias fuisse rejectam.

Secundo: Fundamentum decidendi Sententiæ condemnatoriæ fuisse quidem Transactionem supra dictam de Anno 1690. juncta cessione Jurium facta Capitulo ex Transactione competentium heredibus Henrici Nicolas, sed nullibi unquam esse probatum, neque probari posse, quod lis aliquando fuerit Leodii coram quocunque Judice super Transactionis rescissione pendens.

Non equidem probatur hoc per adjuncta illa lit. W. & X.

Lit. W. est Copia alicujus Citationis, A. 1699. 22. Dec. emanatæ, ad petita Lamberti Mottet contra Waltherum Counotte, ab Officiali Leodiensi. Ad quid? An ad videndum cassari vel tolli Transactionem præcedentem An. 1690. initam? Minime, sed ad præstandum indemnem Lambertum Mottet adversus Actionem Capituli pro consequendo Legato: Idque *citra præjudicium resolutæ Transactionis* inter partes 15. Sept. 1690. initæ. Ita sonant verba, quæ etiam continentur in Decreto Officialis in contumaciam lato 15. Jan. 1700. Estne hoc dicere, Transactionem esse cassatam & extinctam, vel litem desuper pendere? Si vox *resoluta* hunc sensum habet, contradictio est aperta petiti in dicta citatione. Nam contradictoria sunt petere ut Transactio observetur per præstationem Indemnitatis, & dicere Transactionem esse extinctam. Omnino hoc non voluit nec potuit dicere Lambertus Mottet, sed verborum sensus naturalis est hic: Citatur Counottius ad præstandum indemnem Lambertum Mottet adversus Actionem Capituli Huyensis, citra præjudicium quod Transactio posset dici resoluta respectu Counottii, quia hic non adimplorat ad eandem Transactionem, adeoque heredibus Canonici Henrici maneret Jus integrum ad hereditatem, ejusque possessionem. Quid vero hoc ad Capitulum Huyense? Sane Actio ad rescindendam Transactionem instituta nunquam

quam fuit, quomodo ergo dici potest lis desuper pendens?

Sane si Counottius satisfacit Capitulo Huyensi pro Legato, prout est condemnatus in Camera, imo per ipsius Officialis Decretum 15. Jan. 1700. latum, dicto Adjuncto lit. W. tunc finita est omnis Actio ad Indemnitatem præstandam.

Eadem plane est ratio Actionis Annæ Ludovicæ Sprimont, de qua loquitur Adjunctum Actorum lit. X. Est autem excerptum ex Actis recentissimis moderni Counotte post Sententiam Cameralem condemnatoriam. Sc. An. 1719. 20. Aug. dicitur, quod Sprimontiani heredes non possint evitare resumtionem causæ indecisæ. Cujus vero causæ? Id patet ex Actis anterioribus, & exprimitur satis in hoc Adjuncto, magis vero in altero sub lit. BB. Sc. A. L. Sprimont etiam egerat, pro consequenda indemnitate, adversus Actionem Capituli. Ergo vult Transactionem esse firmam. Additur ibidem, exceptum fuisse contra istam Actionem Sprimontianam; A quo? Haud dubie ab ipso Counottii patre, quod Transactio esset resoluta, quia hereditas esset per Hervianos evicta. An ergo heredes Sprimontiæ unquam affirmarunt vel dixerunt Transactionem esse resolutam, sive cassatam? Minime, sed Counottius hoc dixit eum in finem, ut ab heredibus Henrici, Canonici, recuperaret reditus ipsis traditos ex hereditate vi Transactionis. Dicat hoc centies Counottius filius & cum ipso Advocatus W. inde tamen non sequitur esse verum, quod Transactio sit extincta, vel lis desuper pendens.

Non magis confirmatur assertum Counottianum per Adjuncta in Supplica additionali, quorum nullum ad rem facit; nam assertiones sunt ipsius Counottii patris, vel ejus Procuratoris, quæ non magis probant, quam quæ hodie dicit filius, vel ejus defensor. Imo proprio ferro se jugulat Counottius, dum apponit sub lit. FF. Decretum Officialis 26 Jan. 1719. in quo decernitur Christophoro Alberto Cloes, qui est ex heredibus Sprimontiis, Citatio ad videndum se restitui contra Decretum, in quo injuncta fuerat resumtio Processus ad se indemnisandum. Porro in Adjuncto n. 1. [197] Counottius ipse ad suum commodum contra Hervianos, utitur Sententiis Cameralibus, adversus quas tamen in Camera vult restitui in integrum.

Reliqua omnia, quæ ad obtinendam restitutionem sunt producta in Voto meo præcedenti, fuere explosa & ostensum nihil omnino facere ad eum finem, & esse dudum rejecta. Credo enim omne dubium de resoluta sive sublata Transactione jam plenissime esse sublatum: Quapropter repeto Votum meum antea redditum, pro rejicienda ista imploratione tanquam vere frivola.

Fata sunt hujus causæ per tot annorum decursum singularia, sed credo jam demum futurum finem, si cavillationibus, ad remorandam Executionem Legati ad pias causas relicti, amplius non erit locus.

SENTENTIA PUBLICATA

11. Octobr. 1719.

IN causa Robinet & Consortum, contra Everhardum Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Ecclesiæ Huyensis, Intervenientes, Appellationis decisæ; Nunc ejusdem Decani & Capituli Huyensis contra Waltherum Ferdinandum Counotte & respective Jacobum Malaise, Citationis ad videndum fieri Executionem &c. &c. Nunc Executorialium & petitæ restitutionis in integrum, Lto Steinhausen petitionem suam, pro restitutione in integrum octava Maji nuperrime factam, tanquam frivolam & moratoriam, denegamus, sed præcedentibus nostris Sententiis 11. Februar. & 31. Martii anni currentis inhæremus, ejusdem Principalem, Waltherum Ferdinandum Counotte, in expensas hujus moræ, salvo nostro moderamine, condemnantes. Proinde eidem Counotte, ut antea dictis Sententiis pareat, præstando & permittendo Capitulo perceptionem confessatæ Summæ pro Capitali quadraginta quinque Millium florenorum Brabanticorum, nec non Interesse ejus Summæ, quinque pro Centum, a tempore Transactionis, Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo initæ, ex pecuniis consignatis & Summis redituum arrestatorum a debitoribus præstandis, in quantum sufficiunt, in subsidium vero ex reliquis suis bonis, capique eum in finem, pro Executione reali, media convenientia non impediat. Judicibus vero Leodiensibus, apud quos pecuniæ consignatæ & reditus arrestati, speciatim Scabinis & Officiali, ejusque Sententiario, ut non obstantibus Arrestis & oppositionibus quibuscunque hactenus factis & per easdem personas vel Conf. faciendis, prædictam præstationem & Executionem Sententiæ nostræ ulterius non morentur, sed sine dilatione Capitulo Huyensi permittant, solvant, assignent & exequantur, atque de facta paritione intra quindenam doceant, serio & cum repetita finaliter comminatione Executionis pœnæ, præcedentibus Executorialibus insertæ, injungimus; pro obtinenda vero

majori Summa, tam Capitalis supra dicti, quam Interesse, ex capite redituum annuorum legatorum trium millium florenorum, Capitulo Huyensi ulteriorem deductionem in hac Imperiali Camera, salva responsione adversæ partis & salva omni modo præstatione Summarum prædictarum, indilate facienda liberam relinquentes.

VOTUM VIII.

Ad novam Capituli Huyensis petitionem.

Objectum præsentis deliberationis est Supplica Capituli Huyensis nomine per Lt. Dimpfel exhibita 17. Oct. 1720.

Pro Mandato de exequendo Sententiam Cameralem & extradendo sine mora pecunias per Monasterium S. Laurentii depositas & consignatas S. C.

Causa, quod petitum extrajudicialiter exhibeatur & proponatur, est hæc, quod Waltherus Ferdinandus Counotte, cujus poterat interesse, petito consentiat, adeoque non opus erat cognitione aliqua judiciali in Actis adversus prædictum Counotte ventilatis, sub Rubrica: Robinet contra Fossoul. Opus erat saltem, ut Scabini Leodienses, qui videntur moras nectere, ad extraditionem pecuniarum depositarum compellantur. Fundamentum totius rei sunt Sententiæ Camerales:

29. Jan. 1717.
17. Febr. 1719.
31. Mart. 1719. quæ est paritoria.
11. Octobr. 1719. quæ est Restitutionis in integrum denegatoria atque inhæsiva.

Licet enim Waltherus Ferdin. Counotte *secunda vice pro restitutione in integrum,* implorationem produxerit, atque in hac secunda restitut. in integrum Instantia conclusa sint Acta, Referens etiam sit paratus ad Votum, in quo demonstrabitur, absque ullis novis, sed unice ad remorandam Sententiæ Executionem fuisse petitam: Quia tamen Acta mirum in modum ab implorante sunt accumulata, post Sententiam ultimam 11. Octobr. 1719. a num. Cam. [199] usque [240] additis scriptis typis impressis prolixissimis, nihil tamen novi continentibus, plane juxta morem fugientium reorum, & Axiomata pseudo-practicorum: Adeo, ut incertum sit, quando in tanto rerum judicialium numero & impedimentis repetitæ Relationis hujus causæ tempus dari queat.

Hinc commoda sese offerente occasione supra dicti depositi, consensu Counottii accedente, ad extrajudiciale petitum sua direxit consilia Capitulum Huyense. Et spes est per hanc viam utrique consultum fore & Capitulo & Counottio; Illi, quod Summa adjudicata propemodum fruatur; Huic, quod per Summas depositas, quas ipse ex facultatibus suis, hucusque ab injuria Hervianorum salvatis, erogare non debet, ab Actione Capituli liberare se queat. Et sic cessaturam esse omnem ulteriorem litis prosecutionem nullus dubito. Nam Articulum in Sententia ultima 11. Octobr. 1719. ibi: *pro obtinenda vero majori Summa* &c. quem Lt. Dimpfel in Supplica Extrajudiciali sub Rubrica: *Succincta Deductio ulterioris prætensionis* &c. proposuit, credo, quod Capitulum sit relicturum. Credo etiam, quod secunda restitutionis imploratio, ad evitandam ulterioris Summæ adjudicationem, sit producta, cum eandem Summam capitalem 45000. flor. quæ est adjudicata, Counottius jam dudum judicialiter obtulerit, ut ex hoc solo capite confessionis judicialis omnis hæc nova restitutionis petitio cessare debeat.

Legantur itaque supradictæ Sententiæ ex Protocollo.

Quo facto in memoriam est revocandum ex præcedentibus deliberationibus:

1) Quod Hervianis nullum plane Jus ad hereditatem Conjugum Gaen competere sit judicatum in Petitorio. Et hoc quidem virtualiter & per rationes decidendi, votaque Senatus respective unanimia & majora.

Nam omne Jus Hervianorum prætensum fundabatur in eo, quod Testamentum uxoris Ferdin. Gaen esset factum caducum ideo, quod heres scriptus frater Henricus Nicolas, decessisset ante maritum Ferdinandum Gaen. Inepta & ridicula erat ratio, sed tamen ita in Actis proposita, & magna animorum contentione defensa.

Cum ergo Legatum Henrici Nicolas, ex hereditate Sororis, Joannæ Gaen, Ecclesiæ Huyensi relictum, per Sententias fuerit approbatum, Mandatum, quod Hervius obtinuerat, cassatum, necessarium utique fuit præsupponere, tanquam principium inconcussum, quod hereditas Joannæ Gaen fratri fuerit adquisita, ergo Testamentum Joannæ non factum fuerit caducum. Quem rem ego in primo meo amplissimo Voto rationibus invictis firmare studui.

2) In memoriam revocandum est, quod in Relatione prima inter alia Quæstio illa: An adquisitiones Ferdinandi Gaen post mortem uxoris ad Massam universam hereditatis amborum conjugum, consequenter dimidia pars ad uxoris hereditatem, essent referendæ? Negative a me fuerit resoluta, neque ulla occurrerit dubitandi ratio.

vid.

vid. *dict. Relat. in Capite sive* §. 5. *de Testamento communi Quæst.* 5.

Consectarium hujus rei est: Ut si probatum fuerit aliquem reditum a Ferdinando Gaen, post mortem Uxoris adquisitum esse, hunc etiam non existente Transactione Counottii A. 1690. cum heredibus Henrici Nicolas Canonici inita, ad Counottium pertinuisse & ad ejus bona referendum, non vero ad hereditatem Uxoris Johannæ.

3) Meminimus ex Historia antiquorum Processuum & Actis, quæ tunc ad manus fuere & inspecta Dominis Assessoribus, quomodo Hervianis feliciter cesserint omnia. Hinc tantus Mandatorum numerus. Et cum in aliquo Mandato, adsistente etiam Fiscali Cæsareo, &, prout informationem accipiebat ab Hervianis petita sua formante, Judices Leodienses juberentur dimidiam partem bonorum, per Ferdinandum Gaen in matrimonio adquisitorum, permittere Hervianis, quo magis suis clientibus consuleretur dicitur superinscriptas fuisse Mandato voculas, *ac de post*, ita ut etiam bona in viduitate adquisita ad semissem hereditatis referrentur: Quæsti sunt graviter ea de re Senatores Consilii ordinarii, sed non alio effectu, quam ut tunc temporis Quæstio hæc ulteriori Decisioni in Camera reservaretur, teste Sententia 7. Julii 1698. in Actis Mandati de cassando admissas Appellationes de Herve contra Consil. Ordin. Leodiense.

Reditus iste, de quo jam agitur, cujus Summa capitalis cum reditibus cessis ultimorum Annorum 52508. flor. Brab. consignata est apud Scabinos haud dubie fuit a Ferdinando Gaen post mortem Uxoris acquisitus A. 1687. & 1688.

Uxor erat mortua Ao. 1685. Ergo omni Jure spectabat non ad Hervianos, si vel maxime horum intentio ad hereditatem Joannæ fuisset fundata, quam tamen fundatam non esse unanimi consensu Domini Assessores existimavere, sed ad Counottium.

Qua via Advocatus Hervianorum, *Plenevaux*, cessionem hujus reditus ab Hervianis non Dominis & Usurpatoribus extorserit, in præsentibus Supplicis per Documenta Authentica probatur.

Sed Counottius vindicare eum hactenus non potuit. Hinc facile consentire potuit & consensum præbuit, ut post consignationem factam, Capitulum Huyense istis pecuniis ad rationes Summæ, in Sententia Camerali adjudicatæ, teneretur.

Nullus adest contradictor, nisi vidua Advocati, quæ putat, se securam per pristina Judicata Cameralia, quæ tamen huc non faciunt, & saltem respiciunt hereditatem Uxoris Joannæ Gaen, insuper in possessorio, si Diis placet! Summariissimo esse fundatam. Quæ omnia jam nihil ad rhombum, quia, uti dictum, jam agitur de reditu ad hereditatem Counottii, licet hic alteram hereditatem Uxoris per Transactionem A. 1690. non acquisivisset, pertinente, & insuper per ea, quæ supra num. I. monui Decisione facta in Petitorio, de Testamento non caduco & valido Legato, validaque Transactione A. 1690. cessavit omne possessorium.

Hinc est, quod Malaisius possessores bonorum, qui ab Hervianis causam habent, inquirat, & in Camera Imperiali obtinuerit Citationem ad videndum se immitti &c. Hæc omnia fiunt in commodum Counotti, qui hæc libenter fieri patitur, cum ipse & a Processu hujusmodi liber sit, & bonis, quæ ex naufragio hereditatis opulentissimæ, vel, ut dicam magis apposite, ab expilatoribus & usurpatoribus salvavit, quiete fruatur. Sunt autem hæc insignia, atque uti probatum dedit Capitulum Huyense per Authentica Documenta ad informationem saltem hujus Judicii Imperialis, adscendunt reditus Counottii, quos adhuc possidet, exceptis mobilibus & pecunia numerata, quam redegit partim ex redemtione redituum ad 124000. flor. juxta Adjunctum num. 12. partim ex solutione chirographariorum Debitorum num. 13. 110000. flor. & præter alias Summas occultatas in reditibus annuis multa millia florenorum, qui adhuc extant, neque adhuc sunt redemti. Adeo ut Summam Legati Capitulo Huyensi & ad pias causas relicti 3000. flor. jam Summam Capitalis 45000. *floren.* adjudicatam cum pensionibus cessis a tempore Transactionis Ao. 1690. Capitulo Huyensi non invidere debeat Counottius. Ad quam Summam ipse ne ullum adhuc teruncium de magna redituum opulentia exsolvit; Nam Capitulum accepit hucusque Summas, a Debitoribus hereditatis consignatas, apud Officialem - 10064. flor.
apud Scabinos - 44342. flor.

Summa 54306. flor.

Hos ergo non solvit Counottius. Si jam Capitulo permittuntur consignatæ ab Abbate S. Laurentii - - 52508. flor.
habebit Capitulum - 106914. flor.
Et sic ad Summam adjudicatam, quæ est, computatis Capitali & pensionibus 29. Annorum usque 5. Sept. 1719. - 110250. flor.
Desunt adhuc 3336. flor. a Counottio præstand. vel in reditibus assignandi.

Hæc pro introductione, ad intelligenda narrata & petita Supplicarum tam a parte Capituli, quam a parte Viduæ Plenevaux, præmittere visum mihi fuit.

Lectione Supplicarum præmissa: Nihil plane video impedimenti, quare non assentiri debeam petito Capituli Huyensis, ad obtinendam extraditionem pecuniarum depositarum, & quidem per Decretum Extrajudiciale, omni meliori modo formatum.

Ratione modi habeo sequentes rationes: Quia nullus adest in Actis contradictor legitimus. Nam consentit Counotte, qui

est in Actis Adversarius. Consensus probatur:

1) Ex Declaratione in Adjuncto Supplicæ num. 2.

2) Ex confessione Procuratoris judiciali in Actis sub [239]. producta 6. Nov. 1720.

3) Ex confessione viduæ Plenevaux in Supplica pro cassanda consignatione.

Ergo poterit consentire etiam Judex Cameralis per Decretum, ut vocamus, Extrajudiciale.

Ratione rei ipsius nulla etiam est dubitatio rationabilis:

1) Quia habemus pro nobis Sententias, secundum quas debetur Capitulo Summa Capitalis 45000. flor. cum reditibus cessis, ab Ao. 1690.

2) Non obstat petitio secundæ restitutionis, quia Counotte consentit, ut Capitulum accipiat hanc Summam. Et dixi in præliminari informatione, quem habeat scopum ista nova restitutionis petitio.

3) Non obstat Malaisius, quia hic per Sententias adversus Capitulum, in præferentia succubuit, & insuper consensit huic exsolutioni Capitulo faciendæ.

4) Non obstat denique Vidua Plenevaux, quia hæc nullum habet Jus ad has pecunias, quam ex cessione Usurpatorum Hervianorum, quod est in confesso. Est insuper fide pessima, & præmium erat Advocati, qui non sine falsi crimine Mandatum Camerale, insertis Voculis: *Ac de post* vitiaverat: Hoc enim aditum ad istum reditum, qui ad bona *ac de post* adquisita Ferdin. Gaen spectabat, sibi paraverat.

Licet enim vidua Plenevaux Capitulum Huyense coram Scabinis citari fecerit, ad edendum Titulum suæ prætensionis pro consequendo hoc reditu, juxta Adjunct. lit. R. Supplicæ pro cassanda consignatione: Notandum tamen est, hanc Citationem emanasse 18. *Nov.* 1719. adeoque post Sententiam Cameralem 11. *Octobr.* 1719. & omnes præcedentes in fraudem Jurisdictionis Cameralis.

Proinde in Camera debebat agere vidua Plenevaux, non Leodii, si quod Jus haberet.

Verum satis est apertum, quod Titulum alium non habeat, quam ab Hervianis, ergo a non Dominis, & mala fide.

Proinde si alicui, erga cautionem, pecuniæ depositæ essent tradendæ, certe non ad Viduam Plenevaux deberent pervenire, sed ad Capitulum, quod omnino habet causam potiorem per Sententias & judicata & consensum Counottii.

Sed tamen Capitulum ego aliqua Cautione onerare nolo, quia nullum plane competere Jus Viduæ Plenevaux certum est & certissimum.

Porro cum præfatus Counotte adversus hanc ultimam Sententiam, secundam Restitutionem in A *integrum petiisset, interim vero Capitulum Huyense accepisset notitiam, sortem alicujus reditus per Abbatem S. Laurentii debiti, & ab Usurpatoribus hereditatis in favorem Authoris Viduæ Plenevaux, nulliter alienati, recenter consignatam fuisse in Judicio Scabinorum Leodiensium, supplicavit dictum Capitulum Cameræ Imperiali pro Mandato de relaxandis istis pecuniis, & Supplica per Decretum ad Judicium remissa lata fuit, & 10. Martii 1721. publicata Sententia sequens:*

TENOR SENTENTIÆ.

IN Causa Robinet & Consortum, contra Eberhard. Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Ecclesiæ Huyensis Intervenientes, Appellationis decisæ: Postmodum ejusdem Decani & Capituli contra Waltherum Ferd. Counotte, & resp. Jacobum Malaise, Citationis etiam decisæ ad videndum, & audiendum fieri Executionem Legati Ecclesiæ Huyensi relicti in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus ex præfatis bonis a Ferdin. Gaen delatis, itemque Restitutionis in integrum similiter decisæ: Nunc in puncto Supplicarum per Lt. Dimpfel 3. Martii nuperi productarum cum Adjunctis pro Mandato contra Scabinos Leodienses, de exequendo Sententias Camerales & extradendo sine mora pecunias per Monasterium St. Laurentii depositas & consignatas, quantum in specie concernit contradicentem Viduam Plenevaux, atque nomine ipsius per Ltum Jung 5. hujus Mensis productam Supplicam pro Mandato de cassando & annullando factam consignationem cum Adjunctis: Visis jam dictis Supplicis & consensu Waltheri Ferd. Counotte per Actum 4. Sept. 1720. [244] declarato, atque per Ltum Steinhausen in Recessu scripto 13. Nov. nuperi allegato petito Lti Jung, causisque per eum adductis non obstantibus, in sequelam Sententiarum in hac Imperiali Camera in hisce Actis latarum, Scabinis Leodiensibus, ut obtemperando dictis Sententiis Decano & Capitulo Huyensi præstita per eas sufficienti cautione de parendo Sententiæ in hac Imperiali Camera desuper ferendæ & restituendo, si Vidua Plenevaux aliquod Jus evicerit, prædictas pecunias extradant, neque ea in re moram committant, sub pœna in præcedentibus Sententiis comminata, simulque ut ab omni cognitione in hac ad Cameræ Imperialis cognitionem pertinente causa abstineant, serio injungimus atque præcipimus: Lto Jung vero, ad interveniendo producendam deductionem Juris, quod Vidua Plenevaux ad reditum istum ex hereditate quondam Ferdin. Gaen per Viduam Robinet & Consortes eorum quondam Advocato Plenevaux, traditum, atque pecunias novissime per Monasterium St. Laurentii depositas sibi competere putat, contra Waltherum Ferd. Counotte & Capitulum Huyense, ita tamen, ut interim extraditio pecuniarum consignatarum Capitulo Huyensi facienda non impediatur, tempus unius abhinc mensis, eundemque Terminum legalem, partibus, ad ea quæ decet desuper ulterius agenda, communem concedimus atque præfigimus.

VO-

VOTUM IX.

Ad novam Scenæ mutationem.

INTRODUCTIO

Ad præsentem Consultationem,

In Causa

VIDUÆ PLENEVAUX INTERVENIENTIS,

CONTRA

CAPITULUM HUYENSE ET FERDIN. WALTHER. COUNOTTE.

Sub Rubrica Actorum

ROBINET

Contra

FOSSOUL.

§. I.

CONsultatio nostra prima A. 1717. Fundamenta posuit sequentibus: Mutata subinde Scena, novum semper postulavit, neque perfunctorium laborem. Præsens agitur inter viduam *Plenevaux*, intervenientem, & *Capitulum Huyense*, cum quo jam conjunxit sua consilia & studia Ferd. Walth. Counottius.

Quo distinctius & clarius intelligatur nova hæc controversia.

In principio legenda est Sententia Cameral. novissima 10. Mart. 1721. in qua Viduæ Plenevaux, rejectis causis antea in Supplica exhib. 11. Decembr. 1720. allegatis, injungebatur, ut *interveniendo* deduceret Jura, quæ ad reditum ab Abbate St. Laurentii debitum hereditati Gaenianæ, & per Hervianos Viduæ cessum, competere sibi existimaret.

§. II.

Agitur ergo jam Quæstio hæc: An in sequenti deductione probaverit Vidua Plenevaux, quæ in hoc Processu est Actor, rationibus fortioribus, quam in Supplica præcedente, quod reditus iste, cujus sortis aliqua pars cum reditibus cessis antea consignata Capitulo est tradita, ad se pertineat Jure Dominii & a Capitulo sit restituenda.

§. III.

Scilicet, quod ego in prima mea Relatione, cœpta in fine Anni 1716. & principio se-

A quentis absoluta, futurum prævideram, varias adhuc extituras lites occasione istius Sententiæ provisionalis ab Officiali Leod. A. 1692. favore Hervianorum pronunciatæ, ab Officiali Coloniensi eod. Anno reformatæ, post aliquot annorum spatium vero, instituta in Camera Querela nullitatis, Executioni demandatæ, hoc experientia comprobavit dudum, & nisi vitilitigiis istis Terminus imponatur tandem ultra Seculum adhuc erunt duraturæ lites in hoc negotio. Hæc, inquam, fuit causa, quod in prædicta mea Relatione prima radicem omnis controversiæ fuerim aggressus, eamque ita amputandam esse censuerim, ut solidum constitueretur Fundamentum ad omnes forte secuturas, quas diligentia Advocatorum excogitare circa hoc Obje-

B ctum posset, præscindendas. Actum itaque a me fuit sedulo, ut ostenderem totius controversiæ caput esse Quæstionem Juris unicam, facillimam, apertissimam, sed infinitis incidentibus, ut solent Advocati solertes, involutam:

An ex Testamento Conjugum Gaen communi, accedente cumprimis dispositione peculiari uxoris, quam reservaverat sibi expresse, ejus frater Henricus Canonicus factus fuerit heres, & transmiserit ad heredes suos hereditatem sororis, suspensa fruitione usque ad mortem mariti superstitis?

Probavi ego affirmativam rationibus solidis, nullo ex Dominis Senatus dissentiente.

Hoc enim Fundamento non admisso vi sua exciderent Sententiæ Camerales omnes, hujusque

que gravissimis deliberationibus elaboratæ & publicatæ. Si Henricus Canonicus non est factus heres, si non transmisit hereditatem ad suos heredes, nullum esset Legatum Capitulo Huyensi relictum, nulla esset Transactio inter Counottium & heredes Henrici, nulla deberetur Capitulo præferentia in bonis Counottianis Legati nomine, & inique Counottius ad Legatum præstandum condemnatus.

Quæ tamen omnia cum sint per Sententias, & quidem in petitorio Judicio, ad certitudinem deducta, sequitur, quod Thesis prædicta per rationem tamen Sententiarum omnium præcipuam sit decisa & definita, nullis Advocatorum tricis a firmitate dimovenda.

§. IV.

Cum ageretur de Executione Sententiæ 29. *Januar.* 1717. contra Hervianos latæ, atque deesset Objectum Executionis in personis Hervianorum, qui se pro heredibus Johannæ Nicolas & possessoribus bonorum Counottii gesserant, litemque susceperant; Counottii inquam, qui erat heres Ferdinandi Gaen ex Testamento & uxoris ejus, Johannæ. Ex Transactione de An. 1690. direxit Capitulum petita sua adversus ipsum Counottium, qui etiam condemnatus per sequentes Sententias 17. *Febr. &* 11. *Octobr.* 1719.

Counottius passurus erat libenter, ut Capitulum frueretur effectu Sententiarum dummodo ipsi crumena non esset aperienda.

Scilicet, aderant pecuniæ, à debitoribus hereditariis in Judiciis Leod. depositæ, quas Capitulum, non refragante Counottio, accepit.

Summa sortis expressa in Sententia 11. Octobr. 1719. Legati nomine adjudicata, juxta confessionem & oblationem Counottii tunc factam, & 45000. flor. Brab. cum usuris à tempore Transactionis An. 1690. initæ, quarum Summa adæquat Summam sortis & dimidiam circiter, adeo ut tota Summa sit 120000. flor. Brab. salvo calculo meliori. Quæ Summa tamen non adæquat quantum Legati, quod est 3000. flor. annui reditus. Hinc prædicta adjudicatio facta, cum reservatione Deductionis, pro obtinenda Summa ulteriore sortis, quæ dependet à computatione redituum Legatorum, vid. dict. Sent. 11. Octobr. 1717. Hanc ulteriorem Summam Counottius novissime Capitulo solvendam agnovit & consensit, id quod ostendetur infra.

Adnumerata vero fuit Capitulo ex diversis consignationibus mox post Sententiam 11. Octobr. 1719. Summa 49410. flor.

Extabat adhuc alia Summa consignata per Abbatem Monasterii St. Laurentii 52508. fl. partim in sorte partim in canonibus cessis, quos perceperat antea Vidua Plenevaux, Titulum habens ab Hervianis, hereditatis Gaenianæ & bonorum Counottianorum usurpatoribus; Hanc Summam ut acciperet Capitulum, consensum antea præbuit Waltherus Ferdin. Counotte, post novissimam Sententiam adauctum. Opposuit se fortiter Vidua Plenevaux, Jure prætenso Hervianorum sese defendens. Petiit in Camera Mandatum de cassando & annullando factam consignationem, quæ Supplica, cum multis Adjunctis, postmodum ad Acta producta [257] [258] in deliberatione novissima fuit lecta, ponderata, sed leviores deprehensæ rationes, quam ut impedire possent Sententiam 10. Mart. 1721. unanimibus votis publicatam, quæ jam habenda erit præ oculis.

Interim Capitulo ex consignatione dicti Abbatis, detractis Juribus depositionis, adjudicata fuit Summa 49883. flor. adeo ut hucusque ex omnibus consignationibus deductis Juribus consignationum acceperit 99293. *flor. Brab.* salva scil. ulteriori Summa ad rationem 3000. flor. sive 1000. Imp. annuorum computanda, quæ facit in sorte 60. Mill. flor. Brab. sive 20. Mill. Imp. cum Interesse à 15. Sept. 1690. vid. Sent. 17. Febr. & 11. Octobr. 1719.

Studet autem Vidua Plenevaux recuperare Summam, ex dicto reditu, à Monasterio St. Laurentii, debito Capitulo, numeratam, qui est finis ipsius interventoriæ Actionis.

E contra Capitulum postulat pro complemento Summæ adjudicatæ tradi sibi etiam reliquas Summas a Monasterio St. Laurentii debitas, nondum consignatas, in sorte & canonibus cessis, quæ dicuntur facere Summam 12000. flor. quam forte vidua cum præcedentibus libenter dimissura esset, dummodo ex perceptis ei nihil foret restituendum, sed & hæc à Counottio cessa pro complemento Legati, cum usuris, petit Capitulum.

§. V.

Ergo totius deliberationis præsentis caput est hoc: An Vidua Plenevaux Titulum habeat justam ad istos reditus?

Cum autem ipsa confiteatur Titulum ab Hervianis se repetere, sequitur, quod Quæstionis præcedentis decisio dependeat ab illa:

An Hervianis tale competierit Jus in bona Gaeniana, ut reditum istum alienare & in Advocatum suum Plenevaux transferre potuerint? Hæc Quæstio in prima mea Relatione operose tractata fuit, ad quam proinde revocare mihi licebit, & conclusiones saltem directe ex Sententiis profluentes proponere. Est autem vidua interveniens Actor, & Fundamentum suæ intentionis probare tenetur.

Scripta, nomine Viduæ Plenevaux producta, sunt sequentia:

1. Actus Appellationis cum Libello Gravaminum & reliquis Adjunctis sub Num. [272] usque [279] pertinent unice ad Articulum Sententiæ Cameralis de Cau-

cautione à Capitulo præstita, juxta Sentent. 10. Mart. 1721.

2. Deductio Viduæ nomine producta [283] cujus Adjuncta usque [287] non sunt nisi Extractus quidam ex Actis antecedentibus, tum vero [301] usque [313] Remonstratio additionalis cum variis Adjunctis Extractibus Actorum præcedentium.

Tandem Recessus refutatorius [325] &, quo magis evitare velit conclusionem, more Advocatorum non laudabili, adhuc nescio quæ, addenda reservat; cui moræ minime est connivendum, sed post expletum Scriptorum numerum causasque perquam satis instructas, conclusio erit facienda ex officio.

§. VI.

Non dubito affirmare, in omnibus istis Scriptis, nomine Viduæ Plenevaux productis & quantacunque Advocati solertia compositis, ut desperatæ causæ si non remedium salutare adferri, saltem temporis usura adquiri possit, nihil plane me invenisse, quod ulla ratione prodesse possit dictæ Viduæ, quandoquidem ipsa interventionis suæ caput summum ponit in Jure Hervianorum & Sententia provisionali pro iis lata, deinde opponit studiose quæsitam aliquam litis præventionem addendo narratiunculas Historiæ Processus antiquioris.

§. VII.

Quid autem Counottius hic egerit, operæ pretium est scire.

Hic, qui antea strenue contra Capitulum egerat & Herviana principia allegaverat, quatenus causæ suæ inservire credidit, tandem agnoscens quid sua intersit, & quantum sibi prodesse possint Sententiæ Camerales hucusque ad utilitatem Capituli publicatæ, nunc demum causam Capituli majori cum ardore defendere suscepit. Id quod ex Scriptis per ejus Procuratorem S. productis [260] [263] [270] inprimis [316] satis elucet. Adeo ut pro Voto meo in deliberatione præsenti ad ista Counottiana Scripta provocare sufficere posset mihi, excepto quod restitutionis secunda vice à se petitæ in prioribus faciat mentionem, quam tamen in Recessu conclusivo prætermisit. Eam vero petitionem, per consensum ab ipso post modum præstitum, ad tradendas Capitulo Huyensi pecunias, [244] cumprimis illum recentiorem & purissimum, [262] deductionesque pro Capitulo productas, expirasse, ego plane sum persuasus.

Ut taceam, omnem istorum Scriptorum pro restitutione secunda farraginem, typis mandatam, nihil plane novi & quod ad rem faciat continere, neque ullam mereri attentionem. Contradixit enim sibimet Counottius, cum in Camera restitutionem in integrum adversus Sententias petiit secunda vice, in Judicio vero Leodiensi easdem, tanquam in suum commodum contra Hervianos latas, acceptavit, vid. product. Scriptum [197] 11. Sept. 1719. & novissime easdem in suis Scriptis acceptat contra Viduam Plenevaux.

Neque video, in quem finem addita sit adhuc ista reservatio, quam ad eum effectum, si Capitulum in petitione ulterioris Summæ juxta Sententiam 11. Octobr. 1719. persistere voluerit, quem in finem deductio ulterioris Prætensionis producta est à Capitulo [253] ut ipse suam crumenam diutius restrictam tenere possit, qui tamen in eventum, per Sententias præcedentes, a solutione integræ Summæ, mea opinione, liberaretur minime. Ipse tamen, ut ex spoliis Hervianorum Capitulo satisfieret plenissime, in dicto [262] amplissimum dedit consensum.

§. VIII.

Missa itaque ista petitione secundæ restitutionis videamus distinctius, quid in medium protulerit Vidua Plenevaux addito brevi Examine. Pro clariori hujus causæ intellectu & distincta Voti expositione, constituenda sunt dicendorum & decidendorum Capita 4.

Primum & principale pertinet ad Viduæ Plenevaux Deductionem Juris, quod competere sibi putat ad reditus controversos, num probatum sit interventionis Fundamentum.

Alterum agit de cautione à Capitulo præstita, cui rei multum immorandum non erit, posteaquam causa principalis, plenissime instructa, pro una aut altera parte sit decidenda.

Tertio Capite tractabitur petitum Capituli, pro obtinenda ulteriori immissione, ad percipiendas Summas penes Abbatem St. Laurentii adhuc existentes, & quas ipsa vidua percepit, cujus resolutio etiam erit facilis per ea quæ dicentur ad causam principalem, post præstitum etiam à Counottio consensum plenissimum [262].

Quarto denique postulatum Counottii, ut a molestiis Hervianorum liberetur, iisque perpetuum imponatur silentium. Hæc Capita singula, in Actis fuse tractata, distinguenda à me fuere, & de singulis dicenda Sententia, quantum rei natura patitur.

§. IX.

Duos autem habet adversarios Vidua Plenevaux Capitulum Huyense & Counottium, qui jam tuentur causam conjunctis consiliis.

Frustra opponit Vidua Plenevaux Counottio, quod non sit contradictor legitimus. Huc pertinet Recessus Procuratoris [274] [300] Argumenta sunt sequentia: Counotte adhuc constrictus est per Saisiniam Hervianorum, eique prodesse nequit victoria Capituli in puncto præferentiæ, sed ipse Mandatis & Sententiis, contra eum in Processu cum Hervianis in Possessorio latis, parere tenetur. Tandem inter

ter ipsam Viduam Plenevaux & Counottium litem esse coram Concilio ordinario adhuc pendentem, adeoque ipsa cum eo in Camera de eadem re litigare non posset. Supplicam vero sui Procuratoris [298] non fuisse à se ratihabitam sed improbatam, vid. Adjuncta num. 19. 20. 21.

Removebuntur facile singula, si consideremus. (1) Eandem litem jam sustinere cum Vidua Plenevaux Counottium & Capitulum Huyense; Ergo Counottium esse non posse debitorem rei ejusdem erga Hervianos & erga Capitulum; non possunt enim consistere simul manutentio Hervianorum in hereditate Gaeniana & praestatio Legati, Capitulo relicti.

Porro (2) Actionem a Capitulo contra Hervianos susceptam, & tandem contra ipsum Counottium directam, atque in Camera decisam, esse longe anteriorem lite illa a Counottio contra Viduam Plenevaux instituta coram Scabinis. Coepta enim fuit Actio ad edendum Titulos ad reditum 24. Jan. 1715. vid. [286] quid actum sit in ea lite non constat satis. Appellationem ad Consilium ordinarium interpositam, de qua loquitur Testimonium [287], suspicor fuisse ab interlocutoria, forte illa, quae legitur [286] de 30. Martii 1716. antea etiam per Counottium ad Acta producta contra Capitulum 14. Sept. 1718. Lit. B. credidisseque Consilium ordinarium, & quidem recte, per Sententias Camerales definitivas litem illam in Judiciis Leod. cessare.

Actio vero de praeferentia, in cujus Jura successit Capitulum, coepta fuit A. 1705. per Appellationem ad Cameram devoluta An. 1711. decisa An. 1717. in specie quoad partem hereditatis conjugum Gaen ad quondam Waltherum Counotte ex Testamento mariti delatam.

Ad hanc autem partem reditus controversi haud dubie spectant. Non erravit ergo Procurator Viduae Plenevaux allegando litem illam, in Judicio Leod. coeptam, esse per Sententias Camerales definitivas finitam [298]. Quam Supplicam Procuratoris ipsa jam improbat, vid. [297] non sane ut cursus Justitiae maturetur, sed quo magis remora injiciatur. Tandem

(3) licebat Counottio liti a se coeptae A. 1705. in Judicio Leodiensi saniori consilio renunciare & ab Imperiali Camera, rectius jam de causae fundamentis edocta, remedium expectare.

Tandem (4) in Sententia Camerali novissima 10. Martii 1721. deliberato expressum fuit, agendum esse Viduae Plenevaux contra Walther. Ferdin. Counotte & Capitulum Huyense. Non potest enim utriusque causa separari.

Quis ergo dubitet post, rem judicatam, Counottium hic agere contradictorem legitimum una cum Capitulo.

A

B

C

§. X.

Haec de litigantium personis erant praemittenda, venio ad causae ipsius merita:

Certum autem hic, viduam nostram nullo alio niti titulo, quam eo, quem Advocatus quondam Hervianorum, Plenevaux, ab istis acquisivit. De modo acquirendi notabiles productae sunt confessiones Hervianorum [248] [249] [250], quas ego jam praetereo. Credamus licet, nullam intercessisse concussionem, evertuntur tamen conquisita per Advocatos viduae sustentacula omnia, per praecedentes Sententias Camerales, quarum virtute declaratum est, nihil plane Juris Hervianis ad hereditatem Gaenianam competiisse. Non suspicari possum quenquam ea de re dubitaturum.

Breviter tamen, loco introductionis & facti speciei, (Summa scriptorum recensebitur postea) rem demonstrabo, & quidem methodo mathematica. Quo facto, coetera omnia erunt facillimae discussionis: Utendum mihi hac methodo visum fuit, quia alias Scriptorum Summa intelligi nequit.

§. XI.

Primo ex Sententia praeferentiae 29. Jan. 1717. Objectum litis generale erat Jus praelationis in bonis Counottianis contra Hervios, qui, tanquam possessores & domini *resaisiti*, (ut ajunt Leodienses) litem susceperant. Objectum speciale erant, quoad personam, Fossoul & Cons. *bona patrimonialia Johannae Gaen*, quoad Capitulum Huyense vero Legatum ab Henrico Nicolas, herede sororis suae, Johannae Gaen, relictum, a Counottio vi Transactionis de Anno 1690. per quam confusa fuit utraque hereditas, mariti & uxoris Gaen, & Counottio acquisita, praestandum.

Adjudicata fuit Capitulo Huyensi, cujus jam agitur causa unice (coeteris enim satisfactum esse puto, neque amplius sunt in lite) *Jus praelationis contra Hervium pro consequendo Legato ex bonis Counottianis.* Confirmata etiam & approbata, vi Sententiae istius Cameralis, cessio Juris omnis, competentis heredibus Henrici Nicolas, facta Capitulo Huyensi in Judicio Ecclesiast. A. 1692. & 1704. approbata per Sententiam Judicii Ecclesiastici Anno 1708. Postea in meliori forma scripto comprehensa ex parte heredum Annae Ludovicae Sprimont Anno 1713. adeoque & praecedens de Anno 1690. cum Counottio, quia illa est ad hanc relativa, quae Transactio prior postea in Sententiis Cameralibus sequentibus, expresse Fundamenti loco est substrata. Jam fit Conclusio sequens:

Si judicatum fuit in petitorio judicio, Capitulo deberi Legatum ab Henrico Nicolas relictum, sequitur: Quod Henricus Nicolas habitus fuerit pro vero herede suae Sororis, cum exclusione Hervianorum. Prius est verum: Ergo etiam posterius.

Prius

Prius probatur ex ipso Sententiæ Tenore, neque aliud erat, respectu Capituli Huyensis, litis objectum, nullus alius prælationis finis. Consequentia est omni luce clarior, quia Legatum omne est ab herede præstandum.

Jure Leodiensi etiam omne Legatum ab herede incipere debet; *Mean. Obs.* 414. *n.* 7. Non sunt Legata onus hereditatis, sed heredis *Obs.* 630. *n.* 21. Heredes Henrici Nicolas erant Anna Ludovica Sprimont & Lambertus Mottet. Hi permiserunt & abdicaverunt omnem hereditatem Counottio, heredi Ferdinandi Gaen, adeo ut utraque conjugum hereditas per Transactionem de Anno 1690. pertinuerit ad bona Counottiana. Herviani ergo non poterant esse heredes Johannæ Nicolas, quia hi non erant instituti, neque ab iis Legatum præstandum. Legatum valere non potest, nisi ratum esse Testamentum constet, ait Papinianus *L.* 3. *ff. de pignor.* Sunt ergo correlata Testamentum & Legatum. Posito uno ponitur alterum, vid. omnino *Everhard. in Loc. Argum. Legalibus*, loco de *Correlativis*, ubi vim Argumenti & usum practicum egregie monstrat.

Relatio mea prima abunde hanc Quæstionem primariam & omnium reliquarum Fundamentum tractavit, ostendendo & explodendo vanitatem assertionis Hervianorum, ac si Testamentum uxoris Gaen redditum fuerit caducum ideo, quod frater, heres ab ea scriptus, ante maritum diem obierit supremum; Hoc enim solo Fundamento utebantur Herviani, concussum etiam validis rationibus in rationibus decidendi prioris Instantiæ. Proinde, quæ venisse constat in judicium, tanquam primarium litis fundamentum, de iis etiam Judex cognoscere debuit & judicavit, v. Coler. de Proc. Execut. cap. 3. de causa poss. & propr. n. 56. seqq. Quod autem in Sententia illa confirmatoria Camerali mentio facta fuerit speciatim hereditatis Ferd. Gaen hoc non ideo expressum, quasi hereditas altera uxoris ad Hervianos pertinere existimaverit Senatus, sed quia tunc bona Counottiana pro Objecto Executionis Legati nomine essent capta; Interim virtus Sententiæ Thesin, quam dixi, stabilivit.

Alia conclusio: Si Hervianis quidquam Juris hereditarii competiisset, Transactio inter Counottium & heredes Henrici Nicolas valida dici non potuisset, neque ejus virtute præferentia Capitulo Huyensi adjudicari, sed omnis vis Saisiniæ, tanquam titulo destituta, evanuisset; falsum est consequens per ipsam Sententiam de Anno 1717. Transactio enim hæc Jus præexistens heredum præsupponit, *Mean. Obs.* 473. *n.* 5. Ergo & falsum est antecedens.

§. XII.

Secundo ex Sententia eod. die 29. Jan. 1717. lata, per quam Mandatum ab Hervio & Consortibus impetratum Anno 1712. fuit cassatum; Sciendum autem est, petitum Hervianorum, & præceptum Mandati fundamenti loco substravisse Sententiam illam Officialis Leod. in possessorio summariissimo provisionalem, Anno 1692. 14. Jan. & Sententiam Cameralem 25. Octobr. 1695. per quam nulla declarata fuit Sententia Coloniensis reformatoria, omniaque sequentia Mandata, quæ obtinere tunc temporis Advocato Plenaux erat facillimum.

Hinc petebatur & præcipiatur, ut supplicantibus Hervio & Conf. prompta concederetur Executio contra debitores hereditarios, & pecuniæ, in Judicio tunc depositæ, iis traderentur, nullique alii, quam Hervianis, ulla fieret a debitoribus hereditariis solutio. Hoc Mandatum, cui quidem opposuerunt sese soli Fossoul & Conf. tum vero Capitulum Huyense & Malaisius, per prædictam Sententiam fuit cassatum pure & absque ulla reservatione. Licet autem Abbas S. Laurentii tunc adhuc nihil consignasset, tamen eadem plane est ratio. Hinc autem fit Conclusio sequens:

Si consistebat adhuc vel consistere potuisset ullo modo Sententia illa provisionalis Officialis Leod. non potuisset cassari Mandatum Anno 1712. impetratum generaliter emanatum, licet non omnes citati comparuerint, sed soli Fossoul cum Conf. & Capitulo Huyensi, nec non Malaisius, opposuerint Exceptiones; Atqui Mandatum in tramite Justitiæ cassandum esse pure & plenissime censuit Senatus; Ergo judicatum est etiam, Sententias prædictas provisionales post decisam Quæstionem de vi Testamenti Henrici Nicolas & Transactionis cum ejus heredibus, consequenter de transmissa ad eum hereditate Sororis Johannæ, in Processu præferentiæ, & quidem in petitorio, effectu omni excidisse.

Provisionalis enim Sententia non obligat Judicem ulterius, quam ipse arbitratur provisioni esse locum.

Hinc frustra objicietur, non esse sublatas istas Sententias per aliquod remedium Juris. Tollitur enim vis Sententiæ provisionalis & fiduciariæ per mutatum rerum statum, decisa Quæstione principali in petitorio. Cessat effectus Sententiæ provisionalis, ubi provisione amplius opus non est, & Judex in progressu videt, Impetrantem injustissimam fovere causam. Hoc in Examine Actionis interventoriæ demonstrabitur pluribus. Nolo jam repetere, quæ, Justitia exigente, olim monui ad Sententiam illam Cameralem nullitatis declaratoriam.

Nullo vero modo sequebatur: Ergo Executioni demandanda fuit Sententia Judicis Leodiensis; Hæc enim in materialibus poterat esse, prout revera fuit, iniquissima, quod ego in prima mea Relatione demonstratum dedi; Nolo inquam in discursu explicata hic repetere pluribus; Sufficit, quod, mutato rerum statu, & possessioni fiduciariæ & provisioni nullus amplius fuerit locus. Nam si manutentio Hervianorum adhuc vim habuisset

juxta Sententiam illam Officialis Leodiens. A utique ipsis, & nulli alii, solvere debebant hereditatis Gaenianæ debitores : Atqui cassatum fuit hoc præceptum tanquam maxime sub- & obreptitium; Ergo manutentionis vis omnis expiravit. Neque etiam quidquam officit declaratio in Bannum adversus Counottium, patrem, publicata, fuit enim Bannum ob contumaciam defuncto Counottio extinctum, imo, eo vivo, a Sacratissima Cæsarea Majestate improbatum, testibus literis ad Judicem Cameræ 4. Sept. 1698. & Fiscalem, cui prosecutio Banni inhibita, & Episcopo Leodiensi demandatum, ut, auctoritate Imperiali, Counottium cum omnibus bonis tueretur atque protegeret contra adversarios.

§. XIII.

Hæc, quæ dixi, sufficere possent quidem ad demonstrandam Thesin, sed confirmata sunt ulterius per Sententias sequentes Anno 1719. 17. Febr. & 11. Oct. adversus Counottium latas, in quibus & Legatum & Transactio sæpe dicta confirmata fuere, quod omnino pugnaret cum asserto quocunque Jure hereditario Hervianorum; Forent enim directe contradictoriæ hæ Theses; Una: Hervianis competit Jus hereditarium in hereditate Gaeniana; B Altera: Legatum, ab Henrico Nicolas, ex hereditate sororis suæ, relictum Capitulo Huyensi, est validum. Posito contradictoriorum uno, removetur necessario alterum, &, quod operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito juxta Axioma Philosophiæ & Jurisprudentiæ practicorum Arg. L. fin. de Legat. 3. ubi Gothofred. jung. Everhard. in Topicis, loco de contrariis, n. 7. posito contrariorum uno removetur reliquum per l. 15. de Except. rei jud. neque enim est hic aliquod medium inter hæc duo opposita, quorum unum: Legatum ab Henrico Nicolas relictum Capitulo Huyensi, ex hereditate sororis suæ, & Transactio super hereditate illa cum Counottio valet; Et alterum: Hereditas Johannæ, ob caducitatem Testamenti ejus, ad Hervianos fuit delata, sive ab intestato velint succedere, sive ex Testamento communi conjugum.

Proinde in prima & seqq. deliberationibus semper Fundamenti loco substrata fuit & C invictis rationibus confirmata Thesis: Testamentum Johannæ Nicolas non est redditum caducum, sed heres ejus factus frater Henricus Nicolas, cujus Testamentum æque est validum, & Transactio ejus heredum cum Counottio Jure subsistit. vid. Consultationes 22 Januar. 1717. 12. & 13. Januar. 1718. 11. Julii 1718. 10. & 11. Febr. 1719. 22. Febr. 1721. cum Sententiis.

§. XIV.

Tertio, si vel maxime omnis ista Hervianorum inverecunda postulatio & concessa ipsis provisionalis manutentio adhuc subsisteret, quod tamen per jam dicta omni rationi & Justitiæ repugnat, nihil tamen subsidii viduæ Plenevaux exinde nasci posset.

1. Quia tributa erat per Officialem Hervianis possessio fiduciaria & provisionalis, non in hereditate Ferdin. Gaen, mariti, sed in semisse uxoris Johannæ Gaen. Atqui reditus, de quibus jam est Quæstio per Hervianos viduæ Plenevaux cessi, non pertinebant ad hereditatem uxoris, sed mariti, qui quinque annis & aliquot mensibus superstes fuit post fata uxoris, &, mortua dudum uxore, hosce reditus acquisivit. Quod cum sit extra controversiam vid. [243] in ipsa quoque Sententia novissima 10. Martii 1721. expressum, omni absurditate est absurdius, quod in mentem venit Advocato viduæ nostræ, quasi Ferdin. Gaen, viduus, reditus istos mortuæ uxori, vel ejus hereditati, etiam pro parte acquisiverit. Nova plane & inaudita Jurisprudentia, quod mortuo etiam per vivum aliquid acquiri possit, add. Mean. Obs. 79. & 87. Quæ sola ratio viduæ Plenevaux fortissime resistit & ejus intentionem evertit.

2. Quia etiam, dato licet casu, (qui tamen concedi non potest) reditus istos omnes vel pro parte ad hereditatem uxoris referendos esse, Herviani, ceu fiduciarii possessores, lite principali nondum decisa, potestatem alienandi non habebant.

Et hanc qualitatem reditus, possessionisque Hervianorum, cum non ignoraret Advocatus Plenevaux, sciret etiam Jura de rebus litigiosis non alienandis communia Leod. Statuto confirmata cap. 15. a. 26. Quis quæso sibi non persuaderet pessima fide cessionem reditus istius extorsisse, neque meliori fide heredi suo reliquisse? vid. [247] [248] [249] [250]

§. XV.

Demonstrata itaque clarissime positione mea, concident sua sponte straminea fulcimenta & dissipabuntur facili negotio nebulæ, quibus causam tueri & lucem meridianam offuscare annisus est viduæ Advocatus in productis Scriptis ad unum omnibus.

De illa Supplica [257]. cum Adjunctis, [258] quæ ante Sententiam 10. Martii 1721. deliberationem subierunt, nulla amplius est Quæstio, cum per Sententiam rejecta sint diserte Argumenta ibi adducta.

Neque tamen alia, sed eadem rursus, adferuntur. Mutata sunt verba conquisita undique effugia, res est eadem. Non tamen sum neglecturus ea, ubi recurrent, brevibus perstringere.

Age, inspiciamus *Deductionem*, [283] uti inscribitur Scriptum hoc ex omnibus primarium, quod est loco Libelli Interventionis, quanquam nihil minus sapiat, quam Juris alicujus, ad reditum viduæ Plenevaux competentis, Deductionem: Reliqua Scripta [301] cum Adjunctis & [325] eandem cantat cantilenam.

Igitur in Libello interventionis [283] vult osten- Hic incipit

Summa s. Extractus productorum. Adhibeatur Protocollum Actor. post Sentent. 10. Martii 1721. & percurrantur numeri Actorum. Nota: Scripta Counottiana sunt legenda in Senatu, quia brevia.

ostendere, quod reditus a Monasterio Sti A Laurentii debiti non subjaceant Executioni Sententiæ 29. Jan. 1717. latæ. Ratio: Quia Hervius & Conf. duplex habuerit Jus ad bona; *Unum* in qualitate heredum Johannæ Nicolas, uxoris Ferd. Gaen, juxta Sententiam provisionalem Officialis Leod. de Anno 1692. (putat Advocatus, esse Sententiam istam in Camera confirmatam, quod tamen in significatione accurata dici non potest; Aliud enim est dicere nullam Sententiam Officialis Coloniensis, (quæ reformaverat Sententiam Leodiensem) ob defectum aliquem in forma Processus 2dæ Instantiæ; *Aliud confirmare sive justam dicere* Sententiam prioris Judicis) *Alterum* ex Saisinia, impetrata ob contumaciam Counottii, in omnibus ejus bonis, adeoque etiam in hereditate Ferdin. Gaen ad eum, qua heredem institutum, pertinente. Ad hæc bona spectasse Quæstionem de præferentia, minime vero ad illa. Quam bonorum distinctionem adstruere voluit Auctor deductionis ex Actis prioribus, recensendo varios Extractus scriptorum productorum, in quibus Fossoul & Conf. declaraverint, se non petere hereditatem Johannæ Nicolas, sed bona reliqua Counottiana usque ad §: *Adeoque non agebatur &c.*

Vid. hic in Voto seq. Annot. I.

Infertur exinde, actum non fuisse de Testamento Johannæ Nicolas, neque enim adjudicatum Legatum a tempore devolutæ hereditatis, sed a tempore Transactionis. Et Executio decreta non in bona hereditaria Johannæ Nicolas, sed in bona Counottiana.

§. *Præmissis attentis &c.* Planum esse, quod altera medietas Hervio & Conf. adjudicata exclusa & reservata remanserit, nihilque sit reliquum, quam ut possessio viduæ Plenevaux demonstraretur.

Vid. Annot. 2dam.

Audiamus porro viduam Plenevaux Jus suum deducentem: §. *In Supplicatione autem &c.* Se uti non velle Jure Hervianorum ex Saisinia tituloque in causa præferentiæ deducto, cum Saisinia demum Anno 1697. sit decreta, suum vero Juscessum Anno præcedente Anno 1696. Proinde se unice niti velle & uti Jure Hervianorum ex Testamento communi conjugum Gaen & Sententia Officialis provisionali a Camera, uti ait, confirmata: Ex hoc Jure porro derivat suam possessionem, quæ per Capitulum ei interverti non posset, licet Jus habeat exequendi quæcunque bona Counottiana alia. Credit ergo durissimum, si, in sequelam nudæ Supplicæ ad Judicium remissæ, Capitulum Summam 52508. flor. consignatam, *velut muscam ad parietem eripere & retinere posset.*

Vid. Annot. III.

Porro ratiocinatur de consensu a Walthero Ferdin. Counotte & Malaisio præstito, qui nihil operari posset propter Sententias provisionales, quas Herviani obtinuerint.

Allegatur renunciatio Malaisii Processus contra viduam Plenevaux per Adjunct. n. 10. Ad n. 10.

Allegatur confessio Counottii & Malaisii, ut redemtio posset fieri in manibus viduæ per Adjuncta n. 8. & 9. cum Supplica producta. Adj. n. 8 9.

Confessio denique Capituli in lite coram Scabinis, ubi medietatem redituum saltem prætendit, scil. eam, quæ ad Counottium devoluta esset juxta num. 3. Executio ergo non posset extendi nisi ad medietatem. Adj. n. 3. Annot. IV.

Jam vult ostendere non solam medietatem, sed totum reditum, viduæ salvum debere esse.

§. *Nimirum quod Counottius &c.* Counottium medietatem hereditatis Hervio adjudicatæ expilasse & appropriasse sibi 75. mill. Imperial. antequam Herviani vel obolum receperint, vid. Libell. Gravam. Hervii Artic. 49. in præferentiæ & adjunct. Supplic. lit. C. Summæ 156. mill. Flor. quam Summam Counottius in solidum percepit, non computatis Summis ingentibus pecuniis, quas tempore obitus Ferdin. Gaen in ejus ædibus receperit, & pecuniis, quas Ferdin. B sub Apochis privatis ad interesse dederat innumeris personis, pluriumque redituum sortem, qui ad notitiam Hervii non pervenerunt.

lit. C. [158.] n. 5. litera C. est Schedula annuorum redituum redemtorum ex manibus Counottii à Debitoribus à 30. Oct. 1690. usque 21. Martii 1695. Summa 105599. Flor. ex Registris Graphiæ Leod. in forma probante. lit. D. usque Q.

Non potuit Counotte ad expurgationem deduci & congruam descriptionem & hanc expilationem per fas & nefas per 10. Ann. continuavit, per conflictus Jurisdictionum & recursus desultorios, quibus Camera Imperialis per Mandata & Bannum Imperial. finem imposuit, juxta lit. D. usque Q. & immissus Hervius in possessionem redituum, per Monaster. St. Laurentii debitorum, quam possessionem vidua continuavit, adeò, ut reditus habendus sit tanquam ad medietatem pertinens Hervio adjudicatam, saltem donec Counottius & Capitulum contulerint ad Massam, quæ perceperunt.

Hocque respectu Hervius fuit Creditor & adjudicati ipsi reditus in computum prætensionum, quas ipse deinde cessit Advocato Plenevaux, nequeadeò repeti possunt à Counottio vel aliis, Jus habentibus, vel ex Transactione de An. 1690. C vel ex Saisinia de Anno 1705. quia Hervio in solutum dati fuere in satisfactionem. vid. Notam. V.

§. *Frustra etiam prætendit Capitulum &c.* Quod Sententia pro Capitulo lata Juribus viduæ præjudicaret: Quia affecerunt tantum bona Counottiana, non verò ea, quæ ad Auctores viduæ ex hereditate obvenerunt. Notam VI.

Jam etiam agitur de Sententia cassatoria Mandati contra quoscunque Judices.

Dicitur quod esset fundata in Saisinia procurata contra Counottium, ob defectum repertorii, & subticuisset Hervius litem super præferentia pendentem.

Omnia autem, quæ post cessionem ab Hervio quacunque ratione acta sunt, viduæ non præjudicant, quia cessio ex causa onerosa facta. Notam. VII.

§. *De cætero nulliter &c.* Supplicasse Capitulum in Camera ex capite connexitatis causæ, quia plu-

plures essent & penderent Actiones præjudiciales:

(1.) Actio primitiva provisionalis in Camera confirmata. Hinc coram Officiali discutiendum: An Hervianis aliquid Juris competat in ordinario possess. & petitorio? Neque daretur regressus à Sententia ideò, quod modernus Referens vel Senatus aliam foveret Sententiam, quia judicatum Senatus pristini infringi nequit.

Cumprimis, postquam Officialis in possessorio & petitorio cognoscere cœpit, juxta num. 12. 13. Nam si *judicaretur* Herviis competere Jus ad hereditatem, tunc redibus validè foret alienatus, ergo esset illa causa præjudicialis.

n. 12. 13.

v. Annot. VIII.

(2.) Altera Actio cœpta Anno 1715. 24. Jan. per Counotte contra viduam Plenevaux ad edendum titulos competentes ad reditum. In quo Anno vidua provisionaliter manutenta, num. 14. & Appellatio coram Concilio Ordinario pendet à duobus Annis, num. 15. ubi petiit Counotte, ut in petitorio pronunciaretur nullum Jus competere viduæ.

n. 14.

n. 15.

Si autem contra Counottium caderet Sententia, tunc rursus foret Exceptio rei judicatæ & huic Processui Camerali præjudicialis.

Utitur enim Capitulum Jure Counottii, & juxta Privilegia Leod. causa ibi finienda erit, non verò levato velo ad recursum Cameræ prosilire.

v. Annot. IX.

Obstat & alia lis indecisa inter Capitulum & viduam Plenevaux coram Scabinis. Citatum enim Capitulum ad Instantiam viduæ ad edendum titulos, ex quibus vellet fieri Executionem in dictum reditum.

Neque declinavit Capitulum forum Scabinorum in materia licitationis competens & lis contestata conclusa, submissa, juxta Adj. Supplicæ lit. R. seqq.

lit. R. vid. Notam. X.

Neque juvat allegare continentiam causæ in Camera, esse enim & personarum diversitatem, quia vidua nunquam fuit in lite & diversitatem rerum & titulorum: Quia antea actum fuisset de Executione Legati & præferentia contra Hervium in bonis Counottianis. Fundavit suam intentionem Capitulum in Transactione Anno 1690. inita; Hervius verò in Saisinia obtenta post cessionem factam viduæ: Capitulum habebat potius Jus ex tempore, hinc facilè obtinuit præferentiam, facilè etiam reportavit victoriam contra Counottium in causa sequentis Citationis, quia pater Counottii ad præstandum Legatum, sub hypotheca bonorum, se obligaverat. Credit vidua, hasce Sententias fuisse justissimas.

p. 17.

Sed Fossoul & Conf. limitarunt præferentiam specificè super bonis Counottianis, declarando expresse, se non prætendere eam, respectu bonorum Joannæ Nicolas.

Ergo Sententiæ Camerales non afficiunt hereditatem dictæ Johannæ, quia tantum actum de indemnitate à Walthero Counottio promissa, intuitu Legati: Neque opus erat disputare de hereditate Johannæ post declarationem, quod non prætenderent ad ista bona. Notam XI.

Ergo Executio in reditum quæst. malè petita, quia non esset de bonis Counottianis; Vidua Plenevaux verò, ob idem objectum, tribus diversis litibus Leodii est implicata, nec potest trahi ad Cameram, ad quam suo tempore per viam Appellationis hæc causa pervenire posset; Vidua verò ad Cameram recurrit per viam Supplicationis pro remedio opportuno contra intentatam Executionem & attentata circa possessionem redituum, idque sine præjudicio primæ Instantiæ. Concluditur pro facienda retraditione reditus erga cautionem viduæ & remissionem causæ ad Judicia Leodiens. Procurator Capituli respondit ad scriptum præcedens per brevem Recessum, qui est legendus. [295.]

Sequitur *Remonstratio, Viduæ* Plenevaux nomine producta, additionalis, quæ nihil aliud est, quàm Commentarius ad præcedentem Deductionem [283.] eadem planè continens Argumenta, quæ ex Actis præcedentibus, in puncto præferentiæ, & ex Scriptis Counottianis, contra Capitulum Huyense, confirmare annititur, adeò huc hoc Scriptum rursus per Extractum recensere nihil aliud foret, quam Acta agere contra Leges nostras Ordinationis. Unum & alterum monere necessarium duxi, verum esse, quod Counottius antea in Scriptis suis contra Capitulum, ad effugiendam præstationem Legati, omnia conquisiverit, imò Argumenta quædam Herviana, nescio quo Consilio Advocati, Exceptionum loco protulerit, hinc Advocatus viduæ Plenevaux ex Duplica, Counottii nomine producta, de 26. Aug. 1718. [116.] multa excerpsit, quæ videntur per Argumentum ad hominem contra Counottii hodierna & posteriora principia valere, minimè verò contra Capitulum, quia omnia ista Argumenta per Sententias fuere rejecta. [301.]

Planè existimares, incidisse tunc temporis Counottium in aliquem Advocatum, qui Hervianis partibus tectè favere voluit. Vicissim Fossoul & Conf. nec non Capitulum Huyense usos esse Advocato, qui litem cum vidua Plenevaux prævidit, eamque securam reddere studuit. Et ita Clientes, eorumque crumenæ, sunt in manibus Advocatorum.

Errat insigniter Auctor remonstrationis additionalis, cum dicit §. *quin imò etiam ipsum Capitulum*, quod nomine Capituli ista Duplica [116.] 26. Aug. 1718. fuerit producta, quæ tamen est Counottii, ut ipse Advocatus antea allegaverat §. præmissam limitationem. Adeò confusus est iste Advocatus in suis Allegationibus.

Quod ait in Responsionibus ad Recessum Procuratoris Capituli: [295.] Capitulum non habere aliud remedium, quam ut adjungat se Counottio in petitorio, coram Officiali Leodiensi instituto, supra responsum est in Notam. XII. Ad Cap. n

Porrò, quod dicit, Counottium, tanquam cessionarium heredum Henrici Nicolas, in possessorio summario succubuisse: Ergo Sententiam contra heredem latam nocere etiam Legatariis,

per A. Fab. C. tit. 11. Def. 6.

Ergo

Ergo esse inconcussum, quod bona Johannæ Nicolas sint exemta ab Executione vi Sententiarum Cameralium. Dabitur *Responsio* in Annotatione XII.
Annot. XII.

Ad Cap. 2.
Ad Cap. 2. Etsi reditus quæst. tempore viduitatis Ferdin. Gaen fuerit creatus, tamen Testamentum commune comprehendisse omnes istos acquæstus, quod esset probatum in Supplica viduæ Plenevaux per Adjuncta H. I. K. L. M. præsertim per motiva Scabinorum lit. H. Et cum Ferdinand. Gaen in viduitate acquisivit 13747. Flor. reditus annui vigesimo denario juxta [256.] quorum sors esset 274940. flor. non potuit colligere tam ingentem Summam, nisi etiam ex pecuniis tempore mortis uxoris extantibus, quæ in Testamento communi comprehenduntur, cum etiam alios plures, infra vigesimum denarium, acquisiverit.

Voluerunt autem Testatores dividere hereditatem omnem, etiam comprehensis bonis à superstite quæsitis. Id quod etiam confirmatur per Mandatum Camerale 4. Sept. 1700. Hæc omnia resolvuntur Annotatione XIII.
Reperitur in Actis Herv. contra quoscunque Judices. [9.] Annot. XIII.

Informationis saltem gratia ea vult dixisse Advocatus, cum Actio vindicatoria, à Counottio instituta, adhuc pendeat in Appellatione, vid. in Deduct. præced. Adj. n. 14. 15.

Ad 3 Cap. Recessus Lt. Dimpfels.
Non esse consolidatam utramque hereditatem patrimonio Counottiano per Transactionem de Anno 1690. quia bona cessa in dict. Transactione essent Hervio & Consf. adjudicata, cujus adjudicationis vis per Sententias de Annis 1717. & 1719. non posset infringi, tanquam inter diversas personas & diverso objecto latas. Staret autem authoritas rei judicatæ, etiamsi sit malè & per imperitiam judicatum, multo magis ergo, si lata fuit, uti hic, cum plena discussione etiam meritorum in petitorio, quæ pro Hervio apparentiora fuerunt visa, in quem finem adjungitur *Relatio Actorum* pro *Sententia Officialis sub num.* 16 adeò ut ne quidem Cautione Hervii opus fuerit, quæ tamen injuncta.
n. 16.

Nec minus in Camera merita petitorii fuerunt discussa, juxta Scriptum, cujus Copia ex Actis producitur num. 17. & singularem attentionem meretur, cujus contenta recensentur in hoc Scripto additionali, & dicitur esse rationes invincibiles, quæ ulterius comprobarentur per aliud Scriptum in eod. Processu productum num. 18. Ipse Counottius in Replica secundæ restitutionis [236] product. 6. Sept. 1720. pag. 43. fatetur, in lite coram Officiali actum fuisse de sola Quæst. Juris: An Testamentum uxoris fuerit caducum Allegantur hic etiam alia Scripta Hervianorum, typis impressa tunc temporis.
n. 17.
n. 18.
vid. Annot. XIV.

Ad 4. cap.
Ad 4. In puncto prohibitionis insertæ Sententiæ Camer. 10. Martii 1721. ut Judices Leod. abstineant à cognitione: Resp. Hanc prohibitionem non tangere litis pendentiam supra allegatam, quia vidua Plenevaux nondum audita desuper. Quod si Capitulum allegaret Jus primordiale Legati, obstare etiam lites præjudiciales possessorii summariissimi decisi, & alia lis, quæ refertur in Adj. n. 19. coram Officiali inter Hervia nos & hæredes Henrici Nicolas, ubi Quæst. Testamenti Johannæ Nicolas in controversiam venit, quæ lites præventæ Counottio & Capitulo omnem audientiam in Camera præcludunt. Quo Argumento ipse Counottius usus est antea contra Capitulum. n. 19.

Nihil verò obstat viduæ Supplica ipsius nomine consilio exhibita, [298] quia ipsius consensu hoc non factum, sed reprobavit, vid. Adj. num. 19. 20. n. 19. 20.

Hæc omnia scivit Counotte, add. num. 21. neque unquam voluit vidua litem illam revolvi. vid. Annot. XV.

Ad 5. negatur, quod Camera declaraverit unquam Hervianis nullum Jus competiisse, quia nulla litis contestatio, nulla ergo Judicis potestas, nulla etiam expressio Judicis in Sententia. Hic iterum allegantur verba Counottii ex Scripto 9. Martii 1718. producto, neque obstat Replica [91] quia non habet locum in iis, de quibus non est actum. Ad cap. 5.

Neque præbet fundamentum, quæ allegavit Malaise, quia iste liti renunciavit juxta n. 10. qui ipse agnovit in Processu præferentiæ non actum fuisse de hæreditate Johannæ Nicolas juxta num. 22. n. 10. vid. Annot. XVI. n. 22.

§. *Cum itaque ex præmissis appareat.* p. 27.

Hic incipit, usque ad finem Scripti, Recapitulatio omnium dictorum, & objicitur Counottio expilatio hæreditatis, per ipsam designationem redituum Capituli & per immensas erogationes in Processus, per quos substantia omnis consumta hæreditatis Ferdinandi Gaen, scil. residuum omne pertinere ad hæreditatem uxoris; *Herviani* verò essent ad egestatem redacti. adj. n. 23.

Urget Advocatus viduam non esse possessione reditus privandam, repetendo Gravamina Appellationis in puncto cautionis; tandem respondet ad objectionem de vitiato Mandato Cam. per Advocatum, quæ dicitur esse *patibularis calumnia*, & purgasse se illum per Scriptum 9. Febr. 1698. exhibitum, addendo hic orig. Mandatum n. 24. in quo verba *ac de post* reperiuntur, nec non Epistolam Lti Krebs. num 25. unde patet aliud Originale in Cancellaria fuisse expeditum cum insertis istis vocibus, quod etiam adjungitur n. 26. nec non syngrapha Robinet & Consf. n. 27. ex qua merita Advocati patent, qui pro Sententia illa remissoria in causa nullitatis Anno 1695. & plenaria Executione patrocinium suum præstitit, repetit petitum ut antea.
Annot. XVII. n. 24. n. 25. n. 26. n. 27. Annot. XVII.

Sequitur Recessus contradict. Lt. D. quem per Extractum referre opus non est, continet enim in primis foliis solam Historiam Actorum, quæ nobis abunde sunt nota. Conclusiones exinde formatæ legantur ex Scripto §. Ex his omnibus. [323]

Porrò tertium Scriptum refutatorium productum, nomine viduæ Plenevaux, [325] dirigitur tantum contra Argumentum [325]

tum Counottii & Capituli *Huyensis* à Sententia A cassatoria Mandati per *Hervianos* Anno 1712. impetrati. In quo Scripto allegantur, & in Adjunctis n. 27. 28. 29. 30 excerpuntur particulæ quædam Actorum Mandati ad probandum, quod neque Fossoul & Capitulum *Huyense*, neque Malaisius aliam intentionem habuerint, quam ad bona Counottiana taxativè, non verò ad hæreditatem Johannæ Nicolas, reliqua omnia in toto hoc Scripto sunt repetita ex prioribus, neque
Annot. XVIII. per me ulterius excerpenda. Cui Scripto Ltus Dimpffeld, 12. Jan. 1722. per generalia contradixit,

Supersunt duo producta, 21. Jan. nuper. quod impugnatur ulterius cautio à Capitulo præstita, & ut magis definitioni injiceretur mora, reservantur adhuc plura imposterum producen-
Annot. XX. da. Eod. die Procurator Counottii causam Capituli per Recessum finalem strenue defendit.

§. XVI.

Ex omnibus, quæ hucusque pro fundanda B interventoria sua Actione protulit Procurator viduæ Plenevaux & recensita fuere, existimo esse apertum, quod fundamentum Actionis sit: (1) Jus hæreditarium vel quasi Hervianorum, iisque adjudicata possessio provisionalis & fiduciaria. (2) Allegat Processus præjudiciales, quæ sint Executioni à Capitulo Huyensi petitæ præjudiciales. Quæ posterior allegatio est frustranea, pertinet enim ad declinandum forum Camerale. Sed cum Interveniens sit vidua, adeoque eo nomine Actor, v. *Gail.* 1. *Obs.* 71. *n.* 4. *seqq.* forum sane, in quo interventionem suam proponit, declinare nequit. Quodsi fortè diceret: non voluntate sua intervenisse, sed per Sententiam coactam; Respondebitur: Supplicam pro Mandato ipsius nomine exhibitam præcessisse Sententiam, quæ re ipsa nihil aliud erat quam interventio; deinde post Sententiam frustra declinabit forum. Tandem nihil impedimenti nobis facessere istos, quos allegavit, Processus præjudiciales in sequenti Examine, simulque hoc patebit, omne fundamentum interventionis, in ruinis dudum collapsi Processus illius injustissimi provisionalis quæsitum, de novo excitari non posse.

Sequitur Examen positionum, in Scriptis nomine viduæ Plenevaux productis, per succinctas Annotationes juxta seriem in margine notatam.

Annot. I. Duplex hoc Jus prætensum Hervianorum non debet intelligi aliter, quàm quod tendat ad eundem finem, alterumque alteri sit subordinatum. Scilicet Saisinia prætensa consistere non potest absque titulo, postquam in fumum abiit imaginarium illud Jus hæreditarium: nam propter quod unumquodque tale est, id magis tale est, (utor Axiomate Philosophico etiam in Jurisprudentia utili, *Coler. Proc. exec. Part.* 3. *c.* 9. *n.* 3.) Atqui propter prætensam hæreditatem, contumace existente Counottio in parendo Sententiæ illi non satis damnandæ provisionali, petita fuit & decreta Saisinia, omnia enim fulmina in personam & bona Counottii vibrabantur & à defensione omni excludebantur. Cecidit Saisania Hervianorum, quod bene animadvertendum, non solum propter temporis prærogativam Saisiniæ, per Fossoul impetratæ, sed etiam ob defectum tituli Juris hæreditarii, quia nulla est Saisinia absque titulo. Facile est impetrare Leodii Saisiniam, ast eadem facilitate tollitur, si titulus non fuerit probatus, *vid. Mean. Obs.* 145. Hinc, in Actis & prioris Instantiæ & Cameralibus, Appellationi omnem paginam facit Hervianorum titulus respective assertus & concussus. Judex enim prior Anno 1705. 4. Maji Hervianis, ut de Jure & titulo docerent per Sententiam fol. Act. pr. 17. quæ in rem judicatam transiit, injunxerat. Hinc priorum Instantiarum Judices titulum Juris hæreditarii examinarunt, quod patet ex Rat. decid. Consilii ordinarii. Ego quoque eundem omnem laborem esse credidi meum. Ut adeo decisa etiam esse debeant, quæ in Judicium fuere deducta per supra allegatum Colerum ad cap 3. de causa poss. & propr. n. 56. Ergo verum est cecidisse Hervianorum Saisiniam præcipue ob defectum tituli. Id quod superfluo forte studio erat monendum, postquam vidua Plenevaux in ista Saisinia Hervianorum intentionis fundamentum ponere non velle declaravit. Ad petita Malaisii, pro recuperanda sua pecunia, decreta fuit in Camera Citatio contra quoscunque Possessores rerum hæreditarium Conjugum Gaen, indicio manifesto, quod Hervianorum titulus habitus fuerit pro nullo. Cui deinde Malaisius, respectu viduæ Plenevaux favore Capituli Huyensis renunciavit.

Ergo concidente Jure hæreditario concidit Saisinia; non ergo est Jus aliquod duplex, sed unum idemque, quod imaginatione conceperant Herviani, manibus rapacissimis occupaverant, animo insatiabili deglutiverant, toti Massæ inhiantes.

Deinde, ex istis allegatis viduæ Plenevaux fit Argumentum, quod vocatur ad hominem, C contra ipsam, tali modo: Si ad bona Counottiana, ex hæreditate Ferdinandi Gaen ipsi delata, pertinebat lis de præferentia, in qua, ex ipsa Confessione viduæ, Capitulum victoriam reportavit, & Executio facienda sit, vi istius Sententiæ, in dictis bonis, sequitur, quod Executionem pati debeat vidua in reditus debitos ab Abbate & Monasterio Sti Laurentii. Nam iste reditus, à Ferdinando Gaen post uxoris mortem acquisitus, uxori defunctæ communis esse non poterat, quod Argumentum præmissum supra expositum pluribus.

Tertio, declaratio facta per Fossoul & Cloos, quod non clament ad hæreditatem Johannæ Nicolas, sed Ferdinandi Gaen ejus mariti, Counottio delatam, nihil plane juvat viduam Plenevaux, idque ex ratione duplici. *Una* jam fuit occupata in Argumento, quo usus sum ad hominem; *Altera*, quod Fossoul & Cloos non habebant amplius Jus ad hæreditatem Johannæ Nicolas, postquam hæredes *Henrici* Nicolas eandem Counottio per Transactionem de Anno 1690. 15. Septemb. abdicassent plenissime. Perinde vero erat, ex quibus bonis præstarentur

starentur bona reservata patrimonialia & indemnitas, ratione Legati, Capitulo Huyensi relicti. Counottius enim, verus hæres, obligaverat bona sua omnia. Non poterat Capitulum petere Legatum ab Hervianis, quia non erant hæredes. Conventi *Herviani*, qua Possessores bonorum hæredis. Unde quæstio principalis Juris hæreditarii, in Actis deducta, fundamenti loco fuit substernenda, idque in petitorio. De quacunque hæreditate ageretur, mariti & uxoris, perinde erat.

Quarto, Capitulum Huyense accessit quidem interveniendo liti de præferentia, sed, ne quid erroris subintret, observandum est, fundamentum Capituli, pro consequendo Legato, non fuisse positum unice in Jure ab hæredibus Henrici Nicolas cesso, sed etiam & potissimum in Jure proprio, ex Testamento Henrici Nicolas Canonici sibi competente, & Transactione inter Counottium & hæredes Henrici An. 1690. 15. Septemb. inita. Probavi hoc in Votis meis præcedentibus, & facile est intellectu ex Capituli Supplica juxta Decretum Camerale 13. Jan. 1718. contra ipsum Counottium exhibita 17. Jan. reproducta cum Citatione 7. Martii 1718. [28] Erat enim Actio Capituli fundata & contra possessores pro hærede Hervianos & contra ipsum Counottium, tanquam verum hæredem, non solum Ferd. Gaen, sed etiam Henrici Nicolas Canonici ex Transactione Anno 1690. qualem se esse ipse Counottius in Actis est professus, vid. Duplicam [116] adde Mev. 5. *Decis.* 14. Brunnem. *ad L. 2. C. de Hæred. vel Act. vend.* & licebat Capitulo variare petitum, dirigendo id mox contra possessores pro hærede Hervianos, mox contra ipsum hæredem Counottium, rursus contra Possessorem, viduam Plenevaux, vid. Fromm. *de Jure variandi c. 3. membr. 7. n. 455. pag. 111. seqq.* Coler *Proc. Exec. P. 1. c. 8. n. 42. seqq.* Et quidem Processu executivo, quo consequendo Legato ad pias causas relicto, Andreol. *Controv. for.* 155. *n. 1.* Mausonius *de Caus. Execut. ampliat.* 12. *n. 5.*

Annot. II. Licet enim de bonis Counottianis actum fuerit in Processu præferentiæ, totius quæstionis fundamentum tamen erat Testamentum Johannæ Nicolas, cui innitebatur Testamentum fraternum Canonici Nicolas, huic porro Transactio cum Counottio Anno 1690. & per eam quæsitum Jus hypothecarium ejus hæredibus & Capitulo Huyensi.

Falsum ergo est, quod altera hæreditas Hervianis fuerit reservata. Præterquam enim, quod ad bona Counottiana post Transactionem de Anno 1690. utraque hæreditas pleno Jure pertinuerit; confusis utriusque hæreditatis Juribus in personam Counottii, iterum iterumque notandum venit, quod, stabilita per Sententiam præstatione Legati, (perinde erat ex qua Massa præstaretur,) ejusque nomine præferentiæ, necessario consistat Testamentum Henrici Nicolas, qui Legatum reliquit. Est consequenter etiam ejus Jus hæreditarium à sorore quæsitum.

Hæc omnia in Voto meo primo de Anno 1716. & 1717. planissime fuerunt exposita.

Sive utatur Jure Saisiniæ, ab Hervianis absque titulo quæsitæ, sive Jure Testamenti communis, utrumque, respectu Hervianorum, est nullum. Saisiniam deserit ipsa vidua Plenevaux: Testamentum commune Conjugum Gaen nihil prodest Hervianis, quia non sunt in eo scripti hæredes; neque erant proximiores hæredes uxoris ab intestato, cum hæc diem obierit supremum; neque etiam soli, sed Anna Ludov. Sprimontia (errore manifesto habita fuit olim pro uxore Waltheri Counottii,) erat in gradu æquali. Cum ergo Sententia Officialis Leod. Anno 1692. adjudicaret Hervianis possessionem fiduciariam, in verbis scil. *conformiter Testamento communi:* Imo contra Testamenti Tenorem & Testatoris uxoris voluntatem expressam, & quidem omissa Sprimontia, quæ Jus habebat omnino æquale, quod tamen Counottio abdicaverat, qui etiam per aliquot menses, ante institutam Actionem ab Hervianis, quiete utramque hæreditatem possederat; Nemo sane, nisi præjudiciis Hervianorum captus, non agnoscit Sententiæ istius perversitatem, vid. Mev. 9. *D.* 14. quæ possessionem tribuit non possessori, non hæredi, contra hæredem & possessorem, adeoque re ipsa petitorium ingreditur, in verbis: *conformiter Testamento communi*: In quo tamen non sunt scripti hæredes, neque *Mottet*, neque *Herve*. Qui, si ab intestato esse hæredes velint, quod sane dixerunt in Processu de præferentia, cur quæso addita Sententiæ verba ad Testamentum relativa? Nemo non videt contradictionem manibus palpabilem. Legat modo quis rationes decidendi Jurisperiti, nescio cujus, qui operam suam præstit ea in causa Domino Officiali, quas nunc demum in lucem produxit vidua Plenevaux, [302] mirabitur quam sint insulsæ. Inter alia vitia manifesta est illud loco rationis decidendi primariæ positum, quod Testamentum Johannæ Gaen non fuerit productum, adeoque Rei, Counottii, fundamentum non probatum. Id quod Actis plane repugnat; Productum enim fuit Originale testibus Actis fol. 34. 35. inprimis fol 90. 92. ubi legitur recognitio manus Joannæ per Hervianos. Cætera omnia in rationibus decidendi petunt principium, supponendo semper primum falsum pro vero, quod Herviani in Testamento communi fuerint vocati hæredes. Verius diceres per ipsam Sententiam Leodiensem, quæ publicata est Anno 1692. aliquot centena millia florenorum, *velut muscam in pariete*, fuisse capta & legitimis hæredibus erepta. Ex quo spolio Advocatus ille partem 3000. millium florenorum reditus annui reportavit pro officiis suis præstitis in negotio istius Processus; Cujus Advocati merita laudat Advocatus modernus viduæ in Scripto [325] circa finem: Et porro in recessu additionali producto 21. Jan. 1722. junge dict. [325] circa finem. Annot. III.

Quæ hic adversus consensum Counottii & Malaisii allegantur, ad intentionem viduæ minime faciunt; Quæ enim esset Consequentia ex [258] n. 9. Malaisius, evitaturus expensas litis, consensit 13. Jun. 1720. ut redimeretur ab Abbate Sti Laurentii reditus ad manus vel Capituli *H*uyensis, vel viduæ Plenevaux Annot. IV.

vaux, ergo non potest consentire Malaisius pure, ut Capitulum pecunias recipiat. Id quod fecit 31. Oct. 1720. [251] Similis est Argumentatio vana adversus consensum Counottii ex n. 8. quem 8. Jun. 1720. alternative, postea vero pure, dederat Capitulo 4. Sept. 1720. [244] & porro 13. Martii 1721. [262] Utriusque enim & Counottii & Malaisii consensus erat antea alternativus, postea purificatus, nullum ergo exinde viduæ Plenevaux præsidium, cum alternativus consensus effectum non habuisset.

Quod vero allegat ex num. 3. [258] n. 16. Capituli Huyensis postulatum, antea ad me dietatem saltem reditus controversi directum.

Resp. (1) Orale petitum factum esse cum expressione *citra quodvis præjudicium emendandæ petitionis & citra præjudicium alterius medietatis.*

(2) Erat Capitulum *forte* in opinione actum illum luitionis, qui enarratur sub lit. Q. [258] n. 12. sibi obstare, qua in re errassent Decanus & Capitulum, nam tunc temporis vidua Plenevaux Abbatem Sti Laurentii constrictum habebat a quo accepit Canones cessos in Summa 21839. flor. Est actus perquam obscurus, satis tamen patet, viduam Plenevaux de suo Jure non admodum fuisse securam. Circumvenire studuerunt Capitulum omnes. Constat enim ex hoc Documento, quod etiam Fossoul contra bonam fidem declaratam Anno 1704. coram Judice Ecclesiastico per Annam Ludov. Sprimontiam, quam repræsentat Fossoul, consensum dederit viduæ Plenevaux ad reditum percipiendum, idque, ut allegavit Counottius antehac in Actis, acceptis 100. Imperialibus. Nihil tamen omne id nocebit Capitulo, quod meliorem viam & fundamentum petendi certius in Camera Imp. invenit. Hæc allegata a vidua Plenevaux, quod bene notandum, Sententiam 16. Martii 1721. non impedivere. Fuerunt enim omnia in deliberatione priore, & jam recoquuntur ab Advocato.

Annot. V. Hæc omnia Sublato Fundamento Sententiæ provisionalis concidere sua sponte necessarium est. Hæres erat Counottius a Ferdin. Gaen scriptus, nullum habebat ea in re contradictorem: Alteram hereditatem uxoris acquisivit per abdicationem heredum Henrici Nicolas, evitandarum litium gratia factam: Litium inquam, quæ ex asserta a Ferdin. Gaen revocatione Testamenti uxoris, per quam tota Massa suæ dispositioni relicta credebatur, existere poterant, vide hoc declarantem A. L. Sprimont [147] Ergo non expilavit Counottius hereditatem, sed Jure suo est usus.

Annot. VI. Bona utriusque hereditatis sunt omnia Counottiana post Transactionem An. 1690. adde supra notam 1.

Annot. VII. Ad hunc §. supra in discursu meo, introductionis loco prælecto, responsum fuit, ubi ex Sententia Mandati cassatoria conclusiones feci.

Annot. VIII. Quæ hic de Processu triplici præjudiciali-ter adhuc Leodii pendente objicit Advocatus viduæ Plenevaux, speciem aliquam facere possent ei, qui de causa plene informatus non est. Mihi meræ sunt nebulæ, ad moram Justitiæ adferendam inventæ, a cordato Judice, istiusmodi tricas aversante, facili negotio disjiciendæ. Rumpendæ sunt istæ telæ, quibus ut implicemur opus non est, neque muneris nostri. Apprehendimus jam dudum metam, quam attingere oportebat, eam iste novus Advocatus, qui fortunam suam vult experiri, non eripiet. Fundamentum habemus satis bene positum, nihil ergo morari nos debent ista munimenta ficulnea. Prima lis præjudicialis dicitur esse Actio primitiva provisionalis. Sententia Officialis Leodiens. 14. Jan. Anno 1692. reformata per Officialem Coloniens. 19. Maji eod. Anno.

Posteaquam hæc in rem judicatam transierat Anno 1694. demum in Camera nullitatis accusata & 25. Oct. 1695. tanquam nulla declarata fuit. Ergo putat Advocatus viduæ in petitorio esse ante omnia discutiendum: An Hervianis aliquid Juris competat? Interim stare Sententiam illam provisionalem, neque Sententiam Senatus Cameralis pristini ideo, quod modernus Referens vel Senatus aliam foveret Sententiam, infringi posse. Ego contra, dico: Sententiam illam Cameralem de Anno 1695. esse relativam ad Sententiam Officialis Leod. quæ cum sit provisionalis, fiduciariam possessionem tribuens, Cameralis æque non plus continere debet, imo etiam restringi, ut quam minime Justitia lædatur.

Provisionalium vero Sententiarum natura est hæc, ut quandocunque Judici, cumprimis superiori, visum fuerit, tolli rursus queant. Hanc provisionem & fiduciariam possessionem pro constanti aliqua definitione accipere, interim bonis gaudere secure, causæ vero principalis Decisionem per multifarias vexatorias Scenas Processuum ad Calendas Græcas protrahere, id quidem docet Advocatorum calliditas, non vero permittit Judicis Superioris religio.

Atqui omnis causa provisionis & fiduciariæ possessionis cessavit post definitivam in petitorio Processu in Judiciis Leod. & Camerali Quæstionem de præferentia. Post decisam, inquam, in petitorio Quæstionem de vi Transactionis Anno 1690. initæ inter Counottium & heredes Henrici Nicolas, nec non Legati Capitulo Huyensi relicti; quæ omnia cum Sententia provisionali nullo modo consistere possunt; Impossibile enim est per rei naturam (quicquid dicat de præjudiciali Quæstione adhuc decidenda noster Advocatus; Utitur enim Argumento cum conditione impossibili: Si homo volabit aliquando, habebit pennas:) impossibile est dico, ut unquam imposterum Sententia fieri queat, qua pronunciaretur Hervianis ex Testamento communi conjugum Gaen deberi hereditatem uxoris. Hoc enim dato, non foret heres Henricus frater, nullum foret ejus Testamentum (quotam Diodatus Chesnay, consors Hervii

Hervii, acceptando Legatum, sibi relictum, agnoverat, vid. Relationem meam primam cap. de Testamento Henrici) nullum Legatum Capitulo Huyensi relictum, nulla Transactio ejus heredum cum Counottio, nulla præferentia, nulla condemnatio Counottii ad præstandum Legatum. Destructo enim uno ex Correlativis, destruitur alterum, *Everhard. in Topic. legal. loc. de Correlativis.*

Quæ omnia cum per Sententias Camerales novissimas ab Anno 1717. hucusque sint in petitorio judicio stabilita & decisa, sequitur necessario, quod omnis ista provisio sit sublata, prout revera hæc fuit mens & intentio mea, neque aliam fuisse scio Dominorum Senatus. Hinc & Mandatum ab Hervianis in consequentiam dictæ provisionis decretum rursus cassatum fuit. Errat Advocatus viduæ Plenevaux, cum putat in Camera Imperiali Anno 1695. merita causæ fuisse examinata, & rationes Hervianorum, sive eorum Advocati, fortiores habitas, quam Counottii; Imo vero de meritis causæ nulla plane tunc intercessit cognitio decisiva, quæ etiam fieri non poterat, quia deserta Appellatione, quod hic factum erat, in Processu nullitatis principaliter deducendæ de meritis causæ non cognoscit Judex, sed, nullitatibus correctis, causam ad priorem Judicem remittit.

Altimar. de Nullit. Sentent. Rubr. 1. q. 27. n. 41. Conf. Mev. 3. d. 89. ubi loquitur de Appellatione non deserta.

neque etiam in libello nullitatis merita causæ fuere tractata.

Quod de remissione causæ ad Officialem Leod. & complemento Justitiæ, h. e. executione Sententiæ illius de Anno 1692. 14. Febr. Cameral. Sententiæ insertum legitur, undenam profluxerit, id equidem ignoro. Veruntamen ut Sententiam illam Officialis Leodiensis pro re judicata habeam, &, quæ ad Executionem deduci in tramite Justitiæ potuerit, vel adhuc consistere queat, pro mea Religione adduci me patiar nunquam. Sublato Fundamento provisionis & fiduciariæ possessionis frustra Processus cujuscunque præjudicialis nebulam effundere tentat vidua Plenevaux, ut re aliena ex spolio hereditatis quæsita fruatur, in altera vita forte restituenda. Falsum autem est, neque ex Adjunctis 12. 13. probatum, quod Officialis in possessorio ordinario vel petitorio cognoscere inceperit, quod, quo minus aggrederetur Counottius, per Bannum ei inflictum fuit impeditus. Videamus de altera lite præjudiciali.

Annot. IX. De hac Actione dixi in Introductione præcedente de personis in hac lite adversus viduam Plenevaux agentibus. Quod vero per Decretum Scabinorum Leod. 30. Martii 1716. vidua Plenevaux in possessione fiduciaria relicta fuerit, vid. [286] hoc nihil obest jam neque Capitulo Huyensi, neque ipsi Counottio. Quia Sententiæ Camerales definitivæ, caput controversiæ omnis decidentes, sunt posteriores, proinde cessat illa manutentio provisoria, quæ innititur provisioni Hervianis An. 1692. concessæ. Itane vero, ut lusus sit in Sententiis provisionalibus, Justitia patitur?

Subruto jam penitus Fundamento, omnes superstructæ provisiones, summariæ & momentaneæ possessiones, cessare debent. Absurda jam tum plurima ex Sententia provisionali de Anno 1692. exorta esse agnovimus. Finis tandem absurditatibus istis imponendus, & cum rectum videamus Justitiæ tramitem, a deviis recedendum; Rumpendæ aranearum telæ.

Tertia lis præjudicialis allegatur, quæ viduæ Plenevaux esset cum ipso Capitulo Huyensi. Sed hæc allegatio est omnino frivola. Licet enim citatum fuerit Capitulum, ad Instantiam viduæ, ad edendum causas suæ petitionis, 18. Nov. 1719. [258] n. 13. hæc tamen Citatio ad novam litis vexam tendebat, & confusionem perpetuam causæ in Camera definitæ, unde & Capitulum nihil allegavit, quam Sententias Camerales, tantumque abest, ut pro Judice agnoverit Scabinos Leodienses, litem contestando super titulo, ut potius eos unice Executores Sententiæ Cameralis consideraverit, quod patet ex Propositione, ut inscribitur, orali [258] n. 16. in qua Executione, cum hæsitarent Scabini, expectantes Jussum Cameræ Imperialis, recursus ad Cameram Capituli erat omnino licitus, quod post Sententiam 10. Martii 1721. probatione ulteriore opus non habet. Ista enim ratione unusquisque, contra quem petitur Executio rei in supremo Judicio decisæ, novum Processum ad edendum titulum exordiri posset. Imo Capitulum in Camera obtinuit Mandatum contra Scabinos de cessando cum inhibitione Decreti 15. Mart. reprod. 27. Apr. 1718. [85]

Non equidem id vitio verto nostræ viduæ, quod putaverit habere se Exceptiones, quibus in ipsa Executione se tueri posset, sed hæc non debebat fieri, per modum novæ litis super titulo, in Judicio Leodiensi: Hinc recte ad Imperialem Cameram res deducta ab utraque parte, quod inprimis notandum, & in novissima Sententia 10. Mart. 1721. decisa atque ad Executionem deducta est, donec vidua Jura, quæ sibi competere existimat, evicerit in Judicio Camerali.

Ægre fert Advocatus, quod causa viduæ ad Acta primaria sub Rubr. Robinet contra Fossoul fuerit remissa. Hinc connexionem causæ impugnare studuit. Putavit enim per viam Mandati, quod petebat novum aliquem Processum, novam potius confusionem instruere, quam necessario consequi oportet, nisi novæ hæ lites in iisdem, vel adhibitis saltem iisdem, Actis tractarentur. Exempla utinam non adessent istiusmodi confusionum, cum agatur hic de Objecto Executionis pro consequendo Legato ad pias causas: Connexio rei inseparabilis non est obscura. Non immorabor ergo isti objectioni, quæ per ipsam Sententiam 10. Mart. 1721. destruitur. Annot. XI.

Absolvi hucusque stricturas ad Deductionem viduæ nomine productam [283]. Cum autem ejus Advocatus aliqua Argumenta reservaverit in sequens scriptum, sub titulo: *Remonstrationis additionalis.* [301] Quod est Commentarii loco ad præcedentem deductionem [283] breviter ea persequar, omissis tamen iis, quæ recoquuntur saltem.

Annot. XII. Ait Advocatus Sententiam, contra heredem latam, nocere Legatariis, quam Thesin in legitimis terminis admitto. Cum vero infert: Counottium, qua cessionarium heredum Henrici Nicolas, succubuisse in possessorio summario, ergo etiam nocere Capitulo Huyensi istam Sententiam, qua Legatario Henrici. Falsa est Propositio minor, deinde, posito esse veram, consequentia est vitiosa, eo, quod in Argumentatione sint quatuor termini. Dico falsam esse Propositionem minorem: Quia in omnibus Actis coram Officiali Transactio Counottii cum heredibus Henrici Anno 1690. in cognitione non fuit, id quod vel ex ipsis rationibus decidendi, a vidua nunc demum propalatis, patet. Omnia tumultuarie tunc esse acta ego olim distincte ostendi. Falsam dico consequentiam: Quia Propositio major est vera, si judicatum sit contra heredem in petitorio, aliud si per modum provisionis. Nunc autem ego Argumentum firmiori consequentia inverto tali modo:

Sententia pro Legatario lata in petitorio contra heredem præsumptivum, qui provisionalem occupaverat possessionem, tollit provisionem, & nocet omnibus, qui ab eo causam habent. Ergo Sententiæ Camerales omnes Anno 1717. contra Hervianos latæ declarant nullum Jus Hervianis competere. Consequentia est certa, & probatur per

text. L. 8. §. 16. ff. de inoff. Testam. ubi Brunnem. & Covarruv. Practic. quæst. toto cap. 13.

Erant enim Herviani contradictores legitimi præsumtive saltem per sæpe dictam Sententiam provisionalem. Hinc in Processu de præferentia Jus suum hereditarium inprimis propugnarunt, indicio manifesto, quod, evicta præferentia per Appellatos, cessaturum esset omne Jus hereditarium. Porro ex Argumento a contrariis & correlativis supra conclusionem dedi firmissimam, quod, consistente Legato ex Testamento Henrici Nicolas debito, consistente Transactione ejus heredum Counottio, necessario consistere debeat Testamentum Henrici, & necessario ad eum devoluta censeri debeat hereditas sororis Johannæ; Medium enim non datur. Proinde per ipsum A. Fab. 6. *C. tit.* 11. *Def.* 6. ab Advocato viduæ allegatum, consistentibus prædictis omnibus per Sententias Camerales in petitorio latas, remota est omnis petitio Hervianorum, consequenter etiam viduæ Plenevaux, non quidem per Exceptionem rei inter alios judicatæ, *sed ut rem bene riteque judicatam impugnare nullo modo possint*, *neque vidua, neque ipsi Herviani.*

Evicit enim Capitulum Legatum dupliciter: Primo contra Hervianos, præsumptivos heredes; deinde contra ipsum Counottium, verum & legitimum heredem.

Neque quidquam obest Allegatio viduæ, quod in Processu cum Hervianis tantum actum fuerit de præferentia in bonis Counottianis, exclusa parte illa hereditatis ab uxore Ferdin. Gaen proveniente. Ad quam Allegationem supra respondi Annotatione II. Hoc loco iterum iterumque monendum, quod Fossoul & Cloos, cum Interveniente, pro Interesse suo, Capitulo Huyensi, in Processu de præferentia non opus habuerint clamare (utor phrasi Advocati Leodiensis) ad hereditaria bona relicta per Johannam Nicolas, uxorem Ferd. Gaen, quia omne Jus translatum erat in Waltherum Counotte per Transactionem Anno 1690. & perinde ipsis erat unde ipsis satisfieret, nihilominus tamen Actionis Fundamentum erat ista Transactio: Hæc innitebatur Testamento Henrici Nicolas & Jure hereditario per Testamentum utrumque, & commune conjugum & peculiare uxoris, in eum devoluto. Unde meum Argumentum deducitur ex Sententia Camerali A. 1717. per naturalem & necessariam rei consequentiam. In qua lite vidua Plenevaux licet non fuerit, sufficit tamen actum fuisse cum contradictore legitimo, præsumptive saltem & provisionali, a quo ipsa causam habuit,

vid. Colleg. Jur. Argent. tit. de re judic. §. 74. *n.* 9.

Adeoque ex ventre Sententiæ istius destruitur ejus intentio. Effectus enim Sententiæ est contra tertium, si contra Testamentum pronuncietur,

vid. Brunnem. ad L. 8. §. 16. ff. de inoff. Testam. & L. 25. ff. de Stat. hom.

Adeoque, per contrarium effectus, Sententiæ esse debet contra heredem præsumptivum provisionalem, qui contra tabulas nactus est possessionem fiduciariam (& hoc quidem cum summa injuria heredis veri, qui fuerat notorie in possessione) quando pro Legato ex Testamento fuit pronunciatum, quia absque Testamento Legatum non valet, *L. 3. de pignoribus.* Ergo, stabilito Legato, nec non Transactione de Anno 1690. stabilitur etiam Jus hereditarium Henrici Nicolas, qui Legatum reliquit: Quia, per impossibile, non possunt consistere simul Legatum & Transactio, cum Jure quocunque hereditario Hervianorum. Accedit conclusio supra judicata, quod reditus controversi non descendunt ex hereditate uxoris, sed mariti, cujus heres absque dubio Counottius. Quæ sola ratio ad profligandam viduæ intentionem suffixit, vid. Annot. XIII.

Opus tamen esse credidi, ut, etiam ad amputandas istiusmodi lites, quæ forte recurrent ex eodem fonte, solida adstruerentur Fundamenta & removerentur ista obstacula.

Competit enim & Capitulo Counottii Exceptio contra viduam, quæ jam pro Actore habenda, quod non habeant Herviani Jus fundatum ad hereditatem Gaenianam uxoris (de mariti hereditate est res absque controversia)

troversia) quæ Exceptio est peremptoria. Et A quidem virtute Sententiarum Cameralium, quales Exceptiones Judicem attendere oportet, vid. omnino

Salgado de Protectione Regiâ p. 4. Cap. 7. n. 99. add.
P. Surd. Consil. 165. n. 11.

ubi de effectu Sententiæ ex eod. decidendi fundamento, sive ex propria vi & natura

Covarruv. Pract. quæst. C. 13. §. secundo prænotandum.

scilicet huc commode applicatur Axioma in l. 29. de Reg. Jur. *Cum principalis causa non consistit, nec ea, quæ sequuntur, locum habent.*

Ad quem Textum notanter addit in Comm. eruditissimo Jacob Gothofredus perinde esse sive ab initio pereat causa principalis, sive postea ejus fundamentum extinguatur, profertque Exempla ex materia testamentaria.

B *Conf. Stryk. Diss. de Auctor. rei jud. contra tert. Cap. 1. §. 25.*

Ubi agitur de Sententia pernecessariam consequentiam Jus alterius excludente, & §. 21. 22. & Cap. 2. §. 6. ubi invenire poterit Advocatus viduæ Plenevaux, quod adversus eam Jure fiat Executio, tanquam ab Hervianis causam habentem, *add. ibid.* §. 9. & cum primis §. 15. ubi de possessore rei litigiosæ, in quem res fuit translata lite pendente. Covarruv. pract. quæst. Cap. 15. n. 7.

Annot. XIII. Non concludens Conclusio: Herviani postularunt, ut omnia acquisita à vidua Ferdin. Gaen Massæ toti accenserentur æqualiter cum ipsis dividendæ, & Mandata Cameralia eum in finem obtinuerunt, (erat autem tunc ea tempestas, qua facilius, quam hodie, Mandata S. C. impetrabantur, & sufficiebat tunc Advocati postulatio) ergo (ait Advocatus) conjectura est fundata, quod Conjuges Gaen C voluerint id ab hæredibus observari juxta Testamentum commune. Primo enim neque ex Testamento communi ulla species est Juris Herviani ad hæreditatem fundati; Deinde motiva seu rationes decidendi Scabinorum sub lit. H. ante Sententiam Cameral. 10. Mart. 1721. cum Supplica viduæ Plenevaux productæ [258.] n. 9. nihil plane me movent. Sunt enim conjecturæ imaginariæ, &c, quod rarum, aliquot mensibus post Sententiam latam 17. April 1696. nimirum 14. Aug. constructæ. Porrò habebant præ oculis Sententiam Cameralem in causa nullitatis de Anno 1695. & fulmina Mandatorum S. C. per Hervianos extractorum. Longè aliter in petitorio sensit Concil. Ordin. in causâ Mandati cassatorii Herve contra Concil. Ordin. Leod. ubi evolvi poterunt, si opus esset, Exceptiones [9.] & Sententia Cameralis ibi pronunciata 7. Jul. 1698. in qua Executio in bona acquisita per Ferdin. Gaen post mortem Uxoris pro excessu habetur, & Counottio reservatur querela in Camera desuper proponenda. Frigida est conjectura, quod Ferdin. Gaen ex pecuniis communibus redituum controversum adquisierit, ergò etiam Uxori defunctæ, vel ejus hereditati, acquisivisse censendus esset; Quæ destruitur per Meanum Observat. 79. n. 5. & Obs. 81. loquitur quidem de casu, ubi conjuges procrearunt liberos, sed eadem, imò major est decidendi ratio, si matrimonium fuerit sterile. Accedit ipsa Testamenti communis dispositio, in qua fruitio bonorum superstiti marito relicta est, ergò acquisivit sibi, non verò Massam hæreditariam Uxoris augere voluit, is scil. qui totam Massam post Uxoris fata suæ dispositioni relictam esse credebat, contra Mean. Obs. 23.

Supra Annot 8. reservavi aliqua hoc loco addenda. Rerum judicatarum auctoritatem constantem esse debere, Juris est tritissimi, quod tamen intelligendum de rebus definitivè judicatis, quia Judex functus est suo Officio L. 1. de re judic. L. 65. §. 2. ad. SCt. Trebellian. aliud dicendum de Sententiis provisoriis, sive, ut Strykius appellat & Hahnius, JCtus Helmst. Disp. de Possess. Summariissim. *intermisticis*, quæ eundem effectum rei judicatæ non habent, *Mev. p. 2. Decis. 236. n. 3. Bœhmer. Diss. de Sentent. in rem judic. non transeuntibus §. 5.* hinc vulgata Hyperbole apud Knichen de Saxon. non provoc. Jur. pag. 292. n. 56. quòd Sententia ex albo faciat nigrum, ex injusto justum, ex non scripto scriptum, ex non herede heredem, (addere posses etiam ex homine bestiam, ex stulto sapientem) ad Sententias provisionales & summariissimi possessorii, quod levioris momenti esse dicitur apud Gail. 1. Obs. 7. n. 6. add. Obs. 5. nondum fuit adplicata, quia scil. potissimum, quod controvertitur, adhuc decidendum superest, neque etiam ex interlocutoriis Sententiis Exceptio datur rei judicatæ, *Ulr. Hub. in Prælect. ad ff. tit. de re judic. §. 13.* Atqui Sententia Officialis Leodiensis 14. Febr. 1692. quam refert Sentent. Cam. de Anno 1695. habita est ab ipso Officiali Leodiensi pro provisionali & fiduciaria, adeoque interlocutoria. Ergo non potuit ex ea nasci Exceptio rei judicatæ, quæ tamen est præcipuum caput interventionis viduæ Plenevaux. Deinde ubi evidentia sunt Jura petitoris, possessorium absorberi dicitur per Jura petitorii, ap. *Posth. de manuten. Obs. 42. n. 149. seqq. Coler. de Process. Executiv. ad Cap. 3. de caus. possess. & propriet. n. 17.*

Annot. XIV.

Facit huc Argument. à correlativis apud *Everhard. in Topic. Legal.* ubi non est petitorium, ibi non est possessorium: Add. Stryk. de Decreto intermistico Cap. 4. n. 17. Bœhmer. dict. Diss. n. 19. Atqui evidentissimè constitit ex Actis in causa præferentiæ de injustitia tituli possessionis per Sententiam sæpe allegatam Hervianis provisionaliter concessæ. Totius istius Processus origo erat Actio contra Hervianos ad edendum titulum suæ possessionis. Hinc, licet pro objecto Executionis tantum haberentur bona Counottiana strictè sic dicta, tractatum tamen fuit & in Processu & in rat. decid. prioris Judicis caput omnis controversiæ de Jure hereditatio Hervianorum, in quo titulum suum fundabant; cognoscitur autem de Justitia petitorii ex Actis & Jure clarissimo Posth. d. l. n. 153. adeò, ut cesset provisio possessionis Hervianæ, ubi de vanitate tituli cui in-

nitebantur, simulque de vero & legitimo possessore, qui erat Counottius, constitit.

Porrò non consistit Sententia quæcunque, multo minus provisionalis & fiduciaria, quamprimum res ad alium statum fuit deducta; omnis enim Sententia intelligitur juxta statum rerum, qui erat tunc cum pronunciaretur, *Sulgado in Labyr. cred. p. 1. Cap. 26. & de Protect. Reg. p. 4. C. 7. n. 99.* Atqui per Sententias Camerales, quæ definierunt in petitorio firmitatem Transactionis Anno 1690. & ipsius Legati, per consequens etiam Testamenti Henrici Nicolas & ejus sororis Johannæ, res ad alium statum est deducta, ergò frustra fundat suam intentionem vidua Plenevaux in re provisionaliter judicata, & lite aliqua præjudiciali adhuc expectanda; Denique Sententia, quæ est nulla, iniquitate evidenti *v. Surd. Cons.* 334. *n.* 1. & ex falsa causa *vid. Mev.* 3. *d.* 104. *Mandesloh. de Posterus. Justitia Cap. 6. p.* 375. *seqq.* lata, in rem judicatam transire non potest, C. ult. Cod. de Sentent. ex pericul. recit. Clem. 2 §. *ut igitur* de Sententiis, neque Judex eam attendere debet, *Parlador rer. quotid. C.* 22. *p.* 1. §. 1. *n.* 11. *Brun. Proc. Civ. Cap.* 27. *n.* 67. *Klock.* 2 *Consil.* 45. *n.* 50. Atqui talis erat Sententia Officialis Leodiensis. Ipsæ rationes decidendi perquam contortæ, à vidua Plenevaux nunc productæ, si cum Actis conferantur, demonstrant Auctoris, nescio quid dicam, imperitiam, an partis Studium? Quis ergo diceret Sententiam Cameralem priorem Officialis confirmatam esse? Imò Sententia, quæ priorem nullam confirmat, æque foret nulla. *Surd. Decis.* 289. *n.* 10. Neque per rem prætensè judicatam alterari debet rectitudo naturalis æquitatis, Arg: L. 60. pr. de Condict. indebit. idem Surd. Consil. 268. n. 39. neque impeditur vel Capitulum vel ipse Counottius Sententiam Officialis dicere nullam. Potest enim Exceptionem nullitatis uti etiam tertius, licet tres conformes adfuerint Sententiæ, *Grassus. tr. de Except. in præludiis n.* 159. Officium Judicis ad impediendum effectum istius modi Sententiæ nunquam excluditur. *Gratian. Discept. Forens. Cap.* 145 *in princip.*

Falsissimum ergò per supra dictam Annot. VIII. quod de caducitate Testamenti Johannæ Nicolas pronunciatum fuerit in Camera per declaratoriam nullitatis Anno 1695. (sive commune intelligas, sive peculiare, nihil interest, non enim differunt, quam quod in peculiari sit nomen heredis expressum.) Falsum, quod declarati sint Herviani heredes, tanquam proximiores, ex Testamento communi, hinc in Processu de præferentia dixerunt, se esse heredes ab intestato, pariter absurde, cum Sententia Officialis provisionalis fundaretur in Testamento, vid. Mean. Obs. 534. num. 4. in quo tamen Testamento non erant nominati. De dominio mariti Ferd. Gaen in rebus Uxoris pauca addo: Verum est quidem, quod Leodiensium moribus per matrimonium dominium omnium bonorum uxoris transferatur in maritum Jure manus plicatæ, ut vocatur, verum tamen est etiam, quod per contrariam dispositionem inter conjuges dominium hoc rursus tollatur. *vid. Cap.* 1. *consuet. Leodiens. des gens maries* §. 1. *Mean. Obs.* 35. Inter contrarias verò dispositiones recensentur, testamentaria dispositio marito consentiente facta, uti hic inter conjuges Gaen, vid. Mean. tot Obs. 55. inprimis num. 31. quando ergò maritus consentit, ut uxor testaretur, & hæc testata est, non revocabitur ejus voluntas, nullumque amplius est dominium mariti, si legare permisit, vel testari, valeat quod concessit inquit Marcianus L. 1. §. venditionis quib mod. pign. vel hypoth. solv. confirmatur hæc Sententia egregiè per Joh. Dekherrum in decis. Brabant. Differt. 1. n. 7. seqq. Stockmann. Decis. Brabant. 20. n. 1. seqq. ubi in substrata materia de revocatione Testamenti cum consensu mariti facti. Ejusmodi Testamenti efficacia in abdicatione dominii maritalis rationibus, legibus, auctoritatibus & rerum judicatarum Testimoniis stabilitur. Falsum est ergò, quod Testamentum commune conjugum Gaen marito dominium reliquerit, quod per hoc ipsum Testamentum vocati sint proximiores, qui essent futuro tempore mortis mariti. Falsum, quod Testamentum uxoris factum sit caducum.

Reliqui §. §. sive Articuli scil. XV & XVI. Remonstrationis productæ usque ad finem pertinent rursus ad quæstionem fori Cameralis, quam in superioribus resolutam dedi. Tum vero persuadere vult nobis, quod antea sibi persuaserat, sed perperam, quod per Sententiam Officialis provisionalem & Cameralem illam de Anno 1695. Jus Hervianorum fuerit habitum pro fundatissimo. Quæ omnia esse falsissima, ego puto me demonstrasse.

Ad conclusionem viduæ Plenevaux ego dicam quid pronunciandum sit ad hoc caput: Scil. rationibus prolatis quibuscunque non obstantibus, & Huyense Capitulum & Waltherum Ferdinandum Counotte ab Actione hac sint absolvendi, ita ut inhærendo Sententiæ novissimæ Camerali 10. Mart. 1721. Decano & Capitulo pecuniarum, ex consignatione Abbatis S. Laurentii ipsis solutarum, dominium, ad rationem judicati Cameralis Legati nomine debiti, plane ipsis sit addicendum: Expensis compensatis.

Hæc forte prolixius paulo deduxi, sed putavi tamen esse necessarium, ut Argumenta, in præcedentibus relationibus definitivis prolata, in memoriam revocarentur. Supersunt adhuc Capita tria, de quibus aliquid dicendum. Sed quia à primo decisionem capiunt, idcirco de hoc Dominorum Sententiam audire gestio, meam vel probantium vel quod libenter patior à mea cum ratione dissentientium: Ego hucusque functus sum officio meo.

Caput Secundum. De Cautione Capituli Huyensis, per Sententiam 10. Mart. 1721. injuncta & præstita, resolvitur Quæst. per Decis. causæ principalis contra viduam Plenevaux juxta præcedentia facienda, qua absolvitur Capitulum ab interventoria Actione, eique Summa adnumerata ex pecuniis per Abbatem S. Laurentii consignatio pleno Jure addicitur. Cæterum Cautionem esse, juxta morem Provinciæ, sufficienter præstitam non dubitarem.

Capite Tertio dicendum de ulteriori petito Capi-

Capituli 10. Octobr. 1721. [314] [315.] quæ res dependet ab ista quæstione, quanta sit sors reditus 3000. flor. Legati, sive: Quanta Summa Counottius, debitor, Legati reditum possit redimere? Ubi primo sciendum est, per Sententiam 15. Febr. 1719. adjudicatum esse reditum 3000. flor. qui constituunt sortem 60000. flor. Brabant. cum Interesse à tempore Transactionis 15. Sept. 1690. secundo per sequentem Sententiam 11. Oct. 1719. Summam 45000. flor. sortis loco expressam fuisse non ea mente, quod hæc Summa præcise adæquaret sortem reditus Legati 3000. flor. sed quia ista Summa à Counottio offerebatur, adeo ex confessione propria, salva ulterioris Summæ petitione, adjudicata fuit.

Quænam erit ergo sortis Summæ vera? Equidem de illa petitione Capituli, [252.] [253.] in qua singulorum annorum reditus sortis loco constituit ultra Summam 45000. flor. aliam ad 87750. flor. format, dicere nolo, cum non existimem, Capitulum hanc prætensionem alio fine, quam ut æquum obtineat, formasse. Reditus 3000. flor. legatus in Ordine, ad constituendam Summam sortis, mihi erit ad instar Usurarum. Proinde ita existimo:

(1.) Legatum 3000. flor. annui reditus desumi debuit ex hereditate Joannæ Nicolas præstandum post Transactionem de Anno 1690. 15. Sept. à Counottio. Et quidem, juxta optionem Capituli Huyensis, ex Registris redituum, optionem enim Henricus Canonicus, Testator, Capitulo liberum esse voluit, ergo optimos reditus pro largiori & securiori Legati perceptione eligere poterat Capitulum, si Counottius Registra confestim edidisset.

(2.) Cum Testator apposuerit hanc Clausulam. Quod si supervenerit contestatio hæredes inter & Legatarios, ratione qualitatis assignatorum, ad illam extirpandam liberum erit hæredibus, mediante decimo quinto denario, illos redimere & extinguere. Casus iste redemptionis extitit non quidem juxta intentionem Testatoris, sed per alias circumstantias, scil. lites fatales, sequenti tempestate exortas, adeo ut quemadmodum Testatoris voluntas non fuerit reditum 3000. flor. ad minorem Summam redigi per redemtionem, ita Counottius quoque redemtionem minori Summa quam 60000 flor. facere non possit, fuit enim ipse in mora ab initio, quod Capitulum optionem habuerit. Deminutionem autem fieri necesse est, si existimaremus, quod foret contra mentem testatoris Henrici, sufficere pro sorte 45000. flor. si ista Summa non posset rursus elocari ad ratum decimi quinti denarii: Atqui hanc creationem redituum (utor phrasi Leodiensium) prohibitam esse Sententia Cameralis in causa *Grand. Jean contra Ursins* statuit, & Principalis Leodiens. in Edicto novissimo confirmavit: Ergo per Argumentum à contrario redemtio reditus Legati etiam non potest fieri minori Summa, quam ad rationem denarii vigesimi, quia alias reditus ipse deminueretur, quod magis est contra voluntatem Testatoris, quam ei favorabilius, cumprimis in Legato, ad augendum cultum divinum, interpretari Jura nostra volunt. Et in Sententia Camerali

A 11. Oct. interesse ad 5. pro Centum *h. e.* vigesimum denarium, jam tum est computatum & res in hoc puncto decisa. Poterat Capitulum, si Counottii mora non impedivisset, eligere reditus 20. denario creatos, quorum multos extitisse ex Actis probatur.

Principium meum est, quod non sit ullæ deminutioni obnoxium, facto Counottii, Quantum reditus annui 3000. flor. sive mille Imperialium. Habenda est etiam ratio aliqua litium à Capitulo, pro consequendo Legato suo, gestarum, mox contra heredes Henrici Nicolas, mox adversus Hervianos, mox cum ipso Counottio, rursus contra viduam Plenevaux. Inquisitio in reditus insinuatos sive realisatos in diversis Judiciis Leod. ex multorum annorum Registris fuit haud dubie sumtuosa, neque credo Leodienses Advocatos, Procuratores, Notarios, Ordini Clericali gratis operam suam præstitisse. Adest autem jam consensus Counottii, ut Capitulo satisfiat quam plenissime in Camerali judicio declaratus. Ergo, quo minus Capitu-

B lum fruatur Summa 6000. flor. in sorte cum Interesse adjudicato, Counottius ipse non repugnat. Adest etiam Objectum Execut. *Primo*: Reditus cum Canonibus cessis, penes Abbatem Monasterii S. Laurentii adhuc existentes; *Deinde*: Reditus percepti per viduam Plenevaux, hi longe excedunt Summam Capitulo adhuc debitam, si computetur sors 60000. flor. cum Interesse à tempore Transactionis 15. Sept. 1690. Accepit enim Capitulum huc usque 99293. flor. computato Interesse usque ad 15. Sept. 1720. sunt Anni triginta una cum sorte 150000. flor. deductis 99293. flor. debentur adhuc 50707. flor. a Monasterio S. Laurentii poterit accipere adhuc 12000. flor. circiter, reliquam Summam vidua Plenevaux, quæ habet Titulum a non Dominis Usurpatoribus hereditatis, scil. Hervianis vel Mottettianis. Mala fides Advocati Plenevaux, qui rei alienæ cessionem sibi fieri curavit, ad nostram intervenientem propagata: Ergo restituat percepta Capitulo, quantum sufficit ad explendam Summam Legati cum Interesse. Neque enim opus est, mediante aliqua Sententia

C Actoria in hoc Articulo, novæ litis Scenæ occasionem præbere. Remonstratio enim Lt. J. [301.] porro [325.] [328.] in suis Argumentis æque quadrant ad reditus perceptos, neque, quoad hos, alias defensiones habere potest; Rationem diversitatis ego non video.

Capite IV. & ultimo de petitis Counottii quæ tollendis Arrestis bonis suis impositis, utque perpetuum imponatur silentium Hervianis, puto ego post tot tantasque litium Scenas omnesque molestias adversus Counottium facessere debere. Tandemque ultimum manum negotio adponendam esse in hac lite, ubi patiuntur agere Herviani viduam Plenevaux, adeoque Sententia adversus hanc lata nocere debet illis per C. sæpe 63. versu scientibus ff. de R. Judic. tanto magis, quod & ipsi Herviani in lite de præferentia dudum succubuerunt, circa titulum hereditatis Gaenianæ implicite. Nihil ergo impeditur quo minus in hac Sententia, contra viduam Plenevaux, intentio Sententiarum præcedentium declaretur expresse, vid. Grat. disc. for. c. 745. n. 1.

Sententiæ 6. Mart. 1722. publicatæ in Serie sequente leguntur.

Quo magis Lectori benevolo tota rei decisæ Series ob oculos ponatur, adjuncta hic est eo ordine, quo partium litigantium cura typis olim fuit mandata.

Series Sententiarum in Causis Robinet & Consortum, contra Fossoul & Consortes, deinde etiam Capitulum Huyense qua Interveniens, prætensæ Appellationis: Ut & postmodum Decani & Capituli ejusdem, contra Waltherum Ferdinandum de Counotte, nec non Jacobum de Malaise. Citationis ad videndum fieri Executionem Legati &c. itemque bis per Counotte Restitutionis in integrum, & Interventionis viduæ Plenevaux, utpote a Robinet & Consortibus Jus habentis; ac denique contra omnes Usurpatores bonorum hereditatis, sive omnes ab Usurpatoribus causam habentes: Ut & respective Jacobi de Malaise, contra quoscunque detentores bonorum ejusdem hereditatis. Citationis ad videndum se immitti in bona hypothecata ex hereditate a non dominis nulliter alienata, seque condemnari ad restitutionem fructuum & omnis causæ; ad domum & per Edictum.

Sententia Scabinorum Leodiensium, ceu Judicum patriæ Leod. ordinariorum, in omnibus actionibus realibus erat sequens in favorem Fossoul & Consortum, hæredum Annæ Ludovicæ Sprimont.

NOno Decembris Anni Millesimi Septingentesimi Septimi, visis per Nos, Scabinos Supremæ Justitiæ Civitatis & Patriæ Leodiensis, Actis injungimus Domicillæ Robinet & Consortibus, quatenus effectuent guarandiam de qua in Actis ad indemnitatem Dominorum Actorum, idque infra triduum, sin minus, hisce annuimus præferentiam petitam, dictos Robinet & Consortes in Expensis nostram ad Taxam condemnantes, moderamine nostro salvo.

Sententia Consilii Ordinarii confirmatoria.

IN causa Domini Canonici Fossoul & Consort. contra Domicellam Viduam quondam Andreæ Robinet & Consortum, Concilium Ordinarium octava Februarii Anni millesimi septingentesimi noni visis Actis dicimus: Per Dominos Scabinos Leodienses bene dictum & judicatum fuisse, & ab eorum Sententia partem appellantem male ad nos appellasse & provocasse, quorum proinde Sententiam confirmamus, dictam partem appellantem in Expensis hujus Instantiæ nostram ad Taxam condemnantes.

Sententia Cameræ Imperialis publicata 29. Jan. 1717.

IN causa Annæ Robinet & Consortum, Henrici Nicolai de Herve & Deodati Chefnay Appellantium ex una, Joannis Everhardi Fossoul Canonici & Consortum, in Actis nominatorum, Appellatorum, nec non Decani & Capituli Ecclesiæ Huyensis, Intervenientium, ex altera partibus, causam hancce pro conclusa ex officio acceptantes dicimus & pronuntiamus, per Judices prioris Instantiæ bene pronuntiatum, male appellatum, proinde Sententiam a qua confirmandam esse, prout eandem, speciatim quoad partem hereditatis Conjugum Gaen ad quondam Waltherum Counotte delatam, & quidem respectu Appellatorum, in quantum eisdem pro suo Interesse ex Transactione cum Walthero Counotte Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo inita acquisito, nec non in Transactione cum Intervenientibus Anno millesimo septingentesimo decimo tertio conclusa reservato, nondum fuerit satisfactum, respectu vero dictorum Intervenientium, qua Cessionariorum Fossoul & Consortum, simpliciter confirmamus, Appellantes in Expensas hujus Instantiæ, salvo moderamine nostro, condemnantes, eisdemque Jus suum ex luitione Saisiniæ Melissonii prætensive quæsitum in separato Processu deducendum permittimus. 29. Jan. 1717.

NB. Alia Sententia Cameralis in causa Mandati eodem die publicata, quam videre licet pag. 1185.

Vigore

Vigore hujus Capitulum Huyense obtinuit contra Counotte, qua obligatum ex præfata Transactione & Malaise, qua Creditorem contendentem, Citationem ad vidend. fieri Executionem Legati ex pecuniis & reditibus in diversis Judiciis Leodiensibus consignatis, & Sententiam seq. 17. Februarii 1719. publicatam.

Tenor Sententiæ.

IN causa Robinet & Consortum contra Everhardum Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Huyense, Intervenientes, Appellationis decisæ, nunc ejusdem Decani & Capituli Huyensis contra Waltherum Ferdinandum Counotte, & respective Jacobum Malaise, Citationis ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus, ex præfatis bonis a Ferdinando Gaen delatis: Visis Actis dicimus & pronuntiamus, Exceptionibus quibuscunque per Licentiatum Steinhausen prolatis non obstantibus, prædictum Waltherum Ferdinandum Counotte ad præstandum Legatum a quondam Henrico Nicolas Canonico, Ecclesiæ Huyensi pro cultu divino relictum, cum Interesse a tempore Transactionis inter quondam Waltherum Counotte & modo dicti Henrici Nicolas heredes Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo initæ condemnandum, atque Decanum & Capitulum Huyense ad hunc effectum in Saisinia Anno millesimo septingentesimo quinto in quibuscunque bonis Counottianis capta, & per heredes Henrici Capitulo, cum omni Jure competenti cessa, omni meliori modo esse manutenendos; ita ut Executio Legati ex pecuniis & reditibus in diversis Judiciis Leodiensibus consignatis & arrestatis, in quantum sufficiunt, in subsidium vero ex reliquis bonis Counottianis, fieri debeat; porro quoad Jacobum Malaise, præfato Capitulo, salva dicto Malaise persecutione sui crediti contra quoscunque sibi bene visos, præferentiam esse adjudicandam: Prout hisce prædictum Counotte condemnamus, Decanum & Capitulum Huyense manutenemus, eidemque præferentiam adjudicamus, expensas hujus litis ex causis Nos moventibus, compensantes; Denique ad hujus Sententiæ Executionem & docendum de paritione, tam prædicto Counotte quam Judicibus Leodiensibus, apud quos pecuniæ & reditus sunt consignati & arrestati, terminum unius Mensis præfigimus, sub tali comminatione, ut nisi ita egerint, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, in pœnam decem Marcarum Auri puri, pro dimidia parte Fisco Cæsareo, pro altera dimidia parte vero dictis Actoribus solvendam condemnati esse, &, pro reali Executione hujus pœnæ, ulterius debeat fieri, quod est Juris. 17. Febr. 1719.

Item Paritoriam inhæsivam 31. Martii ejusdem Anni.

Adversus quas cum Counotte Restitutionem in integrum implorasset, lata fuit, & 11. Octobris ejusdem Anni publicata Sententia sequens:

Tenor Sententiæ.

IN causa Robinet & Consortum contra Everhardum Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Huyense Intervenientes, Appellationis decisæ, nunc ejusdem Decani & Capituli contra Waltherum Ferdinandum Counotte & respective Jacobum Malaise, Citationis etiam decisæ, ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hereditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus ex præfatis bonis a Ferdinando Gaen delatis, nunc Executorialium & petitæ Restitutionis in integrum, Lto. Steinhausen petitionem suam pro Restitutione in integrum octava Maji nuperrime factam, tanquam frivolam & moratoriam, denegamus, sed præcedentibus nostris Sententiis, undecima Februarii & trigesima prima Martii Anni currentis latis, inhæremus, ejusdem Principalem, Waltherum Ferdinandum Counotte, in expensas hujus moræ, salvo nostro moderamine condemnantes; proinde eidem Counotte ut antea dictis Sententiis pareat, præstando & permittendo Capitulo perceptionem confessatæ Summæ pro Capitali quadraginta quinque millium florenorum Brabanticorum, nec non Interesse ejus Summæ quinque pro centum, a tempore Transactionis Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo initæ, ex pecuniis consignatis & Summis redituum Arrestatorum a debitoribus præstandis in quantum sufficiunt, in subsidium vero ex reliquis suis bonis, captaque eum in finem, pro Executione reali, media convenientia non impediat, Judicibus vero Leodiensibus, apud quos pecuniæ consignatæ & reditus arrestati, speciatim Scabinis & Officiali ejusque Sententiario, ut non obstantibus Arrestis & oppositionibus quibuscunque hactenus factis & per easdem personas vel Consortes faciendis, prædictam præstationem & Executionem Sententiæ nostræ ulterius non morentur, sed sine dilatione Capitulo Huyensi permittant, solvant, assignent & Sententiam exequantur, atque de facta paritione inter quindenam doceant, serio & cum repetita finaliter comminatione Executionis pœnæ, præcedentibus Executorialibus insertæ, injungimus; pro obtinenda vero majori Summa tam Capitalis supra dicti, quam Interesse, ex capite redituum annuorum legatorum trium millium florenorum, Capitulo Huyensi ulteriorem deductionem in hac Imperiali Camera, salva responsione adversæ partis & salva omnimoda præstatione Summarum prædictarum indilate facienda, liberam relinquentes. 11. Octobr. 1719.

Cum-

Cumque deinde præfatus Counotte se Capitulo Huyensi contra præfatam Viduam adjunxisset, petiissentque communi manu Sententiam definitivam, lata fuit sequens, ac 6. Martii 1722. publicata.

Tenor Sententiæ:

IN Causa Robinet & Consortum, contra Everhardum Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Ecclesiæ Huyensis, Intervenientes, Appellationis decisæ, postmodum ejusdem Decani & Capituli, contra Waltherum Ferdinandum Counotte & respective Jacobum Malaise, Citationis etiam decisæ, ad videndum & audiendum fieri Executionem Legati, Ecclesiæ Huyensi relicti, in bona hæreditaria, nec non in Summas consignatas in diversis Judiciis Leodiensibus, ex præfatis bonis à quondam Ferdinando Gaen Counottio delatis, itemque petitæ per Counottium Restitutionis in integrum, similiter decisæ; nunc in puncto Interventionis Viduæ Plenevaux contra supra dictos Decanum & Capitulum, nec non Waltherum Ferdinandum Counotte, diversarumque Supplicarum per Licentiatum Steinhausen, Licentiatum Jung, Licentiatum Dimpfel, respective nomine Counottii, Viduæ Plenevaux & Capituli Huyensis productarum:

Visis denuo Actis Partiumque Productis, Licentiato Jung petitum, pro remittenda hac causa ad Judicia Leodiensia prætense præventa, tanquam Sententiis præcedentibus repugnans, denegamus: Sed in causa principali, omisso puncto Cautionis per Capitulum præstitæ, nunc supervacuo, & rejiciendo Allegationes quascumque nomine Viduæ Plenevaux prolatas, cum primis prætensi per Auctores suos, Catharinam Mottet, Viduam Robinet, ejusque Consortes, Herve, Chesnay, aliosve Juris quæsiti, ad hereditatem quondam Joannæ Nicolas Uxoris Ferdinandi Gaen ex Testamento communi conjugum, tum vero ex Sententia aliqua provisionali Officialis Leodiensis 14. Januarii 1692. lata, iteratoque declarando Legatum per Henricum Nicolas Canonicum Ecclesiæ Huyensis utiliter relictum, Transactionemque inter ejus Hæredes & Counottium 15. Septembr. 1690. consistere, adeoque significando satis, prout hisce rursus declaratur expresse, quod Testamentum Joannæ Nicolas ad statum caduci non fuerit redactum; proinde dictis Auctoribus Viduæ Plenevaux, ad hereditatem Joannæ Gaen, ceu proximioribus tempore mortis ejus mariti superstitis, sive etiam hoc titulo, ad bona Counottiana nullum Jus competierit; inhærendo itaque præcedentibus nostris Sententiis & novissimo 10. Martii Anno 1721. publicatæ; ulterius dicimus & pronunciamus Decanum & Capitulum Ecclesiæ Huyensis simulque Waltherum Ferdinandum Counotte, ab interventione Viduæ Plenevaux absolvendos, illis autem, Decano nempe & Capitulo, ad rationem Legati, cum Interesse per Sententias Camerales hucusque latas adjudicati (computando & definiendo sortem redemptionis ipso facto existentis, juxta Quantum à Testatore Henrico Nicolas constitutum, ad rationem decimi-quinti denarii, ita ut constet sors integra quadraginta quinque florenorum millibus) non solum pecunias ex consignationibus à debitoribus hereditatis Gaenianæ, speciatim Abbate S. Laurentii, factis, virtute prædictarum Sententiarum traditas, pleno Jure dominii irrevocabiliter esse addicendas; Sed etiam pari ratione & Jure eidem Decano & Capitulo, pro ulteriori satisfactione Legati cum Interesse adjudicato, solutionem & traditionem faciendam esse sortis reliquæ ad hereditatem Gaenianam debitæ penes dictum Abbatem Sancti Laurentii adhuc existentis, una cum reditibus cessis, idque absque mora, & non obstantibus contradictionibus quibuscunque factis vel faciendis per Viduam Plenevaux, ejusque Auctores, ita, ut si post hanc præstationem Capitulo adhuc desit aliqua Summa pro integrali satisfactione, juxta calculum supradictum, & in Sententia de 11. Octobr. An. 1719. expressum, ea à Counottio sit supplenda: Quod vero attinet ad reditus per Viduam Plenevaux antea realiter perceptos usque ad tempus motæ ipsi per Counottium desuper litis, ab eorum restitutione ipsa vicissim, pro singularium hinc intercedentium circumstantiarum ratione, sit liberanda. Tandem, evacuata prædicto modo præstatione Legati Capitulo Huyensi debiti, pro terminandis finaliter hisce litibus, Arresta omnia bonis Counottianis, vel propriis, vel ex hereditate utraque Conjugum Gaen provenientibus, per Robinet, Herve, Chesnay & ipsorum Consortes, ex causa prætensæ hereditatis, vel etiam ipsum Capitulum Huyense, Legati nomine imposita, esse tollenda, eique Counottio eorum liberam fruitionem, sine ulteriori prædictarum partium impedimento, permittendam: Prout Nos hisce Capitulum pariter ac Counottium ab interventione Viduæ Plenevaux absolvimus, Capitulo Summas prædictas partim solutas, partim adhuc solvendas, addicimus, Viduam Plenevaux respective vicissim liberamus, Counottio vero, cessantibus arrestorum causis, liberam bonorum fruitionem permitti volumus, Judicibus etiam Leodiensibus quibuscumque, ut Capitulo & Counottio in rebus ita decisis promptum auxilium præstent, neque contrarii quidquam fieri permittant, serio injungimus: Expensas hujus Processus Interventorii compensantes.

Interim obtinuerat Malaisius Citationem adversus quoscunque detentores bonorum hæreditatis, Legatoque Capituli Huyensis exsoluto, petiit Sententiam in sui favorem pronunciari; Counottius autem petiit liberam residuorum bonorum ejusdem hæreditatis fruitionem sibi relinqui, non obstantibus quibuscunque Arrestis &c. Et Malaisius obtinuit Sententiam sequentem 20. Decembisr 1723. publicatam.

Tenor Sententiæ.

IN causa Jacobi Malaise contra quoscunque detentores bonorum ex hereditate Fer-

Ferdinandi Gaen ejusque Uxoris provenientium, à Robinet ejusque Consortibus causam habentes, Citationis ad videndum se immitti in bona hypothecata, ex hereditate à non Dominis nulliter alienata, seque condemnari ad restitutionem fructuum & omnis causæ; ad domum & per edictum:

Visis Actis & renunciatione Lti Deuren 21. Martii 1721. quoad Viduam Plenevaux facta; eandem ex hoc Processu, quoad Malaisium saltem, dimittimus, definitioni nostræ, in causa Capituli Huyensis adversus dictam viduam, 6. Martii 1722. inhærentes.

Quod vero attinet ad reliquos citatos non comparentes, considerata declaratione Lti de Steinhausen, nomine Waltheri Ferdinandi de Counotte ad hæc Acta producta, dicimus & pronunciamus: Actorem, qua resaisitum, in bonis quibuscunque Counottianis in reditus, vel alia bona ex hæreditate Conjugum Gaen provenientia, & a Robinet & Consortibus alienata, sive ex eorum manibus redempta, ad Ratam prætensionum Actoris in deductione producta expositarum [31] cum Adjunctis usque [47] prævia tamen liquidatione, prout infra sequitur, facienda, esse immittendum, eos vero, qui a dictis Robinet & Consortibus, tanquam detentoribus illegitimis, & in hoc Imperiali Judicio pro talibus declaratis, causam habent, ad restitutionem cum omnibus perceptis esse condemnandos; prout dictum Actorem immitti volumus, citatosque condemnamus, idque in contumaciam.

Porro ad Executionem & effectum hujus nostræ Sententiæ Concilio ordinario Leodiensi Commissionem hisce damus in optima forma, ut Authoritate Cæsarea, ad Instantiam Malaisii, vel etiam Counottii, quoscunque detentores bonorum & redituum ex hæreditate conjugum Gaen provenientium, & in specie quotquot ex illis a Robinet & Consortibus causam habere reperiuntur, sub termino congruo citent, titulosque suos edere faciant, ad faciliorem ejus rei cognitionem etiam Registra, quæ in manibus Counottii, declarati hæredis bonorum utriusque Conjugis Gaen, existunt, produci curent, porro Counottium super dictis postulatis Malaisii audiant, &, salvis Cameralibus expensis, hic determinandis, liquidum constituere satagant atque de peracta hac Commissione, huic Imperiali Judicio, sub termino trium Mensium, ad ulteriorem nostram Ordinationem, in puncto actualis Immissionis & Executionis, faciendam, plenarie referant.

Tandem, quod concernit ulteriorem Counottii postulationem, in puncto residui in manibus detentorum quorumcunque existentis, persecutionem ejus Counottio liberam relinquimus, desuper ad Sententias Nostras, in Actis Robinet & Consortum hucusque latas & hodie publicandam, Nos referentes.

Counotte autem, præter hanc Sententiam, quæ eum quoque concernit, obtinuit etiam sequentem, quæ eadem die publicata fuit.

Tenor Sententiæ,

IN causa Robinet & Consortum contra Fossoul & Consortes, nec non Decanum & Capitulum Ecclesiæ Huyensis, postmodum ejusdem Capituli contra Counotte, Malaise & viduam Plenevaux, decisarum respective cum Appellationis, tum vero Citationis & Interventionum.

Viso Recessu Lti Steinhausen 3tia hujus Mensis producto, Sententiæ nostræ 6tæ Martii Anni proxime præteriti inhærentes, Judicibus Leodiensibus quibuscunque ut dictæ Sententiæ nostræ, permittendo Walthero Ferdinando Counotte Bonorum suorum liberam fruitionem, neque impedimentum aliquod ex parte Robinet, Herve, Chesnay, vel aliorum, ab ipsis causam habentium admittendo, pareant, ipsique Counottio, ut ab istis omnibus, qui bona ex hæreditate quondam, Ferdinandi & Joannæ Gaen, Conjugum provenientia usurpavere, eadem via Juris promptiore recuperare queat, auxilium præstent, neque contrarium aliquid injiciant, aut, ut ab aliis fiat, permittant, sed in omnibus controversiis, quæ vel adhuc existunt Leodii, vel extituræ sunt forte adversus Counottium, occasione Bonorum dictæ hæreditatis, Sententias nostras pro norma habeant, & juxta ibi posita principia, eas prompte decidant, iterato hisce injungimus.

Quod vero attinet ad Arresta aliqua imposita bonis Counottianis, occasione cujusdam Saisiniæ Mellisonii, & factæ ejus per Robinet & Consortes luitionis, quandoquidem hæc prætensio per Sententiam nostram de 29. Januar. 1717. ad separatum Processum fuit remissa, ut, erga præstandam a Counottio cautionem sub obligatione bonorum generali, Arrestum hoc absque mora tollatur, pariter volumus & præcipimus.

Tandem in puncto Arrestorum impositorum ab hæredibus quondam Annæ Ludovicæ Sprimont, nomine bonorum patrimonialium Joannæ Gaen, ex hæreditate prætensorum, oblationem Lti Steinhausen in supradicto Recessu, Counottii nomine, factam, acceptamus, Judicibusque Leodiensibus, ut Registra hæreditaria a Counottio produci curent, eorum inspectionem dictis hæredibus permittant ad hunc finem, ut reditus patrimoniales quondam Joannæ Gaen inquirant, eosque, virtute Transactionis cum Counottio An. 1690. initæ, pro sua Rata capiant, vindicentque, ubicunque reperiantur, eaque in re dicti Judices iisdem hæredibus æque promptum Juris auxilium præstent, interim vero Counottio, istorum redituum nomine, in reliquis bonis nullum amplius negotium, vel impedimentum, per Arresta aut alio modo, fieri sinant, prædictisque decisis firmiter insistendo Imperiale hoc Judicium alioqui

satis occupatum, ab istis & similibus querelis hæreditatem Gaenianam concernentibus, tandem liberent, seque ipsosmet ab imputatione vel inobedientiæ, vel moræ, & consequenter animadversione, immunes exhibeant, seria nostra voluntate demandamus, eosque admonemus.

SENTENTIA PUBLICATA 20. Septembr. 1728.

IN causa decisa Jacobi de Malaise contra quoscunque detentores bonorum ex hereditate Conjugum Gaen provenientium, à Robinet & Consortibus causam habentes: Citationis ad videndum se immitti in bona hypothecata ex hereditate à non dominis nulliter alienata, seque condemnari ad restitutionem fructuum & omnis causæ ad domum & per Edictum: Nunc in puncto liquidationis Summæ à Walthero Ferdinando de Counorte debitæ Malaisio:

Visis Actis & speciatim Relatione Concilii Ordinarii Leodiensis datæ 11. Febr. 1727. ad A Acta producta cum adjunctis formulis Concordiæ utriusque partis num. 1. & 2. Summam sortis à Counottio in dicto Adjuncto num. 1. *undecim millium* & rursus *viginti quatuor millium nongentorum* & *novem* florenorum pro liquida & concessa acceptantes, omnes reliquas prætensiones Malaisii damnorum & expensarum nomine, ad usque Summam *quatuor millium nonaginta* & *unius florenorum*, ita ut omnes Summæ collectæ in toto faciant *quadraginta millia florenorum Brabantiæ*, arbitrio nostro moderamus, definimus atque dictum Counottium ad præstandam Malaisio hanc Summam 40000. flor. mediante Assignatione redituum ex hereditate Gaeniana provenientium sub conditione ab utraque parte admissa facienda, nimirum Counottio cessionis Actionum & Hypothecæ adversus possessores bonorum hereditariorum, (referentes Nos ad tenorem nostrarum Sententiarum 20. Decembr. 1723. publicatarum) condemnamus, & pro Executione præsentis nostræ Sententiæ Concilio Ordinario, ut, juxta hanc normam, negotio huic finem imponant, demandamus.

Consultatio & Decisio XLIV.

SUMMA VOTI SEQUENTIS CONSULTATIVI.

Ad Acta Mandati de extradendo Archivum, Sine, de recipiendo in depositum & custodiam cum Clausula.

§. I.

JUrisdictio fundata est in notoria personarum immedietate; Et licet dubium posset oriri, cum de parte Archivi Francofurti deposita primo actum, Archiva autem Familiarum Illustrium, ubicunque locorum asserventur, videantur censenda de partibus ejusdem Provinciæ, quæ ditionum ad Familiam spectantium caput est, & habeantur regalium Jure, est tamen Familia S. Germana, ejusque Dynastiæ in Imp. Rom. situatæ, nec feudalitas Jus immedietatis vel qualitatem Status potest impedire.

§. II.

Porro Vidua Domini Com. Friderici se sufficienter legitimavit, ut & filia ejus ex primo matrimonio, una cum constituto Curatore: Procuratoria etiam adsunt sufficientia, & resp. pro recognitis acceptanda.

§. III.

Quoad *Actionem* videri posset Interdictum *quorum bonorum* esse intentatum ratione Ar- B chivi seu Documentorum hereditariorum, pro adipiscenda horum possessione. Quippe quod heredi competit adversus eum, qui pro herede, non possessore, totam hereditatem, vel certas res particulares possidet.

Sed hoc Interdictum huc non quadrare; non respectu Actoris, quasi in eum per fictam apprehensionem transierit & continuata sit defuncti possessio per LL. & DD. Nec dicendum, quod Filius vivo patre bonorum quodammodo Dominus factus, cum liberi, vivis parentibus, absolutum Dominium non habeant, sed ad casum conditionatum, si parentes aliter non disposuerint. Nec possessionis continuatio demonstratur pluribus. Quandam habet speciem, si defunctus possedit suo animo & alieno corpore, veluti per colonum, utpote per quem continuatur possessio sine heredis apprehensione, quamvis heredis apprehensio tali modo non omnino desit; Si tamen continuatio heredis nomine non versetur, defuncti per colonum possessio in heredem ipso Jure non transit, & nec huc facit, quod extra Germaniam in multis locis possessio defuncti sine apprehensione transmitta-

mittatur, cum consuetudines ad sua loca restringendæ sint.

§. IV.

Videtur potius Judicium Familiæ herciscundæ locum sortiri, non in physica significatione, sed prout in v. g. servitutibus, aliisque Juribus, fieri solet.

Hinc nihilominus fieri solet, ut Instrumenta hereditaria Originalia vel maneant apud eum qui ex majori parte heres est, cæterisque descriptum fiat ac recognitum interposita Cautione, ut si res exegerit, ipsa Originalia exhibeantur, vel nonnunquam, si heredes sint æquales, sorte res dirimatur, aut Judicis Officio Senior Juniori, qui amplioris honoris est, inferiori, mas fœminæ, ingenuus liberto præferatur, vel etiam ex consensu aut suffragio eligatur amicus, apud quem ea Instrumenta deponantur.

Ergo punctum extradendi vel deponendi Archivi quod attinet, dictam Actionem intentatam & desuper Mandatum impetratum esse, cum extensione ad omnia alia Documenta hereditaria, extra Archivum Francofurti repositum alibi in adversariorum manibus & custodia.

§. V.

Porro petitur editio legalis Inventarii & redditio rationum, ratione totius hereditatis, ut & interdictum de interim non turbando in possessione bonorum sub Imperio Germanico sitorum, quæ omnia causam debent Familiæ herciscundæ principiis. Quoad Editionem Inventarii & redditionem rationum res caret dubio, sic etiam petitio *Mandati, de interim non turbando*, recidit in Quæst. an divisio bonorum hereditatis in una Provincia possit differri, donec in alia Provincia communia dividantur?

§. VI.

Probationem institutæ Actionis quod attinet, eidem viam sternit Jus hereditarium. At in confesso est, tres Fratres, Fridericum, Mainardum & Carolum, in æquales Patri successisse partes, & quamvis Carolus solum Fratrem Mainardum scripserit heredem, tamen, donec de validitate Testamenti Carolini pronunciatum, in Portionibus hereditariis neutra pars alteri prævalet. Actrices, Vidua nempe & Filia Comitis Friderici, Fundamentum ponunt in senio, quia Fridericus natu maximus.

Sed Archivum Familiæ quod ad ejus honorem spectat tribuitur primogenito; aliud vero est circa Instrumenta bona hereditaria concernentia, quæ vel dividenda secundum A bona, vel cui tradenda Judicis arbitrio relinquitur, licet senio tum demum prærogativa tribuenda, si omnia reliqua sint paria.

Sed quia hic sine distinctione hereditariorum Instrumentorum extraditio petita, & tres Fratres tam feudorum & bonorum avi orum, quam allodialium successerunt, ideo in Mandato Rei Mandatariæ, prævia inventatione Archivi extraditionem, non Actori, tanquam Seniori, sed Magistratui Francofurtensi faciendam demandavit, ut ibi omnium nomine esset in Sequestro & Custodia.

§. VII.

Circa elisionem, si aliquod primogenituræ Jus vel Instrumentum gentilitiorum qualitas Judicem potuisset pro Actore movere, tamen per mortem ipsius insecutam causæ status in hoc puncto mutatus. Dictus Actor quidem hactenus defunctus unicam, ex primo conjugio, filiam & viduam reliquit, quas instituit heredes, & sic ratio, quæ versatur in B primogeniti liberis masculini sexus deficit in sequiori fœmineo sexu, si scil. uti dictum v. gr. de Jure primog. agatur; sed hic tres filii successerunt, uti supra dictum, & Actor agnoscit Archivum commune, sed totam hereditatem paternam ad se solum pertinere contendit, non ex Jure primogenituræ, sed ex capite prætensi, neutiquam vero probati, Juris Anglicani, quo militantis & in militia morientis filius primogenitus unicus & universalis perhibetur esse Successor; nihilominus Actor, dicto Juri non confidens, se in Actis ad divisionem in partes æquales obtulit: Nec Mandatum eo tendit, ut, respectu senii, Archivum traderetur, sed quia omnium par conditio habita, Sequestratio apud tertium placuit: Cum autem Actor interea temporis mortuus, lis non amplius est inter Fratres masculos, sed inter defuncti Fratris Filiam Viduamque, & respective Patruum ac affinem, sicque inter marem & fœminas. Quemadmodum autem Instrumenta Quæst. concer- C nunt feuda masculina, soli pertinent masculo superstiti (salvo de cætero retentionis Jure) Alia vero hereditaria Instrumenta, quæ de feudis forsan hereditariis agunt, & quæ bona allodialia concernunt, adjudicanda erunt parti, prout bona in divisione obventura sunt. At custodia Instrumentorum, bona in communione respicientia, si inter partes aliter non conveniat, Reo potius relinquenda, quia sexus & senii rationes ita postulent; Cautione tamen interposita & facienda describendi Copia.

§. VIII.

Decisionem tamen hujus causæ differendam, donec in Principali causa feratur Sententia, & interim tantummodo provisionalem Documentorum Communicationem per restrictivam paritoriam concedendam.

Ad Acta Mandati de non via facti procedendo, nec turbando & resp. obsequium homagiale continuando, C. C. nec non ulteriorum Mandatorum.

§. I.

Quoad formalia eadem recurrunt ac in proxime præcedente causa, & nullum est dubium.

§. II.

Actio Fam. Ercisc. non habet locum, cum etiam de tuenda prætensa possessione res sit. Nec interdictum: *Ne vis fiat ei*, qui in possessionem missus; cum requisita l. 1. d. t. hic non inveniantur, potissimum vero intentatum interdictum *uti possidetis*.

§. III.

Ad hoc probandum requiritur, ex parte Actoris, possessio, ex parte Rei, turbatio; Illam Actor probat per factam in duabus bonorum partibus suo nomine apprehensionem, atque homagii a subditis præstationem.

Probata autem possessione ad tempus turbationis, præsumitur eandem adhuc, quando lis mota, durasse. Et causam vel Titulum possessionis ponit, pro una tertia, in Jure hereditario, per mortem Patris ab intestato sibi delato; pro altera tertia, in prædefuncti Fratris Caroli Testamento nuncupativo, probationis gratia in scripturam redacto, quo Actor ejusdem Caroli unicus heres nominatus, Reo duntaxat Legati nomine, 1000. Rthlr. relictis; Et tandem, quia Reus sine liberis masculis è vita decessit, addidit, sibi soli bona feudalia & avita Jure esse delata, superstitibus filiæ & viduæ autem resp. alimenta & dotem constituenda fore. Hinc apprehendi curavit possessionem omnium Friderici bonorum, & petiit Testamentum Carolinum, & Investituras feudorum, desuperque producta Documenta ut ab adversario recognoscerentur, vel jurato diffiterentur, vel ex officio pro recognitis haberentur. Possessionis apprehensio, quomodo facta, substantialiter describitur, & se fundat in Jure hereditario ab intestato & ex Testamento Carolino profluente; vis autem Testamenti dependet ex jurata testium depositione, ex superfluo, quoniam Instrumentum publicum super Testamento confectum.

§. IV.

Opponitur quidem Testamentum esse meram Copiam à Notario simplici vidimatam, quæ in tam ardua causa & præsertim in Camera fidem non faciat.

At Originale hic produci nequit, cum ultimum elogium ex ore testantis fuit exceptum & in Protocollum suum à Notario redactum, unde exemplar transumptum, & cum Originali probe collatum; insuperque Episcopus loci de Legalitate Notarii testatus est.

§. V.

Reus utitur adhuc tribus objectionibus: 1.) Testamentum sibi, tanquam Familiæ Seniori, non posse præjudicare.

2.) Testamenti causam spectare ad petitorium.

3.) Testamentum laborare suspicione. Quæ tamen non excusant ab obligatione recognoscendi vel diffitendi: Nam ad (1) Jus Senii in hac Familia non est, & posito, tamen caderet per mortem rei absque heredibus masculis. Ad (2) Actor potest uti, pro colorando possessorio, Argumentis petitorium respicientibus. Ad (3) in facto Quæstio est: An Instrumentum Testamenti Carolini sit suspectum? nam sola fraterni amoris contestatio debilis est præsumptio & longe firmior propagatio Familiæ, quæ non in Reo, sed Actore, speranda.

§. VI.

Plura dehinc suspicionis Argumenta recensentur & removentur. Hinc tribus jam Sententiis recognitio vel jurata diffessio producti Authentici transumpti injuncta fuit: Hinc pro recognito, salvis contra ipsius Testamenti firmitatem Exceptionibus in petitorio, nunc in contumaciam habendum fore.

§. VII.

Porro defunctus Reus fundat prætensum Jus succedendi in consuetudine Familiarum Illustrium: Sed de tali consuetudine in Familia S. nil adducere potest, nisi quod A. 1598. super divisione hereditatis quoddam confectum sit Instrumentum; sed non adest Originale & loquitur de Familia alia, quæ alia est, teste Spenero Op. Herald. & posito, inde tamen nulla certa consuetudo evinci posset.

§. VIII.

Ratione bonorum feudalium Actor se fundat in consuetudine Familiæ & Jure communi, &, ad demonstrandum quæ bona sint feudalia, producit Instrumenta Investiturarum: Sed quia nonnunquam fœminæ simul succedunt, ideo dicta Instrumenta perlustranda erunt.

Quæ autem Documenta Jus Actoris vel aperte vel præsumptive demonstrant, recognoscenda vel diffitenda sunt à reis, salva rei veritate, salvisque Exceptionibus pro colorando possessorio.

Actor enim probet qualitatem feudalem & modum succedendi; Hic in Jure est fundatus, illa ex Documentis demonstranda.

§. IX.

§. IX.

Examen productarum literarum Investituræ, ex quibus colligitur vix in uno vel altero feudo fœminis reis esse spem succedendi; ubi varia de feudis emtis & hereditariis observantur.

§. X.

Alterum membrum, turbationem possessionis, quod attinet, contendit Reus, quod in anteriori possessione fuerit proprio & non tam administratorio Jure, quam insuper, ob suam in aliis Provinciis hereditatis partem, ab Actore præreptam, optimo retentionis Jure.

§. XI.

Examen contrariorum. Opponitur: Possessionem tum temporis non fuisse vacuam; Reum enim illam hereditario & retentionis Jure continuasse, quam tempore Gallicæ occupationis habuerit. Hic Actor reponit, Reum possedisse tantum Jure familiaritatis, & ex concessione, vel nomine, patris, post hujus obitum Actorem & Carolum in suarum portionum apprehensione, tanquam Anglicæ militiæ præfectos & hostes, fuisse impeditos, quia bona in Gallica hostili manu stetissent: Quomodo Reus per contractum admodiationis cum hoste initum in possessionem solus venerit, ratione duarum tertiarum vero, tantum administratorio & quasi familiaritatis Jure. Bello peracto Actorem possessionem apprehendisse, &, quando Reus eam suam esse contendebat, ex Interdicto contra eum fuisse actum & Mandatum obtentum.

Hinc possessio rei evidens & qualis qualis sit, tamen eousque manutenibilis est, donec familiaritatis affectio ab allegante demonstrata. Pro ea militat, quod bona indubie dominii Jure spectarint ad patrem, &, propter absentiam patris, filius ejus bona administraverit, vel, ab hostibus occupata, conduxerit, & sic caruit animo ad acquirendam possessionem.

Bellicis etiam temporibus patris dominium & possessionem voluit aliquoties salvare, illiusque negotia utiliter gerere, quam gestionem, patre interea defuncto in Fratrum utilitatem continuasse censendus.

Reus autem detentionem, ex locatione cum hostibus inita, in aliam possessionis causam mutare non potuit.

Nunc autem res est cum prioris domini heredibus, postliminii Jure venientibus. Tralatitium est, superveniente nova causa, mutationem fieri posse, maxime si supervenerit Titulus validus. Sed, quoniam non nisi tertia pars hereditatis paternæ Reo debebatur, conjiciendum, prioris possessionis causam quoad illam tantum partem mutatam esse, manente antiqua possessionis causa, nempe familiaritatis, quoad reliquas duas tertias.

A Reus alium accersit Titulum, propter suam in bonis hereditariis alibi à Fratribus præreptam partem, donec, prævia Legalis Inventarii confectione & Rationum redditione, satisfactio præstita. Sed Actor præreptionem negat, actualem mobilium divisionem per Inventarium demonstrat & excipit, ne petitorium cum possessorio confundatur. Quoad hanc Exceptionem, si in petitorio esset lis, Jurisdictio Cameræ quoad bona, extra Imperium sita, non foret fundata. Nec ad nostrum casum quadraret *hereditatis petitio*, sed *Actio Familiæ erciscundæ*, attamen Jurisdictio Judicis semper præsupponenda & divisio facienda earum rerum, quas & hereditarias & communes esse liquido appareat, & illarum, de quibus nondum constat, quænam sint nomine, retentio vel reconventio etiam in petitorio locum non habet.

§. XII.

B Omnia autem modo dictorum prætens. bonorum gratia producta neutiquam ita sunt comparata, ut, sine ulla ulteriori discussione, aliquod constituant liquidum.

De cætero Reus ipse non negat, ex parte Actoris factam qualem qualem juratam manifestationem, & quorundam in Anglia Mobilium à suo Mandatario initam & acceptatam divisionem. Ulterior ergo discussio eorum, quæ altioris sunt indaginis, rejiciendum ad petitorium. Hinc penes Reum stetit omnis possessio, sed respectu duarum tertiarum, Mainardi & Caroli, saltem Jure familiaritatis; Et licet Carolus postmodum e vita decesserit, tamen, quoad possessorium, ipsius Testamentum sufficienter demonstratum, ut sic testatus defunctus sit. Ergo Actor duas tertias ex paterna prætendit hereditate, quamvis adhuc incertum sit, an Caroli portio ab eodem non fuerit diminuta, vel etiam adaucta. Sequitur itaque ex hactenus dictis possessionem Rei, resp. prætense apprehensam, C quoad Fratrum portiones, esse vitiosam, cum novus Titulus hactenus non supervenerit.

Modernæ Reæ allegant prioritatem factæ Apprehensionis: Sed Instrumenta non probant, potius Actor statim peractam apprehensionem demonstravit, & simul prætendit successionem universalem sibi delatam; filiam vero tantummodo dotandam atque cum vidua alimentandam esse; Hæc vero intentio est erronea, vidua & filia heredibus ex Testamento existentibus: Qui autem ex *L. f. C. de Ed. Div. Hadr. tollend.* Jus agendi habet ad immissionem, de Jure magis gaudet retinendi facultate.

Quoad ipsum factum, superius dictum, continuationem possessionis non adesse. Vidua quidem retentionis Jus prætendit, donec sibi de illatis, sponsalitia largitate ac dotalitio, secundum pacta dotalia, satisfactum; Sed vidua vivente marito, quasi communem usum & possessionem, Jure saltem familiaritatis, habuit?

buit; Ergo possessio tempore mortis mariti vacua haud fuit, sed vel solo animo continuata, ut retentionis Jure gaudeat, donec de iis, quæ in dictis pactis determinata, satisfactum, ut tamdiu non possit cogi è bonis mariti feudalibus & allodialibus excedere; tanto magis, quia omnia bona in societatem conjugalem illata, & cautum, ut Vidua ante satisfactionem è bonis mariti haud cedat. Quoad Filiam, quia Actor nullam aliam consuetudinem in hac Familia probavit, est & manet heres Patris, & bona materna juste prætendit.

Hinc si Vidua & Filia respectu dictorum, si non essent in possessione, forent immittendæ, eaque propter tanto magis erunt manutenendæ. Actor quidem validitatem Testamenti non agnovit, sed nihil opposuit, quo se tanquam legitimum in hoc possessorio qualificet contradictorem.

§. XIII.

Opp. 1.) Testatorem Fridericum propter consuetudinem Familiæ non habuisse Testamenti factionem. Sed hæc Quæstio est facti, altioris indaginis, & nullatenus probata.

2.) Non potuisse disponere de bonis feudalibus. Sed feudalitatis indagatio ampliorem requirit Processum; Nam forsan in quibusdam Filia etiam ab intestato potuisset succedere, sufficit etiam, quod Testator Reas generaliter in omnibus bonis instituerit, modo non de mente contraria constet. At in Testamento leguntur verba: Aller meiner Güter und Prætensionen, wie dieselben seyn und Nahmen haben mögen, respiciendo ad totam bonorum Massam. Actoris ergo apprehensio, ob Rearum anteriorem possessionem, est nullius efficaciæ, operationi impedimento esse nequit. Sicque ante omnia Rearum incapacitas est ostendenda & dispiciendum, utrum Investiturarum literæ ita sint comparatæ, ut illico Jus Actoris & Rearum incapacitas convincatur. Cum autem Jus commune stet pro Actore, Reæ debuissent, hanc vel illam Investituram favore sui esse alteratam, positive allegare, sed hoc plane intermittunt, ratæ sufficere, si prædicta Instrumenta feudalia recognoscere vel diffiteri renuant & hanc agnitionem vel diffessionem ad petitorium rejiciant, cum hic pro colorando possessorio & justificanda Actoris apprehensione necessaria sint. Ut proin illo ex officio & in contumaciam pro recognitis accipienda, & si tunc Reæ in suum favorem nil habeant vel inveniant, victoria quoad feudalia facile cadet, habita tamen reflectione ad Jus retentionis ratione illatorum maternorum, dotal. alimentorum, juxta supra dicta. Et si quid ex illatis & maternis in feudorum utilitatem versum, etiam feuda afficerentur, potissimum si allodii tenuitas demonstraretur.

§. XIV.

Ulteriora Mandata circa nova facta ex utraque parte sunt impetrata, quæ tamen interna qualitate à prioribus non differunt, ita, ut justum sit Actori *Mandatum de non via facti &c.* & vicissim Reus in causa *Mandati inhib. &c.* ante judicialem causæ decis. nil innovare debeat, & ab omni vi desistere.

Pronunciandum itaque ex parte Actoris authentica Testamenti Carolini transsumpta, & Documenta Investiturarum pro recognitis in contumaciam habenda. De cætero paritoriam dandam restrictive ad tertiam paternæ in Germ. hereditatis paternorum feudorum partem, ac totam Fratris Caroli in Germ. hereditatem, præstito tamen Reis Legato Carolino 1000. Rthlr. salvo tamen petitorio quoad dimidiam Carolinæ hereditatis.

Ratione feudorum à Friderico relictorum Reæ ad exhibita Documenta feudalia agant, quod decet. Petita declaratio pœnæ *ex l. f. C. de in Jus voc. deneg.* & parte Rearum, in iis Mandatis, ubi sunt actrices, detur paritoria restrictiva ad defuncti Frid. relictam hereditatem & bona feudalia, donec de his post ult. discussionem in possessorio cognitum, ratione bonorum Frid. hereditariorum & avitorum contra Testamentum Actori petitorium reservando. Sic etiam in puncto Mandati de manutenendo & salvo Conductu paritoriæ restringendæ.

VOTUM

In Causa

Ad Acta Mandati de extradendo Archivum sine, de recipiendo in depositum & custodiam cum Clausula.

F. Com. de S.

Contra

Fr. L. N. Z. P. & Cons.

§. I.

De Competentia Judicis.

CAmeræ Imperialis Jurisdictionem Actor fundat in notoria personarum immedietate, quæ ideo suo ponitur loco.

Poterat videri cum primo de parte Archivi, quæ Francofurti fuit reposita, postea de toto Archivo aliisque etiam bonis hereditariis mota esset Quæstio. Respiciendum quoque fuisse

se ad bonorum ac Provinciarum mo- vel immedietatem, eo quod Archiva Familiarum Illustrium, ubicunque locorum asserventur, censenda videantur de partibus ejus Provinciæ, quæ omnium ad quandam Familiam spectantium ditionum caput est, ac quasi Familiæ stemma, cum qua ideo ejusdem qualitatis habendum sit illius Familiæ Archivum, ceu quod non habeatur nisi Regalium & superioritatis Territorialis Jure, *Myler. de Princip. & Stat. Imper. cap.* 47. §. 1. adeoque cum grano salis sit accipiendum, quando Archivum personale quid esse suo itidem recte dicitur sensu *Ruland. de Commiss. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 31. junct. *Myler. d. tr. p.* 1. *c. XI.* 1. 6. 9. *& seq.*

Familiam vero S. natione esse Germanam, ejusque Dynastias, in Imperio Romano-Germanico situatas, ab Actore fuit assertum, in alia *Mandati de non via facti procedendo &c.* causa, ubi Rei obtinuit vices, quod assertum ab adversario nullatenus impugnatum, insuper magnam inde accepit verisimilitudinem, quod Electores, Trevirensis ac Palatinus, mandatam sibi ab Imperiali Camera resp. manutenentiam, protectionem & Executionem, ratione possessionis dictorum in Germania bonorum, absque ulla in se susceperint contradictione, nisi quod, ratione Feudorum à se recognoscendorum, Jurisdictionem Cameræ in controversiam adducere fuerint annisi, cui vero conatui non solum pars impetrans supplicando, sed & ipsa Camera Mandatum decernendo se opposuere, velut apparet ex Actis in causa *Mandati inhibitorii de desistendo ab omni vi &c.*

Cum utique sola feudalitas impedire haud valeat Jus immedietatis, imo ne quidem, quo minus quis Status sit Imperii, velut Exemplo, si opus foret, *Comitatuum Waldecensis & Witgensteinensis* liceret demonstrare.

Juvat præfatum Actoris assertum doctrina *Speneri in Theat. Nobilitat. Europ. part.* 4. *pag.* 12. ex qua facile liquet, Gentem S. è Misnia in Galliam per Casparum de S. esse translatam, cum studiorum gratia in Gallia agens militarem secutus esset vitam, ac virtute sibi fecisset fortunam, add. *Spener. Op. Herald. part. special. lib.* 2. *c.* 65. §. 3.

§. II.

De Actoris legitimatione.

De Actore, qui primo causam in Judicium deduxit, nihil monendum est, nec quidquam de Reis conventis.

Ast quando Actore, Comite *Friderico*, defuncto ejusdem vidua itemque ex primo matrimonio filia causam prosequebantur, obmotæ iisdem fuere Exceptiones deficientis, ratione Filiæ adhuc minorennis, Curatelæ, nec non, respectu viduæ, ad causam qualificationis. Nomine viduæ pro demonstranda ejusdem qualificatione producta sunt pacta dotalia, illatorum attestationes ac Testamentum prædefuncti mariti, quod ipsum tanquam vitio carens visibili, jam in causa *Mandati de non via facti &c.* pro sufficienti (quantum ad agendum, ac de cætero absque præjudicio) esset agnitum.

Curatore ipsam viduam non habere opus contendit ejusdem Procurator, respectu filiæ itidem pro qualitate causæ haud necessariam esse Curatelæ constitutionem vult idem Procurator, tam ob causæ indisputabilem Justitiam certamque victoriæ spem, quam, quia res esset de Mandato possessorio & executivo, in cujus protractione ob tempora belli, aliasque in narratis allegatas causas, periculum foret in mora, quibus casibus minor ad agendum, absque Curatore, admitteretur *l.* 14. *Cod. de Procurator. l. ult. C. qui legit. pers. stand. in Judic. hab. Trentacinq. lib.* 2. *tit. de Judic. resolut.* 6. Umm. *Process. Disp.* 1. *Th.* 4. *n.* 19. Insuper prædictam filiam Majorennitati esse proximam, pro qua etiam noverca, supra memorata Comitis defuncti vidua, tanquam proxima, Actionis in se susceptionem, inque eventum obtulerit Cautionem.

De superfluo sæpe dictæ filiæ Curatorem, Comitem de S. in causa principali per Procutorem suum ad quasvis suas causas generaliter, jam ante constitutum, intervenisse, cujus talem generalem legitimationem, quamvis ad causas tutelares, maxime supervenientes, alias nihil pertinentem, *vid. Fab. Cod. lib.* 2. *tit.* 8. *def.* 26. acceptasset adversarius, qui & ideo in hac minus principali causa punctum Curatelæ non amplius urgeret.

Saltem si ex causa Mandati inhibitor. de desistend. &c. tanquam connexa, quandam adhuc Exceptioni inhæsionem & generalis Mandati extensionem ad hanc quoque tutelarem causam inferre liceat, hac ipsa nihil posset consequi, cum jam de Curatelæ in Camera Imperiali constitutione certior factus, v. *Wesenbec. vol.* 1. *consil.* 35. *n.* 2. Curatoris agnoverit Procuratorem, & generalis Mandati extensionem ad hanc quoque tutelarem causam, quæ agnitio, præsertim in hoc Processu executivo, & quantum hic duntaxat ad Judicii constitutionem attinet, vim habet litis contestationis, & hactenus propriæ Confessionis, cui tanquam irretractabili in eo puncto omnino sit standum, utut super facta recognitione nondum Sententia sit lata, Arg. eorum, quæ docentur *à Coler. in Process. execut. p.* 1. *c.* 3. *n.* 59. *p.* 3. *c.* 1. *n.* 99. *Carpz. lib.* 3. *Resp.* 31. *n.* 20. 25. *Resp* 63. *n.* 13. *item Part.* 1. *const.* 17. *def.* 12. *n.* 8. *Part.* 3. *Decis.* 236. *n.* 10. *Nicolai Process. judiciar. c.* 53. *n.* 10. 11. qualis tamen Judicis Sententia non penitus videtur deesse.

Non quidquam elicita ex recognitione Confessio ac litis contestatio infringitur, quod illa non ab ipsa parte principali, neque ex ejus speciali processerit Mandato, sed tantummodo vi generalis Procuratorii facta fuerit per Procuratorem.

Ratio quippe, quare ad recognitionem Documentorum speciali Procurator opus habeat Mandato, sita est in magno inde resultante Processus executivi præjudicio, & quia ad recognitio-

gnitionem Chirographi alteriusve similis Instrumenti, contra debitorem statim procedi queat in ipsa principali causa executive, v. *Coler. & Carpz.* cit. loc. Porro *Carpzov. d. Constit.* 17. *def.* 18. *& def.* 43. *n.* 4. *Ruland. de Commiss. Lib.* 5. *c.* 39. *n.* 2. 4. *Finckelthaus. Obs.* 110. *n.* 24. 25. 26. quæ sane ratio cessat in nuda Procuratoriorum recognitione, eo quidem magis, atque aliis quibusdam, visum est, Procuratoris recognitionem, etiam in principali causa productorum Documentorum, sufficere, eo, quod sua ad causam constitutione (in qua plerumque facultatis quoque recognoscendi fiat mentio,) litis fuerit factus Dominus, ut sua recognitio, quatenus ad eam causam spectat, tanquam quædam confessio, & quidem in lite jam pendente vi Procuratorii facta, debeat adversario omnino prodesse, læso Principali habente, quod vel sibi imputet, vel à suo reposcat Procuratore. *Mœller semestr. Lib.* 4. *c.* 43. *n.* 3, *Honded. vol.* 1. *cons.* 66. *n.* 72. Fab. Cod. *Lib.* 2. *tit.* 8. *def.* 1. In Camera Imperiali res minus habet dubii, ubi Mandata Procuratoria in tam amplissima ad totam causam forma oportet produci, ut quoque Executionis active & passive contineant punctum. v. *Ordin. Cameral. Part.* 3. *tit.* 12. §. **so viel dann für das dritte.** *Mynsing. cent.* 1. *Obs.* 46.

De Procuratoriis Mandatis. Circa Procuratoria, tam à Reo, quam primo Actore, nec non nomine Civitatis Francofurtensis, producta, quod ex omni recognita fuerint parte, nil occurrit, quod monitione sit dignum: Cum autem post obitum Actoris Comitis *Friderici* ejusdem vidua, nec non è primo Conjugio filia, ad litem prosequendam novo Procuratorem instruxissent Mandato hoc impugnatum fuit, tum ratione constituentium, quasi sese ad hanc nondum qualificassent causam, (de qua vero Exceptione satis actum supra,) quum respectu formæ, quod anni & diei careret expressione; quam e contra anni & diei omissionem Procuratorii nihil obesse contendit producens, priori suæ petitioni, ut vel recognoscatur, vel pro recognito habeatur, inhærendo.

Sane in prædicto Curatorio annum & diem per meram incuriam non fuisse insertos ipsa ejusdem probat inspectio, ideoque tanto minus inde vitiatur id Mandatum, atque alias quoque expressio diei non est de solennitate Instrumenti tunc, quando negotium tale continet, quod quidem etiam ac plerumque in Scriptis fieri solet, sed ita fieri non præcise necessum est, in quo itidem tempus non est de substantia probationis, vel obligationis: *Guid. Pap. decis.* 582. *Mart. Neapol. Dig. III. tit. Instrumentum c.* 84. *Harprecht. Consil. Tubing. vol.* 5. *Consil.* 75. *n.* 90. 94. 95. De quo negotiorum genere Mandata quoque Procuratoria esse evincit *Rosbach. in Procesf. judiciar. Civil. tit.* 20. *n.* 15. 16. & docet experientia, constitutionem Procuratorum à constituente quoque fieri posse oretenus ad Protocollum. Et certe in hoc negotiorum genere anni, mensis & diei locique omissio substantiam rei non alterat, neque ullum, vel saltem modicum, affert præjudicium, adeoque duntaxat levis Documenti solennitas habenda est, quæ omissa non vitiat actum. *Ayrer. Procesf. histor. p.* 1. *c.* 9. *Observ.* 9. *n.* 67. Sufficit potius, ea omnia esse expressa, quæ ad Mandati Procuratorii pertinent essentiam, videlicet nomina & cognomina constituentium, constituti Procuratoris & Adversarii contra quem, nec non Judicii coram quo vel apud quem: Tum quoque causam, de qua Judicium susceptum & prosequendum: Porro actus & Terminos ad comparandum, agendum, excipiendum, litem contestandum, probandum, jurandum, testes, Documenta & similes probationes producendum, recognoscendum, concludendum, Sententiam audiendum &c. *Durand. specul. lib.* 1. *partic.* 3. *tit. de Procuratore* §. *ratione autem forma pr. & n.* 20. *Rosbach. d. tit.* 20. *n.* 18. imo ex his ipsis, quæ sic distinctè & nominatim exprimuntur circumstantiis, implicite quoque de tempore & loco constitutionis satis perspicue videtur constare, eo quidem magis, si notorietatem temporis, quo primus Actor Comes *Fridericus* è vita discessit, ac tempus producti addideris Procuratorii. Unico saltem casu ex temporis & loci omissione defectuosum futurum forsan esset Mandatum Procuratorium, Si, quo magis ea Procuratoris constitutio probari queat & de ea constet, desuper per Notarium & testes solenne ac publicum confectum esset Instrumentum *Rosbach. d. n.* 16. *in fin.* in hoc vero prætermissa temporis locique nominatio *Durand. d. tit. de Procuratore* §. ut autem, *quæ scripta sunt n.* 1. 11. 13. 15. 17. *versic. Forma Anno &c. Ayrer. d. Obs.* 9. *n.* 22. 23. 24. 25. 30. 31.

Unde nullum mihi superest dubium, quin, rejectis hisce contra Procuratorium Exceptionibus, ejusdem recognitio per Sententiam foret adversario injungenda, aut, ea non secuta, istud pro recognito habendum, si non ea, quæ per supra dicta accessit, legitimationis acceptatio tacite quoque hujus Procuratorii implicaret agnitionem, ut vel ulterior recognitio non sit necessaria, aut saltem istud, evitandarum superfluarum ambagum causa, pro recognita ex officio acceptandum.

§. III.

Videri posset, ac si *Interdictum quorum bonorum* fuerit intentatum, saltem ratione Archivi seu Documentorum hæreditariorum, pro adipiscenda horum possessione, quippe quod hæredi competit adversus eum, qui pro hærede & possessore possidet, vel totam hæreditatem, vel certas res particulares, non quasvis, sed respectu Actoris qualificatas seu hæreditarias; quæ ideo pro particularibus non habeantur, sed, intuitu hæreditariæ qualitatis, tanquam Universale quid vid. *D. ad tit. ff. quor. bonor. Hahn. ad VVes. d. tit. n.* 2. *verb. etiam ad res particulares.* Actio.

Sed vero nequidquam ad casum præsentem *Interdictum* quadrat *quorum bonorum*: Non quidem respectu Actoris, quasi in eum, tanquam hæredem suum ipso Jure atque sic per fictam quandam apprehensionem, transierit & continuata sit defuncti possessio, ut de eadem per Interdictum quærenda plane supervacanea impendatur cura: Nec enim in Jure communi ejusmodi

Translatio

translatio possessionis fundata est *l. 23. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Ideoque eorum, qui aliter senserunt, ac necessitatem corporalis, quam leges Romanæ requirunt, apprehensionis ad occupationem rerum, quæ in nullius sunt dominio, restrictum volunt. *Corasius lib. 6. miscell. c. 12. n. 1. 3. Förster de success. ab intestat. lib. 2. cap. 4. n. 5. 6. 8. 10. 17. 18. 19. 20 & seq. c. 18. n. 11. 13. & seq. Grass. recept. Sent. lib. 2. de successione Artic. acquisit hæredit. quæst. 3. dictæ legi 23. de acq. vel am. poss.* contraria opinio communi DD. calculo reprobata. v. *Tiraquell. tr. le mors saisit le vif. Part. 1. declarat. 3. Kirchov. commun. opin. p. 2. lit. P. conclus. 43. n. 35. Gail. lib. 2. Obs. 129. Posth. de manuten. Obs. 55. n. 26. & seq. add. apud Fœrster d. c. 4. n. 13. 14. 15. 16.*

Haud aliud evincitur inde, quod filius adhuc vivo patre bonorum videatur quodammodo dominus, idque dominium mortuo patre ita continuari, ut nulla videatur fuisse hæreditas, nec filius post mortem patris percipere hæreditatem, sed magis liberam bonorum consequi administrationem *l. 11. ff. de liber. & posth. hær. instit.* Id enim saltem eo pertinet, quod ex ipsorum parentum præsumpto voto liberis addicantur, post suam mortem, bona, ut in iis, si parentes pro sua non minus parentali, quam in ea sua bona dominii potestate haud aliter disposuerit, succedant, etiamsi hæredes expresse non fuissent instituti, velut in ipso citato textu perspicue declaratur.

Non ergo liberi vivis parentibus absolutum habent bonorum dominium, sed ad casum conditionatum, si parentes non aliter disposuerint, sed absque alia contraria dispositione decesserint, ut & ideo ante conditionis existentiam istud liberorum dominium omni prorsus destitutum sit effectu, iique, demum demortuis sine alia contraria dispositione parentibus, liberam bonorum consequantur administrationem; Quod ipsum, quia colorem quendam habet, atque nunquam fuisset hæreditas, sed saltem dominii Jus, jam ante existens in effectu, qui extrinsece erat impeditus, nunc se exserat, efficit, ut hoc duntaxat respectu fingatur non fuisse hæreditas, quæ revera utique fuit. *Fachinæ lib. 6. controvers. cap. 11. in fin.* Sed hoc omne ad Jus dominii, nil plane ad possessionem, pertinet, quam, vi illius postmodum consequendi, liberis capessendam potius relinquere voluisse parentes credibile est, quam ut in Voto habuisse queat præsumi, ut liberi, quemadmodum Jure quodam dominii, ita quoque possessionis, (velut *Corasius & Fœrster* dictis locis volunt,) se viventibus, debeant gaudere. Nisi tamen liberos vivente parente Jure familiaritatis possidere dixeris, quæ familiaritas in possessionis transiret causam, superveniente post mortem parentis novo, hæreditario scilicet, titulo, jung. *Benedict. ad C. Raynutius X. de Testam. verb. mortuo itaque Testatore 2. num. 66. & seq.*

Non quoque ea prædicta possessionis continuatio satis firmiter demonstratur *ex L. 30. pr. ff. ex quibus caus. major.* Cum enim rerum usucapiones finem habeant cohibendæ dominorum negligentiæ & præscindendæ novorum possessorum solicitudinis ac quasi perpetui metus, rem à se quandoque avocatum iri, *Struv. Synt. Civ. Exerc. 43. th. 2.* naturali necessitati ac rationi fuit conveniens, ut, pro assequendo publice necessario scopo, tempora possessionis ad hunc usucapiendi effectum conjungerentur tunc, quando defunctus jam usucapere cœpisset, ita, ut hæredi, postea possessionem nanciscenti, pro complenda usucapione etiam media prosint tempora, tam ea, quibus ante aditam hæreditatem hæc fuit vacua, quam illa, quæ post ejusdem hæreditatis aditionem & ante possessionis prehensionem intercessere. *d. l. 30. pr. ff. ex quibus caus. major. l. 31. §. vacuum 5. & §. si defunctus 6. ff. de usurpat. & usucap. l. 40. eod. junct. l. 20. eod.* per deductionem Argumenti à contrario sensu *l. 30. §. 5. in f. ff. de acquir. vel am. possess. Tiraquell. d. declar. 3. n. 4.*

Atque ideo hoc sensu, & in hac ex speciali causa receptæ temporum conjunctionis materia, ad possessionem quoque applicari poterit, quod alias de dominii hæreditarii Jure sentit *Modestinus in l. 22. d. tit. de usurpat. & usucap. ubi add. Gloss.* Quemadmodum vero non tam aliqua vera actualis possessionis adest continuatio, sed hæc tantummodo ex certa prædicta speciali ratione, in certa saltem causa, & quoad duntaxat certum ejus effectum adesse fingitur, prout in *d. l. 30. ex quib. caus. major.* non obscure improprietatis innuit nota *quasi*; ita hujusmodi possessionis continuatio ad alias causas, in quibus ratio cessat, trahenda non est, imo ne quidem in ipsa usucapionis materia ad alios eam extendere licebit effectus, quorum productionem non suadet eadem ratio, velut vel inde perspicitur, quod non prosit hæredi ad usucapiendum possessio defuncti, forsan ad usucapionem non qualificata, & per quam usucapio non queat in defuncto intelligi cœpta, quo casu hæres, utut bona possidens fide, non tamen in qualitate hæredis, ceu cui vitium perpetuo obstaret defuncti usucapionem posset perficere *Arg. l. 25. & l. 45. §. f. d. tit. de usurpat. & usucap. Hahn. ad WWes. pro hærede n. 1. requisit. 3.* Porro possessionis in hæredem continuatio non firmatur ex *l. 2. §. 2. ff. pro hæred.* Filius quippe rem à patre donatam, utut donatio non subsistat, vivo patre naturaliter possidet, quam proinde, patre defuncto, non tenet tanquam rem hæreditariam, nec ergo eam, si aliena fuerit, pro hærede, sed pro suo potest usucapere, ut potius possessionis non continuatio, quoad usucapionis effectum, inde appareat. v. *Gl. ff. in d. l. 2. §. 2. Hahn. ad WWes. §. pro hærede n. 1. requisit. 2. Zœs. ad tit. ff. pro hæred. n. 2. vers. Non etiam obstat. Fachin. controv. lib. 6. cap. XI. vers. primum Struv. evolut. controvers. Synt. Juris Civ. Exerc. 42. th. 17. vers. Ad 2. dubium.*

Ulterius possessionis continuationem in hæredem nihil juvat *l. 2. 6. pro hæred.* Haud quippe, quare pro hærede non queat, extantibus hæredibus suis, ab alio usucapi? Ratio consistit in eo, quasi possessio continuatione quadam jam ante existat apud hæredes suos, sed quia usucapio pro hærede, seu in qualitate hæredis, præsupponit, tanquam necessarium requisitum, ut

quis vel vere sit hæres, vel saltem in justa opinione se hæredem esse, quæ ideo opinio per se sola non sufficit, nisi ex justa satis procedat causa. *Habn. d. loc. requis.* 1. *Zas. d. tit. pro hærede, n.* 1. *Eckolt ibidem* §. 3. At vero quando sui hæredes extant, crassus valde & supinus foret error, si alius vellet opinari se hæredem esse, atque sic, deficiente justa opinionis causa, potius existente, vel in contrarium scientia, vel facile vincibili ignorantia, usucapio tanquam pro hærede non procedit, ne quidem in casu, quando sui hæredes abstinerent hæreditate, cum adhuc non videatur sine hærede esse, sed minimum nomine tenus talem habere, qui suum relinquit hæredem quantumvis abstinentem *l.* 30. §. 5. *ff. de fideicommissar. libertat. junct. l.* 32. *de manumiss. Testam. l.* 6. §. 2. *ff. de bon. libert. l.* 21. §. *ult. ff. de jur. Patronat. Zas. d. tit. pro hæred. num.* 2. *versic. Nihil quoque obstat. Habn. ad Wes. ibid. n.* 3. *verb. pro hærede autem. Vers. neque* (2.) *obstat Struv. evolut. controvers. d. th.* 17. *vers. Ad* 3. *dubium.*

A num, ab alio non ejectum, sed nunc nomine hæredis possessionem continuantem, continuetur eadem in hæredem ipso Jure sine ulla ipsius hæredis apprehensione. Ast penitius rem intuenti facile patet non omnino hæredis deesse apprehensionem, quando ejus, quem si non in individuo, saltem in confuso hæredem esse novit, nunc nomine colonus possessionem continuat, idque se facere quovis modo declarat, quæ sic possessio ipsius coloni duntaxat ministerio potius videtur esse apprehensa, tanto quidem magis, ubi per colonum etiam hæredi soluta esset pensio, aut quid simile præstitum. Sane si continuatio possessionis nunc nomine hæredis non versetur, nec ullo modo quidpiam fiat, quod eam continuationem arguat, & quandam hæredis inducat apprehensionem, defuncti per Colonum possessio in hæredem ipso Jure non transit *l.* 30. §. *quod per Colonum* 5. *ff. de acquir. vel amitt. possess. Afflict. Decis.* 167. *Viv. lib.* 2. *Decis.* 227. *Posth. de manuten. Obs.* 55. *n.* 37. *& seq. & Decis. Rot. Rom.* 499. *n.* 5. 6.

B Adhuc porro non potest ipso Jure, absque ullo omnino facto in hæredem continuata videri possessio, quando pro hærede ad effectum aditionis hæreditatis se gessisse putandus est, qui domum, defuncto a quopiam suo debitore pignori datam, sicut hæreditariam retinuit, ceu quia ejusdem possessio *qualis qualis* fuit in hæreditate l. 87. ff. de acquir. vel amitt. hæred. Siquidem illa *qualis qualis* possessio, quæ in hæreditate esse dicitur, non habet respectum ad hæredem, sed ad defunctum, quem repræsentat hæreditas *Posth. de manutenend. Obs.* 55. *n.* 50. quam hæreditariam possessionem, si hæres in ea qualitate *quoquo modo* contrectet, se pro hærede utique gessisse videtur. Imo ea ipsa, quæ de domo pignoratitia inter res hæreditarias prædicatur, retentio magnum præbet actualiter apprehensæ hæreditatis Argumentum, nec tantopere controversia in eo est, utrum possessio ipso Jure, an per apprehensionem, verisimiliter hic factam, devenerit ad hæredem, sed duntaxat, an æque rei, quæ saltem aliqualiter, nimirum respectu pignoris, fuit defuncti, atque earum rerum, quæ pleno ad eundem Jure pertinuerunt, detentione, quis videri possit se pro hærede gessisse, quod, alio non apparente detentionis titulo, merito affirmatur, quia Jus pignoris, defuncto Creditore, ad ejusdem spectat hæreditatem *l.* 29. *ff. fam. hercisc.* ut non queat non fieri, si hæres rem pignoratam detineat, vel aliter tanquam hæreditariam tractet, quin hoc ipso, non minus atque rerum defuncti plene propriarum detentione, se pro hærede gessisse, & hæreditatem adiisse censendus sit, adeoque, ni velit hæres haberi, opus habeat alium detentionis demonstrare titulum *Cravett. Consil.* 591. *n.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 45. *passim*, saltem quod diversitas observanda sit casuum Juris pignoratitii *ibid. n.* 29. *&* 37. *item conclus.* 44. *n.* 26. traditorum, a nostro præsenti casu. Add. *Alexand. lib.* 3. *Cons.* 32. *num.* 1. 2. *ibique addit Natt.*

Denique in casibus, quando defunctus non possedit animo & corpore suo, sed suo animo & corpore alieno, veluti per colonum, res quidem quandam præ se fert speciem, atque per colo-

Quod vero alicubi locorum vigeant consuetudines, alibi plane Statuta, quibus possessio defuncti absque ulla apprehensione transmittitur & continuatur in hæredem, veluti in Gallia, item urbe ac Ducatu Mediolanensi, nec non Romæ, Papiæ, Bononiæ, Ferrariæ, Incolæ Senis, Cremonæ, Cremæ, Florentiæ, Mutinæ, Parmæ, Placentiæ, Vincentiæ, Veronæ, Paduæ *v. Tiraquell. tr. le mort saisit le vif. part.* 1. *declar.* 2. *Gabriel. lib.* 5. *tit. de acquir. vel amitt. poss. Conclus.* 9. *p. Menoch. de adipisc. poss. remed.* 4. *n.* 324. 325. *Færster de Success. ab intestat. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 25. *Posth. de manuten. Obs.* 55. *n.* 54. *&* 55. Porro in Brabantia & aliis quibusdam Belgicis Provinciis *Stockmann. Decis. Brabant.* 143. *n.* 2. *Giphan. ad l.* 23. *ff de acq. vel amitt. poss. num.* 9. nec non Hispania *Giphan. d. loc. Færster d. n.* 25. *Struv. Synt. Civ. Exerc.* 42. *th.* 17. *in fine* Sicilia & alibi. *Post. d. Obs.* 55. *n.* 55. nihil pertinet ad nostram Germanicam regionem, cum consuetudines, maxime quæ Juri adversantur communi, sint strictissime intelligendæ, neque de loco ad locum extendendæ. *Cravett. de antiq. temp. part.* 4.
C §. *Transeo nunc ad quartam partem n.* 44. *& seq. Besold. Consil.* 36. *n.* 8. *& seq. Wehner Obs. voc.* **Landbrauch.** Eandemque restrictivam interpretationem etiam recipiant Statuta *Novar. Decis.* 8. *item Decis.* 232. *n.* 7. *& seq.* nominatim ad hanc possessionis transmissionem spectantia *Gabriel lib.* 5. *tit. de acqu. vel amitt. poss. Conclus.* 9. *n.* 3.

Non dispari ratione, quemadmodum non obstante naturali impossibilitate, statuto vel consuetudine fieri potest, ut possessio defuncti sine apprehensione transeat in hæredem, saltem huic transmissioni eosdem concedendo effectus, quos alias vera & corporalis produceret apprehensio. *Tiraquell. tr. le mort. saisit le vif. part.* 1. *declarat.* 6. *Giphan. ad l.* 3. *ff. de acquir. vel amitt. poss. n.* 22. 23. *& ad l.* 23. *n.* 10. *Gabriel. l.* 5. *tit. de acq. vel amitt. poss. Conclus.* 9. *num.* 4. *& seq. Færster dict. cap.* 4. *n.* 26. *Gail.* 2. *obs.* 152. *n.* 18. *Mynsing. Cent.* 3. *Obs.* 39. *vers. Hoc quoque controversum. Honded. Vol.* 2. *Cons.* 18. *num.* 13. *& seq. Posth. de manut. Obs.* 55. *n.* 55. *Peregrin. de*

de fideicomm. Artic. 47. *n.* 17. *Struv. Exerc.* 42. A *th.* 17. *Etiam per constitutum possessorium* præstatur idem, scilicet, ut possessio constitutaria transeat absque ulteriori apprehensione in hæredem, maxime si constitutum pro se & hæredibus fuerit factum *v. Tiraquell. tr. de jur. constitut. possessor. part.* 2. *ampliat* 12. & 13. *Post. d. obs.* 55. *n.* 31. & 48. Sed vero tale quoque constitutum non egreditur causam super qua fit, & personas constituentis ac constitutarii, adeoque haud generale præbet Argumentum.

Perstat itaque Sententia, quod, quatenus hic Actorem attinet, eidem, tanquam notorie hæredi, quantumvis suo, *Interdictum* posse competere *quorum bonorum. Wesenb. paratit. ff. quor. bonorum num.* 7. *ibique Hahn verb. Etiam suo.* Eo quidem magis, atque etiam in casibus, quando, vi consuetudinis vel Statuti, possessio in hæred. ipso Jure sine apprehensionis facto transit, eidem nihilominus Interdictis adipiscendæ possessionis, quale hoc, *quorum bonorum*, est, experiri licet pro defensione sua possessionis ac respectu actualis naturalis & plenæ possessionis, B cum forsan hæc videri posset penes alium, & saltem civilis Statuto translata esse, aut, si omnis transierit, superflua tamen cautela non noceat. *Tiraquell. d. tr. le mort saisit le vif. part.* 6. *declarat.* 2. *Honded. d. Cons.* 18. *n.* 16. *Færster d. c.* 4. *n.* 27.

Porro Actorem non repelleret, si cum tertio, non cohærede, foret lis, quod cohæredes habeat, nec solus sit hæres. Nec enim video rationem, quare illi, qui non ex asse hæres est, pro sua parte, qua hæres est, non æque Interdictum *quorum bonorum*, ad consequendam possessionem, concedendum sit, quam ad ipsum Jus hæreditatis obtinendum, petitio hæreditatis non denegatur. *l.* 10. *ff. de petit. hæred.* & *tot. tit. ff. si pars hæred. pet.* Aliud foret, si quis non tantopere in aliqua hæreditatis Quota, etiamsi minima, quam in certa re non solus esset hæres institutus, qui, cohærede hæreditatem non repudiante, sed adeunte, loco Legatarii veniat habendus, adeoque titulo destituatur universali ac hæreditario Jure, tanquam Interdicti fundamento *v. Hahn. ad Wes. d. tit. quor. bonor. n.* 2. *verb. etiam ad res* C *corporales.*

Ulterius non quicquam interdictum impediret, si Archivum non inter res corporales numerandum, sed tanquam aliquod Superioritatis Jus, aut quoque eo respectu, quo Archivi Documenta in suo tenore incorporali continent Jura, his, quandoque personalibus, quandoque realibus, accensendum quis putaverit, sive enim id pro diversitate respectus ad corporales sive incorporales retuleris res, ambas Interdictum non respicit, sed personalia duntaxat arcet Jura *l.* 2. *ff. quor. bonor.* ac dudum eorum explosa est opinio, qui, Interdictum ad res restringendo corporales, eo lapsi sunt, ut ab ejusdem objecto incorporalia minus recte excluserint. Realia Jura *Menoch. de adipisc. poss. remed.* 1. *n.* 86. 87. *Grass. recept. Sentent. lib.* 2. *de success. Artic. Transmissio. quæst.* 9. *n.* 5. *Hahn. ad Wesenb. tit. ff. quor. bonor. n.* 6. *verb. Hæred. petit. n.* 8. *verb. maxime corporalium. Ludwel à Malcomes. edit. ad Wes. ibid. verb. maxime corporalium. Struv. Exerc.* 45. *th.* 17.

Ast tamen, quo minus in hac causa, velut supra monitum fuit, locum invenire queat *Interdictum quorum bonorum*, qualitas facit subjecti passivi, seu Reorum hic conventorum. Datur quippe Interdictum *quorum bonorum*, non contra alium quam talem, qui vel pro hærede vel pro possessore possidet, aut dolo desiit possidere. *C.* 1. *ff. quor. bonor. junct. l.* 9. *ff. de petit. hæredit.* Pro hærede autem possidere in hac materia dicitur, non qui vere hæres est, & rem saltem alienam possidet tanquam hæreditariam, veluti in usucapionum causis, *tit. ff. & C. pro hæred.* sed is, qui verus hæres non est, titulo tamen hæredis & opinione quasi vel ex Testamento vel ab intestato, sive secundum civile, sive Prætorium Jus hæres sit, res hæreditarias possidet: Similiter pro possessore possidere in huc non censendus est is, qui Prætoriam bonorum hæreditariorum prætendit possessionem, velut in usucapionis materia *tit. pro possess.* verum is, qui vel plane nullum, ex quo sit hæres, allegat titulum, nec se hæredem esse contendit; vel qui ne quidem inutili Testamento extante, nullaque existente cognatione se hæredem per purum jactat mendacium: Aut qui titulum prætendit ipso Jure penitus invalidum, adeoque nullam aliam suæ possessionis allegare potest causam, quam quia possideat *Arg. l.* 11. 12. 13. *ff. de petit. hæredit. Struv. Synt. Civ. Exerc.* 10. *th.* 47. & *Exerc.* 45. *th.* 16. Nihil horum omnium de nostris prædicari potest Reis conventis, eo quod res non agatur cum talibus, qui se hæredes esse putent, sed qui revera cohæredes sint, qui etiam Archivum ex tali hæreditario & resp. mandatario titulo possideant.

§. IV.

An ergo Actio potius intentata videbitur *familiæ herciscundæ?* Forsan & hanc quispiam negaverit, quod tendat ad rerum, hæreditario Jure pluribus cohæredibus quæsitarum duntaxat divisionem, quam non recipiant hæreditaria Documenta & Archiva: Quam etiam non petat hic Actor, sed potius totalem extraditionem sibi soli faciendam, aut, in eventum, Sequestrationem. Ex qualibus ideo rationibus hæreditaria Instrumenta referuntur inter res, quæ in judicium familiæ herciscundæ non veniunt, nec ejusdem constituunt Objectum *v. Struv. Synt. Civ. Exerc.* 15. *th.* 8. *circa fin. vers. Instrumenta hæreditaria authentica.*

Nolim tamen ad subsidiariam *in factum* Actionem confugere, vel in legibus, a Struvio citatis, quandam quærere conditionem: Tentabo an non ipsæ hæ leges cum aliis parallelis ad judicium *familiæ herciscundæ*, eoque affirmativo, non exclusivo, sensu ponantur sub *tit. familiæ herciscundæ.* Nec enim in eo judicio rerum hæreditariarum divisio tam crude in sua physica significatione capienda est, ut quilibet hæres semper & ubique, ex quolibet regionibus diviso corpore, ferat partem *l.* 22. §. 2. *ff. fam. hercisc.* §. 4. *Inst. de offic. jud.* verum si taliter commode fieri nequeat, eo dirigendam Judex habet

habet suam prudentiam, & in hoc Judicio Officium, ut per modum quasi permutationis huic hæredi unam, alteri aliam, æquivalentem addicat rem: *Arg. l 20. §. si pater 3. famil. hercisc.* vel, quatenus unus præ altero videatur prægravatus esse, eatenus damnum pecunia compensare jubeat §. 4. 5. *just. de offic. judic.* inque hoc divisionis modo etiam ad servitutes huic vel illi prædio sive debitas sive passive inhærentes respiciat *d. l. 22. §. 3. ff. fam. hercisc.* Porro ut alteri proprietatem alteri usumfructum assignet *l. 16. §. 1. ff. famil. hercisc. l. 6. §. 1. ff. de usufruct.* aut quadam alternatione cunctis provideat *d. l. 16. §. 2. famil. hercisc. vel instar. empt. vendit.* alteri rem alteri pretium suæ, quam in ea habuit, portionis adjudicet *d. l. 22. §. 1. & l. 47. l. 55. fam. hercisc.* §. 4. 5. *instit. de offic. judic.* ut quandoque debita & credita hæreditaria propter multa, quæ partium tam solutio quam exactio sæpe habet incommoda, singulis, aliis vero alia, attribuat: Qua attributione etsi non fiat, ut totum alicui debeatur, vel solus totum debeat, tamen onera Actionis ita translata sunt, ut, sive agendum sit, partim suo, partim Procuratorio nomine, agatur, sive debiti nomine conveniatur, partim suo, partim Procuratorio nomine, Actionem in se suscipiat; ceu quia Creditoribus quidem libera mansit facultas cum singulis hæredibus experiundi, his vero etiam libera est potestas suo loco substituendi eos, in quos onera Actionis officio Judicis fuere translata *l. 2. §. fin. l. 3. ff. famil. hercisc. l. 6. & 23. l. eod.*

Fere non absimili civili modo contingit in hæreditariis instrumentis divisio, alias naturaliter individuis. Non hæc omnem omnino respuunt divisionem, & tam longe abest, ut non veniant in familiæ herciscundæ judicium, ut potius ad idem judicis officium & prudentissimum arbitrium, cui modus dividendi in rebus hæreditariis haud commode divisibilibus erat in modo citatis casibus commissus, etiam hic expressis verbis recurratur, ac moneatur Judex, qui familiæ herciscundæ judicio præest, eo rem dirigere, ut Originalia hæreditaria Instrumenta vel maneant apud eum, qui ex majori parte hæres est, cœterisque descriptum fiat ac recognitum, interposita cautione, ut, cum res exegerit, ipsa Originalia exhibeantur: Vel, si omnes æqualibus partibus hæredes sint, nec inter ipsos amicabiliter conveniat, apud quem potius esse debeant, aut sorte res dirimatur, aut Judicis Officio Senior juniori, & qui amplioris honoris est, inferiori, mas fœminæ, ingenuus libertino, præferatur: Vel etiam, ex consensu aut suffragio, eligatur amicus, apud quem ea Instrumenta hæreditaria deponantur: Vel depositio fiat in ædem sacram *l. 4. §. ult. l. 5. 6. & 8. ibique Gloss. ff. famil. hercisc. l. ult. ff. de fid. instrum. Coler. de Process. Executivo p. 1. C. 2. n. 159. 160.* Qui quidem civilissimus divisionis modus tantopere familiæ herciscundæ judicio proprius est, & spectat ad illud, ut quoque super applicabilitate cujusdam alterius modi, qui in aliis rebus itidem haud commodam divisionem recipientibus, habuit applausum, quæstio fuerit mota, at ob rationis hic diversitatem negative decisa in *d. l. 6. ff. famil. hercisc.* nimirum, quia non tam communia Instrumenta hæreditaria & Archiva, quam aliæ res, recipiunt æstimationem, aut sunt alienabilia, sane hujusmodi divisio Instrumentorum revera divisio est, &, qui eam petit, efficit, ut non maneant indivisa sicut antea, sed quilibet hæredum pro sua Rata eodem plane gaudeat, tam proprietatis fructu quam usus commoditate, atque in aliis rebus naturaliter divisis, præstetque hic plane eundem Juris effectum talis civilis divisio, qualem in aliis rebus commode divisibilibus naturalis, ac unus habeatur quasi omnium, saltem quoad custodiam, Procurator.

Nil igitur animum desuper suspendo, quin Instrumentorum quoque hæreditariorum nomine *familiæ herciscundæ* competat *judicium* quo etiam collimare videtur *Grivell. Decis.* 146. *n.* 6. & ergo putaverim, quatenus in præsenti causa punctum extradendi vel deponendi Archivi attinet, *Actionem familiæ herciscundæ* esse intentatam, saltem ob prætensum moræ periculum *Processu Mandati executivo* expediendam: Cui Actioni innititur quoque postea per Supplicam petitum *Mandatum arctius seu ulterius*, nec non petita ejusdem extensio ad cuncta alia Documenta hæreditaria, quæ extra Archivum Francofurti repositum alibi in adversariorum essent manibus & custodia, & vero Archivi hæreditarii essent pertinentia.

§. V.

Quod alteram huic conjunctam petitionem attinet, quæ tendit ad editionem legalis Inventarii & redditionem rationum ratione totius hæreditatis, nec non Interdictum de interim non turbando in possessione bonorum sub Imperio Germanico sitorum, omnis itidem hæc causam suam debet familiæ herciscundæ principiis. Quoad editionem Inventarii ac redditionem rationum res caret dubio *l. 8. pr. l. 11. 12. pr. l. 16. §. 3. & seq. l. 17. l. 18. §. 3. & seq l. 19. l. 22. §. ult. l. 24. l. 25. §. 10. & seq. ad fin. l. 31. l. 39. l. 44. §. 3. 5. 7. l. 47. l. 49. vers. nam ut fam. hercisc. judicio l. 50. 51. 52. 56. ff famil. hercisc. l. 3. 9. 13. l. 18. §. 1. l. 19. 20. 24. C. eod.* similiter petitio *Mandati de interim non turbando* recidit in Quæst: an divisio bonorum hæreditariorum in una Provincia ideo queat declinari, aut saltem differri, quod in alia Provincia quædam sint communia, quæ itidem conveniat dividi? Quemadmodum vero hujus Quæstionis decisio, quæ pro ratione circumstantiarum quandoque affirmativa, quandoque negativa esse potest, dependet ex deducendis in altera causa *Mandati, de non via facti &c. &c.* ita petitionis ea pars, quæ ad *Mandatum* directa est *de non turbando*, commodius illuc erit reservanda, ceu vel cadens penitus, si illud ex adverso impetratum Mandatum confirmari contingat, vel ex hujus cassatione vitam suam accipiens. Proinde in sola Archivi causa dispiciendum:

An intentata famil. hercisc. Actio sit probata?

§. VI.

Jus hereditarium tam ex parte Actoris quam Reorum, quod Actioni familiæ herciscundæ viam sternit, extra omnem controversiam est, utriusque partis iteratis confessionibus satis firmatum: v. Extr. Actor. in causa *Mandati de non via facti* &c. Et quantum Domi- Probatio institutæ Actionis.

Dominam Ream attinet, quæ duntaxat Mandatario nomine venit in considerationem, inquirendum adhuc est: Quomodo Actor ad eum se qualificet divisionis civilem modum, quem demonstravi superius? Cum tres fratres, velut utrinque in confesso est, in penitus æquales patri successerint partes, quæ æqualitas in defuncti fratris *Caroli* hereditate vel eo usque, donec de validitate constiterit Testamenti, etiamnum durat, vel, Testamento pro valido agnito, major hereditatis portio accideret potius reo, quam Actori, adeoque ille non male sibi præ Actore Archivi arrogaret custodiam *l.* 4. *§. fin l.* 5. *ff. famil. hercisc.* Sane donec super validitate Testamenti Carolini fuerit pronunciatum, in portionibus hereditariis neutra pars alteri prævalet, ideoque in hoc Argumento fundamentum poni non potest Actionis.

Minus quoque tuto istud collocabitur in prærogativa vel dignitatis vel sexus, qua Instrumenta hereditaria ad custodiam concredenda sunt cohæredum digniori, seu ei, qui præ reliquis fulget dignitate, itemque potius mari quam fœminæ *l. ult. ff. de fid. instrum. Franc. Marc. Vol.* 1. *Dec.* 839. *n.* 2. *Halbritter. Orat. de Privileg. Doctor. annex. Bocer. tr. de bell. & duell. pag.* 338. *vers. ex dignitate Doctoris etiam illud.*

Eo, quod Actor contra reum fratrem nil tale queat allegare & potius reus Actorem dignitatis præcellere videatur splendore, saltem, (si filiam unice S. respicere, & exteras in Anglia dignitates seponere fas sit:) non secundus in dignitate esse. In partium spontanea & amicabili desuper conventione, itemve in propria cujusdam amici, apud quem Instrumenta deponantur, electione, & porro in sorte, cui eam rem velit commissam, *v. d. l.* 5. *ff. fam. hercisc. d. l. ult. ff. de fid. instrum.* haud intentionem suam Actor fundat, adeoque de his mediis dicere prolixius supervacaneum foret prorsus. Actionis suæ fundamentum ponit in senio: Eventualiter in depositione Instrumentorum apud tertium, quæ per Judicem mandanda sit. Senium eo minus aliqua eget probatione, quo plus de eo ex propria adversaria apparet concessione.

De Jure constat ex *d. l. ult. ff. de fid. instrum. add. Marc. d. Decis.* 839. *n.* 2. *Mynsing. cent.* 4. *Obs.* 37. *n.* 14.

Sed quæ lex, quatenus fundamentum in senio positum attinet, ex aliis parallelis supra citatis explicanda est, potissimum ad Archivum familiæ seu Instrumenta domus, quæ totius familiæ honorem, dignitatem, nobilitatem & antiquitatem concernunt, quorum custodia merito tribuitur primogenito, tanquam familiæ & agnationis capiti.

Alia, quæ bona duntaxat hereditaria respiciunt, communia Instrumenta non ubique & præcise Seniori concreduntur, sed vel ipsa bona hereditaria divisa concomitantur, vel si hoc commode fieri nequeat, Judicis arbitrio relinquitur, quem ex pluribus istis, quos supra tradidi, dividendi modis, cuique negotio putaverit convenientiorem saltem senio quadam tribuenda Prærogativa, si cætera omnia sint paria. *v. Schurff. cent.* 1. *consil.* 50. *n.* 15. *Grivell. Decis.* 146. *n.* 3. 4. 7. 8. *Ric. addit. ad Franchis Decis.* 386. *Cæppen. Decis. quæst.* 7. *n.* 1. 2.

Cum itaque Actor omnium omnino, absque ulla distinctione, hereditariorum Instrumentorum extraditionem petierit, sibi tanquam natu majori, faciendam, & tamen de aliquo Majoratu aut Primogenituræ Jure in Familia S. aut de tali Archivo, quod Familiæ dignitatem respiciat, in specie nihil potius de communibus hereditariis in genere Documentis appareat, atque ex ipsis Actis & partium confessione sit clarum, post mortem Patris tres ejusdem filios in partes æquales, tam feudorum & bonorum avitorum, quam allodialium successisse. Facile ratio in promptu est, quare Dominus Judex illud petitionis primum membrum prætermiserit, & rei mandatariæ quidem prævia inventatione Archivi extraditionem, at non Actori tanquam Seniori, sed Magistratui Civitatis Francofurtensis, faciendam mandaverit; in eum finem, ut omnium nomine esset in Sequestro ac Magistratus custodia, qui cuique Interessenti, pro rei exigentia, Copias fieri curaret. Quod Judicis executivum Decretum, sicut Actoris eventuali petitioni fuit conforme, ita Juri non est inconveniens, tanto quidem minus, atque de Archivo, apud quem heredum esse debeat, existit litigium, non vero eatenus sufficiens ex parte Actoris, probatio, potius æquale ex omni parte Jus in promptu est: *d. l.* 4. *§. fin. l.* 5. *ff. fam. hercisc. l. ult. ff. de fid. instrum. Clud. de sequestrat. c.* 4. *n.* 53. 54. *Mynsing. cent.* 5. *Obs.* 35. *n.* 2. Accedit, Domina Mandataria Rei, quæ ipsius solius nomine Archivum detinet sæpius commoretur in aliis longinquis locis, eoque difficilior reddatur, si quandoque eam fieri intersit, Instrumentorum editio, imo metuendum sit, quin in favorem affinis & sui mandantis majoris momenti Documenta plane aliorsum ferat secum.

§. VII.

Si vel maxime aliquod primogenituræ Jus & Instrumentorum gentilitiorum qualitas, vel etiam ratione reliquorum hæreditariorum Documentorum, de cætero indifferentia Judicem potuisset movere, ut Actori, tanquam primogenito & Seniori, totius Archivi hæreditarii, vel quorundam hereditariorum Instrumentorum, commisisset custodiam, tamen per mortem Actoris insecutam causæ in hoc puncto status tantopere fuisset mutatus, ut Mandatum cassari, vel plene in Actoris hæredes retorqueri, iisdem senii rationibus foret æquum, ex quibus Actor id impetrasset. Actio an sit per Exceptiones elisa?

Quamvis enim dictus Actor unicam ea primo conjugio reliquerit filiam, quam etiam una cum relicta vidua, instituerit heredem:

 Et

Et vero expediti videatur Juris esse si pater A foret prædefunctus & filiis primogenitus, excluso secundo genito, semel ad successionem perpetuo primogenituræ Jure admissus, quod postea primogenito de mortuo, ejusdem filius tam communi ratione, quod non de avi, sed patris, hereditate sit quæstio, quam potissimum primogenituræ efficacia præferatur patruo *Tiraquell. de Jur. primogen. quæst.* 40. *Covarruv. pract. quæst. c.* 38. *n.* 6. *Mich. ab Aguirre apolog. de Success. Regni Portugall. pro Philippi Hispan. Reg. apud Besold. Cons.* 1. *part.* 1. *n.* 100. *& part.* 2. *n.* 287. *Mynsing. cent.* 3. *Obs.* 23. *Forster de success. ab intest. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 15. *Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens.* 35. *Setzer. disp. ad Jus feud. disp.* 7. *th.* 11. qua ideo ratione filius primogeniti etiam in custodia Instrumentorum gentilitiorum, quæ familiæ tangunt antiquitatem & dignitatem, sit anteponendus Patruo, velut in terminis demonstrat. *Grivell. Citat. decis.* 146. *n.* 7. *& seq.* Tamen hæc omnis, quæ in primogeniti liberis masculini sexus versatur, ratio deficit in sequiori fæmineo sexu, ceu in quo familia potius desinere ac extingui, quique ideo Jurium primogenituræ non censetur capax, nisi forsan in constitutione Juris primogeni- B turæ, contra ejus proprietatem & naturam, etiam fœminæ, in casum deficientium masculorum, expresse essent comprehensæ *Covarruv. pract. quæst. d. c.* 38. *n.* 7. *vers. Quarto licet in majoratus. Thesaur. lib.* 2. *quæst. For.* 11. 12. & proinde in custodia quoque gentilitiorum Instrumentorum Patruus regulariter anteferendus est prædefuncti Senioris fratris filiæ *Grivell. d. Decis.* 146. *n.* 18. 19. 20.

Sane hæc cuncta nil pertinent ad casum præsentem, ubi de aliquo Jure primogenituræ, quod in familia S. constitutum sit, non apparet, multo minus, quod vi istius hereditas paterna unice ad Actorem, tanquam primogenitum, fuerit translata: Potius in partes æquales, tam feudorum quam allodialium, tres successisse filios prætendit Reus. Neque negat Actor, dum non solum Archivum commune esse agnoscit, sed etiam totam quidem paternam hereditatem ad se solum pertinere contendit; ast non ex quodam, quod S. familiæ esset peculiare, primogenituræ Jure, sed ex capite prætensi, C nec quicquam probati, Juris Anglicani, quo militantis & in militia morientis filius primogenitus unicus & universalis perhibetur esse successor, itemque ex prætensa causa, quasi hæres absque beneficio Inventarii adire volens hereditatem sit præferendus aliis, utut gradu æqualibus, qui eo usuri sunt Inventarii beneficio, nec non, ratione castri *Coubert*, ex Gallico Jure, quo istud castrum solius esset primogeniti.

Quemadmodum enim distinctio aditionis hæreditatis, cum vel sine beneficio Inventarii, de Jure communi non quicquam facit ad exclusionem ejus cohæredis, qui suam cum beneficio aditurus est petitionem: *v. Boer. Cons.* 53. *n.* 1. 2. 9. 10. 11. Ita haud opus habuisset Actor, vel in simplicis aditionis *Boer Cons.* 53. *n.* 15. vel in reliquis duobus præmemoratis casibus ad exterarum Provinciarum recurrere consuetudines & Statuta, ceu in Germanicis terris non attendenda. Si aliqua Familiæ S. prærogativa fuisset munitus: Imo ipsemet Actor, non tantopere citato Juri confidens Anglicano, se non obscure ad divisionem in partes offert æquales. Certe non ita divisurus, si primigeniti juvari potuisset beneficio. Insuper ne quidem probatum fuit, aliqua gentilitia Instrumenta, quæ familiæ concernerent honorem & dignitatem, esse in hereditate. Neque etiam Mandatum eo tendit, ut respectu senii Archivum in custodiam traderetur Actori, sed potius ut, apparente omnium pari conditione & Jure, fieret ejusdem apud tertium Sequestratio.

Itaque examinandum duntaxat restat: Num quid sit, quod nunc Sequestrationem suadeat cassari? Si quid horum est, saltem mors Actoris est, per quam causam in eum devenit statum, ut Quæstio non amplius stet inter fratres & omnes masculos, sed inter defuncti fratris filiam viduamque, & patruum ac resp. affinem, atque sic inter marem & fœminas. Quemadmodum illi cuncti de familia & Juribus inde dependentibus, (veluti feudis masculinis) æqualibus portionibus participabant; Ita in hoc omni nunc exclusæ erunt fœminæ, eaque cuncta ad solum spectabant marem superstitem, indeque merito eidem venient attribuenda Instrumenta gentilitia & alia, quæ de feudis masculinis sunt concepta, non quidem aliquo senii Jure, sed tanquam hæc Instrumenta nunc concomitentur bona per Sequestrationem illi soli (salvo de cætero retentionis Jure) adjudicanda: Alia vero hereditaria Instrumenta, quæ de feudis agunt, forsan hereditariis, in quibus una cum patruo successionem obtinent fratris filia & vidua, nec non quæ bona concernunt allodialia, haud parem cum prioribus habent rationem, siquidem Scripturæ concernentes bona, quæ huic vel alteri parti per divisionem vel adjudicationem sunt obventura, eidem quoque erunt tradendæ. At quæ bona respiciunt in communione forsan permanentia, eorum custodia, si aliter inter partes non conveniat, eo potius Dn. Reo erit relinquenda, atque duæ prærogativæ rationes, sexus scilicet & senii hic concurrunt, & ita fieri postulant *Arg. l. ult. ff. de fend. Instrum. Ricc. addit. Franchis Decis.* 386. saltem cautione tali interposita & facienda describendi copia, prout monitum est superius.

§. VIII.

Ex omnibus dictis ac deductis facile consequitur, circa Procuratorium, ex adverso productum, vel nihil amplius monendum, vel istud, non attentis obmotis Exceptionibus, pro recognito esse ex officio habendum per deducta; Decisionem vero hujus causæ tantisper, donec in principali Sententia feratur causa, differendam, interim tantummodo provisionalem Documentorum communicationem, quo a Reo fratris viduæ & filiæ fiat ad magis instruendam suam in causa principali defensionem decernendam; postmodum vero, ulterioris petitione denegata, paritoriam decernendam esse restrictive secundum ea, quæ in superioribus fuere demonstrata.

Ad

Ad Acta Mandati de non via facti procedendo nec turbando, & resp. obsequium homagiale continuando C.C. nec non ulteriorum Mandatorum.

Hr. M. Gr. v. S.

Contra

Hr. F. Gr. v. S & Consf.

CAmeræ Imperialis Jurisdictio fundatur in immedietate & connexitate personarum & causæ, sc. Comitis & Officialium, itemque in narratorum factorum qualitate, quæ nullo Jure queant justificari.

Quæ de Actore, in hac causa Reo, & Reo, in hac causa Actore, latius dicta sunt, in causa *Mandati de extrad. Archiv.* huc suffecerit repetiisse. De Correis, Officialibus scil. & subditis, ratione quorum fundata Cameræ jurisdictio fuit in continentia causæ, hic nihil restat, quod consideratione sit dignum, cum aliqui eorum, post Decreta proclamata, ratione factorum suorum propriorum, salva protestatione, comparuerint, respectu vero factorum, quæ nomine & jussu Domini atque Officii intuitu peracta essent, ipse Dominus in se susceperit defensionem, sicut Jure fieri potuit, cum magis ipsius Domini videatur Interesse, quam facientium. *v. Möller Semestr. lib. 4 c. 18. Modest. Pist. p. 2. quæst.* 89. Et quamvis, non attenta illa defensionis in se susceptione, contra Officiales & Subditos proclamata fuerint Decreta, indeque etiam subditorum non comparentium accusata contumacia, tamen quandoquidem unus Officialium, salva protestatione, comparuerat, ratione tamen omnium Dominus adhuc defensionem ipse suscepit, Actor se cum hoc in litem principalem intromisit, eoque quasi tacite renunciasse videtur Actioni contra Officiales & subditos simul directæ.

Circa Procuratoria & Processum judiciarium nihil monendum, cum is, qui in causa Mandati inhibitorii de desistendo &c. allegatur defectus Actorii in hac causa, quicquid alias in Thesi sit, nihil quicquam, propter singulares circumstantias, in causa Mandati de extrad. Archiv. deductas, queat nocere.

Transeundum igitur ad causam principalem, & investiganda Actio.

§. II.

A *Interdictum quorum bonorum* removetur hic ex iisdem rationibus, atque etiam in causa Mandati de extrad Archiv. sed nihilominus non ita hic, sicut illic, Actio sibi vindicat locum *familiæ herciscundæ*, Processu saltem executivo expedienda. Cum non tantopere de rerum hereditariarum divisione & acquirenda possessione; quam de tuenda jam prætense quæsita portionum hæreditariarum possessione res sit, adeoque aliquod inquirendum veniat retinendæ possessionis remedium. Neutiquam hoc præstabit Interdictum: *Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit*, ceu quod respectu subjecti activi præsupponit missionem factam a Magistratu *l.* 1. *ne vis fiat ei, qui in poss. miss.* quæ hic deficit: Respectu quoque subjecti passivi necessum est ut dolo alterum possessione arcuerit, *d. l.* 1. Qui enim putavit, etiamsi supino quodam errore, possessionem esse suam, vel sibi obnoxiam, vel certe non esse alterius, prædicto non tenetur Interdicto *l.* 1. *§.* 4. *d. tit. ibique Gloss.* Omne vero hoc, nimirum possessionem esse suam, non Actoris, noster prætendit Reus, atque sic, utroque, & Actore & Reo, de possessione contendente, potius intentatum videri poterit Interdictum *Uti possidetis Arg. l.* 1. *§. sed si inter ff. uti possid.* atque ideo dispiciendum.

§. III.

An hoc Interdictum sit probatum?

B Duo potissimum in hoc Interdicto veniunt probanda, scilicet, ex parte Actoris, possessio, &, ex parte rei, turbatio *Bocat. de Interd. uti poss. c.* 14. *n.* 2. *Meischner lib.* 1. *Decis. Cameral.* 11. *n.* 13. Illam Actor annititur probare per factam in duobus bonorum partibus suo nomine apprehensionem, atque homagii a subditis resp. exactionem & præstationem satis superque demonstratam, ceu ex qua apprehensione præsumatur continuatio, atque ideo appareat Actorem fuisse pro duabus partibus in possessione, quando ex parte Reorum attentata fuit turbatio, qualis narratur ab Actore *Posthius de manut. decis.* 278. *n.* 3.

Probata autem possessione ad tempus turbationis præsumi eandem adhuc, quando lis esset mota ac contestata, durasse, atque hic quoque possessionem esse ad tempus contestatæ litis probatam, velut in Interdicto *uti possidetis* fuisset necessarium: *v. Afflict. decis.* 394. *n.* 1. 2. 3. 4. *Cacheran. decis.* 43. *n.* 1. 2. *Post. d. loc. & decis.* 457. *n.* 1. Quæ in hoc speciali C Interdicti casu præsumptio alias quoque generalis est, ut, qui semel possedit, in possessione perseverasse, &, qui olim possedit, etiam hodie possidere præsumatur *Afflict. & Cacheran. d. loc. Gabriel. lib.* 1. *tit. de Præsumpt. Conclus.* 10.

Pro instituto hoc possessorio magis confortando Actor ulterius ad talia se extendit Argu-

Argumenta, quibus vel petitorium exhauriri autumat, ut tanto magis intentio in possessorio satis videri queat probata esse, cum, qui Jura potiora probat in petitorio, obtinere debeat etiam in possessorio Interdicto uti possidetis. *Fab. cod. lib. 8. tit. 4. def. 3.*

Nimirum causam s. titulum apprehensæ possessionis ponit pro una tertia, in Jure hereditario per mortem patris in cuncta ejusdem hereditate sibi, cum duobus tunc adhuc viventibus fratribus, ab intestato delato; pro altera vero tertia in prædefuncti fratris Caroli, Testamento nuncupativo, saltem probationis causa in Scripturam redacto, quo Actor ejusdem Caroli unius & Universalis hæres esset nominatus, Reo duntaxat Legati nomine mille Thaleris relictis. Quibus, vel in petitorio stringentibus, Argumentis postmodum, quando Reus absque liberis masculis e vita decessit, ulterius hoc addidit, quod nunc quoque ejusdem bona feudalia & avita sibi soli essent Jure delata, saltem ut superstiti viduæ ac ex primo conjugio filiæ debita constituerentur alimenta & resp. dos. Ex qua causa horum quoque a fratre Friderico relictorum bonorum, tam allodialium quam feudalium apprehendi curavit possessionem, in probationem Argumentorum, quod fratris Caroli hereditas ope Testamenti nuncupativi; Deinde fratris quoque Friderici hereditas, non attento ab eodem in favorem filiæ ac viduæ condito Testamento, vi tamen aliarum illustrium familiarum, quam genti S. peculiaris consuetudinis, partim quoque Juris Feudalis communis, sibi fuerit quæsita: Produxit non solum Carolinum Testamentum, sed etiam Instrumentum divisorium hereditatis & Investituras feudorum, decenter rogans, ut hæc omnia a se producta Documenta ab Adversario recognoscerentur, aut jurato diffiterentur, secus vero, ubi neutrum horum fieret, ex Officio haberentur pro recognitis.

Sane quemadmodum possessio nonnunquam probatur ex Instrumentis, etiam ad effectum manutentionis & interdicti uti possidetis, *Post. in Decis. Rot. Rom. Subnex. tract. de manuten. Decis. 348. n. 2. Decis. 434. n. 1. Decis. 457. n. 1. Decis. 458. n. 3. Decis. 467. n. 1. 2. Decis. 544. n. 1. Decis. 583. n. 2. Decis. 611. n. 5. Dec. 618. n. 1. Decis. 633. n. 1.* ita tanto magis id videtur præstitum per Instrumenta super ipsa apprehensione in loco apprehensionis confecta, in quibus quomodo possessio taliter vel taliter fuerit apprehensa, circumstantialiter est descriptum. *Viv. Decis. 174. n. 1. Post. d. tr. Decis. 362. num. 3. Decis. 401. n. 1. Decis. 408. n. 1. Dec. 502. n. 2. Dec. 545 n. 1. Decis. 552. n. 1. Dec. 575. num. 3. Decis. 578. n. 1. Decis. 582. n. 1. 2. Decis. 589. n. 1. Dec. 590. n. 1. Decis. 593. n. 1.* Ut ideo duarum tertiarum ex paterna, itemque fratris Caroli hereditate, possessio per Instrumentum adeptionis eo sufficientius videatur probata esse, quanto plus roboris apprehensioni accessit ex homagii præstatione, quæ non solum Jurisdictionis possessionem, sed omnigenæ importat superioritatis & subjectionis tesseram. *Knich. de Jur. Territor. c. 3. n. 287. 288. 295. Michaël de Jurisdict. Conclus. 57.* Quanto itidem plus apprehensio roborata fuit titulis ac causis Jure comprobatis, scilicet Jure hereditario partim ab intestato, partim ex Testamento Carolino profluente, ceu per quos Titulos inducitur præsumptio possessionis justioris *vid. sup. n. 14. Tessaur. Decis. 206. in fine Post. de manut. Decis. 457. num. 3. & 4.*

§. IV.

Et cum de Jure hereditario pro una tertia paternæ hereditatis, quatenus ipsum illud Jus ejusque competentiam attinet, nulla sit controversia, necquicquam huc pertineant a reo opposita Angliæ & Hollandiæ Statuta: Dispiciendum erit: An & quatenus respectu ulterius tertiæ, coloratus iste Titulus videatur probatus esse ex producto *fratris Caroli Testamento.* Hoc quidem ceu a Notario & septem subscriptum testibus videri posset Testamentum esse scriptum, & præsumptio facile cadit per contrariam in ipso Instrumento expressam mentionem, qua satis aperte declaratur Testamentum nuncupativum esse saltem memoriæ & probationis causa in Scripturam redactum, de quo sic prædicari quodammodo & certo duntaxat respectu queat, quasi & scriptum & non scriptum, unum tamen, non duplex sit Testamentum *Joh. Fab. ad §. sed cum aliquis justit. de Testam. n. 1. Mantic. de Conjectur. ult. volunt. lib. 1. tit. 7. n. 1. & 2.*

Utut vero Testamenti nuncupativi, etiam in scripturam redacti, vis & probatio dependent ex jurata testium depositione, si non ab iis, cum quibus res est sine tali jurato Testimonio recognoscatur *l. 21. §. 3. verb. testium juratorum ult. verb. & hoc post mortem Testatoris jurati deponant C. de Testam. Fab. d. §. sed cum aliquis n. 2. 3. Mev. pag. 9. Decis. 149. n. 3. 4. Carpzov. p. 3. const. 3. def. 36.* tamen ea testium jurata depositio haud est necessaria, ubi super Testamento nuncupativo confectum fuerit Instrumentum publicum *Fab. & Mev. d. loc. Mantic. d. l. 1. tit. 6. n. 6. lib. 2. tit. 12. n. 2. Carpzov. d. const. 3. def. 37. & lib. 6. Resp. 13. n. 3. 4.* Idque vel taliter, ut statim in ipso testandi Actu adhibitus sit Notarius, qui coram septem testibus Testatoribus excepe-rit voluntatem, remque gestam eodem tempore & loco, ac sic uno quasi actu scripturæ suæ comprobaverit auctoritate, velut alias in Testamentis cœcorum præcise requiritur *l. 8. C. qui Testam. fac. poss.* **Ordnung der** *Notarien de Anno 1512. tit. 1. §. 1. & 9. Mantic. d. n. 6. Vigl. Zuichem in tit. Instit. de Testam. ordin. §. si quis autem sine Scriptis n. 4.* Vel ita ut Testator super Testamento coram septem testibus nuncupato, atque sic in sua essentia perfecto, saltem probationis causa Instrumentum confici curet publicum ac solenne, quo casu ipse testandi actus nihil pertinet ad Notarium, sed saltem ut se de eo, jam ante perfecto, per testatorem & testes Testamentarios in præsentia testium Instrumentariorum

riorum fieri curet certiorem, ac desuper solenne conficiat Notariale Instrumentum *Joh. Faber ad §. sed cum aliquis 7. num. 5.* quod ideo si essentialibus destituatur requisitis, vim probandi non habet, verum eo res recidit, ut ad testium Testamentariorum, si qui supersint, examinationem ac juratam depositionem sit confugiendum: *Mev. p. 9. Decis. 149. n. 5. & seq.* De posteriori genere in causa præsenti non agitur Quæstio: Sed de priori velut ex ipsa patet Testamenti inspectione.

An vero hæc ita comparata sit Testamenti Scriptura, ut probationem Tituli inducat colorati, & consequenter ut tale Testamentum ab altera recognoscendum vel jurato diffitendum sit parte aut ex officio pro recognito habendum, non penitus videtur esse expeditum, Reo potius contendente, quod sibi de Jure non incumbat ejusdem vel recognitio vel jurata diffessio: Eo, quod sit mera Copia a Notario simplici vidimata, cujus tam de Jure communi, quam Stylo Camerali non quiret prætendi recognitio, quæque non faceret fidem, præsertim in tam ardua, tot captionibus obnoxia, Testamentaria causa; tanto quidem minus atque in exemplo neque ab ipso Notario, neque ab Episcopo Londinensi fieret attestatio de legalitate ejus, qui Originale fertur scripsisse, neque etiam de prævia examinatione Scriptionis & Sigillationis testium; sane Documentorum, quæ nil quicquam contra recognoscentem vel diffitentem sunt relevatura, recognitione aut Sacramentali diffessione nemo gravandus est: *Carpzov. p. 1. Const. 17. def. 25.* Et ergo videtur, cum Copiæ, quantumvis vel ab uno vel pluribus Notariis essent vidimatæ, ab his quoque de prævia cum Originali collatione & inventa concordantia facta fides, nulla sit absque Originali exhibitione probandi vis *Turzan. commun. opin. Quæst 149.* justam esse hic Rei Exceptionem de non recognoscendo vel diffitendo Testamento a Notariis exemplato *Blum. Process. Cameral. tit. 63. §. 29. & seq.*

Cujus etiam Exceptionis efficaciam quadantenus ipse deprehendit Actor, confugiens ad negationem exemplationis ac productum Testamenti exemplar Originale esse contendens e Gallico in Germanicum versum idioma quasi scilicet Notarius super excepto ex ore testantis & in Protocollum redacto Testamento, solenne confecerit Instrumentum, quod non pro Copia esset, sed tanquam aliquod Originale habendum.

Ast oppido in hoc fallitur vel sibi ipsi non satis constans Actor, recognitionem vel diffessionem poscens Instrumenti, quod tamen tanquam publicum & solenne plenam haberet fidem, & extra terras Saxoniæ non indigeret recognitione. *Coler. de Process. Execut. p. 3. c. 8. n. 18. 19. junct. c. 1. n. 92. 93. Menoch. de arbitrar. jud. Quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 113. n. 8. Rulant. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 39. n. 22. Carpzov. lib. 3. Resp. 82. n. 2. 3. & p. 1. const. 17. def. 20.* Ex ipsa inspectione plus quam perspicuum est, tam illud, quod sub [72] quam quod [68] [69] fuit exhibitum, nil prorsus ad formam redolere cujusdam super Testamento jam ante nominato, confecti Instrumenti: Imo, si hoc esse debeat destitutum fore necessariis requisitis ac testibus Instrumentariis, nil ideo ad probationem valiturum.

Neque etiam est, ut aliquod Originale putandum sit ejus Protocolli, in quod ex ore testantis exceptum ultimum elogium fuit redactum, cum potius id certo libro fol. 279. dicatur insertum, inde vero hoc quod [68] [69] apud Acta existit, exemplar transumtum ac cum suo Originali probe collatum, quæ in librum Protocollarem relatio, indeque secuta transumptio, ac transumpti cum Originali collatio, accedente insuper consideratione temporis, quo Episcopus de legalitate Notarii exemplantis, post decimum terminum a condito Testamento diem, testatus est, diversitatem arguunt temporis magisque inducunt Originalis Protocolli duntaxat exemplationem, quam ut duo videantur facta fuisse Originalia ceu quæ oportuisset expediri secundum obtinentem Observationem §. 13. *Inst. de Testam. Ordin.* Uno contextu coram iisdem testibus *l. 1. §. 5. & 6. ff. de bon. poss. secund. tab. ibique Gloss. lit. d. & e. Joh. Fab. ad §. posteriore quoque Instit. quib. mod. Testam. infirm.* eodem penitus tenore, plerumque saltem cum annexa de numero Originalium exemplarium testatione, quorum ideo unum sufficit extare, ut detur bonorum possessio vel hereditatis petitio *l. 24. ff. qui Testam. fac. poss. l. 10. pr. ff. quemadm. Testam. aper. l. 1. §. si quis in duobus exemplaribus 5. ff. de bon. poss. sec. tab.* a qua vero pluralitate exemplarium unius Testamenti (pluralitas enim diversorum originalium Testamentorum *l. 47. ff. delegat. 2. non est hujus loci*) multum abest in nostro exemplo enunciatio ad Originale relativa, und von seinem Originali, mit welchem es behörig collationirt, und in dem 10. Buch Anni currentis fol. 279. insinuirt, arguens plus quam luculenter ex intervallo factam exemplationem, cum jam Notarius, quatenus ipsam Testamenti factionem ejusque actum attinet, officio suo dudum esset functus, nec ipsi post lapsum tredecim dierum, amplius integrum, plura conficere ipsius Testamenti ad idem tempus Originalia.

Alterum vero sub quadr. [72] productum exemplum, esse tantum exempli prædicto modo exemplati exemplum, ipsa docet litera. Non quicquam Actori proderit si vel prætendat hanc ex Archivo publico factam Copiam, quam saltem a Notario subscriptam esse sufficeret. *Campeg. tract. de testib. Reg. 197. vers. decimo sexto.* Vel si Copias quoque in judicio productas recognoscendas vel diffitendas esse existimaverit, quod eædem, etsi non plene probent, aliis tamen probationibus queant adminiculari, ac merito differentia sit habenda inter *nihil relevare & non plene*, sed tamen aliqualiter, probare. *Carpzov. lib. 3. Resp. 81. item Decis. 236.* Haud enim ex publico Archivo, sed e Notarii privati Tabulario Copiam sumtam esse apparet. Et quod alteram attinet rationem, ejus quidem

æquitas non ad fora Saxonica restringenda, sed aliorsum quoque videtur esse extendenda, ast pertinet duntaxat ad copias vidimatas in aliis negotiis pro quorum communi qualitate aliqualem possunt habere fidem. In materia autem testamentaria, multis obnoxia captionibus ad effectum petitionis vel hereditatis, vel bonorum possessionis, eo minus quidquam nudis copiis erit præstitum, atque ordinaria alias probatio non sufficit, sed quædam solennissima necessaria est. *vid. omnino d. l. 1. in §. sed & si unum ff. de bon. possess. sec. tab. l. ult. ff. quemadm. test. aper. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 651. Masc. de probat. Conclus. 712. n. 7.*

Neque obstat, quod in hoc possessorio principaliter fundetur in apprehensione, pro ea saltem magis coloranda addatur titulus testamentarius quasi de superfluo, quem ideo præsumtive probasse sufficiat. Patebit quippe ex infra dicendis possessionis apprehensionem ex se vix consistere, potius omne robur mutuandum habere ex colorato Juris hereditarii titulo, qui ideo veniret principaliter, ac, quatenus non esset clarus, plene foret probandus, *arg. d. text.*

§. V.

Præter id, quod hactenus examinatum fuit, evitandæ recognitionis vel diffessionis Argumentum, tribus adhuc Reus utitur Objectionibus nimirum (*primo*) testamentariam dispositionem, si quæ foret, haud sibi posse præjudicare in bonis feudalibus, quorum ipse, tanquam familiæ Senior, solus esset, ex pacto & providentia Majorum, hæres. (2) Testamenti causam ac disceptationem spectare ad petitorium, quorsum ideo ejusdem recognitio vel diffessio esset differenda, nec quicquam in hoc possessorio attendenda. (3) Testamentum laborare suspicione.

Sed hæ quidem Objectiones, si non aliæ prædictæ Reum juvabunt, vix ab obligatione recognoscendi vel diffitendi eundem queunt excusare. Seniorem familiæ reliquos fratres in successione excludere feudali, non sine ratione negat Actor, & vel contrarium demonstratum est in relat. Mandati de extrad. Archiv. Imo, si tale quid S. proprium esset Familiæ, caderet per mortem rei absque heredibus masculis, qua nunc omne Familiæ Jus in Actorem est translatum.

Et quamvis disceptatio super principali Testamenti causa videatur ad petitorium rejicienda, tamen quatenus Actor pro corroborando possessorio utitur, etiam petitorio, seu Argumentis petitorium respicientibus, conveniens rationi est, ut in horum probationem producta Instrumenta in possessorio quoque sint vel recognoscenda vel diffitenda, quatenus probationem in possessorio queunt facere, nec irrelevantia sunt *Finckelthaus. Observ. 117. Carpzov. lib. 3. Resp. 31. n. 19. 20. Resp. 63. num. 12. 13.* E contra non minus rationi congruit & æquitati Instrumenta suspicione laborantia haud mereri, ut vel recognoscantur, vel jurata diffessione abnegentur. *Ruland. de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 39. n. 3. lit. D.* Sed in facto Quæstio est: An Testamenti Carolini sæpe memoratum Instrumentum sit redditum suspectum? Quæ ex sola fraterni amoris contestatione inducitur præsumtio, quod eum excludere ab hereditate voluisse non sit verosimile, quem fratrem fraterne dilexisset testator, admodum debilis est, contraria verisimilitudine elisa, qua testator ad conservationem splendoris Familiæ, cujus propagatio magis in Actore quam Reo poterat sperari, videtur reflexisse. Quod productum est suspicionis attestatum, ratione Testamenti nil continere replicat Actor, quod non testatoris confessionario, vel alii cuivis, licuisset, adeoque suspiciosum neutiquam esset, aut si quid foret, ex attestantis proficisci contra confessionarium invidia, quam satis ipse proderet.

§. VI.

Cum tamen ad Judicis spectet Officium, Jura à Partibus supplere omissa, vel saltem ex Actis pellucentia, nec tamen satis deducta, attendere *Zaunschleiffer de Offic. Judic. suppletor. p. 1. Conclus. 5. §. 1. & seqq. Conclus. 8. per tot.* Tentandum adhuc erit, an non plura suspicionis concurrant Argumenta, quæ fidem prædicti attestati adjuvent, ut conjunctim cuncta probent saltem suspicionem, quæ sufficientem præbitura sit causam detrectandæ recognitionis vel diffessionis Testamenti? Ubi penitius ejusdem intueri placuerit tenorem, forsan talem quispiam deprehendet, qui habere videtur verisimilitudinem, ac si in pluribus punctis (unico quibusdam in Urbe Taurina Nosodochiis ad Notarii suggestionem relicto Legato excepto) non sit immediate ex ore testatoris, sed ex cujusdam alterius de voluntate testatoris relatione profectus, dum nullibi (excepto dicti Legati puncto) expressa aut satis clara fit mentio, Testatorem suo ore ita pronunciasse, sed saltem in ambigua generalitate, *eum legasse, heredem instituisse &c.* cum tamen Testamenti nuncupativi essentia in eo consistat, ut testator suum voluntatem in omni puncto, atque sic speciatim circa heredis institutionem, Legatorum dationem, cæterasque Testamenti partes, coram testibus, lingua & voce, exprimat, non valituro Testamento, si non singulis à testatore nuncupatis, tantummodo à Notario vel alio in præsentia testium quid foret prælectum, & simpliciter à testatore approbatum. *Vigl. Zuichem. in tit. Institut. de Testam. Ordin. §. si quis autem sine scriptis num. 2. Ludwel. de ult. vol. p. 2. cap. 1. §. Nuncupativum. pag. 189.* Et ergo omnino sit necessum, ut Notarius de observatione hujus essentialis qualitatis perspicuam & claram faciat mentionem. Sed sane Notarius, quando testatorem taliter disposuisse exprimit in nuncupativi descriptione Testamenti, eo ipso de ejusdem voluntate oretenus expressa satis videtur testari. *Joh. Fab. ad §. sed. cum 7. n. 5. vers. sed quomodo procedit. &c.*

Putativam hanc suspicionem porro videtur augere, quod adhibiti testes (quod etiam Rea movent

movent in ulteriori discussione, quam exhibuerunt demum post causæ conclusionem) fuerint cuncti de domo testatoris, veluti Confessionarius, Secretarius, Medicus, Chirurgus, Coquus. &c. quos omnes agonizante testatore forsan tenuerit spes, sua continuandi apud scriptum heredem officia, quique ideo pro domesticis tam scripti heredis, quam testatoris sint habendi, nec testes habeantur idonei, sed suspecti, præsertim in Testamento nuncupativo, cujus ipsa probatio & omnis vis in earundem consisteret testimonio, & quorum ideo magis conditio, quam nudum ministerium, velut in Testamento scripto, veniat consideranda: *Joh. Fab. ad §. 9. & 10. Inst. de Testam. Ordin. n. 2. vers. Quid ergo dices de hominibus: item ad §. 7. ibid. n. 4.* Ut fere dubitare liceat, si vel maxime Originale exhiberetur Notarii Protocollum, cui alias præsertim cum ipsius testatoris, nec non Notarii ac testium, subscriptione dicatur munitum, multum tribuendum foret fidei. *Alex. lib. 7. consil. 175. n. 1. Gail. lib. 2. Obs. 43. n. 3. & 4.* An non fides ejus ob testes vacillatura sit suspectos, ceu quorum quoque juratæ depositioni, quam saltem Notariale supplere debuit *Protocollum, supr. num. 26.* vix foret credendum: Multo minus quæ ex isto Protocollo scripta sunt, nostra sub Quadr. [68] [69] [72] Exempla, quandam efficere videntur probationem, imo nec aliquod ex tali Protocollo confectum publicum Instrumentum, si quod Originale adesset, eam præstare, cum transumptum haud debeat majorem facere fidem, quam Protocollum ex quo sumtum est. *Alex. dict. Consil. 175. num. 2. 3. & Consil. 104. num. 3. & 11. Mascard. de probat. Conclus. 1250. n. 30. Honded. vol. 1. Consil. 66. num. 101.*

Ulterius quoque sæpe memoratum Testamenti Exemplum, una cum Exempli Exemplo, adhuc vero magis si pro aliquo, quod super Testamento nuncupativo e Notarii Protocollo confectum esset, publico haberi debeat Instrumento, inde reddi videtur suspectum, quod à Notario duntaxat sit subscriptum, non etiam sigillatum, quæ tamen sigilli appositio, si super actu testamentario publicum conficere Instrumentum fuisset intentio, ad ejus solennitatem & substantiam omnino pertinuisset, nec etiam in nuda exemplatione sine vitio potuisset omitti, cum res sit de Materia testamentaria, quæ, si non in se, velut in ipso testandi actu, *§. 3. & 5. Instit. de Testam. Ordin. l. 21. C. de Testam. l. 8. Cod. qui Testam. facere poss.* saltem ob momentosæ rei gravitatem, sigillationem poposcerit, præsertim hodiernis moribus. *Boer. Decis. 37. n. 4 & 10.* ubi in terminis terminantibus appositionem sigilli requirit in Testamenti Instrumento e Notarii Protocollo extracto, utut ipsum Protocollum, etiam non sigillatum, valeret ad probandum *Jung. Addition. ad Mascard. de Probat. Conclus. 921.*

At vero quæ de suspectis testibus, item de non apposito sigillo, motæ sunt difficultates, tam absolutæ non erunt habendæ, ut omnem ulteriorem excludant disputationem, quam A potius omnino admittunt; illæ quidem de testium suspecta qualitate tam in facto quam in Jure, posterior autem, de omissa sigillatione, saltem in Jure. Nec enim, quæ in nuda conjectura posita fuit, officia continuandi, spes efficere potens est, ut Domestici testatoris etiam habendi sint Domestici ejus, qui scriptus fuit hæres. Præterea, qui duntaxat pro salario aut mercede ministerium præstant Domestici, haud tali tenentur vinculo, ut nostro in casu, quodammodo in propria testes fuisse causa, de iis queat prædicari. Et sane tam hæc, quam ex non appositione sigilli, depromta objectio suas patitur declarationes & limitationes *Joh. Fab. cit. supr. num. 47. loc. Mascard. de Probat. Conclus. 921.* quarum disputatio ad petitorium rejicienda erit judicium. Hoc facile largior, si eæ, quæ superius num. 29. & seq. prolatæ sunt, recognoscendi vel diffitendi Testamenti excusationes suam obtinuissent firmitatem, quod tunc omnino ulterius præbere quirent adminiculum, ea, quæ à suspectis testibus *& defectu sigilli num. 47. & seqq.* derivata sunt Argumenta augendi. B

Sed forsan cuncta unico profligantur ictu; quod scil. exemplatio Protocolli in tali nuncupativi Testamenti negotio, quod ad suam essentiam non requirit scripturam ab eodem, qui in ipso testandi actu in testium præsentia testatoris exceperat voluntatem, atque in Protocollum, (de superfluo testatoris ac testium subscriptionibus munitum) retulerat, processerit Notario, & quidem (velut ex verb:

> Obberwehntes Testament ist von mir ꝛc. fideliter aufgenommen, und von seinem Originali, mit welchem es behörig collationirt und in dem 107 Buch Anni currentis fol. 279. insinuirt ꝛc. extrahirt worden, ꝛc.

luculenter apparet) eo animo, ut non voluerit istud, tanquam aliquod nudum Exemplum haberi, sed instar alicujus Authentici ab Originali transumti. Quo certe casu, cum de C Notarii Legalitate constet, ex Attestatis, Testamento subnexis, haud minorem tale transumtum, quam ipsum Protocollum, meretur fidem. *Barthol. in Authent. si quis in aliquo C. de edend. n. 3. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. n. 652. 653. 654. Mascard. de probat. Conclus. 712. num. 7. 8. 35. & seq. usque 51. Rosbach. Process. Judic. tit 62. n. 8. 9. 10. Umm. Process. Disp. 17. th. 6. n. 27. Mynsing. Cent. 6. Obs. 74. num. 3.*

Et ergo, quemadmodum Originali super nuncupativo Testamento habito (præsertim testatoris testiumque subscriptionibus firmato) Protocollo, si produceretur, tanta habenda foret fides, ut Rea ab onere recognitionis vel diffessionis nequaquam se possent extricare: vid. supr. num. 48. Ita de exemplatione per eundem, non alium in forma Authentici transumti facta, Notarium, sentiendum erit idem. *vid. præcit. Dd.* Et vel satis hoc transumtum probaret, utut Originale Protocollum interea esset deperditum, *Mascard. dict. Conclus. 712. n. 37.*

n.37. ceu quia existentia Originalis Protocolli (quam etiam ipsæ Reæ non tantopere negant, saltem ex aliis causis Testamentum impugnant,) abunde inde foret demonstrata, qualis demonstratio existentiæ post mortem testatoris Originalis Testamenti sufficeret, quantumvis nunc non producatur *Arg. l.* 1. §. 2. 3. & 4. *ff. de bon. possess. sec. tab.* imo exemplatio in tali forma ab eodem profecta Notario, quoad effectum probationis non instar copiæ, sed, propter unam eandemque Notarii personam & authoritatem, tanquam aliquod Originale esse videtur: Maxime in hoc possessorio, eo usque donec de difformitate aliqua primi Originalis constiterit Protocolli. vid. *Bald. Vol.* 3. *consil.* 401. & 409.

Quæ sine dubio unica Dominos Judices movit ratio, ut non quicquam hæserint in ferendis tribus de dieb. 15. Jul. & 27. Octobr. 1701. ac April. 1702. conformibus Sententiis, quibus recognitio vel jurata diffessio producti Authentici transumti, non attentis Rearum Exceptionibus, iteratis vicibus fuit injuncta. Et cum hæ Sententiæ, præsertim modo dictæ Juris rationi superstructæ, sine ullo interposito convenienti remedio in rem transierint judicatam, vel ex hoc solo non amplius superest Quæstio, quin non iis debite à Reis parendum fuerit, eoque non facto, cum tamen, posthabitis Rearum Exceptionibus tertia vice esset injunctum, Testamentum pro recognito, salvis contra ejus firmitatem Exceptionibus, in contumaciam sit habendum.

§. VII.

Demonstrata prætensi in hereditate Carolina tituli testamentarii, ad confortandam possessionis apprehensionem, sufficientia, progrediendum est ad prætensum in defuncti Rei Comitis Friderici hæreditate succedendi Jus, fundatum tum in aliarum Illustrium familiarum, quam peculiariter Familiæ S. consuetudine, nec non, quoad feuda, tam in eadem quam in communi feudali Jure. Sane, si favore Familiæ conservandæ successio in certis bonis dicatur pertinere solummodo ad heredes masculos, non etiam fœminas, nisi quod hæ in locum Legitimæ dotandæ sint vel alimentandæ, causam suam hoc debet non Juri communi, sed vel legi, si de Illustribus Familiis potestatem condendæ legis habentibus sit Quæstio, vel consuetudini, vel Testamentariæ dispositioni, vel pacto, quod omne etiam citra Jus commune licite fieri posse, extra controversiam præsupponendum est. *Gail. lib.* 2. *Obs.* 122. *n.* 10. 12. 13. 14. *Mynsing. Decad.* 1. *Resp.* 10. *n.* 39. 40. & *seq. Viv. lib.* 1. *Decis.* 10. *Besold. part.* 2. *Consil.* 49. *n.* 65. & *seq.* Actor noster non fundat in aliqua lege aut Statuto, neque in testamentaria dispositione, nec etiam in aliquo Familiæ pacto, sed saltem in consuetudine, tam aliarum Familiarum Illustrium, quam S. speciatim Familiæ.

Quod attinet aliarum familiarum Illustrium consuetudinem, quibusdam talis consue-A tudo in Germania videtur esse generalis, *Mynsing. d. Resp.* 10. *n.* 31. *Bets. de Statut. pact. & consuetud. famil. illustr. c.* 8. §. 14. *vers. Quamobrem.* quæ propter suam generalitatem censeatur transiisse in Jus non scriptum Germaniæ commune, adeoque nulla indigere probatione, *Id. Bets. c.* 2. §. 8. Ast generalitas ista, non omnimodam habet certitudinem, *Myns. d. loc. Bets. d. c.* 8. §. 14. *vers. Quamobrem &c.* Et ergo, quando Actor ad aliarum provocat Illustrium familiarum consuetudinem, hanc habuisset in specie probandam, quo magis de ejusdem ad familiam S. extensione vel in applicabilitate licuisset judicare, quippe, quod consuetudo fœminarum in successione exclusiva adversari videatur Juri communi, ideoque stricte veniat accipienda, neque de loco ad locum, de casu ad casum, de persona ad personam, sit extendenda, & facile queat fieri, ut vel minima circumstantia variet casum in tali re, quæ in diversis familiis vario servari solet modo, ex B quibus vero difformibus ac variis actibus haud inducitur consuetudo. *Cravett. Consil.* 96. *n.* 4. 5. *Consil.* 170. *n.* 4. *in fin. Consil.* 313. *n.* 4. *Consil.* 171. *n.* 14. *Consil.* 197. *n.* 12. *vers. optime facit. Mynsing. d. Resp.* 19. *n.* 60. 61. 63. 64. 65. 66. 67. 73. 74. 77. *Torre. de Pact. fut. Success. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 81. 82.

Præcipuum fundamentum ab Actore ponitur in consuetudine particulari familiæ S. quam probare nititur ex quodam antiquo super divisione hæreditatis in Anno 1598. confecto Instrumento: Ponam, extare ejusdem Originale & produci, eousque enim nil probatura erit Copia; ponam quoque, eam hereditatis divisionem concernere familiam S. cum tamen loquitur de familia, quam, licet nominis habeat aliquam similitudinem, aliam tamen esse apparet ex traditis *Speneri Oper. Herald. part. special. lib.* 3. *c.* 33. *Imhoffii notitia Imper. lib.* 6. *c.* 15. Ponam porro, modernam S. gentem per rectam ex ea descendisse Lineam, saltem vel aliud nomen assumsisse, vel utrumque nomen indifferenter usurpasse, aut C errorem in nomine commissum esse, quæ tamen cuncta, si quid probatum velit Actor, demonstranda forent certius, adhuc nihilominus ex prædicto divisionis Instrumento neutiquam aliqua evinci posset familiæ consuetudo, qua à Successione sexus arcetur fœmineus. Si quidem in eo quinque defuncti M. de S. filiis masculis cuncta quidem hereditaria attribuuntur bona, filiæ vero, *Annæ Elisabethæ*, certa duntaxat constituitur dos, qua contenta esse & suæ hereditariæ renunciare debeat portioni, ast expressis in pactum saltem super præsenti casu conceptis verbis:

» Der auch vorgemeldten Jungfrauen Anna » Elisabeth vor ihre Heimsteuer und ande- » res zu entrichten und zu erlegen, freundlich » und einhellig bewilligt und versprochen, » in der Güte und Freundschafft gänzlich » abgeredet und festiglich zu halten zugesaget, » &c. item: Nachdem die Tochter, Jung- » fer Anna Elisabeth / noch zur Zeit ihre » mündige Jahre nicht erreichet, damit dann » künfftiger Zeit ihres Verzichs und Heyraths- » Guths

„Guths halber, zwischen ihr und dero Ge-„brüdern, kein Mißverstand, Unwillen oder „Zanck erwachse, so ist sowohl von dero „Mutter, als Vormund und Freunden, für „rathsam erachtet, auch mit der Jungfer „Annen Elisabethen selbst Bewilli-„gung und *Ratification*, dahin geschlossen „&c. Dieses alles ist durch &c. abgeredt, „vereinbahrt, geschlossen, und also festig-„lich zu halten versprochen und zugesa-„get &c. &c.

Et sic absque ulla consuetudinis mentione, cujus observatione ita voluerint actum, vel quam in futurum familiæ suæ inducere mens esset, cum tamen alterutrum, si ex tali nunc deducenda sit consuetudo actu, fuisset exprimendum, nimirum vel illud, ad probandum jam præexistentem familiæ consuetudinem, vel posterius, ad docendum ejus initium, & quasi ad instar legis constitutionem. *Kelenbenz de renunc. successʃ. q. 7. n. 6. 7. 8. Torre de pact. fut. successʃ. lib. 1. c. 13. n. 33. & seqq.*

Nec enim sufficit ad probationem ejusmodi exclusivæ consuetudinis, si allegetur in hoc vel illo hereditatis casu successisse solos masculos cum exclusione fœminarum, sed oportet specialiter doceri, ita, propter consuetudinem, vel vi talis consuetudinis, factum esse, non alia de causa, cum tale quid etiam contingere potuerit, ex speciali testatoris dispositione, aut, sicut in præfato Exemplo, in casu quoque intestati ex amicabili conventione & pacto saltem super ea causa, sive conservandæ familiæ, sive litium præscindendarum gratia, unde vero aliqua perpetua familiæ neutiquam infertur consuetudo: *Cravett. d. Consʃ. 171. n. 14. d. Consʃ. 197. n. 12. vers. optime facit. Mascard. de probat. concl. 430. n. 1. 2. Mynsing. d. Resp. 10. n. 47. 68.* Imo ipsa, quæ in prædicto divisionis Instrumento placuit, filiæ renunciatio satis innuit defectum consuetudinis fœminarum exclusivæ, quippe quæ se alias haberet ad instar legis vel Statuti, ut nulla renunciatione fuisset opus, *Mynsing. d. Resp. 10. n. 31. verb. pro renunciatis habeantur n. 35. in fin. Betʃ. de statut. pact. & consuetud. famil. Illustr. c. 8. §. 15. Torre d. tr. lib. 2. c. 14. n. 26.*

Taceo, quod ex hoc unico actu, & quidem taliter comparato, ut inde voluntas & consensus consuetudinis inducendæ nequaquam possit elici, eo minus probetur consuetudo fœminarum exclusiva, quo potius, ad eam probationem, requiritur actuum, ut ut in se relevantium, frequentia, unico non aliter sufficiente, quam si mentem inducendæ consuetudinis satis clare & perspicue designet. *Mynsing. d. Resp. 10. n. 34.* Præterea in sæpe memorato Instrumento divisorio res erat de hereditate paterna inter liberos dividenda: Si ergo ex tali actu aliqua fœminarum exclusiva vel maxime arguenda foret consuetudo, sicut non saltem erit in casibus super hereditate paterna inter liberos incidentibus, quadrante huc Parœmia: *Tantum præscriptum quantum possessum.*

Ast hoc forsan Argumentum suum perdet officium, si reponatur, diversitatem esse inter præscriptionem & nostram consuetudinem: Hanc inniti conservandarum familiarum favori, quem æque contra fratris filiam queat allegare patruus, atque vel pater contra filiam, vel frater contra sororem, ut sic, quando in pluribus casibus est eadem ratio, hæc omnes determinet casus, non per extensionem, sed per interpretationem, & generalis ratio, ad instar generis comprehendentis species, comprehendat diversas species casuum emergentium, aut, quando non sunt rationes differentes specie, tamen similes, tunc fit quædam progressio de termino ad terminum per adæquationem seu paritatem, & hoc sensu quædam consuetudinis extensio, *Mynsing. d. Resp. 10. n. 66 67. Jacob. Put. lib. 3. Decisʃ. 3. & 127.* Utique, si jam in quadam familia stet simpliciter consuetudo, quæ conservando agnationis splendori innixa & generaliter sexus fœminei exclusiva sit. Ubi vero talis adhuc probanda, & probatio ex unico quodam, intentionem non satis exprimente, simplici actu desumenda est, merito omnimoda requiritur conformitas rationis, quæ vero, ut alia taceam, etiam ratione Subjectorum & præsumtæ agentium voluntatis diversa est, si in successione vel plures liberi vel fratres & sorores, vel cum filia patruus concurrant. Data enim prioribus casibus graduum & affectionis paritate, facilius præsumi potest, omnium in masculorum prælationem voluntas. An autem non potius quis filiam quam fratrem heredem maluisse videatur, negari vix poterit, ipso ordine ab intestato succedendi, qui naturali se conformat inclinationi, aliud demonstrante.

In præsente quidem casu, tantopere pater filiam in affectione naturali præposuit fratri nostro Actori, ut filiam heredem Testamento instituerit fratre præterito, quod Testamentum, si de cætero teneat, ob prætensam, at non probatam familiæ consuetudinem fœminarum exclusivam, eo minus collabetur, atque adhuc, si talis consuetudo vere existeret, superesset dubium: Num filia per consuetudinem, vel Statutum, propter masculos a successione ab intestato, vel etiam simpliciter, exclusa, censeatur quoque e Testamento exclusa, si hæres fuerit instituta? De casu, ubi exclusionem nominatim a successione ab intestato continet, Statutum vel consuetudo videre licet, *Alexandr. lib. 4. Consil. 15. Puteum lib. 2. Decisʃ. 197. & lib. 3. Decisʃ. 215. n. 3. Rot. Rom. in antiquis tit. de pactis Decisʃ. 4.*

§. VIII.

Ratione bonorum feudalium non solum in prædicta familiæ consuetudine, sed & Jure feudali communi, Actor fundat suam intentionem, ratione consuetudinis, provocans itidem ad istud, de quo hactenus actum, divisorium Instrumentum de Anno 1598. ubi bona feudalia quinque filiis assignantur masculis, ut saltim Senior, omnium communi nomine & sumtu, curet fieri casibus contingenti-

gentibus renovationem investiturarum. Porro in eum non minus finem, quam ad demonstrandum quæ bona sint feudalia, allegat, & producit investiturarum & Reversalium, nec non Transactionum Instrumenta, ceu quia investiturarum Instrumentis, maxime antiquis & postmodum subinde renovatis & recognitis, neque stantibus in contrarium præsumtionibus aut probationibus, probatur feudalitas non solum inter Dominum & Vasallum, sed & in præjudicium tertii. vid. *Alex. lib. 5. consil.* 15. *n.* 2. *Cravett. consil.* 276. *pr. & n.* 1. *vers. secundo, & vers. Quod maxime. Besold. p.* 2. *consil.* 49. *n.* 27. 28. 29. 130. 131. *Cacheran. consil.* 34. *n.* 20. 21. 22.

Insuper intentioni Actoris favent Jura feudalia communia, fœminam à successione feudali, quousque extant masculi, regulariter arcentia, etiamsi feudum alicui fuisset concessum, pro se & hæredibus masculis & fœminis, aut hæredibus utriusque sexus, vel etiam feudi qualitas ita foret comparata, ut ad successionem in eo admitterentur quoque fœminæ, *Schenck. à Taatenberg. comm. ad Jus feud. tit.* 1. *§. Hoc autem notandum n.* 17. *Alexand. lib.* 5. *consil.* 9 *n.* 1. 2. *Gæden. consil.* 14. *Mynsing. cent.* 5. *Obs.* 74. *Francis. Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 49. *Hartm. Pistor. lib.* 2. *Quæst.* 35. *n.* 12. *& seqq. n.* 16. *& seqq. n.* 18. *& seqq. Niell. disp. feud.* 5. *thes.* 2. 3. *Gothofr. Anton. disp. feud.* 6. *th.* 1. *& seqq. usque* 8. *præcipue th.* 5.

Cum tamen aliquando feuda sint ejusdem qualitatis, ut in iis fœminæ ad successionem admittantur, non demum in casum deficientium masculorum ordine successivo, sed vel una & simul cum masculis, vel, ob prioritatem gradus ipsæ solæ, per tradita dict. Doctorum. Ideo perlustranda erunt ab Actore producta feudalia Documenta, ut saltem appareat, an non quædam feuda sua Actorem protinus & manifeste repellant qualitate, quorum ideo ratione producta Instrumenta, ut Reus recognoscat, haud sit opus. Respectu enim reliquorum, quæ Jus Actoris vel aperte vel præsumtive demonstrant, Reæ necessitatem vix effugient recognoscendi vel diffitendi saltem, salva rei veritate salvisque Exceptionibus, ad effectum fundandi, sive pro colorando, sive pro absorbendo possessorio Juris succedendi, quod hic probatum est Actori, utut, postea ex parte modernarum Rearum, quoquo modo elidatur.

Duo autem potissimum ab Actore veniunt probanda, nimirum ipsa feudalis qualitas, quæ facti est, deinde modus & qualitas succedendi. Ratione modi succedendi Actor intentionem pro se habet in Jure fundatam, vid. supr. n. 78. quam saltem ex productis Documentis quoquo modo magis firmari suffecerit; Ast ipsius qualitatis feudalis demonstrationem unice Actor ex dictis intendit Documentis. Opportet ergo eam inde fieri plenissime minimum ad fundandam Actionem hactenus, ut Actor pro se habeat præsumtionem feudalitatis, usque dum ex adverso probatum fuerit contrarium.

Ambo, quæ exhibita sunt, investiturarum Instrumenta de Anno 1660. in personas duntaxat investitorum, scilicet *Friderici* Senioris familiæ ac feudi Curatoris, pro se & suo feudali Agnato, *Emanuele Maximiliano Wilhelmo*, simpliciter sunt concepta, ita, ut neque hæredum fiat mentio, nec tamen etiam investitura quædam expressa restrictione coarctetur ad tempus vitæ investitorum. Hoc feudum nihilominus ad hæredes feudales esse transitorium, non ambigo, v. 1. *feud. tit.* 1. §. 1. 2. 4. *tit.* 13. *in fin. junct. tit.* 14. 11. *feud.* 23. *in f. item tit.* 33. *&* 50. *Paris. de Put. compend. ex Isern. tr. feud. tit.* 8. *ibi. Si feudum concedatur Patri, videtur in consequentia. Cravett. consil.* 965. *num.* 16. 17. *Clar. recept. Sent. Lib.* 4. §. *Feudum. quæst.* 9. *n.* 6. *Schurff. cent.* 2. *Consil.* 34. *n.* 1 eo quidem minus, quia ipsa investituræ verba:

„ Für sich/ als der Zeit Aeltister des
„ Geschlechts/ und im Nahmen seines Le-
„ hens Agnaten &c. item auch solches in
„ vorigen Lehen-Brieffen also ausgezeigt
„ &c. Porro: so von Uns und dem Reich
„ zu Lehen rühren/ und hiebevor von Un-
„ sern hochgeehrten Vorfahren/ Römi-
„ schen Kaysern und Königen/ und dem
„ Heil. Reich das Geschlecht derer von
„ S. und darunter jedesmahl der Aeltiste
„ für sich/ und als Lehen-Träger der an-
„ dern von S. und jüngsthin von Unserm
„ in GOtt ruhenden geehrtesten Herrn
„ und Vattern/ weyland Kayser Fer-
„ dinand dem dritten/ Christ-seeligsten
„ Angedenckens/ auch weyland Otto von
„ S. für sich und im Nahmen vorbemelt
„ seiner Vetter Friderichen und &c. zu
„ Lehen empfangen und tragen/ ihme Fri-
„ derichen von S. aber anjetzo/ nach tödt-
„ lichem Hintritt erst höchst-ged. Ihrer
„ Maj. und Liebden/ und bemeldten Ot-
„ tens von S. &c.

eam feudi satis implicant naturam, quod ad hæredes sit transitorium, & quidem saltem Masculos. Mentio quippe priorum investiturarum, & earum nunc, post obitum Senioris familiæ & feudi Curatoris, in proximis simultanee investitis Agnatis, eorumque Seniore, facta renovatio sufficientissimum successionis feudalis præbet Argumentum, ceu quæ renovatio &, ex parte Vasalli recognitio non invenit locum, nisi vel Domini vel Vasalli mutata fuerit persona, quo casu, sub pœna amissionis feudi, renovatio petenda est II. feud. 3. pr. 24. pr. & 40. pr. Eam vero mutationem tam in persona Vasalli, quam Domini, hic contigisse, ex transcriptis elucet verbis.

Non minus voculæ **Aeltister des Geschlechts**/ item **Lehens** *Agnaten*/ tam successionem important, quam quod ea intelligatur, secundum ordinariam feudi naturam, de masculis. His enim verbis concedens

cedens feudum respexit non ad solas personas investitas, sed ad totam gentem, seu familiam, totamque Agnationem, nec ergo aliter quam per successionem licuit assequi, quod concedens voluit & alter acceptavit. In tali vero successione, ubi respectus est ad familiam, ad agnationem, ad familiæ senioratum, haud venire queunt fœminæ, quæ sunt familiæ suæ & agnationis caput atque finis *Bald. vol.* 5. *consil.* 473. *n* 3. *Catheran. decis.* 127. *Viv. lib.* 1. *decis.* 10. Et quidem tanto magis hæc de agnatione hic capienda est interpretatio, cum explicativa addatur vox Lehens *Agnat*, quales agnati regulariter, ni aliud sit expressum, sunt saltem masculi.

Per investituram quadr. prædicto *Friderico de S* in Anno 1669. feudum plane noviter constitutum est à Ludovico Henrico, Comite Palatino Rheni, expressim pro se & hæredibus feudalibus masculis, ihme und seinen Leibs-Lehens-Erben Männlichen Geschlechts zu einem rechten Mann-Lehen/ de quo ergo nullum superest dubium. v. *Zas. lib.* 2. *consil.* 8. *n.* 34. 35. Idem censendum est de feudo in Anno 1571. à Friderico Electore Palatino sub constituto *Meinhardo de S* propter clara & expressa investituræ verba: Ihme und seinen Leibs-Mann Lehens-Erben zu Leibs Mann-Lehen ꝛc.

Quamvis enim, qui ob bene merita dicto Meinhardo de S contulerat feudum, prænominatus Elector sibi suisque in Electoratu hæredibus reservaverit liberam facultatem, pro certæ pecuniæ Summa, feudum redimendi, vel etiam aliud æquivalens feudum in locum ejus substituendi, aut, loco illius, alia æquivalentia bona in feudum conferendi, atque sic, in casum pro pecunia redemtionis, ex parte Rearum moveri possit quæstio: Utrum ea pecunia sit allodialis vel feudalis habenda? *v. Hartm. Pistor. lib.* 3. *quæst.* 24. *n.* 18. *& seqq. Schurff. cent.* 1. *consil.* 11. *cent.* 3. *consil.* 22. *Cœppen decis. quæst.* 18. Tamen, quoad ea redemtio contingit, feudum hoc indubie ad solos pertinet hæredes feudales masculos, quorum quoque conditio in casu redemtionis, (quicquid alias in Thesi statuendum sit,) potior hic esse videtur, tum propter non obscuram voluntatis declarationem, qua concedens redemtionem paciscitur, sibi, vel hæredibus suis, à Vasallo ejusve hæredibus feudalibus, (quasi cum allodialibus nulla res sit,) faciendam, quum quia ex eo, quando alternative ponitur pro pecunia, aut pro aliis æquivalentibus bonis *in feudum conferendis*, apparet verisimilitudo, adjectam posteriori alternativæ qualitatem etiam inesse priori, adeoque expresse ita pactam, ut itidem, pecunia soluta, rursus in feudum reducatur, quod pactum valere extra dubietatis positum est aleam. Minimum nostræ Reæ ex redemtione, si nunc demum fieret, aliquod sperare vix possunt commodum, quia res nunc est de hereditate sui defuncti resp. patris ac mariti, in qua vero hæreditate haud foret pecunia, ceu quæ præsupponeret redemtionem, vivente patre & resp. marito esse factam. Potius de feudo ipso nondum redemto hic quæstio est, quod sub hæreditate non continetur, *Curt. Sen. consil.* 61. *n.* 3. Sed statim post obitum Vasalli quæsitum est Actori, tanquam successori feudali. Quemadmodum tamen hoc omne ulteriorem, si de eo ageretur controversia, requireret discussionem, ita suo pro nunc id pono loco, feudum in eo considerans statu, inque ea qualitate, quo quave gaudet nondum redemtum.

Per eam, quæ ab Electore Palatino Friderico in Anno 1615. facta fuit investituræ renovatio, satis liquet? Tum de feudalitate, quum de qualitate eorum feudorum actum fuisse. Extincta quippe familia Dominorum *Schlichters de Erpenstein* feuda ista Electoratui Palatino fuere aperta, & postmodum ab Electore Friderico, prædicti Friderici patre, *Wolffio Riedeseln de Bellersheim* noviter in feudum collata, eaque investitura, defuncto Wolffio, ejusdem filio, *Johanni Friderico Riedeseln de Bellersheim* renovata, quæ renovatio, defuncto postmodum Electore Friderico & finita, in qua ejusdem filius Fridericus constitutus erat, curatela, ab hoc Friderico filio denuo contigit præfato *Johanni Friderico Riedeseln de Bellersheim* in investituræ instrumento de Anno 1615. Feuda in eo descripta partim sunt Burgensia, partim alia, cuncta tamen agnationem & familiam respicientia arg. verbor.

„ Des Aeltern seligen / welcher keine
„ Leibs-Burgs-Lehens-Erben hinterlassen ꝛc. item zu einem Burg-Lehen und
„ Lehen / nec non, und soll vorgemeldter Johann Friderich Riedesel von
„ Bellersheim/ und seine Burg-Lehens-
„ Erben/ das Burg-Lehen/ und er und
„ seine Lehens-Erben das Lehen &c. vid.
„ supr. num. 78.

Et quidem feuda *Burgensia & castrensia* tantopere censentur esse masculina, ut quoque in Curia Fuldensi & Hirsfeldensi habeantur talia, quamvis alias in Feudis Fuldensibus & Hirsfeldensibus admittantur masculis non extantibus, etiam fœminæ, vid. *Besold. thes. pract. voce* Burg-Lehen *add. Wehner. Obs. pract. voc.* Fuldisch Lehen. Neque in præsenti casu aliter statuendum est, quod in investitura non fiat aliqua mentio defensionis castri, sed quidem nominetur unum feudum ein Burg-Lehen/ reliqua simpliciter Lehen cuncta tamen concedantur pari Jure & ad eandem commoditatem, ut re ipsa aliquod feudum vere Burgense aut castrense non videatur subesse. Minimum enim ordinaria feudi gaudet natura, quæ itidem fœminas excludit, supr. n. 78. si non differentia quædam plane sit aperta in verbis: Burg-Lehen und Lehen/ Burg-Lehens-Erben und Lehens-Erben/ nec non feudo Burgensi conveniens præstatio contineatur verbis: und zu thun alles/ das Burg-Mann ihrem Herrn von solches Lehen wegen

wegen schuldig und pflichtig seynd/ und billich thun sollen.

Si quidpiam Reas juvare potuisset, hoc saltem re integra fuisset, quod Actor nondum probaverit quomodo hæc feuda ex familia Dominorum de Riedesel à Bellersheim ad Gentem S. derivata fuerint: Quippe cum sola instrumenta super investitura quadam antiqua pro alia familia confecta possessio absque aliis adminiculis nequaquam sufficiat, *Coler. de Process. execut. p. 2. c. 2. n. 55. & seqq.* Eandem probationem præstandam re integra habuisset Actor respectu feudi alterius ex familiis Dominorum de Sponheim & de Stockheim, (quibus in communione pro partibus æqualibus ea investituræ renovatio in Anno 1560. ab Electore Palatino Friderico fuit facta,) ad S. familiam delati.

De cætero hoc feudum masculinum esse clarescit ex verbis: zu Mann-Lehen / und ihr Mann-Lehens-Erben. Per Transactionem inter Domum Electoralem Palatinam & Schombergicam in Anno 1683. initam, jura *Wildfangiatus* in pagos *Gommersheim*, *Freisbach*, *Altorff*, concessa sunt zu Erb-Lehen / in pagis quoque *Wald-Labersheim & Wald-Algesheim* zu Mann-Lehen. Cum vero feuda hæreditaria diversarum sint qualitatum, & nisi ex tenore investituræ vel statuto, aut consuetudine loci familiæve appareat de proprietate absoluta, qua penitus, quoad successionem allodialibus exæquata sunt bonis, nec solummodo ratione modi succedendi adhuc in iis ordo obtineat successivus, & non admittatur sexus fœmineus, quousque extant masculi *Cravett. Consil. 256. n. 5. Consil. 509. n. 1. 2. & seqq. consil. 606. n. 1. Hartm. Pistor. Lib. 2. Quæst. 1. n. 37. & seqq. Carpzov. lib. 6. tit. 8. Resp. 82. & p. 3. Const. def. 11. & 13.* ideo Actoris pro coloranda possessionis apprehensione intentio adhuc videtur fundata esse, donec ex altera parte alia horum feudorum hæreditariorum demonstretur qualitas.

In alio investituræ Instrumento de Anno 1662. qualitas feudorum satis perspicue exprimitur, quod scilicet respectum habeant ad agnationem & familiam, sintque masculina. Refertur enim, quomodo familia dominorum de S. illa feuda ubique per seniorem familiæ nomine omnium recognoverit à Domo Palatina Simmerensi, atque renovationes investiturarum subinde casibus contingentibus fuerint factæ; quomodo tandem Johannes Otto de S. tanquam Senior domus, ob neglectam renovationis investituræ petitionem iis ceciderit feudis, & hæc domui Simmerensi fuerint aperta. Postmodum Dux Ludovicus Henricus, Comes Palatinus Rheni, in Anno 1662. quasi ex nova gratia investivit Fridericum de S. Actoris & primi Rei patrem, tanquam Seniorem familiæ pro se & A Agnato Emanuele, Maximiliano Wilhelmo de S.

Ulterius hanc feudorum specificatorum qualitatem arguunt verba: „ Das Geschlecht derer von S. als selbiger Zeit Aeltister des Stamms und Hauses S. für sich „ und seine Brüder: auch seines verstorbenen „ Bruders hinterlassenen Sohns / und für „ seine Vetter zu einem rechten Mann-Lehen: „ als nunmehr Aeltisten des Stamms und „ Hauses S. für sich und von wegen seines „ Vettern / wie solches von unsern geliebten „ Vorfahren / ihne Voreltern getragen ha„ ben / wiederum zu einem rechten Mann-Le„ hen &c. Ex quibus cunctis simul patet succedendi Jus, quantumvis de hæredibus nulla expressim fuit mentio. Porro describitur feudum ab antiquo recognitum per Seniorem familiæ de S. nomine omnium ab Electore Palatino Friderico, tutorio tunc nomine, Henrico Dieterico de S. Seniori familiæ, Principis Simmerensis & collatum, B pro se & fratribus Georgio Wolffio ac Johanne Ottone, nec non prædefuncti fratris, Johannis Meinhardi filio Friderico, itemque pro Agnatis Johanne Carolo & Ottone Friderico filiis Simonis Rudolphi, cunctis de S. in Anno 1616. & ulteriorem notam ordinariæ qualitatis feudalis præbent verba. Und seine Mitlehens-Genossen/ „ als dieser Zeit dem Aeltisten des Stamms „ und Hauses S. solche Lehn-Stücke: Gebrü„ dern und ihren Leibs-Mann-Lehens-Erben „ zu rechten Mann-Lehen: daß sie ferner zu „ Mann-Lehen: alsso für sich / seine Gebrüdere „ und Vettern / obbenennt: und allezeit zu „ thun / was ein Mann seinem Herrn von sol„ ches Mann-Lehens wegen durch Gewohn„ heit oder Recht schuldig und pflichtig zu thun. Reservatur denique reluitio pro tenore priorum investiturarum.

C Aliud feudi genus suppeditare videtur renovationis Instrumentum de Anno 1558. hereditarii & emptitii, quod antiquis temporibus à Comitibus de Zvveybrück, tanquam hereditarium, recognoverunt domini de Altorff, dicti Krobsburg. Postmodum consentiente domino directo, Jacobo, Comite de Zvveybrück, ab Hansio de Altorff id emtionis titulo comparavit Henricus Riedesel, investitus ab eodem Comite in Anno 1558. De hinc dominium directum, mediante conjugio ad domum Hanoviensem translatum fuit, & à Comite Philippo investituræ renovationem accepit emptoris Henrici filius Wolff Riedesel de Bellersheim, denuo à Comite Johanne Reinhardo Philippi filio in Anno 1600. investitus. Notæ feudi hæreditarii sunt, „ veluti: Die Erb-Lehen / so Hanß von Altorff / „ genannt Krobsburg / und desselben Vorel„ tern zu Erb-Lehen empfangen. Item von Han„ sen von Altorff mit Vorwissen / Consens und „ Bewilligung weyland ꝛc. an sich erkaufft: „ zu rechten Erb-Lehen gebrauchen: auch zu „ Erb-Lehen empfangen / daß er und seine Erben

ben, für sich und seine Erben. » Non tamen harum expressionum movere videtur ulla, ut non minimum si fœminas a successione penitus arcere haud liceat, idem de hoc sentiendum hereditario feudo, quod de alio hereditario monitum supra. Etiamsi enim quatenus verba attinet, für sich und seine Erben, non simus hic in casu dubio, ubi cuidam feudum simpliciter constitutum *pro se & heredibus*, ita ut Quæstio, an tale feudum ex pacto & providentia, an hereditarium censendum sit, queat oriri, quam alias Quæstionem examinant *Cravett. Consil.* 954. *n.* 6. *Consil.* 965. *n.*14. *& seqq. Jul. Clar. recept. Sentent. lib.* 4. §. *Feudum Quæst.* 9. *n.*7. *item comm. opin. voc. Feudum verf. feudum datum pro se & heredibus est quidem Francisc. de Eccles. ap. Leonhard. a Lege Consil. feud.* 40. *n.* 8. 9. *& seqq.* Sed potius dicta de heredibus verba sint relativa & correspectiva ad antecedentem expressam feudi hereditarii constitutionem & nominationem, ut id hereditarium esse plane non sit ambigendum & ex voc. zu rechten Erb-Lehen vel mere tale esse videatur, *Gothofred. Anton. disp. feud.* 1. *th.* 8. *lit. d. verf. quorsum ab Andr. Knich. Struv. Synt. feud. c.* 4. *aph.* 11. *n.*4. *in fin.* tamen in feudo quoque hereditario (quod in dubio, & nisi absolute tale esse perspicue appareat, saltem secundum quid hereditarium intelligitur) non succedere fœminas, quousque existunt masculi, superius evictum est, *Add. Francisc. de Eccles. d. conf. n.* 12. Nostrum insuper hic feudum de tali esse genere, quod etsi hereditarium a Successione nihilominus repellat fœminas, præter modo dictam præsumtionem arguunt etiam verba: » Zu Erb-» Lehen empfangen, getragen, und vermannet: Item empfahen, vermannen, und » tragen sollen: Porro alles zu thun, so ein » getreuer Mann seinem Herrn von solcher » Lehen-Empfängniß wegen billig und durch » Recht schuldig und verbunden ist. Qualis præstatio, respectum habens ad enunciationes præcedentes, vermannen, videtur capienda esse de serviriis militaribus & Viro convenientibus, adeoq; feudum importantibus masculinum, *Wehner. Obs. pr. voc.* Mann-Lehen. *Kirchov. commun. opinion. cent.* 3. *Conclus.* 60. *in fin. verf. sed. adjectis aliquibus verbis, ex quibus constare potest &c. quam servitiorum qualitatem ibidem* innuunt verba: getreuer Mann, cum Appellatio masculi ob diversam significationem vocabuli, ad differentiam fœminei sexus demonstrandam inventi, haud contineat fœminas *arg. l. quæritur* 10. *ff. de stat. hom.* & vocabulum istud masculi aliquid operetur, *l. si quando* 109. *ff. de Legat.* 1. *c. si Papa* 10. *de privileg. in* 6. sitque fœminarum exclusivum *arg. L. cum Prætor,* 12. *ff. de judic. Durant. de art. testand & Cautel. ult. volunt. tit.* 5. *Caut.* 17. *n.* 3. præsertim in materia differenti, & ubi Statutum vel dispositio hominum facit inter masculos & fœminas differentiam, *Durand. d. Caut.* 17. *n.* 12. atque sic etiam, & eo quidem magis, in nostra materia feudali, in qua non venit fœmina Appellatione maris. *Zas. lib.* 2. *Consil.* 8. *n.* 35. Eaque propter hic nuncupatio, eines rechten Erb-Lehens, ex aliis Investituræ passibus recipit interpretationem qualitatis hereditariæ, secundum quid, saltem ratione modi successionis.

Porro per talem ex ipso Investituræ Instrumento elicitam, argumentationem quoque evincitur, adquisitionem feudi per Emtionem nil Juris ad successionem sexui afferre fœminino: Prævalet enim, ita posito, illorum in Thesi Sententia, qui feuda emtitia inter penitus impropria habentes, ea magis contractus quam feudi Jure censent, ideoque fœminas in iis ad successionem simpliciter admittunt. vid. *Curt. Sen. conf.* 48. *n.* 11. 12. 13. *Jul. Clar. recept. Sentent. lib.* 4. §. *Feudum quæst.* 73. *n.* 6. *a se diversus. in commun. opinion. voc. Feudum. acquiri posse. Kirchov. commun. opin. cent.* 3. *conclus.* 46. *&* 52. *Bursat. conf.* 4. *n.* 15. 16. *Natta. Vol.* 1. *consil.* 159. *n.* 14. *& seqq. conf.* 216. *n.* 2. *& seqq. Vol.* 2. *conf.* 393. *num.* 8. *Tessaur. Decis.* 146. *n.* 9. *Gail. lib.* 2. *Observ.* 159. *Thilem. de Benign. Resp. testam. feud.* 2. *Conclus.* 1. *n.* 16. *& seqq. Vultej. de feud. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 45. *Arumæ. disp. feud.* 2. *th* 5. sibi forsan ob diversitatem respondentium contrarius. *disp.* 6 *th.* 16. In præsenti tamen casu, quo feudum non primitus emtione fuit quæsitum a Domino, sed ejusmodi Titulus demum postea, neque tum inter Dominum feudi & Emtorem, sed illius saltem consensu inter Vasallum & Emtorem, intercessit, nil potuit sola Emtionis interventione pristina alterari feudi natura, vel ipsis iis fatentibus, qui modo num. præc. dictam fovent Sententiam, *vid. Curt. Sen. Consil.* 49. *n.* 5. *&* 6. Et ergo per solam intervenientem emtionem non magis hereditarium factum est feudum, quam ante fuit, præsertim quia ad veteres fit relatio Investituras, atque expressa additur cautela, daß Er (sc. Emtor) und seine Erben hinfürter, an statt des von Altdorff, Ihrer Lubden Lehen-Mann seyn, dieselbe Lehen-Stück so offt sich gebührt, von denjenigen, auf welche sie erblich (hæc verba Dominium respiciunt saltem directum) kommen werden, empfahen, vermannen und tragen sollen. Sicut ergo hoc feudum hereditarium ante interventionem Emtionis, non de communi apparuit esse natura, qua in feudis non expressim mere hereditariis, alias locum habet ordo successivus, sed de eo genere, in quo ex ipsius tenore Investituræ arcentur a Successione mulieres penitus, etiam tunc, quando non extant masculi, qualitatis hereditariæ concessione ad alios duntaxat effectus spectante, ut quoque alii, quam feudales heredes queant venire, soli tamen masculi, ita post emtionem eadem cautela fuit repetita, & sic non minus emtitia, quam anterior hereditaria, qualitas modificata, ut duntaxat succedendi spem habeant masculi, qui satis expressus Investituræ tenor, (*quicquid sit in thesi, vide speciatim Tessaur. d. Dec.* 146. *n.* 9. *verf. Nec obstat*) merito attenditur *Zas. lib.* 1. *Consil.* 12. *n.* 88. *in f. & lib.* 2. *Consil* 8. *n.* 35. *verf. Quod maxime. Clar. recept. Sent. lib.* 4. §. *Feudum num.* 6. *verf. Quam tamen. Gabriel Roman. lib.* 2. *tit. de feudis conclus.* 2. *n.* 8.

Et multum insuper juvatur æque communi aliorum in Thesi contraria opinione, qua feudum, etiam primitus pecunia a Domino

ad emtum, saltem ratione modi adquisitionis a feudorum deviare natura, de cætero A vero eam retinere, ideoque a Successione fœminas plane cohiberi evincitur. *vid. Jacob. de S. Georg. de feud. §. Et fœminis n. 6. 7. Zas. d. num. 88. Et Consil. 13. n. 26. 27. 28. item lib. 2. Consil. 8. n. 23. & seqq. junct. n. 33. & seq. Consil. 22. n. 22. & seq. Mynsing. cent. 5. Obs. 73. Hartm. Pistor. lib. 2. Quæst. 38. n. 45. & seqq. Borcholt. Comment. feud. c. 7. tit. de Success. secundo modo &c. n. 65. vers. Cæterum contra Odofred. Sezser. desp. feud. 3. thes. 13. lit. K. Gothofred. Anton. desp. feud. 6. th. 1. lit. f.*

Antequam tamen Reis injungi potuisset hujus Documenti recognitio, Actor se ad id qualificare habuisset opus, probando Titulum derivationis ex Familia Dominorum de Riedesel in Familiam S.

Renovatio quæ a Comitibus de Nassau-Saarbrücken, Friderico de S. pro se & Agnato Emanuele Maximiliano Wilhelmo, in Anno 1680. facta fuit, expressam continet mentionem priorum Investiturarum, ut non B inde solum de feudalitate ac feudorum qualitate constet, sed & ex verbis:

» Und ihren Leibes-Lehens-Erben zu rechten Mann-Lehen geliehen habe, wie von weyland Unsern geehrten Vorfahren, dem Grafen zu Nassau-Saarbrücken, ihren Vor-Eltern belehnet worden: Geschworen Uns ꝛc. die vorgemeldte Lehen mit zu verdienen, zu **vermannen** &c. Alles zu thun, das ein gut und getreuer **Mann** seinem Herrn schuldig ist.

Non quicquam eam qualitatem immutatam esse putandum est, quod Vasallus quasdam feudi partes per initam Transactionem domino cessisse, hic vero vigore istius Transactionis, alia bona in feudum substituisse dicatur, cum surrogatum sapiat naturam ejus in cujus locum fuit surrogatum, *Arg. l. 32. & 54. ff. de Jur. dot. l. 70. §. ult. ff. de Legat. 2. l. 28. §. Titia ff. de condit. demonstr. Besold. p. 3. Consil. 92. n. 36.* hic quidem indubie, quia de eadem feudalitate bonorum surrogatorum ex- C presse fuit cautum, atque hæc eadem feudalitatis lege, qua priora sunt concessa, ut non supersit aliqua inter priora & surrogata diversitas. *vid. Mev. Consil. 39. n. 108. & seq. Barbos. & Tabor. loc. commun. lib. 17. c. 68. jung. Göden Vol. 8. cons. 6. n. 22. & seqq. ad fin.*

In Copia Reversalium de Anno 1572. inserta legitur Investitura collata a Salentino, Electore Coloniensi, Comite de Isenburg, Meinhardo de S. pro se & Agnatis Dieterico & Simone Rudolpho de S. & quidem fit mentio bene meritorum ipsius Meinhardi & parentum suorum erga prædictum Salentinum, ejusque parentes, qualitas tamen feudi satis expressa est in verbis:

» Ihme und seinen Vettern Dietherichen und Simon Rudolphen von S. zu rechtem **Mann-Lehen** gegeben und geliehen; Item, und seine Leibes-Lehens-Erben: Porro: Mit treuen Hulden, Eyden und schuldigen Diensten, das **Mann-Lehen** zu allen Zeiten zu empfahen, **vermannen** und bedienen, alles das zu thun, das man ihrem Herrn solcher Lehen zu thun schuldig.

Quam ideo feudi masculini qualitatem apertis verbis expressam non quicquam infringit illa, quæ communiter perhibetur, consuetudo, qua feuda ab Archi-Episcopatu Coloniensi dependentia ad fœminas sunt transitoria, *Thummermuth. tract.* **Krumbstab schleust niemand auß** ꝛc. eo quidem magis atque ea consuetudo in se non est universalis, & quoque hæc feuda non ab Episcopatu recognoscuntur Coloniensi, sed a Comitatu Isenburg. Quia tamen dictæ Reversales in simplici nequidem vidimata, productæ sunt Copia, haud debuisset a Reis exigi, ante Originalis exhibitionem, recognitio vel diffessio.

Qualitas feudi a Ludovico de Hirschhorn tanquam Domino directo, per Vasallum Leo de Remhingen in Ao. 1576. recogniti dici potest ex verbis: » Zu rechtem Mann-Lehen: Als ihrem nechsthinterlassenen Lehens-Agnaten: solch Lehen hiebevor von meinen Eltern mit und dem Stamm Hirschhorn: Was ein **Mann** seinem Lehen-Herrn **vermannen, verdienen** ꝛc.

Sed necessum fuisset ut Actor probasset derivationem e Familia Remhingiana in S.

Quæ data fuit in Anno 1683. super facta recognitione feudi attestatio, respicit Fridericum de S. Actoris & primi Rei patrem, ac Franciscum Volrathum de Obertraut in communione. Feudum id per Mandatarium recognoverunt ab Alexandro, Abbate Cæsareæ Prælaturæ de S. Maximin. ejusque qualitas quodammodo elucet ex verbis:

» Mit dem Lehen, so weyland ihre Vor-Eltern, Henrich Dietherich von S. sodann Hanß Mich. von Obertraut, und Dero Herren Gebrüdere, von Unsern Vorfahren, ꝛc. getragen, **vermannet** und **bedienet** ꝛc. Item, die Lehen zu ergäntzen, und selbige keinerley Weiß zu veräussern, ohne Unsern, ꝛc. auch sonsten alles dasjenige zu thun und zu leisten, das getreue **Lehn-Männer** ihrem rechten natürlichen Lehen-Herrn schuldig und pflichtig.

Ex his summarie deductis in possessorio judicio, constare poterit verisimiliter de fundata quadantenus intentione Actoris, ratione prætensi tituli colorati; Facile nunc poterit judicari, haud contra Jus & Justitiam videri factum, quando Reis per Sententiam 26. Octobr. 1701. latam, 7. April. 1702. iteratam, recognitio vel diffessio horum Documentorum feudalium fuit injuncta. Quæ Sententiæ, cum vires acceperint rei judicatæ, nec tamen a reis paritio præstita, nunc pro recogni-

cognitis prædicta acceptanda erunt Documenta.

§. X.

Gressus faciendus jam ad alterum, quod probandum Actori incumbebat membrum, nimirum, turbationem in sua possessione. Reus in suis Exceptionibus non tantopere negavit ipsa in se narrata facta, sed negavit esse turbativa, contendens, ea potius esse suæ possessionis contra Adversarias, turbationes, aut turbationum jam ante in causa Archivi attentatarum, ulteriores continuationes defensivæ, eo quod Reus fuisset in anteriori possessione, etiam proprio suo, nec solum Administratorio Jure, quam insuper ob suam in aliis Provinciis hereditatis partem ab Actore præreptam, optimo retentionis tenuisset Jure, & jam præventione quadam in causa Archivi Mandatum impetrasset contra Actorem. Videtur itaque, quatenus ratione ipsorum ab Actore propositorum factorum Reus non suscipit litem, hactenus nulla amplius turbationis opus esse probatione: *Bocat. de interdict. ut possid. c.* 14. *n.* 4. Quæ vero facta, an turbativa censenda sint vel defensiva, & a qua parte hæc vel illa probanda veniat qualitas, constabit ex dicendis ad Quæstionem:

An intentatà Actio ex Interdicto sit elisa?

§. XI.

Apprehensionem possessionis, in qua præcipue Actor fundavit Actionem Reus, modo reæ, impugnant tanquam ideo vitiosam, quod tempore apprehensionum possessio non fuerit vacua. Se enim Reum possedisse bona paterna in Germania sita, jam tum vivente patre eoque in A. 1690. defuncto, possessionem nihilominus, absque ulla Actoris contradictione, proprio hereditario minimum partim retentionis Jure continuasse, tam percipiendo, etiam quoad fieri potuisset, belli ac hostilis Gallicæ occupationis tempore fructus, aliosque dominii & possessionis exercendo Actus, quam post pacem conclusam & Gallicam evacuationem die 28. Jan. 1698. a subditis homagialem recipiendo fidelitatem, antequam Actor demum die 20. Maji 1698. possessionem prætense curasset apprehendi, cujus insuper attentatæ apprehensioni rei contradixissent Officiales, ipsique etiam Subditi, Reusque huc suæ institisset possessioni. Quam porro non solum ex iisdem capitibus sed & vi novæ apprehensionis, continuassent, ejusdem ex Testamento heredes, modernæ scilicet Reæ.

Quibus omnibus quoad ipsa facta non tantopere se opposuit Actor, saltem reponens, reum possedisse prædicta bona ex concessione vel conniventia Patris, Jure familiaritatis, atque sic nomine Patris. Post hujus obitum filios ejusdem juniores, Actorem scilicet *Meinhardum* & *Carolum*, fuisse impeditos in suarum portionum apprehensione, quia bona stetissent in Gallica, hostili manu, & ipsi, tanquam Angliæ militiæ præfecti Generales, pro coronæ Gallicæ hostibus essent habiti. Per hanc contigisse occasionem, ut frater suus natu major scilicet Reus, ex quodam cum milite Gallico inito locationis conductionis, seu admodiationis contractu, in bonorum solus venisset possessionem, ratione tamen duarum tertiarum saltem Administratio & fratrum nomine Jure quasi familiaritatis. Se filios juniores in hanc sui fratris Administrationem eo lubentius consensisse, atque alium vel conductorem vel Administratorem, qui quadam polleret auctoritate, non licuisset invenire. Bello peracto hostiumque per pacem profligato metu, cum interea *Caroli* Testamentaria institutione factus esset *Meinhardus* ejusdem heres, hunc pro duabus partibus (seu pro sua tertia ac porro totius fraternæ hereditatis) possessionem apprehendisse, & quando jam Reus eam proprio nomine suam esse contendebat, ex Interdicto fuisse contra eum Actum, ac Mandatum, de quo agitur, obtentum.

Non multum igitur laborandum est, super examinatione probationum possessionis anterioris, quas in medium protulit Reus, cum, quatenus ipsum possessionis anterioris factum attinet, Actoris confessio sit ex modo dictis, in aprico & claris verbis expressa, insuper implicite ex ipsis Mandati narratis facile colligatur, cum, qui alium in Libello nuncupat possessorem, detentorem vel occupatorem quantumvis indebitum, injustum, illegitimum vel intrusum, hac ipsa enunciatione eum agnoscat possessorem, quæ sola, multo magis expressis facta verbis confessio, propter illam, quæ contra enunciantem stat, præsumtionem, ut scilicet in dubio possessio habeatur justa, legitima & non vitiosa, potest acceptari, rejecta allegata vitii qualitate, ad eum quoque effectum, ut possessor sit manutenendus, donec ab enunciante possessionis vitiositas fuerit probata, *vid. Cravett. cons.* 150. *n.* 5. *Grivell. Decis.* 12. *n.* 15. *Posth. de manutenend. Obs.* 19: *n.* 20 21. *& Subnex. Rot. Rom. Decis.* 528. *n.* 3. *Decis.* 552. *n.* 2. 3.

Quibus conveniens est, quando hic Actor, tam expresse quam tacite, confitetur anteriorem rei possessionem, saltem eam familiaritatis censens Jure, & tanquam alieno, non proprio nomine fuisset penes Reum, ut illa rei possessio sit eo usque manutenibilis, donec familiaritatis affectio ab allegante fuerit demonstrata, ceu quod, nullis in contrarium stantibus conjecturis, haud præsumatur quis alieno, sed proprio possidere nomine, *Natt. tom.* 3. *Consil.* 502. *n.* 15. *Post. d. Observ.* 19. *n* 22. *& d. Decis.* 528. *n.* 3. *junct. Decis.* 325. *n.* 8. Atque ideo licet alias possessio satis videatur esse probata per Instrumentum apprehensæ, etiam per Procuratorem possessionis, ac talis mere Instrumentalis possessio, maxime quando foret colorata Titulo, aut capta authoritate Magistratus, vel staret aliqua ejus effectuatio, habeatur manutenibilis, ubi alius in possessione non ante extiterit reali. *Post. d.* Dec.

*Decis.*528.*n.*2. *Decis.*402.*n.*1.2.3. *Dec.*434.*n.*1. *Dec.*457.*n.*2.3. *Dec.*502.*n.*2. *Dec.*544.*n.*1. *Dec.*545.*n.*1. *Dec.*582.*n.*1.2. *Dec.*583.*n.*1.2.3. *Dec.*589.*n.*1.6. *Dec.*590.*n.*1.2. *Dec.*593.*n.*1. *Dec.*611.*n.*5. *Dec.*618.*n.*1. *Dec.*624.*n.*1.2. *Dec.*633.*n.*1.

Non quicquam Actori suffragari poterit sua per Procuratorem apprehensio, quod juxta propriam, modo ante deductam, ejus confessionem Reus jam ante fuerit in possessione, minimum naturali, quæ subsecutam Actoris adeptionem facit haud manutenibilem, *Post. Decis.*405.*n.*3. *Decis.* 421.*n.*3. *Dec.* 515.*n.*2. quousque non probaverit Reum possedisse haud suo sed alieno nomine familiaritatis Jure, ceu quia ea probatione cessante, possessione autem Rei in se confessa & probata, Reus hoc ipso videatur, quod Actor, quatenus ex prehensione possidet, vi a se Reo possideat, atque sic plus quam Actor probasse. *Bocat. de interd. uti possid. c.* 14. *n.* 19.

Proinde investigandum est: An & quatenus ab Actore appareat demonstratum, quod Reus possederit Jure familiaritatis? Sane respectu illius quam Reus vivente habuit Patre, possessionis pro eodem unica quidem militat præsumtio, quod seorsim habitaverit a Patre, *vid. Put. lib.* 2. *Dec.* 73.*n. ult.* Ast fortiores quædam contra ipsum & pro Actore stant præsumtiones efficientes, ut potius Jure familiaritatis & Patris nomine, quam proprio Jure videri queat possedisse, nimirum, quod, ipso confitente Reo, bona indubie dominii Jure spectarint ad Patrem, nec ullum Reus suæ possessionis præ se ferat colorem, nisi quod sit verisimile, ipsum propter absentiam Patris peregre militantis, ejusdem bona vel administrasse, vel, dum jam ab hostibus occupata essent ab his conduxisse. Si prius omnino stat præsumtio, Reum non proprio sed familiaritatis Jure administrasse. *Honded. Vol.* 1. *Cons.* 20. *n.* 13. ceu qui tunc proprio adhuc nomine citra peccatum haud potuit possidere. *Mart. Neap. tom.* 3. *digest. tit. possessio. c.*66. atque de cujus non Jure in proprietate satis constitit luculenter, *Put. d. Decis.*73.*n.*2.& 10. *add. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib.*2. *cent.* 2. *cas.* 160.*n.*12.13.16. Qualis vero administratio, licet habuerit corporalem insistentiam, caruit tamen animo, qui non minus ad adquirendam necessarius fuisset possessionem. *Posthius supr. citat. Decis.*325.*n.*8. Ubi vero posterius, itidem de possessione vanam Reus jactat gloriam. Sive enim ea fuit mente, ut crediderit, bellica occupatione bona Patris fuisse penitus amissa, atque sine recuperandi spe, in dominium possessionemque cessisse hostium occupantium, tum quod ista bona sub Germanica a Gallis occupata Provincia fuerint comprehensa, quum quod dictus Rei pater tanquam militiæ Anglicæ Præfectus Generalis, a Gallis haberetur pro hoste, ut sic Reus quasi extraneus ab eo conduxerit, qui belli Jure constitutus erat dominus, sive spe Juris postliminii, ac intuitu ejus, quam post obitum Patris sibi promittere poterat, successionis, ob quam quasi vivente Patre, quodammodo bonorum fuit condominus. *l.* 11. *ff. de lib. & Posth. hær. instit. add. Vot. inter easd. in caus. Mandati de extrad. Archiv. n.* 26. voluit saltem Patris dominium & possessionem, quocunque meliori modo bellicis temporibus fieri posset, aliquatenus salvare, ac bona Patris quodam provisionali conductionis, ad interim titulo retinere, quam ut Pater omni eorum careret possessione.

Neutro tamen casu sua possessio sibi valet in præsenti suffragari causa: Non illo casu, quia non ipse possedisset, ceu penes quem saltem ex temporali causa animo quidem rem habendi & non opinione domini, fuit nuda detentio, potius belli Jure factus novus dominus per ipsum tanquam colonum, habuisset possessionem *l.* 1. *C. commun. de usucap. l.*9. *l.*12.*pr. l.* 18. *pr. lib.*31. *l.* 52. *pr. ff. de adquir. possess.* quamvis non negaverim, si durante hostium quæsito dominio vel ipse Pater vel alius tertius voluisset invadere possessionem, ipsi conductori solam naturalem detentionem potuisse ad manutenendum prodesse cum Pater tali perpetua hostium occupatione omne dominium omnemque possessionem amisisset penitus, ideoque instar extranei esset habendus. Quemadmodum vero in tali casu haud nos versari non minus verisimilitudo Argumento est, qua Pater cunctique ejus filii nequaquam omnem recuperandi spem, animumque possidendi creduntur adjecisse, quam ipse secutos postliminii effectus diversum & supra memoratum posteriorem casum demonstrat: Ita Reus quousque pater vixit, saltem illius negotia utiliter videtur gessisse, defuncto autem Patre & adhuc hostium durante potestate; pro sua quidem portione in propriam, ratione vero fratrum in eorundem utilitatem præfatam, negotiorum gestionem continuasse, velut hoc omne ex iis deducere licebit principiis, quæ in hac materia a Doctoribus traduntur communiter. vid. *Grot. de jur. bell. & pac. lib* 3 *c.*6. § 3. *n.* 2. §.4. *ibique addat. Ziegler. Stamm. de servit. personal. l.* 1. *tit.* 1. *c.*3. §. 19.

De temporibus post obitum patris constat quadantenus ex modo dictis altius tamen examinanda res erit. Sane Reus, quemadmodum intuitu hostium nunc per occupationem dominorum & locatorum non potuit sola alia destinatione ex locatione conductione detentionem in aliam possessionis mutare causam, *l.* 5. *C. de adquir. possess.* ita si aliqua justa causa superveniente id facere Jure licuisset *d. l.* 5. *de adq. possess.* saltem externa vi fuisset impeditus. Ast non res ipsi est cum hostibus, qui bona occupata eidem locaverant, verum cum prioris Domini heredibus, nunc postliminii Jure venientibus, & ergo videndum: An & quatenus respectu illorum causam familiaritatis mutare in causam possessionis de Jure constiterit potestas? Tralatitium est, superveniente nova quadam justa causa, novoque valido titulo, talem mutationem omnino posse fieri, *d. l.* 5. *C. de acq. possess.* imo ex ipsa novi, præsertim pinguioris tituli supervenientia, ejusque scientia, eam mutationem præsumi absque accedente

cedente alia nova declaratione, & quamvis quis possessione, seu detentione, quam ante habuit, non exeat *Achill. de Graffis tit. de caus. possess. & proprietat. Decis.* 4. *Jacob. Put. lib.* 3. *Decis.* 288. *Post. de manutenend. subnex. Decis. Rot. Rom.* 515. *n.* 3. in tantum, ut si quis antea ex titulo possederit invalido, postea autem supervenerit titulus validus, nunc ex hoc sine alia voluntatis possidere censeatur declaratione. *Put. lib.* 1. *Decis.* 451. nec non eodem modo nuda detentatio, per supervenientem titulum firmiorem, videatur in possessionem immutata. Id. *Put. lib.* 1. *Decis.* 170.

Poterat itaque videri, cum pater vita esset defunctus, possessionis causam, quæ, vivente patre, erat familiaritatis, esse mutatam, ut Reus nunc ex titulo, qui supervenerat, hereditario & sic proprio Jure possidere censeatur proprioque nomine, tanto quidem magis atque dictus Reus talem expresse declaravit animum, totam hereditatem paternam ex diversis prætendendo capitibus, *sicut perspicere licet ex relat. in causa Mandati de extrad. Archiv. num.* 72. Utique quatenus factus fuit hæres. Cum vero fundamenta, ex quibus totam paternam Reus sibi soli asserere putavit hereditatem, sint prostrata, ut Reo ex dicta hereditate paterna non nisi tertia debeatur pars, reliquis duabus tertiis eodem hereditario Jure ad Fratres proprietatenus delatis, facile licebit conjicere, quatenus per tituli supervenientiam hereditarii prior possessionis mutata in persona Rei fuerit causa, scilicet quoad saltem tertiam paternæ hereditatis partem.

Quoad enim reliquas duas tertias, quæ Fratribus fuere delatæ, adhuc tamen a Reo detentæ, respectu hujus nequaquam novus supervenit titulus, sed sola mansit antiqua possessionis causa, quæ adhuc non nisi familiaritatis est, nondum cessantibus familiaritatis speciem arguentibus notis, quod scilicet Reus has duas tertias proprio possidere nomine non valeat absque peccato, quodque de ejus non Jure in proprietate confestim & aperte constet. *Natt. tom.* 3. *Consil.* 502. *n.* 13. 14. *Menoch. de arbitr. jud. Quæst. lib.* 2. *Cent.* 2. *Cas.* 160. *n.* 15. Aliunde tamen sibi Reus novum accersit titulum, quo priorem familiaritatis in possessionis causam, quæ absque peccato proprio esset nomine, credit in duabus quoque fratrum partibus immutatam, nimirum, quod ob suam in bonis hereditariis alibi a fratribus præceptam partem, quam quadantenus specificare & probare intendit, super tota tamen hereditate Inventarium exegit, retentionis gaudeat Jure, eousque, donec, prævia legalis Inventarii exhibitione ac rationum redditione, sibi de sua hereditaria, alibi præcepta, portione esset præstita satisfactio.

Ex parte Actoris obmovetur, contra hoc prætensum retentionis Jus, tum negatio, & ex parte allegantis non probatio ejusmodi præceptorum, potius contraria actualis mobilium divisionis, per Inventarium, demonstratio, quam fori & litis pendentiæ, nec non petitorii cum possessorio haud confundendi Exceptio.

De postrema triplici Exceptione prius erit discussio facienda, ceu quia, si una earum teneat, non multum de probatione præreptorum tunc nil relevante, foret laborandum. Mitto litis in Anglia & Hollandia pendentiæ assertum, tanquam non probatum. Fori Exceptionem Actor fundat in eo, quod in causa hereditaria constituatur Judex, sub cujus Jurisdictione est locus, in quo ejus contigit mors, de cujus hereditate quæritur, quasi scilicet ibi sit domus hereditaria, & non nisi per mortem hereditas transmittatur, qua ratione judicem, ratione prætensorum præreptorum, adeundum putat Anglicanum, sub quo esset domus hereditaria & mortis, das Sterb-Hauß. Aut eligendum foré judicium in quocunque loco, ubi res hereditariæ controversæ essent sitæ, & resp. invenirentur, atque sic in Anglia, Portugallia, Gallia, Hollandia.

Sane si in petitorio esset lis, de Actione reali, *hereditatis petitione*, vel de personali, *familiæ herciscundæ*, oporteret moveri Quæstionem. Illa, si vel locum quiret habere, non tamen ratione rerum hereditariarum, quæ extra Germaniam sunt, posset coram Camera institui Imperiali tanquam Judice omnium supremo, & tunc, quando res hereditariæ in diversis existunt Provinciis, ob causæ continentiam competente, ceu quæ ex causæ connexitate competentia procedit, si diversæ istæ ditiones sint sub Imperio Germanico, non vero quoad exteras regiones, in quibus existentes hereditariæ res sunt coram earundem Magistratu vindicandæ. *Frider. Mindan. de Process. mandat. & monit. lib.* 3. *C.* 3. *§.* 7. *n.* 8. *Roding. Pandect. Cam. lib.* 1. *tit.* 17. *Cap. de continent. caus. §.* 13. *Blum. Process. Cam. tit.* 40. *§.* 5. *n.* 3. Ast ne quidem ad nostrum casum quadraret hereditatis petitio, sed potius familiæ herciscundæ Actio, per ea quæ latius deducta sunt, *in causa Mandati de extrad. Archiv.*

Utut vero hæc censeatur esse mixta, & certo respectu realis, certo quoque intuitu personalis, utroque tamen sensu nil foret, quod ad intentionem proficeret Reo; realis quidem haud eo putanda est intellectu, quo hereditatis petitionem talem esse modo dixi, verum saltem respectu rei hereditariæ, quæ venit dividenda. Fundamento Actionis potius derivando ex obligatione descendente ex quasi contractu, ac sic personali, ut ideo qualitas personalitatis quadantenus videatur præpollere. At ex hoc ipso elucet, tanto minus etiam eatenus, quatenus realis est, Actionem familiæ herciscundæ, ratione rerum extra Germaniam existentium in Camera introduci posse. Quousque enim personalitas in ea prævalet, Cameræ Jurisdictio nullo modo fundata est, sive spectetur ratio domicilii, sive obligationis ex quasi contractu. Si domicilii considerandus sit locus, Anglia est: Sin quasi contractus, itidem erit Anglia, ceu ubi mors ejus contigit, de cujus hereditate agitur, per quam mortem consistentiam suam accepit Jus hereditarium, in cujus communionem per graduum propinquitatis paritatem inciderunt tres ejusdem filii, qui ideo inter se voluisse & quasi contraxisse præsumuntur, ut ipso hereditario Jure, pari propinquitate inter se diviso, etiam res hereditariæ essent dividendæ.

Et hoc est, quod alias dicitur, nonnunquam A in causa hereditaria competentiam Judicis oportere æstimari e loco, ubi quem vita defunctum esse accidit. Quemadmodum autem Actio familiæ herciscundæ eatenus realis est, quod res dividenda sit hereditaria, ita, tam in hac quam in hereditatis petitione continentia causæ præsupponit Jurisdictionem Judicis, neque extenditur ad res hereditarias existentes in provincia extera, ubi ejus nulla est Jurisdictio. Et hinc partim, partim ex eo, quod liquidum propter illiquidum suspendit haud conveniat, provenit, si defuncti bona in diversis esse provinciis proponantur, & hæres in una degens agat contra cohæredem in alia ad divisionem, hic vero sub obtentu, quia nondum divisa essent ea, quæ in altera, quam Actor incolit, existunt provincia, aut, quia nondum constaret quænam illa sint, vellet moram injicere petitæ in una provincia divisioni, quod non sit audiendus, sed divisio facienda earum rerum, quas & hereditarias & communes esse liquido apparet; tum deinde inquirendum: An alibi sint res, quas dividi itidem oporteat? Nisi forsan per ipsum B steterit Actorem, quo minus rerum communium, quas in alia is tenet provincia, facta sit divisio, quo demum casu a cohærede nimis dure exigeret, quod prior ipse ex parte sua præstare sine causa recusasset; *Fab. Cod. lib. 3. tit. 25. def. 3. jung. Stryk. de Succesf. ab intest. disp. 11. C. 5. §. 10.* Aut, nisi nunc consentiat, ut de iis cunctis rebus hæreditariis apud eundem jam agatur judicem. *Fab. def. 3. num. 5.* Si itaque ob solum id, quod in alia provincia existentia hereditaria bona nondum sint divisa, aut non constet, quænam illa sint, aliarum rerum, quarum hereditaria & communionis qualitas est indubia, haud protrahi possit divisio, neque illarum nomine vel retentio inveniat locum vel reconventio, etiamsi judicio agatur petitorio, quanto magis idem dicendum erit in nostro possessorio, in quo nunquam ullæ attendendæ Exceptiones, quorum investigatio altiorem requirit indaginem.

Perspiciendum tamen, an non vel confestim de istis pluribus rebus hæreditariis, quæ etiam C dividendæ sint, appareat, vel quo minus appareat, per ipsum factum sit Actorem?

§. XII.

Ex omnibus, quæ Reus produxit, deprehenditur, ratione quorundam in Specificatione Articulorum, aliquam probationem ne quidem esse allegatam. Producta vero, in probationem adjuncta, haud parum quidem habere verisimilitudinis, sed tamen neutiquam ita esse comparata, ut confestim, sine ulla ulteriori discussione, aliquod constituant liquidum, velut, si in hoc possessorio Jus retentionis, vel quandam non divisionis dilatoriam Exceptionem, debuissent operari, omnino fuisset necessarium, eo quidem potius, atque ipse non negat Reus, tam, ex parte Actoris, factam qualem qualem juratam manifestationem, quam quorundam in Anglia mobilium, a suo Mandatario initam & acceptatam, divisionem. Rejicienda igitur hujus probationis ulterior discussio erit ad petitorium, ideoque & illa, quam ab Actore Reus exegit, ille facere recusavit prædictorum, in probationem exhibitorum, Adjunctorum recognitio vel diffessio, eo referenda, nec eadem possessorio præmature Actor gravandus est.

Es his deductis sponte resultat consectarium, non quidquam novi tituli ex prætenso supervenisse retentionis Jure, unde detentionis causa, quæ respectu duarum adhuc familiaritatis fuit tertiarum mutata in causam, queat videri possessionis & ergo omnino valituram pro duabus tertiis fuisse apprehensionem, si hæc post obitum patris nomine amborum juniorum processisset Fratrum, *Meinardi* & *Caroli* antequam posterior vita esset defunctus. Sic omnis hactenus penes Reum stetit possessio, at respectu duarum, *Meinardi* & *Caroli*, tertiarum saltem Jure familiaritatis. Et quamvis postmodum e vita abierit alter Fratrum, scilicet *Carolus*, tamen cum non intestatum, sed testatum, decessisse prætendit Actor, prætensum quoque Testamentum in possessorio sufficienter demonstravit per deducta superius. Et cum in eo Actor institutus sit hæres, eoque, quatenus possessorium attinet, enervatum Jus hæreditarium, quod in defuncti *Caroli* bonis ipsi Reo pro dimidia competiisset ab intestato parte, & cessare pro ea portione fecisset veterem familiaritatis causam, non est ut ipsa ea familiaritatis causa videatur in se, sed saltem respectu *Caroli*, desiisse, at vero nunc etiam, ratione Carolinæ portionis, continuata esse in *Meinardo*. Unde nunc in eo statu res est, ut Reus ex paterna hæreditate suam duntaxat tertiam proprio possederit nomine & Jure; eam vero, quæ Fratri *Meinardo*, nostro Actori, ex paterna delata fuit hæreditate tertiam partem, nec non Fratri *Caroli* hæreditatem, eidem Meinardo Testamento delatam familiaritatis duntaxat detinuerit Jure. Quæ cujusque hæreditariæ partes, respectu totius Massæ existentis in hæreditate paterna, ab Actore, juxta suam prætensionem, vocatæ fuerunt duæ tertiæ, sed non nisi, stante quoque, velut dictum, in possessorio sua prætensione, abusive, cum incertum omnino sit, an ea, quam *Carolus* ex paterna accepit hæreditate tertia, postea ab ipso, tanquam Domino, non fuerit diminuta, vel etiam aliis a se adquisitis bonis adaucta, ita, ut ab eodem relicta hæreditas illa tertia vel vilior extiterit vel pinguior, patet, quando postea hostium occupatione per pacem profligata, Reus omnimodam cunctorum in Germania Paternorum & Fraternorum bonorum possessionem proprio apprehendi curavit nomine, eam, quoad *Meinardi* tertiam ex paterna hæreditate, & quoad totam fraternam hæreditatem, esse vitiosam, cum hactenus, impedita per Testamentum in dimidia Fraternæ hæreditatis intestati causa, non supervenerit novus titulus, qui familiaritatis antiquam causam in possessionem, proprio nomine competentem, potuerit mutare. Manifestum est, quando post Reum etiam Actor apprehensionem possessionis fieri curavit, pro duabus tertiis, eam bene subsistere quoad unam tertiam, ex paterna hereditate, & quoad totam Fratris *Caroli* hereditatem; At, si forsan ultra fuerit porrecta, eatenus vitiosam esse, ceu quam jam proprio nomine & Jure haud injuste possederit Reus. Atque sic, respectu hujus duntaxat, si qui foret, excessus, Mandatum esset cassandum, in tertia

vero

vero paternæ hereditatis, atque in tota fraterna A hereditate, vim suam omnino retineret, si non, per insecutam ipsius Rei mortem, status causæ iterum fuisset mutatus, & utrinque novæ intercessissent apprehensiones, Reo quippe absque heredibus masculis defuncto, relicta duntaxat ex primo matrimonio filia, & ex secundo, vidua, hæ ambæ in possessionis amprehensione & continuatione prævenisse contendunt Actorem, paulo post itidem apprehendentem, ut sic nunc res agatur de eo, quod Reus ex tertia paternæ hereditatis parte proprio nomine & Jure in possessorio haud injuste ad mortem usque possedit, nec non de cuncta alia ipsius relicta hereditate.

Prædictæ modernæ Reæ allegant prioritatem suæ, quasi de superfluo factæ apprehensionis, provocantes ad Instrumenta desuper confecta. At vero talia adeptionis Instrumenta non apponunt, neque aliter factum apprehensionis, multo minus ejusdem prioritatem, probant, cum e contra Actor ex parte sua statim prima & secunda post obitum die peractam apprehensionem demonstraverit. Hæc ergo illa non probata, B venit examinanda: An & quatenus vel teneat, vel ex aliis rearum capitibus vacillet? Pro colorandа sua apprehensione, Actor prætendit successionem sibi delatam, ex consuetudine tum aliarum familiarum illustrium, quam speciatim Familiæ S. qua defuncti fratris filia successione paterna esset exclusa, & saltem congrue dotanda, atque cum vidua alimentanda. Ast, frustraneum hunc esse colorem, jam supra evictum est. Tanto etiam magis in præsenti causa prætensus apprehensionis color esset extinctus, atque filia a defuncto patre una cum hujus vidua per Testamentum fuit heres instituta. Eoque solo sibi & viduæ occasio facta petendi ex *l. ult. C. de Edict. D. H. toll.* immissionem, multo magis se manutenendi in possessione, quam jam ante habuisse & continuasse prætendunt. Quippe quod id Testamentum, *in causa Mandati de extrad. Archiv.* exhibitum, & in se, salvis saltem contra id stantibus Exceptionibus, non obscure ex adverso agnitum, omni careat visibili vitio. In eo saltem adhuc vertitur Quæstio: Utrum Reæ de continuatione suæ jam C ante existentis possessionis, vel saltem de aliquo Jure retentionis, queant gloriari? Aut, si non: An immissionem valeant obtinere Actore, per apprehensionem, jam existente in possessione? Quoad primam Quæstionem de Jure non est dubium, quod is, qui *ex l. fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll.* Jus agendi habet ad immissionem, eo magis gaudeat, si jam sit in possessione, continuandi & retinendi facultate; *Menoch. remed. retin. ult. num.* 15. 18. 19. *& remed.* 4. *adipisc. possess. n.* 377. Quod itidem ex causa dotis illatorum & alimentorum detur, quandoque retentio bonorum successionis Jure alteri delatorum. De facto duntaxat in primo membro res est, atque in altero de Applicatione ad causam præsentem.

Provocant Reæ ad possessionem, quam defunctus, respective pater ac maritus, habuisset tam proprietatis, quam, propter prærepta ab Actore bona hereditaria, retentionis Jure, sibi nunc per testamentariam successionem delatam. Sed vero prætensum a defuncto, ob bona prærepta, retentionis Jus altioris repertum fuit indaginis, quam ut in hoc possessorio quiverit attendi. Ea quoque quam in illo, quod tertia paternæ hereditatis fuit reliquum, nec non in aliis a se adquisitis bonis, defunctus habuit, possessio ad heredes sine nova apprehensione neutiquam fuit translata, atque ideo prætensæ continuationis, ex hoc capite, nullus apparet color; Alium ejus colorem quærunt in pactis dotalibus, nec non in eventuali retentionis Jure, viduæ eo usque competente, donec sibi de illatis, sponsalitia largitate, ac dotalitio, secundum tenorem pactorum dotalium, esset satisfactum, in quem finem exhibita sunt in causa Mandati de extrad. Archiv. pacta dotalia, quæ huc repetantur, & in se, quoad existentiam, ex adverso implicite agnoscuntur. Ex iis pactis conspicitur initam inter conjuges esse quandam, quoad usum bonorum, tam feudalium quam allodialium, communionem conjugalem.

Cum igitur vidua, etiam vivente marito, quasi communem usum & possessionem omnium ejus bonorum habuerit saltem Jure familiaritatis, quæ familiaritatis causa postquam defuncto marito, neque existente aliqua in Actorem possessionis translatione taciti pignoris & quoad feuda, cujusdam iis inhærentis Juris beneficio cœpit retinere possessionis titulum, ipsius legis auxilio fuit mutata, neque hoc nomine aliqua ulterior mentis declaratio necessaria inde sequitur, eam possessionem tempore mortis mariti haud fuisse vacuam, sed vel solo animo a vidua continuatam, cujus ideo vi queat retentionis uti Jure, donec sibi de illatis, donatione propter nuptias ac dotalitio, quæ cuncta in dictis pactis determinatam suam habent certitudinem & liquiditatem, debita præstetur satisfactio, nec eundem e bonis mariti, sive feudalibus sive allodialibus, excedere, quousque ea non præcesserit præstatio, potius contra Actoris, tanquam prætensi heredis, præsumtam possessionis taliter non vacuæ apprehensionem, turbationem & dejectionem, sive manutenendam, &c, tanquam spoliatam, restituendam, ac rursus immittendam, *Myns. Cent.* 6. *Obs.* 45. *n. ult. & Obs.* 82. *Carpzov. lib.* 4. *tit.* 3. *Resp.* 19. 20. *part.* 20. *constit.* 25. *def.* 8. *&* 10 *Mev. ad Jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *Artic.* 13. *præcipue n.* 6. 7. 9. 12. 13. 14. 33. 34. 40. 46. 49. 94. 95. 96. 97. 98. 99. *Besold. part.* 4. *Consf.* 191. *num.* 32. *& seq. Menoch. de arbitr. Judic. Quæst. lib.* 2. *Cent.* 2. *cas.* 160. *n.* 24. *Coler. de Process. Execut. p.* 1. *C.* 2. *num.* 220. *& seq. Post. de manutent. Decis.* 325. *n.* 12. *junct. n.* 9. 10. 11. 13. *Meischn. lib.* 1. *Decis. Camer.* 6. *n.* 2. *&* 8.

Tanto quidem magis, quia non solum in prædictam communionem conjugalem, cuncta, tam feudalia, quam allodialia, bona expresse pacto fuere illata, sed quoque de Jure retentionis nominatim cautum, ut vidua e bonis mariti cedere non sit compellenda, quousque non debitam, ratione donationis propter nuptias ac dotalitii obtinuerit satisfactionem, qua ipsa pactione videtur quodammodo aliqua constitutaria inducta possessio. Quod etiam filiam c.tinet, si vel maxime Actor, tanquam patruus, aliquam Familiæ consuetudinem, hactenus non probatam, pro se quiret allegare, ut, exclusa Filia,

lia, in successione esset præferendus, nec hoc suum Jus per Testamentariam defuncti dispositionem possibile interverti, adhuc tamen Filia, ob debita ex bonis paternis, etiam feudalibus, alimenta & dotem, nec non ratione restitutionis bonorum maternorum (quorum mentio facta in prædictis pactis dotalibus & Testamento) retentionis gauderet Jure.

In modo dictis enim pactis dotalibus cum secunda conjuge initis, Filia ex primo matrimonio, ratione bonorum maternorum, itemque dotationis, & cujusque alterius in bonis paternis cum liberis secundi conjugii parificationis videtur quodammodo in quandam familiarem compossessionem suscepta, eaque familiaritatis causa, cum defuncto patre taciti pignoris, nec non feudo specialiter inhærentis Juris beneficio, eoque per Testamentum confirmato inceperit retinere, similiter in veram proprio nomine possessionem, absque ulteriori declaratione conversa. *Conf. Mev. d. Art.* 13. *n.* 9. 10 11. *Rauchbar. part.* 1. *Quæst.* 38. *n.* 44. 45. & 51. *Finckelthaus. Obs.* 113. *num.* 1. *add. Negusant. de pign. & hyp. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 13. 14 16. 17. 19. 22. Facile tamen Actori concesserim, si vidua & Filia unice ex tali retentionis venirent capite, quod istud retentionis Jus, quantumvis in casu prætensionis suæ exequendæ in cuncta defuncti feudalia & allodialia competat bona, hoc saltem præsupposito casu, ubi prætensiones fuerint solutæ, sua & familiæ e bonis defuncti quæreretur sustentatio, ad eam temperandam foret quantitatem, quæ cum prætensione habeat portionem, ac censeatur in causam alimentorum, nec non in reliquarum prætensionum securitatem sufficiens, interim nihilominus durante hypotheca, vel simili Jure innexo, etiam in reliquis bonis. *Gail. lib.* 2. *Obs.* 92. *num.* 13. *Rauchbar. part.* 1. *Quæst.* 33. *n.* 28. 31 32. 34 *Color. de Process. Executiv. part.* 1. *C.* 2. *n.* 22. *Carpzov. p.* 2. *constit.* 25. *def.* 11. *Mev. d. Art.* 13. *n.* 36.

Porro largiri possem Actori, pro cunctis antedictis Viduæ & Filiæ prætensionibus, feudalia saltem in subsidium teneri bona, quatenus non sufficerent allodialia, & respective duntaxat eatenus, quatenus viduæ illata, ac Filiæ bona materna in utilitatem feudorum essent versa. *Schurff. cent.* 1. *Consf.* 24. *n.* 1. *Consil.* 91. *num.* 5. *Borchholt. C.* 7. *n.* 74. *Vultej. de feud. lib.* 1. *C.* 9. *n.* 57. *Hartm. pistor. lib.* 2. *Quæst.* 37. *n.* 1. & 4. *Quæst.* 38. *n.* 41. *Modest. pistor. p.* 1. *Quæst.* 5. *n.* 4. & *Quæst.* 24. *Carpzov. lib.* 6. *tit.* 6. *Respons.* 57. *Gothofr. Anton. Disp. feud.* 6. *th.* 8. *lit.* b. *Struv. Synt. jur. feud. C.* 14. *aph.* 10. *Harprecht, Vol.* 3. *consf.* 45. *n.* 36. 37. 38. 39. Ast de his omnibus non multum laborandum, cum Reæ suam intentionem desuper potissimum fundent pro demonstranda anterioris possessionis continuatione, aut si quoque in ipsis prætensionibus una tamen & simul in mariti sui, & resp. patris, Testamento, quo ipsæ institutæ heredes, & cujus ideo Testamenti beneficio ipsæ sint in possessione eo magis manutenendæ, atque in eandem, si ea carerent, forent immittendæ *l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. toll. vid Extract. Actor. quadr.* [112.] *pag.* 66. *vers* sondern auch &c. *pag.* 67. *junct. infr. n.* 184. 186. Utrum ad manutenendum vel immittendum dirigatur disputatio, in hac causa erit perinde, cum Actor vix habeat, quo immissionem ex *d. l. fin. de Ed. Div. Hadr. toll.* queat impedire. Haud quidem is validitatem agnoscit Testamenti potius sub præsupposita ejusdem firmitate in eo refugium contra Rearum quærit prætensiones, resp. donationis propter nuptias, dotalitii, dotis & alimentorum, quæ juxta deducta num. 174. ex Allodio forent præstandæ, cujus ipsæ Reæ ex Testamento prætenderent esse heredes, & sic in iisdem personis, concurrente crediti & debiti Jure, fieret confusio, tollens eas obligationes: *Mev. Consf.* 31. *n.* 23. 24. ast tamen nil quidpiam opponit, quo se tanquam legitimum in hoc possessorio qualificet contradictorem.

§. XIII.

Duo sunt quæ contra hoc Testamentum obmoventur: (1.) Testatorem non habuisse facultatem testandi de bonis avitis & familiæ, quamvis de cætero allodialibus, ceu quorum, ex Gentis S. consuetudine, non essent fœminæ capaces, quæque unice ad masculam spectarent progeniem, cui Jus non posset auferri quæsitum. (2.) Similiter non potuisse de bonis feudalibus Testatorem disponere. Quoad primum tam Juris quam facti Quæstio non est expedita, aut saltem, Quæstione facti non probata, Jus nondum applicabile, velut jam supra ostensum. Quæ sane probatio altiorem requirens indaginem, imo ipsa in se talis bonorum qualitatis prætensio, nil ad hoc pertinet possessorium, sed ad aliud est rejicienda Judicium. *Bald. Vol.* 2. *Consf.* 311. *n.* 6 *Menoch. remed* 4. *de adipisc. possess. n.* 745. *Hartm. Pistor. lib.* 4. *Quæst.* 10. *num.* 4. 6. 7. *Mev. part.* 2. *Decis.* 281. *num.* 4. 5.

Quod secundum attinet, duplex in facto movetur Quæstio: Quænam scilicet bona sint feudalia? Et: an non quædam feuda ejus sint qualitatis, ut de iis testandi constiterit facultas, & fœminæ quoque successionis fuerint capaces? Cum sit notissimum, Vasallo testandi libertatem omnino, etiam in præjudicium Domini, competere de feudis mere simpliciter ac absolute hæreditariis: nec non quadantenus in præjudicium saltem liberorum, quandoque & Agnatorum, non vero Domini, de feudis mixtis item novis. Porro nonnunquam feuda concessa esse cum expressa testandi facultate. *Conf. Clar. recept. Sent. lib.* 4. §. *Feudum. Quæst.* 40. *Borcholt. de feud. Cap.* 7. *tit. de success. secund. modo. num.* 5. 6. *Möller Semestr. lib.* 2. *Quæst.* 10. *Carpzov. lib.* 6. *tit.* 2. *Resp.* 15. & 16. *Richter. p.* 1. *Decis.* 25. *n.* 9. 10. 11. 12. 13. Cum vero feudalitatis ejusque qualitatis indagatio similiter ampliorem requirere videatur Processum, quam Divi Hadriani permittit constitutio, forsitan non absurde quis dixerit, nostras quoque Reas in possessione tam feudalium quam aliorum bonorum esse manutenendas, vel in possessionem eorundem immittendas, donec de Actoris Jure in alio cognitum fuerit judicio, præsertim quatenus Filiam attinet, quæ forsan in quibusdam feudis etiam ab intestato potuisset succedere, ut Actorem sola sua Agnatio non constituat in legitima contradictione *Matth. de afflict. Decis.* 119. *n.* 4. 5. 7. *Cacheran. Decis.* 23. *num.* 36.

36. *Menoch. remed.* 4. *adipisc. possess. num.* 375. 376. 377. 378. *Hartm. Pistor. lib.* 4. *Quæst.* 10 *n.* 7. *Vultej. de feud. lib.* 2. *C.* 1. *n.* 24. 25. 26. *Thessaur. lib.* 2 *Quæst.* 11. *num.* 2. 3. 9. *Leonin. Cons.* 68. *n* 26. 27. 29.

Neque interest, quod testator Reas haud nominatim instituerit in feudis, sed saltem generaliter in omnibus suis bonis, sub qua generali bonorum appellatione non contineantur feudalia in tali materia, quæ feudorum minus congruit naturæ, *Carpzov. lib.* 6. *tit.* 2. *Resp.* 16. *n.* 3. *& seq.* etiamsi adhibitæ essent quædam notæ, significantes universalitatem, quæ non minus universalitas quam generalitas, (inter quas voces & expressiones est differentia, *Natt. Tom.* 1. *Consil.* 159. *n.* 24.) ad modos foret restringenda, proportionabiles subjectæ materiæ idoneæ. *Cravett. Cons.* 256. *n.* 7 8. Nam limitationem recipit prædicta Regula, si pro materia substrata verisimiliter possit colligi, eam fuisse disponentis mentem, ut sub bonorum expressione sive generali sive universali voluerit complecti etiam bona feudalia, veluti si feuda essent mere hereditaria, aut ejus qualitatis, ut verisimile sit, disponentem ea ad istar aliorum habuisse bonorum allodialium, neque sub generalitate inclusio repugnet feudorum naturæ, qua ideo cessante negativæ ratione, merito obtineat affirmativa. *v. Cravett. d. Cons.* 256. *n.* 4. 5. 6. *Natt. d. Consil.* 159. *n.* 25. *Mastrill. lib.* 1. *Decis.* 86. *n.* 9. *Item,* si non tam de aliqua duntaxat generali seu indefinita alienatione, quam universali bonorum dispositione & heredis institutione, res sit, *Natt. d. num.* 24. 26. *Mastrill. d. Decis.* 86. *n.* 6. 7. vel aliter per verba æquipollentia detegatur, disponentem voluisse comprehendere etiam feudalia, *Mastrill. d. Decis.* 86. *num.* 10.

Sane in nostro casu animum desuper, an non quædam feuda ad sexum quoque fœmininum sint transmissibilia, suspendere probabili ratione potuit Testator, ut credibile sit, eum in dispositione Testamentaria universali voluisse complecti bona feudalia, &, quousque sua in feudis valere queat dispositio, Judicis relinquere arbitrio. Adjuvat hanc verisimilitudinem tum substrata materia universalis bonorum dispositionis & heredum institutionis, quam per verba universalitatem significantia non obscure declarata voluntas; Qualia verba sunt:

Aller meiner jetzigen und zukünfftigen Güther, so immobilien als mobilien, ja auch aller Prætensionen, wie dieselbe seyn und Nahmen haben mögen. Item: nach Abzug gemeldter Legaten alle Unsere übrige Güther ꝛc. Doch daß zufoderist die empfangene Brautschatz-Gelder, und was meine Gemahlin an Silberwerck und Meublen angebracht oder zukommet, ihr hingegen auch meiner Tochter, die von Ihro Frau Mutter seel. meiner vorigen Gemahlin angebrachte Güther, so bewegliche als unbewegliche, auch Meubles heraus gegeben werden sollen ꝛc.

Quicquid enim de significatione particulæ

A aller sit in Thesi, quam quidquam, præsertim ubi fuerit geminata, tantopere universalitatis significantem, & nullius exclusivam judicant, ut tollat etiam id, quod a Jure est dispositum. *Natt. tom.* 1. *Consil.* 63. *n.* 13. *Cons.* 154. *n.* 3. *tom.* 2. *Cons.* 397. *n.* 2. & complectatur ea, quæ alias simplici indefinita & generali locutione non comprehenderentur, & essent a nativo verborum sensu impropriissima *Natt. d. Cons.* 397. *n.* 3. 4. *Honded. Vol.* 1. *Cons.* 49. *n.* 11. 12. *& seq Consil* 92. *n.* 12 13. 14. *Klok. tom* 3. *Consil.* 155. *n.* 10. 13. *Strauch Lexic. part. Jur. voc. omnis* §. 1. nec non operetur tantum, quantum singulæ & speciales enumerationes, *Bursat. lib.* 4. *Cons.* 364. *n.* 14 *Klok. d. Cons.* 155. *n.* 12. nullamque recipiat restrictionem ad habilitatem substratæ materiæ, *Bursat. lib.* 2. *Cons.* 138. *n.* 27. *Cacheran. Decis.* 26. *n.* 8. *&* 18. *Klok. d Cons.* 155. *n.* 11. quam vero, ne sequatur absurdum, vel absonus intellectus, alii omnino admittunt, *Cravett. Cons.* 256. *n.* 8. *junct. Cons.* 209. *n.* 5. *& seq. usque ad fin. Strauch. d. l.* §. 5. præsertim, quando, ut hic, de oratione universali affirmativa, non negativa, est Quæstio, quæ facilius restrictionem patitur quam negativa, ceu potentius

B & intensius negans atque affirmativa astruit: *Natt. d. Consil.* 397. *n.* 6. 7. *Bursat. d. Cons.* 364. *n.* 15. Tamen in præsenti hypothesi de omnimodæ universalitatis significatione, & feudorum quoque inclusivo intellectu, exinde satis videtur constare, quod Testator in heredum institutione respexerit ad totam bonorum Massam, quæ per pacta dotalia in societatem conjugalem erant collata, & proprietatenus partim ad se, partim ad uxorem, partim etiam ad filiam ex primo matrimonio, pertinebant, dum uxoris suæ illata, filiæque bona materna, ante omnia jubet separari & restitui, in cunctis reliquis suis bonis easdem heredes instituendo, sub quibus vero universis in communionem conjugalem hinc inde illatis bonis aperte erant comprehensa etiam feudalia, *Natt. d. Consil.* 159. *n.* 31. nec quicquam, ut aliter statuendum sit, efficere potest vox meiner, quasi ejusmodi nomine possessiva, *meum*, *tuum*, *suum*, non sint respectu Vasalli prædicabilia de bonis feudalibus: Utique enim & hæc sunt bona Vasalli, ceu quorum habet Dominium utile, hujusque vi vindicationem, quæque etiam per successionem devolvuntur ad heredes habiles. Præ-

C terea ejusmodi possessivæ nuncupationes tunc saltem importare videntur dominium ac proprietatem, quando proferuntur in particulari dispositione: Ubi vero in universali apponuntur significatione, iisdem comprehenduntur etiam quæ non fuere in dominio enunciantis, imo plane ea, quæ ab ipso tenebantur de facto, non de Jure *Natt. d. Cons.* 159. *n.* 27. 28. 29. 30.

Porro, quo minus ex *L. fin Cod. de Edict. Div. Hadr. toll.* nostræ Reæ vel tuendæ in possessione bonorum feudalium, vel in eam immittendæ sint, nihil refert, quod Actor per apprehensionem videatur in possessione constitutus. Ea enim apprehensio, vel ob Rearum anteriorem possessionem, inutilis, nullius efficaciæ. *Klok. Tom.* 1. Cons. 7. n. 36. & 391.

Consil. 28. n. 8. vel saltem d. l. fin. de Edict. Div. Hadr. toll. virtuti & operationi non impedimento, utut Reæ in nulla anteriori fuissent possessione, neque tantopere manutentionem, quam immissionem, peterent contra Actoris præsumtam apprehensionem, & post obitum Testatoris prætense quæsitam possessionem. *Cacheran. Dec. 26. n. 13. Hartm. Pistor. lib. 4 Quæst. 10. n. 8. Viv. lib. 3. Dec. 409. n. 22. 23. Beonin. Consf. 68. n. 34. Bocat. de interd. ut possid. c. 2. n. 107.* Siquidem ex sæpe dicta L. fin. judicium datur quoque contra possidentes, modo non legitimo modo possideant atque ideo, si quispiam extiterit contradictor, oportet causam in possessionem missionis & contradictionis ventilari, & possessionem adquiri, qui potiora ex legitimis modis ostenderit Jura, nullis temporum angustiis coarctanda missione *L. ult. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll.*

Quousque igitur Actor noster solo agnationis nititur Jure, ejusque vi facta apprehensione, præsumtionem quidem pro se habet Juris feudalis communis, ast quæ, quatenus de Rearum non constat incapacitate, facile prosternitur per testamentariam institutionem, quæ facit, ut præsumenda sit institutarum heredum capacitas, ratione quidem filiæ eo magis, atque ea ab intestato quoque ad successionem venisset in feudis, in quibus haberi potuisset capax. Unde patet, non sufficere ad Rearum exclusionem in hoc possessorio, quamvis ex confessione vel aliter manifeste constaret de quorundam bonorum feudalitate; *Bursat. lib. 3. Consil. 234. n. 12. Consil. 349. n. 1. Viv. Decis. 409. n. 19. Menoch. remed. 4. adipisc. possess. n. 379. Cacheran. Dec. 26. n. 13. 14.* nisi insuper confestim appareat talis qualitas feudalitatis, qua Rearum patefiat incapacitas, & quæ e contra fortescat Actoris Jus agnationis & apprehensæ possessionis, quali sane probatione, si in continenti posset fieri, efficerit Actor, ceu qui tunc, Juri feudali suffultus, juste apprehendisset, & in possessione æque vel magis titulata constitutus esset, ut Reæ sibi ex L. fin. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll. haud quirent promittere victoriam. *Natt. tom. 3. Consil. 502 n. 4. 5. Cacheran. Decis. 23. n. 19. Decis. 26. n. 2. Menoch. d. remed. 4. adipisc. possess. n. 381. 746. Jacob. Put. lib. 1. Decis. 229. Bursat. lib. 4. Consf. 349. n. 5. & 6. Hartm. Pistor. lib. 4. Quæst. 10. n. 13. seq. Vultej. de feud. lib. 2. c. 1. n. 28. Thesaur. lib. 2. Quæst. 11. n. 4 5.*

An vero per Actorem nostrum talis in continenti probatio literis Investiturarum, præsuppositaeorundem recognitione, sit præstita, in eo res jam vertitur. Non facio cum illis, qui probationem in continenti fieri necessariam vel tribus diebus, vel certis conclusam volunt mensibus: *v. Natt. d. Consf. 502. n. 9. Cacheran. Decis. 26. n. 16. Viv. lib. 3. Decis. 409. n. 11.* Potius discreto Judicis committendum erit arbitrio, quantum temporis, secundum subjectam materiam ac hujus judicii summarii naturam & accelerationem, probationis expeditioni putaverit indulgendum. *Cacheran. d. num. 16. Natt. d. Consf. 502. n. 7. Hartm. Pist. d. Quæst. 10. n. 18. Salicet ad l. 2. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll. n. 45. Strauch. Lexico. particular. Jur. voc. In continenti §. 2. & 7.*

Ergo dispiciendum, utrum dictæ Investiturarum literæ ita comparatæ sint, ut sine multarum disputationum ambage ex iis illico Jus Actoris & Rearum convincatur incapacitas, cum alias si contra Investiturarum Documenta stent Exceptiones, quarum verisimilitudine reddantur, sive in facto, sive in Jure, probabiliter dubia, ut amplior earum necessaria sit discussio, nullum inde vel manutentioni vel missioni allatum esse præjudicium existimandum sit, omnino non attento, quod Actor se ad probationem prætendat obtulisse per dicta Documenta in continenti faciendam. *Bursat. d. Consf. 349. n. 7. n. 12. Cacheran. Dec. 26. n. 15. & 18. in fin. Viv. lib. 3. Dec. 409. n. 1. 9. 18. inf. 20. Hartm. Pistor. lib. 4. Quæst. 10. n. 9. 10. 19. 20. 21. 31.*

Nostræ Reæ contra memorata feudalia Instrumenta, quatenus probationem feudalitatis ejusque qualitatis sat prompte inducunt, aliquas Exceptiones non proponunt, saltem in eo quærentes moram, quod in *Causa Mandati de extrad. Archiv.* Sententia sit prius ferenda, quo magis obtento Archivo queant perlustrare, an non inveniantur quædam Investituræ, Transactiones, aliæve literæ, quæ sint ab Actore productis noviores, & quibus forsan feudorum qualitas, in dictis ab Actore exhibitis Documentis descripta, in aliam sit conversa, vel ita alterata, ut sua nunc inde probari queat capacitas, licet hæc antea defecerit. Utut vero ejusmodi allegationes, si quæ speciatim nominarentur, & prætensarum alterationum apponerentur Documenta, quibus Instrumentorum ab Actore productorum attenuaretur tenor, multum ipsis quirent suffragari, ad reprimendam Actoris probationem, in continenti tamen non idem præstat præfata allegationis incertitudo, ac spes dubia, cui non immerito apponere poterit Actor illud commune, *a posse ad esse non valet consequentia.* Necessum haberent Rea positive allegare, se sub hac vel illa Investitura, pro natura & qualitate feudi, esse comprehensas. Aut hanc vel illam Investituram per aliam Investituram, Transactionem, aliudve quid simile favore sui esse innovatam vel alteratam, ut desuper altior habenda foret Inquisitio, *Cacheran. Dec. 23. n. 36. Decis. 26 n. 3. & n. 14. vers. quod tamen intelligit. Viv. Decis. 409. n. 5. 6. 14.*

Neque ipsis patrocinari valet prætextus non traditi Archivi; nam ut taceam in ea causa, quoad feudalia Documenta, victoriæ lubricitatem, petere ipsis licuisset lubricitatem Documentorum, indeque facillimo perspicere negotio, num inter illa inveniantur talia, quæ sibi in materia feudorum & contra Investituras ab Actore productas quirent prodesse, quorum in specie Copias, si Actor denegasset, nec ad communicationem ullo compelli potuisset modo, tunc demum suaderet forsitan æquitas, ut sibi non noceat, in quo facto adversarii fuissent impediti. Parum igitur

igitur Justitiæ habet, quando sub hoc obtentu Reæ prædicta Instrumenta feudalia recognoscere vel diffiteri renuunt, quam itidem recognitionem vel diffessionem minus recte ad aliud petitorium rejicere conantur Judicium, cum in hoc possessorio allegentur saltem pro coloranda & confortanda apprehensa possessione, sine qua sola hæc Documenta nil fuissent in possessorio profutura, utique vero apprehensionem magis justificant, ceu quod iisdem doceatur de non Jure Rearum, & hoc ipso fiat, ut pro Actore stet Jus commune feudale, sitque sua possessio quasi titulata, impediens ex L. fin. missionem, multo minus recognitionis vel diffessionis debitum solvit objectio causæ, hic non principalis, sed provisionalis. Nunc enim causa tangitur principalis saltem in possessorio, cessare faciens Decreta provisionalia, ut mox dicetur.

Ergo adhuc pro recognitis habenda in contumaciam erunt dicta Documenta, *juxta deducta superius*. Qua recognitione præsupposita, si adhuc Reæ nil habeant, quod in suum favorem immutatum vel alteratum esse, tam probabiliter queant obmovere, ut ulterior, quam *D. Hadr. Edictum* permittit, indagatio videatur necessaria, victoria quoad bona feudalia facile cadet, quatenus ex capite Edicti Quæstio est, ex parte Actoris. Quousque tunc nihilominus reflectendum sit ad Jus retentionis ex aliis capitibus dependebit ex ulteriori Consultatione, quatenus se porrigat ab Actore prætensa confusio, & cum illa stare possit, quod de illatis, & resp. maternis, bonis seorsim præstandis cautum fuit Testamento. Si quidem talia uxoris illata filiæque materna adhuc extent, res caret difficultate, ubi autem essent consumta, ex hereditate defuncti Legalis pignoris nexu obligata forent præstanda, neque hoc onus afficeret feuda, præsertim hic non ad quempiam filium ex necessitate simul heredem, sed ad collateralem, delata, ad quæ de Jure communi se nequaquam Jus tacitæ extendit Hypothecæ. *Mynsing. Cent. 6. Obs. 45. n. 3. 4. Modestin. Pistor. p. 3. quæst. 122. passim. præcipue n. 17. Carpz. p. 2. Constit. 25. def. 2. & 3.* Ut sic, quatenus restitutionem respect. illatorum ac bonorum maternorum concernit, omnino teneat traditum confusionis Jus. Unico saltem casu etiam feuda hoc afficerentur nomine, si quidpiam ex istis illatis, & respective maternis bonis, in feudorum utilitatem esset versum. *Mod. Pistor. dict. quæst. 122. n. 68. & seqq.*

De filiæ dotatione, nec non ejusdem ac viduæ alimentatione, nil expressim cavit Testator, ut vel ejus fuisse mentis queat videri, quasi itidem voluerit has præstationes cum hæreditate confusas. Quoad viduam utique, si sub repetitione illatorum ipsa comprehendat dotem in feudum illatam, quo repetitionis casu non debetur aliquod dotalitium *Struv. S. feud. c. 14. aph. 15.* Ratione donationis propter nuptias eo fortius tenet confusio, quoniam ejus præstandæ onus nullo modo afficit feuda: *Modest. Pistor. dict. quæst. 122. n. 73. & seq.* Saltem successores feudales

A eam una cum dotis restitutione ultro offerendo id præstant, quo minus viduæ supersit alias competens Jus optionis, vel petendi dotalitii, vel repetendæ dotis. *Struv. dict. aph. 15. in fin.* Dotatio & alimentatio filiæ, quando & quatenus inhæreat feudo, jam supra fuit præmissum. vid. *Modest. Pistor. dict. quæst. 122. n. 33. 34.* Si itaque, ubi, ratione bonorum feudalium, officium suum Lex perderet Hadriana, & ad Jus foret recurrendum retentionis, forsan non inconcinne tunc faciet Judex, summarie investigando illatorum ac bonorum maternorum in feudum versionem, nec non ratione dotandæ filiæ & præstandorum alimentorum allodii insufficientiam, Reis brevem terminum, quem Judicio convenientem putaverit possessorio, præfigendo, intra quem Jus suum prædictamque in feudum versionem &, resp. allodii, tenuitatem demonstrarent, in qua probatione quatenus respiciendum sit ad receptam in foro Saxonico præsumtionem versionis ex illatione, & utriusque ex dotalitii in pactis dotalibus constitutione, B nec non ad ejus præsumtionis elisionem per probationem non versionis, *Modestin. Pistor. p. 1. quæst. 24. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 4. n. 16. 17. 18. Carpz. lib. 6. tit. 6. Resp. 57. n. 1. 2. 8. & seq. part. 2. Const. 44. def. 9. n. 7. & seqq. Heig. lib. 1. quæst. 33. n. 105. Richter. de success. ab intest. sect. 4. membr. 3. n. 17. & seq. usque 23.* jam dicendi non est campus, sed ulteriori considerationi eo eventu reservandum, quando ad talem probationem fuerit perventum, quorsum quoque differenda Examinatio, qualem & quantam id retentionis Jus operetur possessionem. vid. *Posth. de manutenend. Decis. 676. n. 14.*

§. XIV.

De cætero non est, ut specialior impendatur cura in discussionem *ulteriorum* utrinque impetratorum *Mandatorum*, & respective pro impetrandis ulterioribus exhibitarum Supplicationum, cum quidem allegentur facta ex utraque parte nova, inprimis narratis extrin- C secus non comprehensa, sed quæ interna qualitate, cujus hic unice habetur consideratio, à prioribus non differunt, ideoque illis virtualiter insunt, ac saltem eo tota recidit res, an & ex qua parte, vel Actoris, vel Rearum, censenda veniant aut possessiva, aut turbativa, de qua vero eorundem qualitate satis superque constat ex hactenus deductis, & plura hoc nomine addere omnino foret hominis liberiore fruentis otio.

Ergo pronunciandum:

Ex parte Actoris, in causa *Mandati de non via facti procedendo nec turbando, & respective obsequium homagiale continuando, C. C.* nec non *Mandati C. C. & Salv. Conductus* ulteriorisque *Mandati & Citationis, porro Supplicationis pro Mandato ulteriori &c.* Authentica Carolini Testamenti transumta, Documenta Investiturarum &c. pro recognitis in contumaciam sunt habenda, tum, petitione declarationis pœnæ ex *l. fin. Cod. de in Jus voc.* pure; petitione vero declarationis pœnæ Mandatis insertæ, & ulte-

ulteriorum adhuc denegatis paritoriam putaverim esse decernendam, restrictive tamen dirigendam *ad tertiam paternæ in Germania hereditatis paternorumque feudorum partem, ac totam fratris* CAROLI *in Germania hereditatem, cunctaque ab eodem relicta feuda*, ut saltem Reis ex Carolina hereditate relictum præstetur Legatum mille thalerorum, hisque, quoad dimidium Carolinæ hereditatis, nec non quoad propter alibi forsan negatam bonorum hereditariorum divisionem eventualiter competentem similem divisionis in Germania negationem, salvum permaneat petitorium.

Porro, ratione feudorum à defuncto Reo Friderico relictorum, modernis, sub præjudicio, injungatur Reis, ut intra præfiniendum terminum agant, quod ad Actoris exhibitum de die . . eique adjuncta Investiturarum aliaque feudalia Documenta in specie agere decet, ad quod porro fieri debeat, quid Juris.

Ex parte Rearum, quæ hic Actrices, in Causa *Mandati inhibitorii, de non exequendo privata Authoritate, nec ante judicialem causæ decisionem quicquam innovando, sed omnia in statu pristino relinquendo, S. C. & puncto Supplicationis pro* Mandato *ulteriori de lite pendente nihil innovando, nec exequendo, sed tali modo prærepta cum omni causa restituendo & resp. cassando, S. C.* decernendam puto esse paritoriam restrictive dirigendam ad defuncti primi Rei, Comitis *Friderici*, relictam hereditatem & bona feudalia, saltem tamen ad hæc eo usque donec, post ulteriorum discussionem, de iis quoque in possessorio fuerit ulterius cognitum, insuper, ratione bonorum *Friderico* hereditariorum & avitorum contra ejusdem Testamentum, Actori petitorium reservans.

In Causa *Mandati de non contraveniendo &c.* Mandatum in uno membro, Decreta provisionalia concernente, cassandum, quoad Salvum Conductum vero & manutenentiæ ac protectionis Decretum paritoriam censeo decernendam esse, sed ad eas partes restrictivam, velut respectu Actoris fuit dictum. De cætero contra Trevirensia & Palatina Regimina, quæ non comparuere, petitum pro nunc cessat Proclama.

In Causis *Mandati inhibitorii de desistendo ab omni vi & violentia*, non offendendo nec turbando in possessione & Juribus competentibus, sine, de restituendo vero ablata, C.C. item *Mand. ulterior.* & adhuc ulter. una cum *Mandato auxiliator.* similiter cassatis Decretis provisionalibus feratur, meo calculo, Sententia paritoria, restrictiva, velut ex parte Rearum dictum fuit: Et cessat itidem contra memorata Regimina petitum Proclama.

Consultatio & Decisio XLV.

RELATIO CUM VOTO

In Causa

Plettenberg

Contra

Erbach.

Diese Sache gründlich zu verstehen, werden zwar einige dazu, dem äusserlichen Ansehen nach, ungehörige Historische Umstände erzehlet werden, es wird sich aber im Fortgang finden, daß solches alles nicht unnöthig gewesen.

Nemlich: Es ist das Objectum gegenwärtigen Processus, die Herrschafft Eys, zwischen der Reichs-Stadt Aachen und Mastricht gelegen, weil es aber damit viel Connexion hat mit anderen daherum gelegenen Territorialis, **Wittem, Falckenberg** und **Cuilenburg**: So wird also auch von diesem ein und anders aus denen ältern connexen Actis Citat. ex L. diffam. Waldeck contra Trips de An. 1693. zu melden vorkommen, welches, meines Dafürhaltens, hierbey zu wissen nicht undienlich.

§. 1.

Es wird das gantze Land zwischen der Stadt oder Reich von Aachen und Mastricht genennt, respectu der Brabandischen Lande, das **Ubermaaß** oder das Quartier Obermaaßen, sive Provincia Transmosana; Welche Provintz im XVI. Seculo, die Könige von Hispanien, als zum Burgundischen Creyß gehörig, und von andern des Heil. Römis. Reichs Creyßen, auch in oneribus ferendis, abgesondert, contradicente tamen, quoad aliquas terras, Fiscali Cæsareo sich zugeschrieben haben.

In diesem Bezirck liegen und grentzen fast aneinander die Herrschafften **Falckenburg, Wittem, Eys, Wilre, Cartils**, und mehr andere. Cuilenburg liegt in Gelder-Land, und wird der Graffen von Cuilenburg hier nur gedacht, als Besitzere der Herrschafft Wittem.

§. 2.

Nun ist zwar wegen Wittem vor zeiten Fiscalischer Exemtion-Proceß in Camera Imperial. geführ-

geführet, von welchem bald ein mehrers zu sagen. Gleichwohl ist der König in Hispanien, als Hertzog von Burgund und Besitzer der Niederlande biß Anno 1689. in prætensa exemtione geblieben.

Dann Wittem ist ausser Zweiffel ursprünglich Patrimonium der alten Hertzoge in Brabant gewesen, und von Johanne II. seinem unehelichen Sohn, Johann de Coslaer, als ein Lehn gegeben worden, vid. in Actis L. diffam. Lit. D. [52] und die Tripsische Anzeig [13] fol. 2. adde Lucæ Fürsten-Saal, pag. 1041. Allwo zu lesen, wie Johannis de Coslaer Uhr-Enckel, Friderich de Wittem, solche Herrschafft an Dietrich von Palant An. 1466. verkaufft, adde Vietoris Decis. Waldecc. 1. n. 91. seqq.

Formula Investituræ Brabantinæ an die von Palant ist in dictis Actis [19] so Waldeckischer Seits producirt.

§. 3.

Die Familie von Palant hat auch die Herrschafft Cuilenburg durch Heurath erlangt, vide dict. Vietor. Decis. 11. in fine, und ist kurtz vor Ausbruch des Niederländischen Kriegs Florentz der I. von Cuilenburg von Philippo II. König in Hispanien, wie Annales Juliacenses Teschenmachers melden, glaublicher aber von Carolo V. An. 1555. 22. Octobr. wie solche Zeit Vietor anmerckt dicta Decis. 11. in fine, in Graffen-Stand erhoben; Hernach aber, als dieser Florentz unter denen gewest, welche An. 1566. der damahligen Gouvernantin, Duchesse de Parma, die Supplicam übergeben, welche man als ein Zeichen vorhabenden Aufstands angesehen, von Duc de Alba proscribiret, und ihm seine Güter, in specie, auch die Herrschafft Wittem eingezogen worden.

vid. Teschenmacher in Annal. Juliac. Edit. noviss. pag. 481. Bœcleri Histor. Seculi XVI. ad Annum 1566. & in Commentario pag. 560. ubi fontes suæ narrationis compendiosæ allegat. Thuanus Hist. lib. 40. Vietor. Decis. Waldecc. 1. num. 164. ubi ex Famiani Stradæ Hist. Belli Belgici L. 7. Circumstant. recenset. Add. Schurtzfleisch. Dissert. de Orig. motuum Belgic. in Notis Lit. cc. dd. pag. mihi 115. 117. Heræi Annales Brabantiæ Tom. 3. pag. 81. 88.

§. 4.

Von dieser beschehenen Einziehung der Herrschafft Wittem sind auch in Actis L. diffam. Anzeigen zu finden:

Als nemlich der Kayserl. Fiscalis zu Speyer, wegen einiger Reichs-Contribution wider den Graffen von Cuilenburg, als Besitzern der Herrschafft Wittem angeruffen gehabt, vid. *Anno* 1562. seqq. hat derselbe die beschehene Einziehung vorgeschützet, weshalber auch in Comitiis Imperii An. 1570. Remonstration zu thun beschlossen worden: vid. die Narrata der An. 1666. 5. Octobr. extrahirten Citat. ad reass. [15] ist bey dem Vietore Decis. 1. pag. 2. seq. abgedruckt mit allen Beylagen, darunter Lit. E. sonderlich zu mercken, die Urkund des alten Cameral-Processus, und aller Handlungen.

Es hat aber Florentz, der erste Graff von Cuilenburg, die Restitution nicht erlebt, sondern, als An. 1604. es sich zum Vergleich mit denen vereinigten Provintzien angelassen, haben desselben Sohn, Florentz II. gethane Exculpationes statt gefunden, und er wieder zum Besitz der Herrschafft Wittem gelanget, besage [51] Act. L. diffam. dabey gleichwohl der Hof von Brabant die Ober-Jurisdiction, bey vorfallenden Sachen zu exerciren nicht unterlassen, nicht zu gedencken des actus in An. 1599. [49], dann es gehöret in die Zeit Hispanischer Besitzung. Es zeigen es die Fiscalischen Acta in obgedachter Citat. ad reass. selbst, daß Spanien auf der Exemtion noch immer beruhet, biß endlich An. 1689. der Fürst Georg Fridrich zu Waldeck die völlige Renunciation ausgewürcket, vid. Acta Fiscal. welche nur ab An. 1696. vorhanden [1] antiquiora apud Vietor. dicta Decis. 1. leguntur, ob aber eine Urthel darauf publicirt worden, zeigt das vorhandene Protocollum nicht. Dann Florentz, der zweyte Graff von Cuilenburg, hatte bey Ermangelung Männlicher Erben, seiner Schwester Tochter Sohn, Philipp Theodorum, Graff zu Waldeck, zum Erben eingesetzt, also, daß die Graffschafften **Cuilenburg / Wittem** und **Werth**, per Testamentum an das Hauß Waldeck, und mittelst der Frauen Töchter des Fürsten von Waldeck, an das Gräffliche Hauß Erbach, und itzo Fürstliche Hauß Sachsen-Hildpurghaußen gekommen. Von Cuilenburg handelt Vietor Decis. 11. von Wittem Decis. 1. von Werth Decis. 4. Breve Schema Genealogicum ordinem successionis declarabit. Et interest in lite præsente observare tempora.

Florentz I. Graff von Cuilenburg.

Elisabetha, uxor Jacobi, Marggraffen zu Baaden † 1590.

Florentz II. † 1639. scripsit heredem Philipp. Theodor, Graff zu Waldeck.

Anna, uxor Voigts, Graffen zu Waldeck † 1603.

Philipp. Theodor. natus A. 1614. heres von Cuilenburg und Wittem A. 1639. † 1645.

Frater

Georg Fridrich, Graff, hernach Fürst zu Waldeck natus Anno 1620. † 19. Nov. 1692.

Henrich Volrath, natus 1692. † 1664. absque liberis, cui successit Patruus, Georgius Frider. Soror erat Amalia Catharina, uxor Georgii Ludovici, Grafen von Erbach.

Loyse Amalie, uxor Georg Graff von Erbach, dudum defuncta.

Henriette Sophie, uxor Hertzog Ernst zu Sachsen-Hildpurghausen † 1702.

Albertine, uxor Graf Philipp Ludvigs von Erbach † 1727. hæc est Domina Cedens 26. Oct. 1724. [29].

Ernst Fridrich, Hertzog zu Sachsen, uxor Sophia Albertina. Filia Amaliæ Catharinæ Wald. ex patre Georg. Frid. von Erbach, Cessionario. [29]

Die Herrschafft Cuilenburg, haben die Erben dieser Fürstl. Waldeckis. Töchter vor etlichen Jahren verkaufft.

Wittem ist an den Fürstlich Hessen-Darmstädtischen General von Bretlac käufflich gekommen, von diesem an Herrn Graff von Gich, und ferner an Herrn Graff von Plettenberg, wie aus denen Cameral-Processen bekandt ist.

Wie aber der Fürst von Waldeck an die Herrschafft gelanget, welche seine Weibliche Descendenten noch besitzen, wird nun zu melden, und curiosius zu vernehmen seyn.

§. 5.

In Actis L. diffam. wird öffters angeführet, es sey Eys vorzeiten ein Pertinentz zur Herrschafft Falckenburg gewesen, dahero von dieser Herrschafft mit wenigem zu gedencken, daß solche, nach Bericht der berühmten Annalium Juliac. Teschenmacheri, pag. 408. An. 1356. zur Herrschafft erhoben, und verschiedene Herrn gehabt. Es ist auch um solche Landschafft zwischen dem Hertzog in Brabant und dem ersten Hertzog zu Jülich, Wilhelmo, viel Streit gewest. Ob dieser zum geruhigen Besitz gelanget, müste aus mehrern historischen Monumentis erkundiget werden. Der von Trips in der Information-Schrifft [48] sagt nein, sondern es hätten andere mehreres Recht daran gehabt, in specie, Wenceslaus, Hertzog in Brabant, welcher diese Herrschafft ex cessione von denen Falckenburgischen Besitzern erlangt.

Adde Hæræi Annales Brabant. Tom. I. sub Joanne III. pag. 306. 309. 311. Lucæ Fürsten-Saal, pag. 1041. wo ex Chronico Brabantino Hadriani Barlandi erzehlet wird, wie Hertzog Johannes in Brabant, Reinholdum in Falckenburg mit Waffen angegriffen, das Schloß erobert und zerstöret.

Die Special-Umstände der Acquisition dieser Herrschafft Falckenburg und deren Verlas-

A sung von denen Hertzogen zu Jülich ist hier anzustellen nicht nöthig. Teschenmacher schreibet pag. 365. es sey solche Herrschafft nach tödtlichem Hintritt Theodorii, Herrn zu Falckenburg, An. 1346. mit der Herrschafft Born und Sittard, an Wilhelm den I. Hertzogen, des Theodorici Mutter Bruder, gekommen, von dessen Nachkommen aber gegen die Herrschafft Caster vertauscht worden. adde pag. 408.

Unterdessen ist gewiß, daß bey denen allgemeinen Friedens-Tractaten An. 1648. unter andern Landen über der Maaß; Auch die Grafschafft Falckenburg zum Theil an die General-Staaten der vereinigten Niederlanden gekommen, der übrige Theil aber bey Spanien oder Brabantischen Landen geblieben, vide Tabulas Pacis inter Hispanos & Belgas §. III. Und als An. 1662. die völlige Abtheilung geschehen ist, besage der bekandten Traitte de Partage, dessen Extractus in Actis L. diffam. [39] von Waldeck übergeben. Unter dem Falckenburgischen Lehn auch von Eys speciatim gemeldet,

B daß la noble sale *&* *Cense de Eys* denen General-Staaten verbleiben solle. Wie dann auch An. 1684. Joh. Frantz von Trips, vom Holländischen Lehn-Hof zu Falckenburg mit Eys belehnt worden.

Porro objicitur Waldeccensibus in aliis Actis Cameral. sub Rubro Waldeck *contra* Schöpfen-Stuhl zu Aachen, *Mandati cassator.* in puncto resortus, sive Jurisdict. superioris, über Eys, daß A. 1715. durch Dragoner aus Mastricht die Kirche zu Eys erbrochen, und die Kasten mit Brieffschafften nach Wittem geführt worden. vid. ibi [29].

Hæc ideo adduxi, ut ostendam, quam male cohæreant ea in re allegationes Waldeccenses, simulque quibus mediis & viis Tripsium ex possessione bonorum in Eys Jure materno adquisitorum detrudere studuerint.

Qui ab Actore editionem Documentorum postulare non verentur, ipsi potius rei forent ad edendum Documenta, ad Archivum Wittemense pertinentia, nondum restituta.

Proinde oppositas inutiliter esse omnes has Exceptiones dilatorias judico.

Propositio. V.

De statu Actorum in causa principali ita censeo, instructa esse ita, ut ad ipsa causæ merita & viscera Sententia ferri queat.

Scilicet post productam Duplicam [32] quod scriptum in effectu sunt potius Exceptiones peremtoriæ in causa principali. Collegerat enim Procurator 12. Jan. 1725. terminum ad producendas Exceptiones peremptorias, juxta lit. [28] & intra terminum collectum eas produxerat, [32] declaravit Procurator Acta esse satis ad Sententiam instructa, petendo, nomine Tutricis zu S. Hildburghausen, instanter Sententiam 10. & 24. Oct. 1725. Petens vero Sententiam conclusisse in causa sua ex parte censetur stylo Cameræ notoriæ. Et ne quidem Actori ad tot Documenta, quibus Duplica [32] est instructa triplicandi facultatem concedi voluerit, die Zahl der Schrifften sey erfüllet. Et cum nihilominus Triplica, impetrata venia, producta esset 7. Mart. 1727. Dr. Hofmannn ne quidem terminum petiit, vel, ut loquimur, collegit ullum ad agendum ulterius. Præterlapso termino legali accusatur ab Actore 27. Jun. 1727. contumacia: Sed silentio prætermisit hæc omnia Procurator Waldeccensis, sive Hildpurghusensis, donec tandem 9. Jan. A 1728. Actor petierit causam haberi pro conclusa. Tum vero Dr. Hofmann in Recessu ultimo Mandatum suum extinctum esse causatur, immemor Mandati [27] ad Acta producti, certissime non extincti.

Ergo per omnia Jura & Cameralis Judicii stylum Acta, quoad partem Ream, haberi debent pro conclusis, ad pronunciandum in causa principali.

Non etiam obstat, quod in Duplica [32] litis contestationem declinare velit pars Rea, usque dum Acta ab Actore sibi essent edita. Nam Exceptionem hanc declinatoriam supra demonstravi esse inutilem. Adeo, ut Argumenta Duplicæ reliqua, sive Exceptiones peremptoriæ, quas pro informando Judice proferri dicit Procurator, re ipsa vero sunt eventuales, rejectis dilatoriis, pro pura litis contestatione acceptare possit judex, quia (1) omnis vis istius scripti tendit ad Actionem B perimendam, juxta declarationem præcedentem 12. Jan. 1725. [28] juncto Recessu 21. Febr.

2. Conclusio scripti non est pro interlocutione, sed pro definitiva Sententia. Den Kläger abzuweisen, cessionem injustam aufzuheben, denen Tripsischen Erben perpetuum silentium aufzulegen, Mandatumque zu cassiren.

3. An alia adhuc suppetant Argumenta graviora ad elidendam Actionem, hoc Referenti constare non potest extra Acta. Credibile tamen est, si habuissent, Waldeccenses prolaturos fuisse in medium. Neque persuasus sum habere quidquam aliud, quod in utrisque Actis præsentibus Mandati & antiquioribus Cit. ex L. diff. prolatum non sit. Fundamenta non sunt diversa in utrisque Actis. scil. *qualitas feudi masculini ubique omnem facit paginam.*

Quæ Acta Citationis, licet ad ea Sententia C ferri non possit, Actio enim est edita sub Rubrica alia Actorum, adhibenda tamen erunt, & probationes ibi factæ huc adducendæ. Sunt enim Acta publica, inter easdem personas vel cessionarios, & de eodem objecto. Ego itaque, adhibitis simul istis Actis, elaboravi & narrationem facti, & præsens, quod jam ad causam principalem aggredior, Votum.

Propositio I.

Actio Tripsiana contra eos, qui causam habent a Jo. Reinhardo de Breyel, non est extincta, neque per hujus cessionem, sive refutationem, Anno 1685. [36] lit. D. neque per Tripsii, si quæ facta esse probaretur, renunciationem.

Demonstratio.

De actu refutationis non est dubium, quæ omnino nihil obesse potest iis, quibus Jure proprio debetur succesio & possesio.

De renunciatione facta sciendum est allegari in Duplica quandam renunciationem, so auf Witten geschehen seyn solle, sed non probari. Forte scribere voluerunt auf Eys. Quid enim Wittem ad Tripsium? Et porro refertur in Duplica: Es hätte Trips gegen eine Erkäntlichkeit sich erbotten die Renunciation zu confirmiren, Waldeck aber habe seine Anmaßungen nichts geachtet. In Triplica Plettenb. fol. 18. & 23. ita legitur: Es hätte der Fürst von Waldeck den von Trips, mit Bedrohung ihm das Leben zu nehmen, zur Renunciation gezwungen, welche er aber, liberatus a carcere, revocirt, und seine Sache fortgesetzt, i.e. am Hof zu Brüssel. Falsum esse, daß er sich extra carcerem erbotten die Renunciation zu confirmiren, vielmehr sey ihm solches gegen eine Erkäntlichkeit a parte adversa angetragen worden, wie er aber seine Sache zu Brüssel fortgesetzt, hätte man ihm seine Güter in Gülischen Landen mit Arrest belegt, und dadurch ihn in Unkräfften gesetzt, darüber er gestorben. Hæc omnia absque ullo Documento narrantur. Quod si vera intervenisset renunciatio Tripsii, non opus habuisset Princeps Waldeccensis petere adversus eum Citat. ex L. diffamari, imo cum Tripsius in Exceptionibus conquestus esset de illata sibi violentia, producere potuissent renunciationem, de qua ne verbum in Actis diffamationis legitur. Ego hanc allegatam renunciationem nihil curandam esse puto. Quæ si unquam facta fuisset, ipsi Waldeccenses affirmant, factam fuisse in carcere.

Causa carceris prætensa nihil habet connexitatis cum actione Tripsii ad Dynastiam Eys: Nisi quod Princeps Waldeccensis, a Tripsio pro spoliatore habitus, eum in captivitatem duci fecerit, & post novem mensium tempus, juxta ea, quæ narrantur, renunciatione facta, rursus dimiserit. Causa vero captivitatis in Duplica dicitur talis, quod Tripsius Anno 1686. 17. Oct. [9] Actor. diffam. §. 25. vicum Eys fuerit ingressus, in quem ex præsidio Trajectensi milites quosdam miserat Princeps Waldeccensis, Gubernator loci. Tripsius vero coadunatis hominibus violenter ibi egerit, & milites Principis armis exuerit, dein in oppidum Limburgense Crapol cum spoliis aufugerit. Veru,mad persequendum eum milites alii missi, deprehensumque in oppido Crapol, Limburgensis ditionis, captivum deduxerint in urbem Trajectensem, deinde Principi Waldeccensi, Gubernatori & Domino in Wittem, in custodiam tradiderint, ibi actione Fiscali fractæ pacis publicæ capitis Reus accusatus, rursus Trajectum deductus, tandem, interventu Gubernatoris Belgii Hispanici, liberatus. Adde Replic. Waldec. in Act. Citat. diffam. [18] circa finem.

Tempus hujus facti indicatur Anno 1686. & conveniunt adjuncta in Actis diffam. [9] in Actis Plettenb. vero [42] lit. K. juncto [43] lit. L. ubi observandum, quod Documentum lit. K. absque omni dubio suppeditante Principi Waldeccensi fuerit scriptum, utpote qui tunc erat Generalis militiæ Belgicæ, & magnæ auctoritatis: Actio Fiscalis contra Tripsium Anno 1687. formata legitur in Actis lit. L. diff. [9] absque denominatione neque loci, neque temporis; colligitur tempus ex aliis adjunctis parallelis, locus vero ex ipsis narratis Waldeccensibus, daß von einem zu Wittem constituirten *Waldekischen Fiscali* diese Klage also formirt worden. Wie sie aber dem gefangenen Trips communiciret, ob er darauf geantwortet, und was er zur defension angebracht, vermuthlich Exceptionem Judicis suspecti in propria causa, davon schweigen die Waldekischen gantz still.

Num vero, si vel maxime deliquerit aliquid Tripsius, hoc ad extorquendam renunciationem seines Rechts auf Eys trahendum erat?

Factum istud Principis Waldeccensis minime est laudabile, neque ejus causæ Justitiam confirmare potest. Metum justum si potuit inferre Tripsio, ob aliquod delictum contra milites Belgicos, non debuit extendi ad renunciationem Juris realis, quod acquirere studebat sibi & suæ familiæ Princeps Waldeccensis. Et ita renunciatio talis fuit & habebitur semper pro violenta & nulla. Actionem spolii non impedit renunciatio domini, sed censetur per metum facta: Docet ita *Menoch. recup. remed. 1. n. 223.*

Propius si inspiciamus circumstantias, observabimus Anno 1671. Anno 1679. facta pace Neomag. Tripsium fuisse missum in possessionem auctoritate Curiæ Brabantinæ [12] [13]. Sed per Waldeccium Principem, Protectorem Jo. Reinhardi de Breyel, prohibitum, qui etiam privati commodi gratia milites præsidiarios ibi collocaverat ad prohibendum Tripsium. Hos ceu privatos tractavit Tripsius in possessione fundi ad ipsum pertinentis, cujus etiam possessio per Judicem ipsi erat tradita, cum ab istis peregrinis hospitibus impediretur, se defendens. Licebat autem ingredi cumprimum vacabat spoliato, & habebat vires & occasionem rem sibi ereptam recuperandi. Ita loquitur *JCtus Mevius p. 8. Decis. 324. adde Menoch. adip. rem. 6. n. 6.* Decem annos largitur Carol. de Mean. Obs. 97. ad Jus Leod. n. 5. cum Lancelloto de attentat. c. 4. limit. 1. n. 28. seqq. Et cum in territorium vicinum Limburgicum esset reversus, persecuti eum sunt milites Belgici. Was hat doch der Commendant zu Mastricht vor Gewalt gehabt ins Limburgische Territorium einzufallen, den Tripsen, einen Brabantischen Unterthan, zu Crapol wegzunehmen, dem Fürsten zu Waldek, welcher selbst Gouverneur zu Mastricht war, nach Wittem auszuliefern, wie in Replica Citat. diff. [18] erzehlet wird, von dar er hernach nach Mastricht (ipse Tripsius dicit ex errore nominis Trajectensis nach Utrecht) geführet, und, biß er auf sein Jus renunciret, 9. Monat gefänglich gehalten worden. Die General-Staaten hatten ja Anno 1665. und An. 1685. schon declariret [42] [43] daß der Ort Eys Reichisch, i.e. zur Reichs-Hoheit gehörig, sey, waren also von dem Theilungs-Tractat mit der Cron Spanien, cujus Extractus, [39] so viel Eys betrifft, abgegangen. Dieser Actus geschahe Anno 1686. auf der Fürsten von Waldeck Angeben und Geheiß, und wird schlecht entschuldigt [18] Cit. diff. daß die Herrn General-Staaten

Staaten seit der Zeit der Graf von Cuilenburg sich seiner Lande Protection angenommen. Protectio, si quæ fuit, nullibi probata in Actis, spectabat ad negotia publica, non ad lites privatas. Tantum abest, ut renunciatio Tripsii, posito factam esse, a persecutione Actionis ipsum excludat, ut potius habenda sit pro violenta & nulla. Objectio criminis & accusatio non impedit Actionem ex spolio vid. pluribus hoc confirmantem *Menoch. recup. remed.* 1. *n.* 325. Ego in ista prætensa renunciatione, cujus tenor a Waldeccianis non producitur, nec probatur ullo Documento, minime subsisto. Nam circumstantiæ delicti a solo Waldeccensi causæ Patrono ita narrantur, non constat de Tripsii defensionibus ad accusationem Fiscalis, nescio cujus, [9] Act. Cit. Sufficit mihi, certum esse, privatum commodum Waldeccii Principis nimium hic præponderasse. Et proinde Actionem extinctam non fuisse. Foret enim res mali Exempli, si potentior debiliorem, in modo defensionis excedentem, in carcere detentum, ad renunciationem cogere posset cum effectu Juris. Porro quod allegarunt Waldeccenses in Act. diff. [18] circa fin. es hätte Trips der Verlassenschafft des von Breyel sich angenommen, und seye dahero seine facta zu halten verbunden; nullo Documento nullisque circumstantiis probatur. Qui vero alicui opponit Except. *Tu es heres*, utique eam probare debet. Neque hanc Exceptionem in Actis præsentibus repetiere Waldeccenses, sed in Act. Citat. studuerunt conquirere, jam affirmando aliqua absque probatione, jam negando, quæ erant verissima. Mihi hæc Objectio aditæ hæreditatis plane non est verosimilis, nam Tripsius non erat ab intestato hæres, sed Cognati des Joh. Reinhard von Breyel zu Limprecht. Wegen Eys hat der von Trips dominium antiquo Jure prætendirt, minime hæreditario des von Breyel. Manente igitur Jure Actionis, integrum est etiam Jus cessionis.

Propositio II.

Membrum I.

Actionis præsentis fundamentum non sunt Sententiæ sive res judicatæ Bruxellensis judicii [11] [12] [13] [15] [16] sed est Actio plane nova.

Demonstratio.

Actor non petit Executionem rei judicatæ, sed restitutionem spolii: Et fol. 9. libelli dicit expresse: Es werden die Brabantische Urthel nur zur Bescheinigung des begangenen spolii beygelegt h. e. ad probandam Actionem hanc novam, & porro: Daß er die Spolien-Sache allhier in Camera Imper. weil Eys vom Reich dependire, und die Frau Beklagtin immediata sey, nochmals einführe.

Ergo non persequitur Jus Actione judicati, sed instituit novam, quod erat demonstrandum.

Membrum II.

Formulam Actionis ex Clausula salutari libello adjecta eligere licet Judici utiliorem, cumulando remedia ad eundem finem facientia. Esto igitur hic remed. recup. possess. *ex canone redintegranda* 3. *Quæst.* 1. junctis remediis duobus *Capit. sæpe* 18. *de restit. spoliat. & imploratione Officii Judicis.* Tanquam remedio speciali recup. possess. juxta *Menoch. recup. remed. XVI. XVII. Mev. p.* 8. *d.* 383.

Est autem utrumque non summarium, sed ordinarium, *Mev. p.* 3. *d.* 249. *n.* 4. possessorium tamen, non petitorium. Proinde tractatur in via Mandati cum Clausula.

Tenetur his Actionibus possessor qualiscunque, modo probet Actor, se aliquo tempore esse spoliatum, licet Reus possideat titulo munitus. Ita Antecessores nostri *Gail.* 2. *Obs.* 75. *n.* 12. *& Mynsing.* 3. *Obs.* 85. quibus addo non minorem JCtum *Mev. dict.* 8. *Dec.* 383.

Fundabatur ergo Actio præsens contra Albertinam Elisabetham, Principis Waldeccensis filiam & possessorem.

Fundata etiam est contra Principem Saxonico Hildburghusanum, utpote qui est nepos Henriettæ Waldeccensis filiæ, & insuper cessionarius Albertinæ, & fideicommissarius hæres Principis Waldeccensis, & hodie possessor. Adeo ut Actio contra eum fundari potuisset a principio. Multo magis continuabitur, postquam domina tutrix, vi pacti cum Albertina, litem hanc filii nomine suscepit 12. Jan. 1725.

Tres filiæ Principis Waldeccensis in facto parentis Friderici Principis continuarunt, sed etiam facto proprio auxerunt, & Citat. ex L. diffam. a patre petitam, reproduci, omniaque in istis Actis nomine suo tractari voluerunt.

Duæ ex istis filiabus absque prole sunt defunctæ. Ex tertia, Henrietta, supersunt hæredes Hildburghusani Principes. Mater est tutrix, & Processum hunc suscepit motu proprio, ergo contra eam, sive ejus filium, si forte major factus sit, Sententia pronunciabitur rectissime.

Fluit ex membro I. *Consectarium:* Quod in libello fructuum perceptorum restitutio non petatur, nisi à tempore possessionis Waldeccii Principis, proinde omnes fructus à quondam Jo. Reinhardo de Breyel spoliative percepti usque ad ejus mortem, quæ dicitur accidisse An. 1687. non sunt Objectum petitionis & litis. Dixi de Actione.

Propositio III.

Antequam de Actionis intentatæ probatione & Exceptionum peremptoriarum qualitate dicam, necesse est, ut de *natura Objecti* necessaria quædam præmittam. Animadverti enim in

Actis ex confusione feudi Wittem & Dynastiæ Eys, quatenus hæc à Wittemensi dependeat, & an sit feudum vel subfeudum Juliacense, multos errores inter partes esse exortos.

Ego *ita sentio*: Vicum Eys sive fundos redituusque Dynastiarum in Eys non esse, neque unquam fuisse, feudum Juliacensis Ducatus.

Demonstratio.

Intelligo propositionem de feudo antiquo. Nam si quæ mutatæ fuerunt, per Waldeccianos, tempore recentiori, cum Jo. Reinhardus de Breyel ad excludendam sororem consanguineam ejusque hæredes consilia cum Waldecciæ Principe agitaret, & quæ sequenti tempore filiæ Waldecciæ Principis ex persona propria tractarunt & pactæ sunt cum Duce Juliacensi, hæc omnia sunt acta inter alias personas, Juri Tripsianorum nihil præjudicantia.

Ita ait pars Rea in Duplica [32] f. 13. seq. Es sey dermahlen Eys ein feudum promiscuum, scil. cum antea fuisset proprium, jedoch ex conventione nova mit Ihro Churfürstl. Durchl. zu Pfaltz/ welche/ ob neglectam investituram beym Lehn-Hof zu Gülich/ das Lehn vor caduc gehalten / doch endlich/ ob bene merita des Fürsten von Waldeck/ diese Convention eingangen/ und denen Herren Erben solche in dieser Qualität verglichen hätten. Hæc omnia, inquam, nihil ad Tripsianos Winandi de Breyel ex uxore prima Helena de Eynaten hæredes.

Demonstraturus itaque, quod Dynastia Eys, quatenus eo nomina fundi & reditus intelliguntur, non sit feudum Juliacense antiquum, satis esse existimo, si adducam ipsas Waldeccianorum assertiones, sed, ut plenior fiat demonstratio, sciendum est, non existere, neque adferri Documentum ullum antiquius feudi mentionem faciens, quam Wilhelmi primi Ducis Juliacensis, *de Anno* 1365. *Lit. A.* [33] male translatum, & rectius ex alia copia Waldeccensium Actorum Citat. L. diffam. [3] cognoscendum. Cujus Documenti Originale, etsi non sit productum ad Acta & olim à Tripsio in Actis diffam. in dubium vocatum, ego tamen pro vero habeo, Documentum ipsum, cujus etiam exhibuit copiam Comitis Plettenb. Procurator, cum facti specie typis mandata. Et crediderim Originale Documenti existere penes Dominum Comitem Plettenberg. hodie Dynastam in Wittem.

In hoc vero Documento non datur in feudum Joanni de Wittem, Dynastia Eys, utpote quæ habebat Dynastam alium, Arnold Vogten, sed dominium directum, quod dicitur habuisse Majores Ducis Wilhelmi. Ergo concluditur: *Primo*, Dynastiam Eys ab hoc tempore Anno scil. 1365. non esse feudum Ducum Juliacensium, quia dominium directum à se abdicarunt.

Ut taceam, Wilhelmum non in qualitate Ducis Juliacensis, sed Comitis Falckoburgensis, hanc concessionem dedisse Joanni de Wittem. Quem Comitatum, cum Duces Juliacenses antè aliquot secula abdicaverint, permutando cum Præfectura Castrensi, si credendum est *Teschenmacheri Annalibus* in Historia facti allegatis, facile fieri potuit, ut etiam de illo Jure, Joanni Dynastæ in Wittem concesso, amplius non cogitaverint. Certe de antiquiore aliqua investitura, quam Dux Juliacensis, qua talis, dederit Dynastæ in Eys, nihil constat, neque ejus ullum adfertur indicium, neque etiam assertive dicitur in isto Documento de Anno 1365. daß Eys vor Zeiten von Hertzog Wilhelms Vorfahren zu Lehn empfangen worden/ sondern es quittiret Hertzog zu Gülich den Gillis von Eys/ und spricht ihn loß der Mannschafft/ Hulde und Eyd/ welche er Gillis/ Herr zu Eys/ ihm möchte gethan haben. An in Falcoburgensi Archivo aliqua notitia ejus rei supersit, me sane latet. Erat autem annus Documenti 1365. qui sequebatur mortem ultimi Domini in Falcoburg, Theodorici, Anno 1364. Quo occiso, non pacifice habuit hanc Dynastiam Wilhelmus, contradicente Duce Brabantiæ, Wenceslao, sed Actum aliquem exercuit periculo accipientis valiturum, qua de re memorabiles narrantur circumstantiæ à Tripsio [13] Act. Cit. L. diffam. nullam etiam mentionem facit Dynastiæ Falcoburgensis, illo tempore acquisitæ per Ducem Juliacensem, Auctor Annalium Brabantiæ diligentissimus, *Franciscus Haræus*. Adeoque feudi Juliacensis Documenta antiquiora existere non est credibile. Etsi Joannes de Wittem ipsum dominium directum Dynastiæ Eys à Duce Juliacensi in feudum recognoscere debuisset, factum hoc esse oportebat post mutationes Dynastarum in Wittem. Atqui nullus unquam extitit Actus investituræ *post An.* 1365. vide positionem quintam, ubi hoc confitentur ipsi Waldeccenses, unde non perperam colligitur una cum mutatione dominii Falcoburg etiam hac in re mutationem accidisse & degenerasse dominium directum Dynastæ Wittemensis, respectu Eys, in merum allodium. Illustrantur hæc per ea, quæ & Tripsius commentatus est in Actis Cit. ex L. diff. [13] §. ist noch übrig von der Situation und Jurisdiction der Herrschafft Eys zu berichten ꝛc. nihil vero Juris competiisse Duci Juliacensi in Eys inculcare studuerunt Waldeccenses in iisdem Actis Cit. ex L. diffam. Replicâ [18] cujus excerpta ad positionem quintam recensebo.

Positio IV.

Feudum, si quod fuit Juliacense, vel potius Falcoburgense, cujus dominium directum acquisivit Dynasta Wittemensis Anno 1365. & exercuit annis sequentibus, non hujus, inquam, feudi objectum fuere fundi & reditus Dynastæ in Eys, sed sola Jurisdictio, die oberste Herrschafft, *sive* Hochgericht zu Eys, cum iis, quæ more Provinciæ, sive regionum vicinarum, ad Jurisdictionis dominum, qua talem, pertinent.

Monitum generale.

Notum est in Jure publico merum Imperium Dynastas inferiores non habuisse absque concef-

concessione superioris; hinc permulta Exempla in Imperio concessæ in feudum *Jurisdictionis altæ*, ut appellant, in bonis allodialibus. Vide hanc materiam illustratam in der Limpurgischen weitern Deduction in puncto separationis feudorum ab allodio Anno 1702. pag. 57. 63. seqq.

Demonstratio.

1. In Documento illo Wilhelmi Juliacensis Ducis de Anno 1365. non legitur, quod prædia & fundi Ægidii de Eys fuerint feudali qualitate affecta, sed tantummodo die oberste Herrschafft und Gericht zu Eys / ita enim recte vertitur textus idiomatis tunc vernaculi [3] Act. Cit. L. diffam. Vitiosa plane est Copia translata à Waldeccianis producta [33] Actor. præsentium Mandati. Hæc vero sunt verba Documenti: Daß dieselbe / i. e. die Herren zu Eys / endlich und allwege sollen Manne seyn / i. e. Vasalli, des Johann von Wittem / und nach ihm seiner Erben / als von unserm Lehn zu Eys / zu wissen / h. e. demonstrative, die oberste Herrschafft und Gerichte von dem Kirch-Spiel und Dorff von Eys mit allen ihren Zubehören. Fundi totius Dynastiæ, si fuissent feudum, tunc aliter fuissent verba concepta.

2. Idem exprimitur in Documento recognitionis Arnoldi Vogten von Eys de Anno 1369. [4] Act. diffam. male est descriptum & translatum in Actis Mandati [34] Lit. B. Quanquam hoc Documentum à Tripsio & Plettenbergio plane non agnoscatur pro vero. Ego tamen obsequentes Investituras Wittemenses verum esse puto. In hoc Documento nulla mentio feudorum, sed Jurisdictionis superioris, der obersten Herrlichkeit und Gerichten von Eys.

Melior copia & translatio in Actis VValdeck. contra Schöffen-Stuhl zu Aachen. [19]

3. Declaratur hic verus Documentorum sensus ex observantia Curiæ Feudalis Wittemensis subsecuta. Tantum enim traditum fuit per Investituras Dynastis in Eys, quantum accepit Dominus in Wittem, tanquam dominus directus. Atqui Investitura *sequens ex Anno* 1456. *quæ est antiquissima, in Actis producta post præcedentem de Anno* 1369. demonstrat feudum Wittemense esse non fundos Dynastiæ Eys, sed Jurisdictionem superiorem das Hochgericht / ergo Domino de Wittem per Documentum VVilhelmi Ducis Anno 1365. nullius rei dominium directum concessum fuit, quam des Hochgerichts zu Eys. Docum. Investiturarum *Anno* 1456. est in Actis Mandati [58] ex libro antiquo feudali VVittemensi desumtum, ubi investitus Gerardus de Goer, maritus filiæ Hermanni von Eys, post mortem Soceri, adeoque non ex nova gratia, sed uxorio nomine, mit dem Hochgericht von Eys und seinen Zubehörungen 18. Febr. 1456. & sequenti Anno 1457. 5. April. investitus Gerardi filius Johannes mit berührtem Hochgericht. Verba sunt clarissima, ut ulteriori luce non indigeant. Dictus Gerardus de Goer fuit ille, qui Anno 1456. 24. Jul. fieri fecit transumtum solenne Contractus emt. vend. totius Dynastiæ & bonorum in Eys, in-

A ter Simonem de Broek, venditorem, & Gillis, sive Ægidium, von Eys Anno 1361. quo, Docum. est in Act. Cit. diffam. [53.] Defuncto Johanne de Goer absque prole mascula, successit *ejus filia*, *Maria*, quæ intulit Dynastiam Eys in familiam de Streithagen utriusque sexus, à quo tandem per fœminas pervenit an die von Breyel / und von diesem an die Familie von dem Berg / genannt Trips.

Deest hic Investitura proxime sequens, Joannis de *Streithagen*, quam extitisse probabile videtur ex iis, quæ jam allegabuntur. VValdeccensis enim Princeps factus dominus in VVittem Anno 1645. post mortem fratris Philippi Theodori, Archivi VVittemensis potestatem habuit, cum vero venderetur ab his Dynastia VVittem, probabiliter ex Registro feudali varia Documenta desumta ad instruendum Processum diffamationis, non restituerunt ad Archivum.

B Superest tamen dictum Documentum jam recensitum de Anno 1456. & sequens de Anno 1600. & 1607. [54] scil. Anno 1600. 3. Nov. investitus est *Johannes de Strabach*, hic erat maritus Annæ de Streithagen, (cujus pater, Joannes de Streithagen, per uxorem, Mariam de Goer, adquisiverat Dynastiam Eys,) pro se & Consortibus, filiabus de Streithagen, mit der Herrlichkeit Eys / wie solche von seinen Vorfahren empfangen gewesen / i. e. das Hochgericht zu Eys von diesem Lehn-Hof Wittem / Innhalts derer alten davon förhandenen Bücher und Register.

Anno 1607. investitur pro Rata sua VVilhelmina de Streithagen als frey-eigen patrimonial-Gut.

4. Nihil aliud colligitur ex Documento Investituræ, quam Anno 1612. dedit Florentius de Cuilenburg VVinando de Breyel Act. L.
C diffam. [44] in Actis Mandati [45] Lit. N. utrumque productum est VVittemense, sed in translatione ex idiomate veteri discrepans. Objectum feudale hic dicitur die *Jurisdiction* und Herrlichkeit Eys / de qua Investitura infra plura erunt observanda.

Vide meliorem translationem in Actis VValdeck contra Scabinos zu Aachen [26] lit. R.

5. Tempore Principis VValdeccensis, cum ipse fortassis animum ad acquirendam Dynastiam Eys adplicuisset, investiti sunt primo 16. Sept. 1665. Tripsius, & mox 17. Septemb. Jo. Reinhard de Breyel attenta hujus protestatione & allegatione qualitatis feudi masculini in Curia VVittemensi, mit der Herrlichkeit von Eys / als vom Hauß Wittem dependirend / nach Innhalt der vorigen Brieffe / vid. Adj. ad [32] Lit. E. F. Objectum aliud feudale non esse poterat aliud, quam quod in antiquiore Investitura expressum erat das Hochgericht.

Frustra ergo VValdeccenses in [17] Act. diff. ex indole vocis Herrlichkeit concludere volunt ad qualitatem feudalem, etiam fundorum omnium cum Subditis. Quæ est Argumentatio à notatione valde debilis, cum repugnent literæ Investiturarum maxime antiquissimæ de Anno

 1456.

1456. [58] sed istas Investituras studiose prætereunt VValdeccenses insigni saltu ab Anno 1369. usque ad An. 1612. nihilominus tamen in Schematismis Genealogicis Acta diffam. [45] & Act. Mand. [44] Lit. M. allegant Investituram Gerardi de Goer cum addito *ex nova gratia*, quod additamentum nullibi est probatum, manebit ergo veritas Documenti ipsius Investituræ [58]. Verum ne ista quidem Investitura posterior de Anno 1612. id quod volunt VValdeccenses, probat, conferendæ enim sunt etiam præcedentes.

6. Fundorum in Eys inter hæredes de Streithagen An. 1603. divisorum, juxta quam etiam Investitura fuit data Anno 1600. 3. Nov. Jo. de Strabach filio Annæ de Streithagen pro se & Consortibus materteris, & deinde uni ex filiabus. Anno 1607. [54] mentio fit & designatio maxime notabilis [59] quas partes omnes feudalem habuisse qualitatem temeraria mihi videtur esse assertio. Et Investitura Anno 1607. in ista Curia feudali VVittemensi data aliter non debuit intelligi, nec voluit Curia feudalis fecisse, quam juxta tenorem antiquæ.

Per Contractus varios conjuncta deinde fuerunt bona in persona VVynandi de Breyel juxta Docum. pactor. nuptialium Anno 1613. [6] atque, ad ea augenda, pecuniæ uxoris de Eynatten fuere in rem versæ. Ita ait Tripsius [13] Actor. diffam. §. daß nemlich VVinandus &c. ibi: Zu welcher Zeit ein grosser Theil solcher Güter um 18000. Brabantische Gulden/ welche besagte Frau Helena von Eynatten ihrem Ehe-Herrn zugebracht/ erkaufft worden. Neque est verosimile ex peculio proprio comparasse VVynandum hæc bona, nam Anno 1613. matrimonium primum contraxit, defunctus 16. Sept. 1665. Ergo Anno 1613. erat fortassis juvenis 24. annor. & parentes adhuc in vivis. Et ita demonstratum puto solam Jurisdictionem, das Hochgericht/ non vero fundos Dynastiæ, esse qualitate feudali erga Dominum de VVittem affectos.

Propositio V.

Qualecunque sit Objectum feudale VVittemense in Eys, non habet naturam feudi proprii, sed promiscui & hæreditarii.

Demonstratio.

Fatentur VValdeccenses Except. [26] §. 5. Es sey die immediate Reichs-Herrschafft Eys ein vom Hertzogthum Gülich dependirendes feudum promiscuum, doch daß sexus masculinus vor dem Weiblichen den Vorzug habe. Declaratur autem assertio in Duplica. [32] Es sey ante consolidationem feudum masculinum gewesen/ aber ex nova conventione mit Chur-Pfaltz/ quam tamen non producunt, habe es naturam feudi promiscui bekommen/ scil. ab ipsis filiabus Principis VValdec. hæc nova conventio fuit inita. Aliter plane locutæ sunt antea in Actis Cit. ex L. diffam. [18]. Es sey Eys dem Johann von Wittem nicht ea intentione vom Hertzog zu Gülich Anno 1365. cediret/ i. e.

A dominium directum, daß er solches dem feudo Brabantino, nemlich der Herrschafft Wittem incorporiren/ sondern daß er solch dominium directum allein in notam gratitudinis vom Hertzog zu recognosciren haben solte/ welches Jus petendi investituram hernach sive alio pacto, sive præscriptione nach der Hand/ und nunmehro über 300. Jahr *cessiret* und aufgehoben, und Eys von denen Herren von Wittem *in feudum masculinum* recognoscirt worden/ quæ assertio de feudo masculino plane est falsa, ut mox audiemus.

Ibid. §. und dahero 4to Eys sey niemahls für ein Affter-Lehn von Gülich/ viel weniger vor ein Brabantisches/ gehalten worden.

Et §. und ist demnach &c. Die Besitzer von Eys haben vor 300. und mehr Jahren den Herrn von Wittem vor den rechten Lehn-Herrn gehalten/

& versu. Weil ad 3. &c. das Gut Eys sey kein Affter-Lehn von Gülich zu nennen/ weil dominium directum dem Herrn von Wittem allerdings cediret worden. In toto Scripto inculB catur passim: Es habe Eys mit Wittem als einem Brabantischen Lehn/ keine Connexion, ausser daß ein Herr von Wittem immediate und allein desselben Lehn-Herr sey.

Ex istis Assertis nascitur

Scholium.

Si dominium directum über Eys/ quatenus est res feudalis, datum fuit Anno 1365. Joanni de VVittem & ejus hæredibus, necesse est, ut qualificet se VValdeccensis Princeps tanquam hæredem Joannis de VVittem, alias non habere potuit dominium directum in Eys, neque iste sensus est contrarius verbis Documenti de An. 1365. sæpius recensiti.

In hac vero qualitate non credo asseruisse sibi, existimo Principem VValdeccens. dominium directum, qua possessori Dynastiæ VVitC tem, quæ interpretatio Documenti, an sit verbis congrua, ego nondum agnoscere possum. Ibi: Gaben ihm/ Johann von Wittem und seinen Erben/ die nach ihm Herrn von Wittem seyn sollen/ erblich/ und immer mehr &c. Porro: daß die Herren von Eys des Herrn von Wittem Manne seyn sollen/ und nach ihm seiner Erben &c. Si possessor quilibet Dynastiæ VVittem eo ipso acquirit dominium directum in Eys, necesse est, ut eodem titulo hodie sit dominus directus Actor, noster Comes de Plettenberg, & ab ipso debeant Investituram capere filiæ VValdeccenses.

Quod enim hæ cum Domino Electore Palatino, Duce Juliacensi, conventionem novam fecerint recognoscendo ab eo Dynastiam Eys in feudum promiscuum. Hic est actus Plettenbergio, vel qua Domino in VVittem, vel qua cessionario Tripsianorum, nihil obstans.

Antiquius habuere Jus Tripsiani ad Dynastiam Eys.

Verum

Verum ut ex diverticulo revertar ad demonstrandam Propositionem meam quintam, probatur ea:

1) Per Testimonia vicinarum Curiarum feudalium Limburgensis & Falcoburgensis [55] [56].

Est autem Eys situm in Provincia Transmosana, utrique Provinciæ Limburgensi & Falcoburgensi fere contiguum, & olim ad Falcoburgensem ditionem spectabat.

2) Per Testimonium Curiæ Wittemensis [57.]

3) Per Testimonia de istarum terrarum feudis, apud *Sande de Feud. Geldriæ & Zutph. cap. 2. §. 2. n. 4. 5. pag. mihi* 221.

4) Per observantiam specialem respectu feudi Eys, quam demonstrant Investituræ, A. 1456. [58] & A. 1600. 1607. [54] nec non Successiones & divisiones hereditarias, ita ut a primo illo Gillisio, sive Ægidio de Eys, usque ad Winandum de Breyel, Dynastia Eys per fœminas ad alias familias sæpius fuerit delata.

Unde nam ista nomina Goer, *Streithagen*, *Strabach*, *Breyel*, nonne hi omnes per filias acquisivere istam Dynastiam?

Notandum hic venit Documentum, quod ex Wittemensibus Scriniis produxerunt Waldeccenses in Actis contra Scabinos zu Aachen [20] de A. 1423 ante Investituram Gerardi de Goer, ubi aliquis Joannes de Goer, Vogt von Eys, tradit Johanni von Eys, als Curatori, zum Behuf seiner natürlichen Kinder, 5000. fl. auf die Herrlichkeit, Lehn-Erbe und Gut zu Eys, daß solche von einem Kind aufs andere fallen sollen, und sollen die Brüdere aus dem Gut denen Schwestern helffen, daß diese content und zufrieden seyen.

Hic mihi in Actis objicit Waldeccensis causæ Patronus: *Ex nova gratia* admissos fuisse maritos, vid. Schema Genealog. lit. M. ad Duplicam [32] & huic simile in Act. diffam. [45] & in omnibus scriptis hoc ita asseritur. Hanc causæ Patronum ego remitterem: (1) Ad confessiones proprias in Actis Cameral. Waldeck contra Scabinos zu Aachen, ubi Johannes de Strabach agnoscitur als Mit-Herr zu Eyß, [13] juncto Protocollo Curiæ Wittemensis [21] ubi dicitur einer der Erbgenahmen von Streithagen. (2) Ad Acta Cameralia sub rubro *Holstein contra* Chur-Cölln, Odenkirchen betreffend, ubi Elector Coloniensis investitos maritos filiarum etiam ex nova gratia feudum acquisivisse fortiter defenderat, non enim erant in literis Investiturarum nominatæ uxores, sed succubuit in hoc judicio, & ceu spoliator condemnatus fuit, restituta etiam tunc possessio Marquisio de Westerloh. In præsenti casu multo potiora sunt Argumenta fundatæ filiarum Successionis.

Neque obstat phrasis illa in Documento antiquo de A. 1365. & 1369. zu einem rechten Mann-Lehn, quæ deinde in Investituris Wittemensibus repetita non fuit. Nam per hanc phrasin, cumprimis in terris Rhenensibus, Westphalicis & Belgio proximis, minime intelligitur feudum masculinum sive proprium, sed nuda *qualitas Vasallagii*: Manne significat Vasallum; rechtes Mann-Lehn feudum verum; sed non ideo masculinum & proprium. Ita ut Lehn-Herr und Mann inter se sint relata.

Multa possem ejus rei adferre exempla, sed hic sufficiet allegare Referentem Cameralem *apud Klock. relat. XXVI.* Est hæc relatio in causa Nassau contra Lothringen, die Graffschafft Saarwerden betreffend, magna diligentia & eruditione composita, num. 119. & seqq. *Eybenium in Electis feudalibus c. 9. §. 5. Lyncker. 1. Resp.* 180. *n. 4. & in analect. Feudi ad Struv. cap. 4. Acta Limburgica sub tit.* Gemeinsame Limburgische *Extractus* der vorhandenen *Acquisitions-* und *Allodial-Documenten*; sammt fernerer *Deduction*, *ubi fol. 5. seqq. hæc materia pluribus illustratur.*

Et hæc significatio confirmatur inprimis, si in feudo aliquo successio fœminarum sit consueta, uti hic in judicio contradictorio confirmata fuit A. 1619. in Curia Brabantina inter heredes Streithagianos; vide Docum. notabile in Actis diffam. [54] ubi tota historia Processus cœpti A. 1609. recensetur, ex quo ego in mea narratione facti Schema construxi §. IX. hic repetendum.

In Juliacensi Ducatu multa etiam sunt feuda natura sua promiscua & ad consuetudinem successionis respicitur, teste *Simon v. Leewen in Censura for. Lib. 11. c. 22. de success. feudor. n. 16. adde Sandeum de feud. Gelr. Tract. 1. cap. 2. p. 265.*

Quod ergo dicunt Waldeccenses Winandum de Breyel A. 1612. a Florentio de Cuilenberg ex nova gratia esse investitum, hujus asserti Argumentum est perquam leve ex vocabulo *gratificiret*, quod etiam denotat benevolentiam, neque ulla in hoc Documento mentio caducitatis a dicto Florentio prætensæ, adeo ut, nisi Investituram contulisset Winando, hic nihilominus mansisset Dynasta in Eys: Facit huc ratio supra adducta, quod feudalis qualitas tantum sit probata respectu *Jurisdictionis supremæ*, des Hoch-Gerichts, juxta Investituras anteriores, ad quas in ista Florentii Domini de Wittem, de A. 1612. fit expressa relatio. Adeo ut vanum omnino existimem, novam gratiam hic fingere, quia non est nova gratia absque caducitate præcedente. Atqui hic nulla commissi feudi mentio, nulla declaratio, ergo nec nova gratia. q. e. d.

Eadem est ratio omnium Investiturarum antiquiorum, in quibus novam gratiam fingunt Waldeccenses, quotiescunque per filiam

filiam ad aliam familiam pervenit Dynastia Eys.

Propositio VI.

Dynastia Wittem fuit olim feudum Brabantinum, & Curia Brabantina exercuit Jurisdictionem in Dynastas & subditos in causis personalibus & realibus, usque ad renunciationem Regis Hispaniæ A. 1689. factam.

Videbitur forte hæc Propositio huc non pertinere, quia Objectum nostrum est Dynastia Eys. Sed non esse inutilem hanc observationem puto, cum in Actis Citat. ex L. diffam. satis fuse sit tractata hæc materia.

De *qualitate feudali dubium esse non potest*, quia ipsi Waldeccenses hoc passim concedunt in dictis Actis, ex quibus aliqua excerpta supra recensui.

De *Jurisdictione & exemtione* posset existere dubitatio ob Processum exemtionis a Fiscali Cæsareo institutum A. 1570. & seqq. resumtum, quem allegant Waldecc. [18] Act. diffam. prolixius vero enarrat Vietor. Decis. Waldecc. I.

Notandum est hic (1) in præsentiarum nullam amplius esse controversiam post renunciationem Regis Hispanici supra dictam Anno 1689. Acta Fiscal. resumta sub rubro concordiæ [1.]

(2) Notandum, Sententiam ad Actionem Fiscalis latam non fuisse, sed cessisse Regem Hispaniæ Juri suo libere. Antea vero possessionem Jurisdictionis & exemtionis continuasse, non obstante Fiscalis Actione. Hinc tot Exempla exercitæ Jurisdictionis in Curia Brabantina contra Wittemenses active & passive in Actis diffam. [49] & [53] ubi est actio Waldeccensis contra den Graf von Croy instituta A. 1653. Et cum Fiscalis Spirensis, suggerente Waldecciæ Comite, postea Principe, A. 1666. litem resuscitasset contra Gubernatorem Hispanicum: E contra Fiscalis Brabantinus actionem instituit, & Citationem obtinuit contra Waldecciæ Comitem, & Inhibitionem pœnalem. A. 1671. teste [52.] lit. D. Act. Citat. diff. Habebant etiam Brabantiæ Judicium facultatem exequendi, quia VValdecciæ Comes alia bona in Territorio Limburgensi extra controversiam sita possidebat.

Hæc fuit ratio, quod Tripsiani in causa Dynastiam Eys concernentur, existimantes, daß Eys ein Wittemisch Affter-Lehn von Brabandt sey/ oder daß der damalige Herr von Wittem beym Brabandtischen Hoff-Recht zu nehmen hätte/ die Sache wegen Eys auch contra Jo. Reinhard de Breyel daselbst anhängig gemacht/ und hat Curia Brabantina sich pro competent erklärt gehabt [11] Anno 1670. Dahero in Actis Citat. L. diffam. der Disput entstanden wegen Wittem/ ob solches unter Brabandtische oder des Reichs, Jurisdiction gehörte. Die Waldeckischen hatten damahls die Spanische Renunciation de Anno 1689. schon in Händen/ und hätten mit deren Production vielen Schreib-Wercks überhoben seyn können: So aber in dictis Actis nicht/ und erst A. 1696. im kleinen Fasciculo Actorum Fiscalium geschehen.

Propositio VII.

Dynastia Eys fuit quidem ab antiquo tempore quoad Jurisdictionem, **das Hoff-Gericht**, sive ut alibi est phrasis **die oberste Herrschafft und Gericht zu Eys**, (quo nomine merum Imperium intelligi non male concluditur) *feudum Wittemense*, sed absque connexione alia cum Dynastia VVittem, quam quod Judicium VVittemense agnitum fuerit sæpius pro immediate superiore. Erravit omnino Tripsius cum crederet Eys esse subfeudum Brabantinum, & ideo Jurisdictionem Brabantinam in Actis defendens, cum alia ratione melius defendi potuisset. Credo hunc errorem esse Advocati, non autem Judicii Brabantini, quod alias potuit habere rationes suæ Jurisdictionis fundatæ.

Proinde, cum Dynastia Wittem Anno 1566. confiscaretur ab Hispanis libera mansit Dynastia Eys, indicio manifesto non esse talem inter utramque Dynastiam connexionem, qualis est partis integrantis erga totum.

Alia *vero est Quæstio*: An Territoriolum Eys fuit sub Jurisdictione Hispanica, an vero Imperii Germ. immediata? Pro Hispanica Jurisdictione pugnavere semper Tripsiani; VValdeccenses pro Imperiali, & quidem immediata. De præsenti tempore nullum est amplius dubium, quia neque Brabantina Curia aliquid urget, & consentiunt VValdecciani, imo ipse Actor, Comes Plettenbergius, tanquam Cessionarius Tripsianorum. De præterito tempore non est superflua inquisitio propter Sententias in judicio Brabantino latas, quas VValdecciani dicunt, ob incompetentiam nullas.

Ego observavi hic (1) nullum extare Exemplum exercitæ unquam Jurisdictionis Imperii respectu Dynastiæ Eys. Sed potius (2) plurimos existere actus Jurisdictionis Brabantinæ, vid. in Actis Citat. diffam. [54] [55] [56] [57] [58] [59] [61] ex annis 1599 1619. 1620. 1621. 1640. 1643. 1655. 1657. adeo ut non detur Exemplum dissimile.

(3) Quod autem VValdecenses de appellatione ad Scabinatum allegant, ex Testimonio [20] Actor. diffam. nihil infert, neque Exemplis rerum judicatarum probatur. Nam etiamsi darentur Exempla, sciendum est, ad Scabinatum Aquisgr. olim multa Judicia libera voluntate provocasse, v. Acta Waldeck contra Aachen, [55] & [56] ubi Privileg. Caroli IV. & tamen ideo non sequitur subjectio respectu Imperii. Imo est verissimum, quod a Judicio zu Eys Appellationes debeant fieri ad Judicium des Herrn von Wittem zu Mecheln, qui est locus primarius der Herrschafft Wittem.

Wittem, probatur hoc ex Documento der Wittemischen ersten Belehnung an Art. Vogten, de A. 1369. ex quo Waldeccenses fortissimum desumsere suæ intentionis fundamentum in præsenti causa.

Et in Actis Waldeck contra Scabinos zu Aachen, adversus Jurisdictionem Aquisgr. cui tamen possessores aliquoties locum dederant acerrime pugnarunt, suam Wittemensem defendentes. Et tamen hanc rursus, cum Dynastiam Wittem vendidissent, agnoscere recusarunt. Hinc avocationem quorundam Actorum decrevit Consil. Aulicum Viennæ, An. 1720. [54]

(4) *Quod allegatur Actio Fiscalis* Anno 1663. In Camera instituta v. [8] Cit. diff. & in *Blum. supplicat. pag.* 68. per quam ad forum Imperii citantur Winand de Breyel, Herr zu Eys, und seine Schöffen, wie auch Frantz von Cartils ad revocandam Actionem in foro Brabantino institutam, das factum selbst betraff einen Jagd-Streit und Abnehmung eines Rohrs, auch Schatzung der Cartilschen Güter.

Acta ipsa Fiscalia non inveniuntur, quæsivi ea, sed nancisci non potui.

Narrata supplicæ unde hauserit Fiscalis An. 1663. est plane ignotum. Errores autem insignes esse in narratis facile est demonstratu. Sententia nulla desuper lata. Has enim ubi fuerunt publicatæ, conservavit Archivum Fiscale.

In universum hic notandum : Ex qualicunque Actione Fiscalis non statim concludi ad justitiam petiti, proinde non sequitur, der Kayserl. Fiscal hat in dieser Supplica die Herrschafft Eys und Cartils vor immediat dem Reich unterworffen angeben, ergo sind es Immediat-Reichs-Herrschafften. Audienda erat desuper etiam Curia Brabantina, quæ erat in possessione exercitii Jurisdictionis absque ulla contradictione. Imo etiam in possessione Juris collectandi. vid. in Actis diffam. [61] [90] [91] [93].

Adeo ut crediderim totam hanc actionem absque prosecutione ulteriore mansisse. Neque obstat le Traitte de Partage cum Belgio fœderato A. 1661. [39] Act. diffam. quia ordines Belgii agnovere paulo post esse errorem wegen Eys, & ad se non pertinere. Sed an ad Imperium pertineret, vel ad Jurisdictionem Brabantinam? hoc non erat ipsorum definire, sufficit quod agnoscant non pertinere ad se, *quia esset feudum Wittemense*, quæ ratio an sufficiat? alia est Quæstio.

Quia igitur statuendum de tempore antiquiore? Respondeo: Jurisdictionem Imperialium Judiciorum, ubi exempla non existunt, fundari *vel ex situ terræ, vel ex Matricula Imperii.*

In Matricula Eys nullibi reperitur, v. Testimonia in Actis Waldeck contra Aachen [33] [34] Unde Statum immedietatis plane negarunt Scabini. Scio equidem Argumentum a Matricula negative non concludere, v. *Maurit. diss. de Matricula* §. 39.

Dantur enim terræ ad Matriculam referendæ, quæ hucusque fuerunt omissæ, & tamen statu immedietatis gavisi possessores. Sed ut hoc fiat, debet esse certum, quod terra sub Jurisdictione Imperii sit sita.

Melius ergo est Argumentum a situ. Situm ita describunt Waldecc. in Actis contra Scabinos Aquisgr. [46]. Eys liegt zwischen der Herrschafft Wittem und Weyler, sodann dem Falckenburgischen und Rade Duc. theils Spanisch-theils Holländischen Gebiet.

Sed hic inextricabilis erit controversia de *Provincia Transmosana*, dem Land über Maaß, & pluribus ibi sitis Territorialis, quæ prioribus seculis ad Burgundicum Ducatum pertinuisse nemo facile dubitabit: Nam *Wenceslaus, Caroli IV. Imp. filius*, ducta Uxore Joanna, filia unica Joannis terræ Brabant. Ducis & herede totum hunc tractum terrarum ad Mosam possedit. v. *Hæræi Annales in Wenceslao.* Certum est autem Brabantinas Curias in iis exercuisse Jurisdictionem non contradictam, & hodie esse divisam Provinciam in diversas Jurisdictiones Imperii, Belgii Hispanici vel Austriaci & Belgii fœderati. Judicia vero Imperrii, si de possessorio sit judicandum, ratione Eys, nullum Exemplum proferre posse. Proinde ut mitissime sentiam, Jurisdictio erit dubia, (loquor de tempore antiquo) & proinde Brabantina pro simpliciter & generaliter incompetente dici non potest pro illo tempore.

Multa enim in rebus politicis & juridicis mutantur & ad alium deveniunt statum. Verum etiam est & sæpissime usu venit, quod possessores terrarum inter confinia diversarum Jurisdictionum sitarum pro re nata & exigentia modo ad dextram modo ad sinistram recurrant, mox hujus mox illius protectionem implorent, exinde tamen non concluditur ad asserendam vel negandam Jurisdictionem superioris, quam privatus vel asserens non potest inducere, neque negans infringere Unde si vel maxime Winandus de Breyel in alia occasione & causa dixisset, daß Eys dem Reich angehörig, tamen hoc non præjudicaret Jurisdictioni Brabantinæ, si hæc esset in possessione. Neque ex his solis narratis Supplicæ Fiscalis aliquid potest concludi, cum desint ipsa Acta & Adjuncta ibi relata. Observanda autem est calliditas Waldeccensium: Hi, ut Dynastiam Eys ad Imperialem Jurisdictionem referrent, usi sunt Argumento eo quod esset feudum Wittemense; Wittem autem pertineret ad Imperium. Hoc Argumentum auctoritate sua approbari fecit Principem Waldecciæ apud Ordines fœderati Belgii A. 1665. & 1685. Tunc enim oculos & animum applicuisse Wittemensem Dominum Principem Waldecciæ, ad Dynastiam Eys, Acta docent, & tota rei Historia. Imo ad plures ibi sitas Dynastias, (si modo legitimo, non erat vitio vertendum,)

vid. in Act. Cit. diffam. [42] & [43] adde Adjunctum Waldeccense in Actis Mandati Plettenb. ad Duplic. [32] lit. K. ubi hoc Argumentum, daß Eys ein Lehn von Wittem sey, est præcipuum. Et tamen in ipsis Scriptis Waldeccenses passim inculcant, es habe Eys mit Wittem keine Connexion, sey vor sich und absque ulla dependentia eine Freyherrschafft.

Patet hinc quibus mediis usi sint Waldeccenses ad excludendos heredes, fœminas Winandi de Breyel, a successione in Dynastia Eys.

De qua jam ulterius videndum, quale Jus habuerit Jo. Reinh. de Breyel & de cessione sive, ut volunt Waldeccenses, refutatione Domini utilis in Princip. Waldeccens. tanquam dominum directum, An. 1685.

Propositio VIII.

Johannes Reinhardus de Breyel, a quo causam refert Princeps Waldeccensis, nihil habuit Juris in parte bonorum paternorum, ad liberos ejusdem prioris matrimonii pertinentium: Neque etiam possessionem, nisi violentam & vitio spolii affectam.

Demonstratio.

Præsupponendum hic est Territoriolum Eys situm esse in Provincia, quem Brabantini appellant *Transmosana*, & ea quidem parte, in quam Duces Brabantinæ antiquitus, Imp. Roman. Germanici beneficio, ut ait *Stockmannus Decis. Brabant.* 1. *n.* 15. Jus sibi asseruerunt, tanquam Marchionatu Sacri Romani Imperii.

In hac vero Provincia Jura Brabantina, speciatim Jus devolutionis, antiqua consuetudine obtinuit, teste *Stockmann. Tr. de Jure devolut. cap.* 2. *n.* 7. ubi ait: Extra Brabantiam Jure devolutionis reguntur Ducatus Limburgensis (in cujus vicinia situs est vicus Eys) & reliquæ *ditiones Transmosanæ*, quæ jam C olim *Brabantiæ annexæ*, facile in ejus mores transierunt. Neque obstat, quod Dynastia Eys terris Imperii hodie accenseatur, nam hoc non impedit Jura dudum ibi consueta, nisi doceatur mutatio; aliud est esse sub Jurisdictione Imperii, aliud vero uti Jure Belgicarum Provinciarum vicinarum Juris devolutionis effectus plane singularis docente eod. *Stockmann. cap.* 1. est is, 1.) Ut dissoluto matrimonio, ex quo nati sunt liberi, superstes pater vel mater, in præjudicium liberorum existentium de omnibus bonis immobilibus nihil possit alienare valide, licet plenissimo gaudeat usufructu & absque onere vel cautionis vel reddendarum rationum.

Joannes Deckherus, Falcoburgensis, JCtus ce-

A lebris, quondam Senator supremæ Curiæ Brabantinæ, *lib. II. Dec.* 2. *ita ait p.* 306. *Consuetudine Falcoburgica cuncta bona paterna ab obitu conjugis ad liberos devolvuntur, cujus devolutionis ea est vis ac potestas, ut superstitis parentis non alia sit in rebus suis jam devolutis auctoritas, quam quæ in nudo utendi fruendi Jure consistit, omni prorsus earum in alias personas transscribendarum per donationem, vel quemcunque alium modum, licentia denegata: Quæ consuetudo vim legis obtinet, & non potest non esse in confesso.*

2) Proprietas itaque ad liberos devoluta Reali vinculo ipsis est affecta & affixa, in securitatem legitimæ successionis, adeo ut, quidquid in ejus præjudicium agat parens superstes, inutiliter agat, & Actionem Realem habeant liberi ad vindicanda bona ex manibus possessoris tertii: Et quidem cum exclusione liberorum matrimonii secundi. Ita ut etiam filia primi thori excludat masculum ex thoro secundo *cap.* 18. Hæc omnia & rationes Legis vel consuetudinis, pluribus explicat *Stockmannus dicto Tr. cap.* 1. *&* 4. *& in Decisionibus Decis.* 8. *num* 4. *Decis.* 19. *num.* 4.
B *adde Mean. ad Jus Leod. Obs.* 112.

3) Et subjectæ sunt Juri devolutionis res non tantum allodiales, sed etiam feudales, patrimoniales & adquisitæ, sive ante matrimonium, sive eo durante. *dict. Tract. de Jur. devol. cap* 3. *pr.*

4) Competunt vero liberis prioris thori remedia non tantum petitoria realia, sed etiam possessoria, speciatim recuperandæ possessionis, etiamsi habuerit heres possessionem, ut ajunt, civilissimam, ex generali consuetudine, *le mort saisit le vif*, si alius interim naturalem apprehenderit. *Stockmann. Decis.* 143. *n.* 2. Neque ad remed. recup. necessaria sit probatio possessionis naturalis, tempore eo, quo quis spoliatum se esse queritur, sed sufficiat probatio possessionis vetustioris, ita ut censeatur is possessionem continuasse, donec mutatio probetur ab adversario. *d ct. Dec.* 143.

5) Derogatur vero Juri devolutionis, vel Testamento conjugum communi, juxta mores Provinciæ, h. e. cum *Octroya* sive consensu Principis, confecto, a quo superstiti conjugi recedere non licet; vel pactis matrimonialibus inter conjuges initis, vid. *Stockm. cap.* 9. *n.* 1.

Et his quidem pactis matrimonialibus, in quibus conventum, ut, dissoluto matrimonio, pars certa bonorum pertinere debeat ad liberos ex isto matrimonio procreatos, contineatur fideicommissum conventionale, *Stockm. Decis.* 43. *n.* 20. *& Tr. de Jure devol. cap.* 14.

Hæc omnia ex Jure Provinciæ harum rerum

rum peritissimo Petro Stockmanno præmittenda fuerunt, quia in iis conclusiones sequentes fundabantur, junctis rationibus aliis.

A

Jam observandum est in substrata materia litis:

1) Quod in divisione bonorum inter liberos fœminini sexus quatuor A. 1603. de Streithagen, quam explicavi in narratione mea §. 7. 8. 9. Maria Uxor Nicolai de Breyel, quartam bonorum partem acceperit: Reliquas tres quartas VVinandus de Breyel, filius Nicolai, matris interventu acquisivit, juxta Tenorem pactorum matrimonialium de A. 1613. post mortem patris Nicolai, matris Mariæ auctoritate, initorum [6] ad quæ etiam mater in Testamento suo de A. 1630. [5] sese refert. Hæc matrimonialia pacta juxta Testimonium Notarii vidimantis descripta sunt ex Originali quodam correcto & partim cancellato, sed tamen a paciscentibus subscripto, & Testamentum maternum docet negotium ita esse Actum, neque in dubium vocatur, quod ita esset Actum, a VValdeccensibus.

B

Nisi enim ita conventum fuisset Johann. Reinhard. filius secundi matrimonii nullam habuisset partem in bonis illatis in matrimonium primum, propter Jus devolutionis.

Ita vero dicitur in Pactis [6] de bonis a VVinando in hoc Matrimonium illatis: **Das eine Viertel/** so VVinandus von VVilhelma de Streithagen erlangt per Contractum und freywillige Condemnation des Hoffs zu Brabandt.

Das 2te Viertel, per Contractum permutationis von Henrich von Eynatten, und Heyrich Beulart. Hi scilicet causam habebant a Catharina, filia de Streithagen.

Das dritte Viertel, so VVinand per Contractum von Joh. de Strabach acquirirt. Hic erat filius Annæ de Streithagen, & pretium solutum redactum ex venditione der Güther in Alt-Falckenburg. Hic est cujus fit mentio in Actis VValdeck. contra Scabinos zu Aachen, A. 1612. [13] ubi dicitur Mitherr zu Eys, item einer der Erbgenahmen Streithagens [21.]

C

Das vierdte Viertel solcher Erb-Güter in Eys vom Vater und Mütterl. Seiten, sc. Nicolai de Breyel & Mariæ de Streithagen, hat VVinandus erlangt Jure devolutionis, & cum Jure electionis & primogenituræ der Adel. Wohnung und Herrlichkeit.

Hoc intelligitur ex *Stockmanni Decis.* 24. *n.* 1. *& de Jure devolut.* c 7. *n.* 4. ubi dicit, quod inter liberos aut cognatos plures dividantur quidem fundi feudales & reditus, sed senior, Jure præcipui, fruatur castro seu domo habitationis, cui cohæret Jurisdictio cum certa terræ distantia. vid. in Actis Testimonia Curiarum feudalium [55] [56.]

Pergit Tenor Pactorum:

Wenn der Bräutigam VVinandus zur 2ten Ehe treten würde, soll er denen Kindern erster Ehe, wann sie das 25te **Jahr erreicht, die Mütterlichen Güter einräumen:** De his bonis etiam est Quæstio: quatenus ex pecunia dotali coëmti fuere fundi in Eys antea inter Streithagianos divisi, uti dict. Propos. IV.

Und in die 2te Ehe mag er das dritte Theil der eingebrachten Heuraths-Güter *inferiren*, **die 2. andere Drittheile sollen denen Kindern erster Ehe, samt angestorbenen Bey- und Seiten-fälligen Gütern/ nach des Vaters Todt verbleiben.**

Ecce in hac clausula derogatur Juri devolutionis, cum absque hoc pacto omnia bona immobilia ad liberos prioris matrimonii pertinuissent.

2) Observandum, quod pater VVinandus, cum ad secunda Vota transiisset, A. 1635. 12. assignaverit & tradiderit liberis prioris matrimonii pro alimentis den Hoff und Pfacht zu Eys mit Gerechtigkeit und Diensten, juxta Documentum ad Duplicam VValdeccens. [32] lit. O.

Expectare enim debebant effectum devolutionis ex pactis paternis nuptialibus de A. 1613. post hujus mortem, quæ accidit Anno 1665. tunc ipso Jure devoluta fuit ad eos plena proprietas duarum tertiarum.

Fuerunt interim liberi prioris matrimonii in possessione quieta **des ermeldten Hoffs** A. 1639. 1643. 1663. 1665. testibus Documentis locationum [7] [8] [9] usque ad motus a Jo. Reinhardo filio 2di matrimonii, post mortem patris excitatos.

Hic enim accepta a patre [35] lit. C. cessione des Hauses, Herrlichkeit und Dependentien von Eys, eaque in judicio proprio zu Eys insinuata pridie mortis patris, (quæ forte poterat esse triens bonorum in matrimonium illatorum vel Sola pars feudalis) adeo laxe interpretatus est *Cessionem de tota universitate, tanquam sibi masculo filio debita*, ut sororem consanguineam ab omni possessione excludere niteretur. Documentum istud VValdeccense [35] ego interim pro vero habere volo, licet hoc ipsum cum reliquis omnibus formam probantem non habeat, sunt enim Copiæ ex aliis Copiis desumtæ.

Quod autem Joh. Frantz de Trips, filius Mariæ Ottiliæ de Breyel, non habuerit solum Jus plenissimum successionis ad duas tertias bonorum, hoc fluit ex Jure devolutionis per dicta pacta limitatum.

Quod etiam pro possessore sit habendus in duabus tertiis Tripsius, & re ipsa habitus, Jo. Reinhardus vero pro spoliatore declaratus, hoc declarant Sententiæ Curiæ Bruxellensis

 post

post cœptam ibi litem Ao. 1666. 7. Jan. Et post plures interlocutiones præcedentes, Ao. 1667. 18. Mart. 18. April. 17. Oct. Ao. 1669. 30. Jul. 21. Aug. & 18. Sept. rejectamque exceptionem fori declinatoriam cum injunctione litis contestationis pure faciendæ 18 Nov. 1670. & 31. Jul. 1671. publicatæ [11] [12] cum Executione. Error an sit in hac Sententia, quod faciat mentionem trium quartarum, loco duarum tertiarum, vel an Actor docuerit possessionem in tribus quartis, suo loco relinquendum est, cum Actorum Bruxellensium Copia nobis deficiat. Tametsi vero competentia Judicii hujus Brabantini a Joh. Reinh. de Breyel in dubium sit vocata, mihi tamen eousque sufficit hæc Sententia, quod Jo. Reinhardus de Breyel, postquam judex se competentem declaraverat, tanquam spoliator fuerit condemnatus. Contra quam Sententiam iste Breyel, qui tamen eximere se voluit a Jurisdictione Brabantina, in Imperiali Judicio conquestus non est. Erat autem vitium spolii, ob Jus proprietatis plenæ, Tripsio acquisitum.

Propositio IX.

Jo. Reinhardus de Breyel ne quidem partem bonorum in secundum matrimonium parentis illatam potuit refutare Principi VValdeccensi, multo minus totam universitatem.

Demonstratio.

(1.) In divisione bonorum Nicolai de Breyel & Mariæ de Streithagen, amborum parentum, patrimonium ita fuit confusum cum partibus, quæ nomine filii Winandi dicuntur fuisse acquisitæ, ut alter filiorum Nicolai, Nicolaus Junior, acceperit pro filiali Quota bona in Limpricht, Winandus vero bona in Eys. Mentio istius divisionis fit in libello Actionis, quem edidit soror Jo. Francisci de Trips in Actis Citat. L. diffam. [11.] adeoque tota universitas bonorum in Eys affecta Familiæ Winandi. Quid ad hoc Waldecciani? Negavere factum divisionis in Act. Cit. diff. [17.] sey nicht erweißlich, & tamen in præsentibus Actis hanc divisionem allegant in Schemate Genealogico lit. M. [44.] scilicet studuerunt nihil non negare etiam certissima, cujus rei Exempla varia ostendere possum ex Actis Citat. diffam. Cum de duabus tertiis Jus liberorum prioris matrimonii dubium habeat nullum, demonstratur de reliqua tertia per Argumentum, quod dicitur καθ' ἄνθρωπον, ex principiis propriis Joh. Reinh. de Breyel & Waldeccensium.

Si enim totius universitatis refutatio facta fuit Anno 1685. tanquam domino directo, necesse est, ut agnoverit uterque, & Vasallus & Dominus, esse rem feudalem. Si fuit res feudalis, & quidem Wittemensis, habuit etiam naturam feudorum consuetam h. e. promiscuam & hereditariam, affectam tamen Familiæ Winandi post obitum Joh. Reinhardi Filii. Si est res affecta Familiæ, in specie descendentibus a filia prioris matrimonii Winandi de Breyel, sequitur quod refutatio etiam unius tertiæ, mul-

A to magis totius universitatis, in Principem Waldeccensem sit inutilis q. e. d. Declarabitur hæc Propositio infra capite: Quid pronunciandum?

Propositio X.

Actoris intentio est fundata remedio quocunque utiliore, etiam adipiscendæ possessionis.

Demonstratio.

Quæ hucusque protuli merita causæ, ad remedium adipiscendæ cumprimis faciunt, imo ipsum petitorium. Non ergo erant prætermittenda propter petitum libelli, ut Judex quovis meliori modo justitiam administrare velit. Neque inconvenienter cumulatur hic utrumque remedium recuperandæ possessionis cum adipiscendæ per ea, quæ tradunt Menoch. adipisc. remed. 1. n. 91. secundus casus Rulandus p. 3.
B lib. 4. cap. 1. Mindanus de interdict. cap. 20. num. 65. Coccej. diff. de cumul. possess. & petit. n. 15. 17. 20. 31. 47. Cum enim in remedio recuperandæ possessionis Exceptio nonnunquam occurrat, prout hic re ipsa est opposita, ad petitorium pertinens. Tu non habes Jus ad hanc rem: dolo facis, quod petas, quod mox es restituturus; scil. quia Eys est feudum proprium & masculinum, in quibus fœminæ plane excluduntur, a Vasallo ultimo domino refutatum, & cum dominio directo consolidatum: Necessarium erat ostendere, quod istiusmodi Exceptio nulla ratione sit fundata, & quod Tripsiani etiam remedio adipiscendæ utilissime possint experiri, imo in ipso petitorio habeant Jus fundatissimum, quod ipsis Summa cum injuria a Waldeccensi Principe, ejusque filiabus heredibus, fuit negatum, penes quas etiam possessiones, quas Princeps Pater, pro ea, qua pollebat auctoritate & potentia acquirere studuit, non diu steterunt. Plurima enim bona in Provincia ista Transmosana jam sunt in aliis manibus, reliqua litibus implicata. Cum itaque ex ipsis libelli narratis pactis scil. matrimo-
C nialibus Winandi de Breyel Anno 1613. a parte Rea, neque in Processu diffamationis, neque in præsente Mandati in facto, contradictis, Testamento etiam materno Anno 1630. confirmatis remedium adipiscendæ possess. firmissima conclusione fluat, & pars rea in ipsa merita petitorii sese intromiserit, fundans Exceptiones suas in principio feudi proprii & refutationis titulo, quod principium est vanissimum. Merito condemnabitur pars Rea ad restituendam Dynastiam Eys, quatenus est feudum Wittemense plene, quatenus vero allodiales essent partes, quoad duas tertias cum fructibus a tempore possessionis Waldeccensis, qui nulla ne quidem specie Juris possessionem allodialium partium sunt occupati. Accipiet tamen hæc mea Conclusio declarationem ex iis, quæ in fine Voti sum dicturus. Jam videbimus, annon etiam redintegrandæ possessionis vincere queat Actor. Sequitur

Propositio XI.

Actio ex spolio probata dici potest (1) a Tripsio Tutore, contra Jo. Reinh. de Breyel, in foro Bra-

Brabantino, & fundata fuisset in alio quocunque Judicio competente.

(2) Contra Principem Waldeccensem. De heredibus Principis dicam Propos. sequente XII. De competentia Judicii Brabantini Propos. XIII.

Demonstratio.

Extrema Actionis sunt. (1) Possessio antiquior Actoris, & ejus facta depulsio. (2) Possessio partis Reæ. De altero extremorum nihil est dubii; De primo, possessione Actoris, unica est inspectio.

Repetantur dictæ Proposit. II. membr. 2. & Propos. 8. ubi actum fuit de Jure devolut. num. 4.

Satis autem probatur spolium, si de possessione antiquiore Actoris constet, & quod possessio Rei sit junior. Refer. apud *Klok. relat.* 5. *n.* 322. *seq.* & *n.* 418. & sufficit uno momento antiquiorem possessionem habuisse. *Menoch. recup. remed. XV. num.* 323. Adeo ut Actione spolii teneatur, qui alterum ab usu Juris sui vel rei suæ impedit, vel ingressum impedit: Ita antecessores nostri in Votis in Symphorem. Pseudonymi Gylmanni *Tom.* 1. *p.* 1. *Vot.* 5. *n.* 7. *Tom.* 4. *part.* 1. *Vot.* 5. *n.* 8. *per. L.* 1. *§.* 24. *L.* 3. *§.* 13. 14. *de vi & vi armat.* neque requirantur probationes pleniores odio spoliantium dict. *Tom.* 1. *Vot.* 5. *n.* 13.

Applicatio ad diversa circumstantiarum præsentis causæ tempora est sequens: Possessio antiquior liberorum Winandi de Breyel ex primo matrimonio, quorum erat proprietas bonorum in Eys in duabus tertiis a tempore mortis matris de Eynadten, probatur ex traditione partis bonorum, facta a patre Anno 1635. 12. Mart. [46.] lit. O. ad Duplic. Waldeccens. Hanc possessionem continuarunt per locationes factas Anno 1639. 1643. 1663. [7.] & ipso An. mortis paternæ 1665. da die Besichtigung des Mißwachses halber geschehen [8.]

Adminiculatur probatio per depositiones Testium aus Wittem und Eys [9.] qui de auditu deposuere, sie hätten von ihren Eltern und Schwieger-Eltern gehöret, daß sie als Halbwinner auf dem Hof zu Eys gewohnt, und keine andere Herrschafft als die von Trips erkennet. Aliud Testimonium a persona cognata Tripsii est [10.] Anno 1665. 36. Sept. defuncto patre Winando superstes fuit ex liberis prioris thori Jo. Franz de Trips, nepos ex filia cum sorore, de qua hic nulla amplius est Quæstio. In persona ergo Tripsii consolidatus fuit duarum tertiarum ususfructus cum proprietate, & simul possessio adquisita *ipso Jure*.

Tametsi vero communiori Sententia, ab antecessoribus nostris in Camerali Judicio recepta, possessio absque apprehensione naturali non acquiratur. *Gail.* 2 *Obs* 129. & 152. *Mynsing.* 3. *Obs.* 38. sunt tamen JCti celebres, qui consuetudinem Germaniæ universalem esse existimant, quod possessio ipso Jure a defuncto in heredem vel Vasallum transmittatur.

Schilter. Praxi Jur. Rom. Exerc. 15. §. 11. 16. & *Exerc.* 47. §. 57. *quem etiam laudat Harprecht Resp.* 78. *num.* 66. & *Vol. nov. Resp.* 36. *n.* 358. *seq.*

Neque est dubium multis in locis hoc Jus consuetudine vel etiam lege expressa vim obtinere, quod etiam concedit *Gail. dictis Observationibus* 129. 152. *in fin.* Cumprimis in terris Germaniæ inferioris, Provinciis Belgicis (extra Hollandiam, Geldriam & Frisiam, quæ Jure Civili Rom. utuntur. Voet. ad π. tit. de A. vel O. hær. §. 18.)

Vide de Provinciis Brabantinis: *Christinæum* 4. *Decis.* 26. *n.* 5. *Jo. Dekherrum JCtum Falcob. Decis. posthum. XII. n.* 12. 13. *pag.* 135. *Stockmann Decis.* 143. *Carolus de Mean. ad Jus Leod. Obs. nov. Gudelinus de Jure noviss. L.* 2. *c.* 18. *adde Harprecht dict. Resp.* 78. *num.* 54. & *multis seqq.*

Et etiam ad effectum interdicti & aliorum remediorum, sive acquirendæ possessionis, sive recuperandæ. *Menoch. rem* 1. *recup. Meanus Obs.* 100. *adde Obs.* 97. *Stockmann. dict. Decis.* 143. *A. Fab. lib.* 7. *Cod. tit.* 7. *def.* 5. *Lynker.* 1. *Resp.* 40. *n.* 11. 12. *Carpzov. Decis.* 225.

Tanto scil. odio prosequuntur Jura vulturias & præoccupatas possessionis apprehensiones, in præjudicium veri successoris attentatas, quas commodum possessionis adferre iniquissimum fore judicat *Mevius ad Jus Lubec. p.* 2. *tit.* 2. *à* 27. *n.* 23. *seq.* quem locum integrum adoptavit *Harpr. dicto Responso* 78. *n.* 83. *seqq.* nobis sufficiet *Mevii part.* 3. *Decisio* 135. *in subjectis notio*, ubi Gailii locus notabilis de Arrestis *Cap.* 11. *n.* 33. Ergo Jo. Reinh. de Breyel, qui Tripsium in possessione tum vivo patre Winando accepta, tum eo defuncto, si quid in rata duarum tertiarum defuisset, ipso Jure acquisita, impedire & excludere nitebatur, spolii reus erat.

Hic enim translationem in se factam a patre A. 20. Jan. An. 1659. [35.] ad Duplic. Waldecc. (posito authenticum dari Documentum) Anno 1665. 15. Sep. pridie mortis paternæ, animo excludendi sororem consanguineam sive ejus filium Tripsium, in Judicio loci Eys insinuari fecit, declarans se, tanquam masculum, esse successorem solum.

Hic inquam die 16. Sept. 1665. Investituræ Jo. Franz de Trips in Curia Wittemensi contradixit, & die sequente 17. Sept. se, tanquam masculum, præ filio sororis investiendum esse petiit, obtinuit, salvo tamen Jure Tripsii, & juxta veteres Investituras.

Novum hic est Argumentum possessionis anterioris Tripsii ex Investitura ipsi collata 16. Sept. 1665. non obstante Jo. Reinh. de Breyel contradictione tunc facta [37.] ad Duplic. Waldeccens.

Qui Reinhardus, si die seq. 17. Sept. importunitate sua etiam obtinuit Investituram, hæc anteriori Juri Tripsii nihil officiebat.

In materia Jurisdictionum enim & Jurium incorporalium per Investituram, etiam abusivam, acquiritur possessio. *Jo. Dekherr. Decis. posth. XII. n. 4. 5. pag. 134.*

Atqui Objectum Investituræ Wittemensis non erat aliud verum, & cum antiquioribus Investituris conveniens, quam superior Jurisdictio, das Hoch-Gericht cum nonnullis eo pertinentibus ædibus & fundis.

Licet I. Jo. Reinh. de Breyel Investituram latius ad omnes partes Dynastiæ Eys extendere vellet, tali tamen modo Investitura ei collata non fuit, sed juxta formam antiquarum. Et hac ipsa extensione ipse factus est reus spolii.

Crediderim tamen personas, Curiam feudalem Wittemensem tunc constituentes, incertos fuisse ipsos tunc temporis de Objecto feudali.

Vidimus ergo hucusque possessorem Tripsium, ad minimum in duabus tertiis bonorum, post mortem Winandi ad ipsum plena proprietate & possessione tenus devolutorum: Actusque Jo. Reinh. de Breyel, quibus Tripsium excludere voluit, &, ne hoc Jure frueretur, impedire, fuisse turbativos & spoliativos.

Quosi ergo Tutor Tripsii Anno 1665. 12. Oct. (si verum foret Documentum [39.] ad Dupl. Waldecc. nullam habens probantem formam, ex alia quadam Copia descriptum) misisset homines ex vicino prædio, Niederlintern, ad expellendos eos, qui nomine Jo. Reinhardi de Breyel totam volebant occupare universitatem, hic sane actus pro spolio haberi nequit, licebat enim tutori Tripsiano possessionem pupilli sui tueri. Neque ex isto adjuncto constare potest, quamdiu homines isti duo domestici Jo. Reinhardi, qui etiam testimonium fecerunt, in loco commorati sint, fortassis eodem die, quo venerant, ejecti.

Plures sunt partes Dynastiæ Eys, variæ ædes, diversi fundi. Ubi nam fuerit iste Actus patratus, non constat. Quid enim? Si Jo. Reinh. de Breyel occupare voluisset prædium, quod dudum a Winando acceperant liberi prioris matrimonii, & possessionem ejus continuaverant. Nonne licebat istos novos hospites ejicere absque vitio spolii? Hoc multis JCtorum auctoritatibus defendit Auctor Scripti das unumstößliche Recht Königl. Majest. in Preussen an der Limburgis. Graf- und Herrschafft, Berolini An. 1719. pag. 126. seqq. Hæc ideo dicenda putavi, ut ostenderem, nihil momenti habere istud Adjunctum [39.]

Succedit spolium Jo. Reinh. de Breyel, multo gravius priore & violentum. Cum, accitis auctoritate Consiliariorum Juliacensium armatis hominibus, 22. Oct. Anno 1665. [40.] lit. H. ad Duplic. Waldeck. sub prætextu falso feudi

A Juliacensis masculini, Tripsium arcere studuit, & ipso facto ab ingressu prohibuit.

Nullum vero Jo. Reinhardus de Breyel nactus est Jus contra Tripsium ex Sententia Curiæ Wittemensis, quæ in possessorio summariissimo pronunciata esse dicitur lit. I. ad Duplic. [41.] Hoc duplicatorium Scriptum, nisi designaret Judicem & tempus, ex ipso adjuncto cognosci non posset, neque Judex Curiæ feudalis Wittemensis, neque tempus, quod dicitur fuisse 20. Sept. 1666.

Neque etiam Objectum exprimit Sententias, an de toto, an de parte, an de ipsa Dynastia Eys, an de Jure aliquo incorporali, aut de alia re quacunque, fuerit ibi cœptum Judicium. Quodsi supponere velimus Objectum litis fuisse universitatem bonorum in Eys; possessio Tripsiana in duabus tertiis erat apertissima, & Judices isti minime Jurium periti. Rubrica Sententiæ, in Sachen des gecommittirten vom Herrn von Niederlintern Supplicanten: Quis ergo ex Tripsiis, quorum plures ibi habitabant?

B Entgegen Herr Johann Reinhard von Breyel rescribentem, est suspecta, obscura & inepta. Dicite, Judices, quando cœptum fuerit Judicium, nominate Actorem & litis Objectum!

Tutor Tripsii Actionem spolii Anno eodem 1666. 7. Jan. introduxerat in Judicio Brabantino [11.] quis crederet recurrisse eum ad Judicium Wittemense?

Sententia ista refert aliquam præcedentem de 13. April 1666. hæc quid deciderit, divinate quæso ex Adjuncto isto [41.]

Dico amplius, Sententiam istam à Curia feudali Wittemensi in possessorio summariissimo latam, ob incompetentiam Judicis apertam, nihil valere. Nam declarat Sententia fuisse Judicium aliquod parium Curiæ: Ergo non ordinarium. Atqui, si existat controversia in possessorio inter Vasallos, plurimi statuunt cessare Judicium parium Curiæ, quam Sententiam amplectitur *Rosenthal c. 12. conclus. 12. num. 70. seqq. Vultej. de feudis. l. 2. c. 2. n. 45. seq.* Et quanquam

C *Struvio cap. 16. I. F. §. 3.* contraria opinio magis placeat, si controversia sit inter duos Vasallos, ipse tamen excludit Judicium feudale parium Curiæ, si ex duobus litigantibus alter alterum Vasallum esse negat. *Adde eod. cap. §. 7. n. 2. ibi: quando deficit.* Ubi enim unus ex litigantibus Vasallus esse potest, cessare debet Judicium parium Curiæ *2. F. 15. & 46.* Quoniam is, qui negatur esse Vasallus, neque dominium habet, neque pares Curiæ:

Atqui, Jo. Reinhardus de Breyel negavit Vasallum esse Tripsium, & hic e contra illum: Ergo Judex debebat esse ordinarius utriusque, non vero pares Curiæ. q. e. d.

Verum quid immoror ineptæ huic Sententiæ, quæ nec exprimit Actoris nomen, neque litis objectum, neque Annum & diem? Adsunt causæ sufficientes, ob quas ista Sententia, etiamsi omnia rectissime sese haberent, nullius sit effectus.

Primo

Primo, quod succumbens Interdicto retinendæ possessionis non ideo amittat Actionem sive remedium recuperandæ, sed à priori Actione ad hanc devenire queat. *Menoch. 3. remed. restituendæ num.* 805.

Secundo, quod Sententia in possessorio summariissimo non egrediatur personam *Jo. Reinhardi de Breyel*, cum esset defunctus An. 1686. absque liberis & extincta plane stirpe masculina ad alium statum res devenerit. Ipse enim sexus prærogativa frui voluit. In actis Waldeck contra Aachischen Schöffen Stuhl Annus mortis designatur 1688. [46] fol. 6.

Explodamus itaque Sententiam istam [41] Actis adjunctam, & respiciamus exitum Judicii, sive Actionis spolii in foro Brabantino cœpta 7. Januar. 1666.

Interim præsidio militum Juliacensium tutus erat *Jo. Reinh. de Breyel*, & narratur in Actis diffam. [13] Es hätte der von Breyel durch Vorschrifft des Hertzogen zu Gülichen an den Rheinischen Gubernatoren zu Brüssel einen Stillstand des Processus zuwege gebracht.

Opposuit *Jo. Reinhardus* Exceptionem fori, quæ tamen per Sententiam An. 1670. rejecta fuit cum injunctione litis contestationis.

[12] Deinde in contumaciam condemnatus fuit tanquam spoliator ad restituendum declarandus, quod *Tripsius* possessione inposterum frui debeat & manuteneri An. 1671. [12]

Sequebantur tempora bellica in Belgio, adeoque Executio Sententiæ manebat suspensa, An. 1679. demum 10. Octobr. repetitæ fuerunt Executoriales & 31. Octob. Executio peracta, restituto *Tripsio* in possessionem auctoritate Judicis. [13]

Non potest hic esse dubium, & est analogiæ Juris conveniens, quod possessio antiquior Tripsiana usque ad hanc Executionem debeat intelligi, in effectu Juris, pro continuata & non interrupta.

Quæ possessio, si tempore sequenti per milites præsidiarios Belgicos, auctoritate Principis Waldecciæ impositos Vico *Eys*, interrupta dicenda esset, perinde foret, ac si vim injustam pro titulo justo accipere velimus.

Si etiam *Jo. Reinh. de Breyel* Anno 1685. Principi Waldecc. cessionem fecit Dynastiæ *Eys*, constituendo eum possessorem, & Princeps acceptavit, gessitque se pro possessore, eandemque defuncto *Reinhardo* An. 1686. vel juxta supra dictam allegationem, An. 1688. continuavit, tantum abest, ut isti actus, ista possessio effectum Juris habere queat, ut potius habendi sint pro injustissimis, vitiosissimis, & atrociter spoliativis. Hac enim ratione quilibet spoliator pro vero possessore venditare se posset.

Ergo si *Tripsius*, quamprimum habebat vires & occasionem, recuperare possessionem studuit An. 1686. hoc ei pro crimine imputandum non erat. *Andler. corp. const. Imp. Vol. 2. pag. Gail. de Pac. publ. l. 1. c. 16. n. 14. Monumenta lect. antiqu. Cam. pag. 123. n. 60.*

Repetere hic nolo quæ de his circumstantiis dixi supra, Propositione prima, quorum meminisse hic oportebit.

Concludendo ergo propositionem præsentem satis puto demonstratum fuisse, quod *Tripsius* habuerit possessionem legitimam, etiam judicis Sententia confirmatam. Quod *Joh. Reinhardus de Breyel* spolii simplicis, deinde maxime qualificati, hoc est violenti, fuerit reus: Princeps vero Waldeccensis in eodem spolio non solum continuaverit, sed etiam majori atrocitate verum Dominum Dynastiæ *Eys* & possessorem antiquum, in carcere detentum, bonis exutum in maximas calamitates & egestatem conjecerit.

Propositio XII.

Filiæ hæredes Principis Waldeccensis Actione spolii tenentur Tripsianis, hodie eorum cessionario Comiti de Plettenberg.

Demonstratio.

Dico esse in reatu non solum æquali, sed etiam in reatu adhuc graviore.

Nam (1) factum parentis approbarunt tres sorores conjunctim, testibus Act. Cit. ex L. diff.

(2) Cum citatæ essent An. 1697. ad forum Brabantinum, opposuere cessionem *Jo. Reinhardi de Breyel* de An. 1685. quasi re bene gesta, quam cum *Tripsius* cassari petiisset, ipsæ forum declinavere, sed Judex declaravit cessionem nullam, condemnando filias Waldeccenses ad restitutionem spolii, cum fructibus perceptis & percipiendis, Anno 1698. 1699. [15] [16] & An. 1700.

Adversus has Sententias, cum Processus in Camera ex L. diffamari cœpti ignaræ esse non possent, nihil moverunt.

Et cum, vi Sententiarum, Executio facta esset in Eys per judicem, vid. Protoc. peractæ Executionis & restitutionis *Tripsii*, [15] 20 Jul. 1700. Consilium cœperunt eum rursus extrudendi, quod etiam vi armata factum fuit 19. Maji 1700. militante tunc Ordinibus Belgii fœderat. marito Albertinæ Waldeccensis, Domino Comite *Philippo Ludovico* Erbacensi.

Et, ut tanto magis excruciaretur *Tripsius*, eique omnia media ad litem prosequendam adimerentur, fecerunt arrestari ejus bona in Juliacensi Ducatu sita. vid. libell. [3]

Tan-

Tandem Dynaſtiam Eys, quaſi nemo quidquam Juris in eam haberet, Sereniſſimo Duci Juliacenſi & Elect. Palat. per novam quam allegant in Duplica [32] conventionem in feudum obtulerunt, & in qualitate feudi promiſcui ab eo recognoverunt.

Multiplicis idcirco ſpolii reæ fuerunt filiæ Waldeccenſes.

Ex quibus, cum nulla amplius ſit in vivis, & nepos *Henriettæ*, Princeps Saxoniæ in Hilperhauſen, hæredem ſe dicat, ex fideicommiſſo Principis Waldecc. proavi ſui materni, ipſe etiam tenebitur, utpote cui *Albertina* ceſſit corpus bonorum in *Eys* pendente hac lite [29] ejusque mater, Tutrix filii, litem ſuſcepit filii nomine.

Quadrat autem huc remedium Canonis *redintegranda*, tanquam pleniſſimum omnium & tutiſſimum, nec non concurrens cum ceteris omnibus Actionibus ex ſpolio, Auctore *Gailio* 2. *Obſ.* 75. *n.* 9. 10. Competens generaliter ei, qui poſſeſſione cecidit injuſte, contra poſſeſſorem quemcunque, etiam bona fide poſſidentem, ſive cum titulo, ſive absque titulo. Et ſecundum receptam ab Anteceſſoribus noſtris doctrinam, etiam contra ſucceſſorem ſingularem, qui habet cauſam ab Actore vitioſo. *Adde Mynſing.* 3. *Obſ.* 85.

Sequimur enim tuto & recte Anteceſſores noſtros, quam ut ſubtilitatibus a *Textore Diſp. de remed. recup. poſſ. XXXIII.* §. 23. inhæreamus.

Quadrat etiam huc remed. ex *Capit. ſæpe X. de reſtit. ſpol.* juncto remedio ſpeaiali *implor. Officii Judicis*, poſito, eſſe Actionem cum poſſeſſore hodierno ſingulari. *v. Mev.* 8. *Deciſ.* 383. *n.* 3. Ubi ait, non eſſe æquum, ut retineat poſſeſſionem ſucceſſor ſpoliatoris, quocunque acceperit titulo, aut qua fide ab eo, qui dejecit. Et curandum hoc eſſe Officio Judicis. Vitio enim rem eſſe affectam, neque ex perſona ſucceſſoris deteriorem debere fieri conditionem ſpoliati. Succeſſorem enim ea conditione rem accipere, qua habuit Auctor: Neque plus Juris ſibi arrogare poſſe.

Hæc ad removenda obſtacula omnia faciunt, quæ ullo modo a parte Rea obmoveri poſſent. Non dubito tamen poſſeſſorem præſentem, tanquam hæredem Principis Waldeccenſis, directe etiam Actione ex *Interdicto unde vi*, teneri.

Propoſitio XIII.

Jo. Reinhard de Breyel poterat Anno 1666. conveniri Actione ſpolii in Judicio Brabantino; poterant etiam filiæ Waldeccenſis Principis An. 1697. vel Anno præcedente. Dicam primo de *Jo. Reinh. de Breyel*.

Actio ſpolii eſt perſonalis in rem ſcripta. Interdicta omnia, ait Ulpianus *L.* 1. *π. de interdict.* licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia ſunt. Adeoque poterat inſtitui Actio in foro ordinario & generali domicilii, *vid. Menoch. recup. remed. XV. n.* 202.

Atqui *Jo. Reinh. de Breyel* habebat bona & non ſolum in Vico *Eys*, reſpectu tertiæ partis bonorum a patre Winando ipſi relictæ, juxta pacta matrim. de Anno 1613. [6] ſed potiori Jure habebat domicilium in bonis ſub Juriſdictione Brabantina extra controverſiam ſitis.

Probatur hoc ex Confeſſionibus Waldeccenſium Act. diff. [18] §. **und wie** *ad quintum* & in Triplica [80] §. **und wie oben aus** *adjuncto lit. M.* **zu erſehen.** Cum enim oppoſuiſſet Tripſius, quod *Jo. Reinh. de Breyel* Actione perſonali, conventus in terris Imperii, ad forum Brabantinum provocaſſet An. *1653.* tanquam ordinarium [60] reſpondent Waldecc. der von Breyel habe ſich bald zum Reich, bald wo es ihm gut gedünckt, gehalten, weil **er Güter im Limburgiſchen mit und neben** *Eys*, **und dem Hauß in Aachen, beſeſſen, bald dar bald dort gewohnet, alſo ſey er auch** *in diverſis foris convenible* **geweſen.** Poteſt autem habere aliquis domicilium in pluribus locis *L.* 5. 6. §. 2. *ad municip.* & eo caſu electio eſt penes Actorem *L.* 19. §. 4. *de Judic. Mynſ.* 4. *Obſ.* 26. *Carpz.* 2. *Reſp.* 24. niſi electionem habeat Reus per Privilegium ſpeciale. *Adde Altimar. de nullit. Sentent. Q.* 14. *n.* 14. *ſeq. Q.* 25. *n.* 18.

Nihil ergo obſtabat Actioni ſpolii in foro Brabantino Pactum diviſionis inter Hiſpaniæ Regem & Belgium fœderat. An. 1661. [39]. Act. diffam. Nam poſito, quod per verba, *la noble Sale & Cenſe de Eys*, intelligatur Dynaſtia Eys, quod tamen negat Tripſius in [48] diffam. ſondern es ſey ein particulier Adelich Gut gemeinet, ſo gegenwärtig i. e. An. 1694. einer Nahmens *Beyens*, beſitze. Tractatus iſte diviſionis expreſſe diſtinguit inter partes, quas ordines fœder. Belgii debeant habere cum pleno Jure ſuperioritatis, & quas tantum Jure dominii directi a Curia *Falcoburgica*. Verba ſunt hæc [39] Act. diffam. *Que les fiefs relevants du dit chateau de Fauquemont y demereront attaches au profit des ſoudits Etats Generaux Savoir les Fiefs etrangers, la Seigneurie de Hurt, &c. &c. la noble Sale & Cenſe d' Eys.*

Cum vero non omnes terras Comitatus *Falcoburgici* acquiſiverint Ord. fœd. Belgii ſed multæ

multæ manserint sub jurisdictione Hispanica; Utique non sequitur, hoc vel illud prædium debet recognosci in feudum a Curia Falcoburgica, ergo etiam Rex Hispaniæ renunciavit omni Jurisdictioni. Vidimus enim Propositione VII. quam maxime fundata olim fuerit possessio Curiæ Brabantinæ in Jurisdictionis exercitio.

Et renunciarunt Ordines fœder. Belgii Dominio directo, imo omni Juri in Eys, tanquam ex errore sibi tributo, Anno 1665. 1685. & 1687. vide Propos. VII:

Licet ex principio valde erroneo, weil Eys dependent von Wittem wäre.

Tripsius sane, vocatus ad Curiam feudalem Falcoburgicam, feudum ibi recognovit, & investitus fuit Anno 1684. [40] Act. diffam. Quam Investituram cassari fecit Princeps Waldecc. Anno 1685. 30. Maji [42]

Ipse Tripsius bona fide judicium Brabantinum imploraverat, de ejus Jurisdictione per tot actus nihil dubitans.

Actio Fiscalis apud Blum. [8] Act. diffam. ei ignota fuit, nunquam, uti credo, continuata. Proinde de fundata in foro Brabantino Jurisdictione Anno 1666. 7. Jun. in Actione spolii, dubium esse non potest. Neque dubium mihi facessit inscriptio Sententiarum de Anno 1670. 1671. [11] [12] vom Lehen-Hoff zu Brabant.

Est enim valde credibile judicium ordinarium des Souverainen Raths non differre vom Lehn-Hoff, neque Collegio, neque personis. Et abusive Tripsium usum esse hoc titulo, & Judices Sententias ita inscripsisse. In Calendariis Bruxellensibus recentioribus unum est Collegium, quod dicitur *le Conseil souverain de Brabant*, nullum aliud separatum ad causas feudales.

Mihi, cum de forma istorum Judiciorum istius temporis non sit notitia accurata, licebit præsumere pro competentia Judicis, quia pronunciavit hoc judicium, quod esset competens. Id quod si incompetentia fuisset notoria, non est credibile facturos fuisse, cum constitutum sit judicium haud dubie ex viris Juris prudentibus.

Transire tamen possumus hanc Quæstionem de competentia. Cum post mortem Jo. Reinhardi ad alium statum res fuerit deducta. Nimirum interveniente in Camera Imp. Actione ex L. diffamari, & quidem Edictali, quia, uti credo, in extraneo territorio habitavit Tripsius. Hic Actionem in foro Brabantino institutam fuisse respondit, de spolio ubique conquestus, & forum Camerale declinavit, merita tamen causæ allegare non neglexit. Posteaquam vero ab Anno 1696. ex parte Waldeccensium hic Processus non amplius urgeretur, teste Protocollo, neque fuisset lata Sententia (ubi etiam non leve fuisset dubium, an, quod existimant Waldeccenses in Actis præsentibus Mandati Tripsio perpetuum silentium imponi potuisset vel debuisset.)

Aliam viam ingressus est Tripsius An. 1697. contra filias Waldeccenses, hæ enim conventæ in foro Brabantino ordinario, dem Souverainen Rath. Teste inscriptione [15] [16] Sententiarum.

Fundabatur Jurisdictio per viam Arresti bonorum ad Waldeccenses pertinentium, in Jurisdictione Brabantina notoria, *in Simpelfeld* Provinciæ Transmosanæ. Quod Arrestum decretum fuisse, & cum Waldeccenses non paruissent Sententiis, bona ista, speciatim die Höfe Rohrdorff und Welsch, subhastata fuisse, & adjudicata Tripsianis, hoc memini ex Actis inter Comitem de Plettenberg & Comitem de Gich, die Herrschafft Wittem betreffend. Diese im Limburgischen gelegene Güther gehörten mit zur Herrschafft Wittem, als aber Wittem an den Herrn von Pretlac, von diesem an Grafen von Gich, von diesem weiter an jetzigen Grafen von Plettenberg verkaufft worden, so hat sich dieser Höfe Rohrdorf und Welsch halber ein Gewehrs-Mangel ereignet, welchen die Frau Albertine von Erbach, gebohrne Fürstin zu Waldeck, aus denen Revenuen von Eys zu ersetzen sich verbunden, Innhalts producti in Actis Mandati Plettenberg contra Gich 13. Sept. 1724. adde ibid. Scriptum Plettenb. replicatorium, ubi dicitur die Höfe Rohrdorf und Welsch Spanischen Territorii hätten nicht geliefert werden können, weil solche einige Erbgenahme Trips, wegen deren an Frau Gräfin von Erbach gehabten Spruch, und darüber beym Hof von Brabant ergangener verschiedener Judicatorum adjudicirt, und selbige diese Höfe in Besitz haben. In Sententiam Cameral. 17. Mart. 1724. in welcher Urthel dem Kläger von Plettenberg wegen solcher Höfe am Kauff-Pretio 1000. Rthlr. spec. einzubehalten vorbehalten worden. Junge Sentent. 2. Mart. 1725. in fine. Ex quibus intelligitur tenor cessionis Viduæ Jo. Frantz von Trips, Philippâ Isabellâ Clarâ, gebohrne von Spieß [19] Actorum præsentium, worin sie die Anno 1703. 16. Jun. beschehene adjudication der Höfe Rohrdorf und Welsch dem Herrn cessionario, cum honore & onere, retrocediret.

Cum ergo Arresti hujus finis fuerit pro consequendo eo quod Tripsio debebatur ex re judicata Curiæ Brabantinæ, defugientibus Waldeccianis ejus præstationem, nullamque offerentibus cautionem, Judicium Brabantinum ordinarium erat competens in causa principali, adeo, ut quicquid Jurisdictioni esset consequens ab eo recte adversus arrestatum aut rei illius exerceri potuerit v. Mev. tr. de Arrestis cap. 15. n. 54. & inprimis p. Decis. 240. Lynk 1. fl. 152. n. 10. de Grav. extraj. c. 8. p. 751. c. 9. 780. & 873. Cum vero pars Rea contumax ibi permanserit, Judex in contumaciam progressus est ad Sententiam, cujus Executio, si in bonis arrestatis sufficienter obtineri non potuit, licitum fuit Actori, nunc ejus cessionario, in Camerali judicio

dicio causam instruere de novo Mev. dict. cap. 15. n. 5. 36.

Prout etiam fecit, non fundando Actionem in Sententia vel re judicata per Brabantinum judicium, sed ad eum saltem finem, ut doceret de Actionis hujus novæ justitia & de spolii veritate, vid. supra Posit. II.

Propositio XIV.

Nunc ergo, post evolutas omnes circumstantias & merita cum facti tum Juris, ad conclusiones venio ex præcedentibus Propositionibus demonstratis formandas. Sit igitur

Conclusio I. Actio contra Dominam Ream Albertinam, filiam Principis Waldecciæ & possessorem Dynastiæ Eys, fundata est quolibet remedio utiliore, sive recuperandæ possessionis, sive etiam adipiscendæ. Per Proposit. 1. 10. & 12.

Conclusio II. Ergo fundata est etiam contra successorem Principis Waldecciæ, Principem Saxoniæ in Hildpurghausen, cujus mater & Tutrix sponte comparuit, & judicium suscepit. Per Proposit. prælim. I. & in causa principali proposit. II. & XI.

Conclusio III. Jura Tripsianorum ad Dynastiam Eys, hujusque iniqua detentio per Waldeccenses, & quidem non absque depulsione violenta hæredum Tripsianorum, concluditur ex dictis positione 3. 4. 5. porro positione 8. & 9. & 11. Adeo, ut etiam in ipso petitorio judicio Tripsiani sint fundatissimi, & mea conscientia juridica Waldeccensis Princeps ejusque filiæ, & qui ab iis causam habent, sint possessores Dynastiæ Eys vitiosissimi & injustissimi.

Conclusio IV. Actor Plettenbergius habet titulum justum & legitimum cessionis a Tripsianis ab Anno 1722. [18] [19] *vid. proposit. prælim. III. & in causa principali proposit. 1. in fine.*

Conclusio V. In remedio Canonis redintegranda sufficit probare possessionem antiquiorem, a qua Actor fuit dejectus, & adversarium possidere, nam per hoc apparet de spolio re ipsa, Gail. 2. Obs. 75. n. 23. Mynsing. 3. Obs. 85. n. 6. seqq.

Menoch. remed. recup. XV. n. 386. Ubi in ampliatione Quæst. præced. 37. n. 383. dicit: Etiamsi non probetur possessio ejus temporis, in quo Actor spoliatum se esse dicit, (quod tamen factum hic est) sufficiat allegare quidem possessionem istius temporis, & postmodum probare se olim possedisse, nam tunc præsumitur, inquit, qui olim possidebat, possedisse etiam tempore spoliationis. Quam Sententiam recipit Gail. dict. Obs. 75. cum Afflict. Decis. 327. Gratian. Discept. forens. 173. n. 14. Honded. 1. Consf. 17. n. 12. seqq. Pontan. de spolio cap. 14. n. 27. lib. 2.

Possessio autem ad effectum recuperandæ possessionis per *remed. Canonis redintegr.* 3. *Quæst.* 1. *vel Capituli sæpe de restit. spoliat.* vel implorationis Officii Judicis sufficit etiam *civilis*, non qualiscunque imaginaria, sed Jure fundata. Ita ut naturalis insistentia Rei non requiratur, Stokmann Decis. Brabant. 134. Menoch. remed. recup. 1. n. 393.

Nobis tamen non opus est ut ad civilem tantum respiciamus possessionem, puta ex Jure devolutionis, satis est probata naturalis per Executoriales Judicii Brabantini [13] [16] & Documentum: [17] Ergo probatum est primum extremorum liquidissime; Alterum non habet dubium: Utrumque vero a parte rea est confessum, & Jure se fecisse arbitrantur propter qualitatem feudi, ut ajunt, masculini & consolidationis per actum refutationis Anno 1685. Facta certe minime negantur a parte rea sed Exceptione: Tu non habes Jus ad Dynastiam Eys, Actionem elidere studuerunt. Quæ Exceptio, quomodo sit fundata, ex supra dictis intelleximus.

Propositio XV. & ultima.

Qualis Sententia sit ferenda?

Si libellum consideremus, [3] Conclusio ejus est, die denen Erbgenahmen Trips so wieder rechtlich, als armata manu weggenommene immediate Reichs-Herrschafft Eys, samt allen darob gefallenen Renthen und Nutzbarkeiten, wie sie von Zeit thätlicher gewaltsamen Entsetzung und des tödtlichen Hintritts Jo. Reinhard von Breyel genoßen oder empfangen werden können, nebst Kosten und Schaden jetzigen cessionario Klagern von Plettenberg wieder einzuraumen und zu restituiren, vel quovis meliori modo Judicis Officium desuper implorando. In fine Protocollo petit pronunciari, nach Befinden, etiam in petitorio: Dicere voluit remedio adipiscendæ. Non enim Judex debet petitum Actoris accipere, acsi voluerit uti remedio non utiliori, sed petitorium potius trahere debet ad possessorium. Ruland supra dicto cap. 3. n. 23. seqq.

Licebat autem ante Sententiam fabricare petitionem novam ex Actis & jam probatis, *Pontan. de spol.* lib. 2. cap 4. quod agit de libello in remed. Can. redintegr. 3. Quæst. 1. Et in libello [3] merita petitorii etiam sunt tractata petendo in fine restitutionem rei, quæ petitio ab utroque remedio, tam adipiscendæ quam recuperandæ, non est aliena, cum ex petitione restitutionis fundi censeatur deductum judicium utrumque: Pontanus, dict. loc. ubi agit de petitorio, id quod multo magis potest applicari ad possessorium adipiscendæ. Ita ut, cumulato etiam petitorio cum possessorio, Actor non impediatur Privilegio spolii possessorium prosequi, & rursus ad petitorium reverti. Quæ omnia Pontanus explicat lib. 2. c. 5. n. 4. 12. 13. & partis reæ petitum in [32] Est etiam ita formatum, ut Judex, si vellet etiam in petitorio pronunciari, ordinem justitiæ interverteret. Altimar. de nullit. Sentent. Quæst. 325. n. 6. 18. adde q. 25. n. 3. q. 124. n. 17. Et partis Reæ petitum in [32] est

est etiam formatum ad absolutoriam, Klägern abzuweisen, und das Mandat zu cassiren. Ego tamen existimo Sententiam in terminis possessorii Judicii esse ferendam, in definienda tamen ad causæ justitiam petitorii, vel adipiscendæ remedii simul respiciendum. Quam ego plane evidentem esse puto, & irritum omne Argumentum esse Waldeccensium heredum de feudo proprio & masculino, Principi Waldeccensi, Auctori suo, refutato consolidatoque cum dominio directo.

Proinde ad Sententiam restitutoriam (nam & adipiscendæ possessionis Interdictum dicitur restitutorium) Actoris cessionarii, Comitis de Plettenberg in Dynastiam *Eys* formula definitivæ in istiusmodi casibus frequenti, absque hæsitatione, justitiæ causæ confisus, concludo.

Id quod, cum dubium habere non possit, mea opinione, quoad duas bonorum tertias: A parte Dynastiæ feudali, post obitum *Jo. Reinh. de Breyel*, ad ejus sororem consanguineam, dein de ejus liberos, ex quibus superstes mansit *Tripsius*, postmodum ejus heredes cedentes delata, idem Jus esse debet, per ea quæ dicta fuere Propositione IX. Nam si etiam tertia pars bonorum est feudum Wittemense, necessario fuit per mortem *Jo. Reinh. de Breyel* devolutum ad hæredes ejus sororis consanguineæ, quia foret ejusdem qualitatis.

Quodsi in omnibus bonis Dynastiæ *Eys* qualitate feudali affecta est tantum Jurisdictio, das Hoch-Gericht, id quod supra demonstravi Propos. IV. & VII. cum annexis nonnullis fundis: Ita, ut de hac sola parte intelligi possit devolutio feudi ad Tripsium facta post mortem *Jo. Reinhardi de Breyel:* Quid de reliquis partibus, tertiam unam constituentibus, & a *Jo. Reinhardo de Breyel*, dum viveret, Jure possessis sentiendum sit, facile patebit, si consideremus: (1) Quod Princeps Waldeccensis nullo alio titulo possessionis utatur, quam refutationis feudi, sibi, tanquam Domino directo, factæ ab ultimo Vasallo: (2) Ubi ergo non est feudum, cessat etiam titulus refutationis. (3) Hæredes alii ab intestato *Jo. Reinh. de Breyel* zu Limpricht ad hanc partem allodialem bonorum hucusque nullam fecerunt postulationem. (4) Ratione spolii observandum est, quod etiam in hac tertia parte bonorum in possessionem fuerit missus *Tripsius* An 1700. auctoritate Judicis [15] & a Waldeccensibus dejectus. Dixi hac de re Propos. XI. Ergo, si, rejectis Exceptionibus de feudo masculino, per refutationem consolidato, Waldeccenses alium titulum quoad istas partes allodiales docere nequeant, meo judicio tota Dynastia *Eys* restituenda erit Actori, neque possessio Reo relinquenda. Cumprimis, quod si vel maxime persuaderi aliquis posset, liberum fuisse *Jo. Reinhardo de Breyel* cedere partem tertiam bonorum allodialium Principi Waldeccensi, (quod tamen ipse non fecit, sed refutare voluit tanquam feudum masculinum) nihilominus fructuum nomine tenerentur Waldeccenses Actori ad multo majorem Summam, quam ista pars tertia bonorum valeret.

De fructuum ergo restitutione dicendum superest: In Actionem spolii absque dubio venit etiam fructuum restitutio, & quidem, pro ratione circumstantiarum, etiam percipiendorum. Noster vero Actor in libello de fructibus a defuncto *Jo. Reinhardo de Breyel* ab An. 1665. perceptis sollicitus non est, sed non alios petit fructus, quam a tempore mortis dicti *Jo. Reinhardi* ab ipsis Waldeccensibus perceptis. Haud dubie, ut evitaret dubia varia, quæ existere possent de obligatione possessoris tertii. Ad hos vero fructus tempore possessionis Principis Waldecciæ perceptos, si in terminis remedii recuperandæ permaneamus, teneri etiam ejus heredes, hodie Principem Saxoniæ Hilperhusanum, per præmissas meas Conclusiones non possum non concludere: Credo tamen Actori nostro non esse animum aut consilium ex fructibus aliquid lucrifaciendi, sed id potius, ut possessione Dynastiæ *Eys*, tanquam Dominus directus, respectu Dynastiæ *Wittem* ad ipsum pertinentis, fruatur, de fructibus facile esse transacturum.

Interim Sententia nostra etiam adjudicatio fructuum aliquorum facienda erit; Ubi non est prætereundum

1. Summam fructuum majorem esse, quam ipse solvit Viduæ de *Trips*. Adeoque, si etiam ex fundamento Actionis spolii feratur Sententia restitutoria, condemnatio non fiet in majorem Summam, quam ipse Actor fructuum nomine solvit, ne detur occasio objiciendi *L. Anastasianam*. Possem adferre rationes, per quas effectus *L. Anastasianæ* hic cessaret, nam nullum hic est indicium inductionis, quæ est præcipua qualitas *L. Anastasianæ v. Berlich.* 1. *Decis.* 36. *num.* 26. & *Decis.* 35. *n.* 5. *Franzk.* 1. *Resol.* 8. *n.* 36, sed in dicta Summa subsistere malo.

2. Acceperunt Tripsiani aliquid fructuum nomine per adjudicationes supra a me allegatas Propos. XII. der Hof Rohrdorff und Welsch: Cum vero ista prædia a Waldeccensibus, haud dubie metu Actionis & restitutionis spolii, onerata fuerint ære alieno, mit etlich tausend Rthlr. constat hoc ex Actis *Plettenberg.* contra *Gich*, non magnam utilitatem habuerunt ex dicta adjudicatione *Tripsiani.* Sufficit, quod Vidua *Tripsii* in statu egentiæ contenta fuerit, ratione fructuum ea Summa, quam accepit a cessionario, Comite *Plettenbergio.* Quodsi Sententia nostra supponat remedium utilius, adipiscendæ poss: Qua in re ego meam conclusionem feci Propos. X. neque sum adhuc alienus; fructus debebuntur tamen ex 2. tertiis allodialium a tempore possessionis Waldeccianæ. Ex feudo vero non erunt, credo, magni momenti. Ego tamen in puncto fructuum, quicquid Dominis placuerit, facile sum assensurus, cum facile sit creditu, Actorem ea in re gloriam captare non velle.

SENTENTIA PUBLICATA 18. Mart. 1728.

In Sachen **Ferdinand Freyherrn von Plettenberg zu Nortkirchen**, als Cessionarius derer **Jo. Frantz**, auch **Herman Theodor von dem Berg**, genannt **Trips**, hinterlassener Erben, Klägern eines, wider weyland **Frau Albertin Elisabetham**, verwittibte **Gräfin von Erbach** itzo die verwittibte **Frau Hertzogin zu Sachsen Hildburghausen**, gebohrne **Gräfin von Erbach**, als Regentin und Vormünderin ihres Herrn Sohns und Erb-Printzen zu Sachsen-Hildburghausen, und dermahlige Inhaberin der Reichs-Herrschafft Eys, Beklagte andern Theils:

Ist Dr. B. sein, des Mandati arctioris halber auch allenfalls in petitorio zu sprechen beschehenes Begehren abgeschlagen, sondern Dr. H. Senior am 23. Januar. nächsthin beschehenen ohnschicklichen Recessirens, als ob sich Dr. B. auf Absterben der Frau Gräfin von Erbach zu erst der Ordnung zu gebrauchen hätte ohngehindert, allem Vor- und Anbringen nach, von implorirten richterlichen Ambts wegen zu Recht erkannt:

Daß obgedachte Kläger und Cessionarius derer von Trips, als respective Erben und Descendenten ex primo thoro Winandi von Breyel und Helena von Eynatten, wie auch nach dem Tod des nur gedachten Winandi zweyter Ehe Sohnes, **Jo. Reinhard von Breyel**, Lehns-Folgern in die vorgedachte immediate Reichs-Herrschafft Eys, soweit sie nemlich in ihrer völligen Jurisdiction und Herrlichkeit samt hierzu præcise gehörigen Appertinentien und Dependentien Inhalts der uhralten bey denen Actis befindlichen Lehn-Brieffen, von der auch immediaten Reichs-Herrschafft Wittem Lehnrührig, ex asse, oder gäntzlich, so viel aber derselben übrige Allodial-Zubehörungen belanget, zu **zwey Drittheil**, Inhalts vorgedachten Winandi von Breyel und Helenæ von Eynatten Anno 1613. errichteten Ehe-Pacten zu immittiren und einzusetzen: Dahero beklagter Theil ihm Klägern solches alles, samt dem von Zeit der bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht im Jahr 1724. erhobenen Klage, davon gehabten Genuß, oder was hätte genossen werden können, abzutretten und einzuantworten schuldig, Ihro Frau Beklagtin demnächst, jedoch das Petitorium, wann sie hiezu annoch einige Befugniß zu haben vermeynen solte, wie auch dem Klägern wegen des übrigen **dritten** Theils, zu reserviren und vorzubehalten sey: Als wir hiemit Klägern immittiren und einsetzen, Frau Beklagtin schuldig erkennen und vorbehalten, die aufgelauffene Gerichts-Kosten, aus bewegenden Ursachen, gegeneinander compensirend und vergleichend.

„So **gehet also das** *Pactum de An.* 1466. „ **bloß und allein die Pfarr Wadgassen an**; In andern nur besagten Dörffern, **Entzheim** und **Buß**, hat das Closter alle hohe und niedere Obrigkeit cum omnibus utilitatibus alio titulo, & est in possessione non contradicta.

Ferner im **Dorff Eschringen** (welches mehrere Herren hat, und eine gesamte Vogtey ist. Condomini sunt der Herr Graff zu **Nassau**, Herr Graff **von der Ley**, der **teutsche Orden**, in specie die Commende zu Beckingen, das **Closter Gräventhal**) besitzet das Closter Wadgassen verschiedene Höfe und Unterthanen, welche zum Closter-Dorff Entzheim gerechnet werden, wie dann das Dorff Eschringen gar nahe bey Entzheim gelegen seyn mag.

Die Jurisdiction wird allda von denen Condominis in allen Stücken gemeinschafftlich administriret, vid. [115] n. 73. in Typo n. 21. ist de An. 1720. und finde ich nicht, daß dem Closter dieser zu Eschringen besitzender Höfe halber etwas disputiret werde; Es werden aber die Eschringische Closter-Unterthanen mit zu Entzheim gerechnet, unterdessen wohnen sie im Dorff Eschringen, welches Dorff ausser Zweifel nicht unter Nassau-Saarbrückischer Hoheit stehet, sondern es ist Jurisdictionis communis plurium Dominorum.

Aphor. V.

De Statu Monasterii antiquo *juxta literas fundationis* A. 1135. comprehensis solum bonis dotalibus.

Necessaria est hæc Tractatio, ut de iis, quæ recentiori tempestate acciderunt, fieri queat tanto firmius judicium, cumprimis vero, & quod Nassovica Domus inter alia Argumenta etiam possessionem Juris territorialis à multis Seculis, hocque Jus sublime in prima fundatione non abdicatum fuisse sed usque huc continuatum, alleget. Statum ergo Monasterii Wadgassen, juxta literas fundationis, declarat testimonio suo & aliorum tunc præsentium Archiepiscopus Trevirensis, in Diplomate An. 1135. cumprimis in verbis voluntatem Fundatricis Giesselæ Saræpontanæ, ejusque filii Simonis, explicantibus, diserte ibi:
» *Contradidit Beato Petro in nostra præsentia*
» *cum omnibus Appendiciis & tam integra li-*
» *bertate, ut nec Advocatiam, neque cujusque*
» *Juris potentiam sibi, vel cuiquam heredum*
» *suorum, retinuerit. &c. &c.*

Ex his & sequentibus verbis omnibus connexione concludo, quod Monasterium ab omni potestate civili Saræpontani Comitis factum fuerit liberum:

1.) Quia donata & tradita fuerunt bona non hominibus vivis, sed divo Petro, hoc est, voluit res esse in posterum Juris non humani, sed divini. So bald die Güter (liceat hic uti verbis *Modest. Pistoris in Consilio* 43. *num.* 11. quæ Consilia edita sunt ab ejus filio, *Jacobo*, Imp. Cam. Assessore) ad pios usus gewendet zu einer Kirchen oder Stifft, so verlieret der Fundirer alle Gerechtigkeit, die er vorhin gehabt, und werden, nach Ordnung der Rechte, divini Juris extra commercium hominum per *L.* 1. *de R. D.* §. *nullius Inst. eod.* & Jura Pontificum Rom. novissima. *Auctor Confutationis Kaysersheimensis contra Neoburg. ap. Mager. de Advoc. arm. cap.* 16. *num.* 64. Repetit verba *Modestini Pistoris* & sequitur *Ziegl. de Dote Ecclesiæ cap. XII. num.* 22. *adde num.* 8.

2. Quia ipse Elector, præsente Fundatrice *Giessela* & consentiente, omnes alios à Jure Advocatiæ exclusit, sibi soli protectionem & Advocati officium reservans, plane ad mentem Canonum antiquissimorum Ecclesiæ universæ Christianæ: vid. *Zigl. dict. Tract. de Dote Ecclesiæ cap.* 12. §. 10. & §. 14. Id quod etiam approbatum in Bullis confirmatoriis Pontificum Romanorum.

3. Quia tunc temporis Jus illud sublime, quod hodie superioritatem Territorii vocant, nondum erat in illis Provinciis, Rheno & Saræ-Fluvio vicinis, natum, vel à Comitibus Saræpontanis usurpatum aut possessum: Ergo nec reservatum. In Diplomate Henrici IV. dicitur pagus Sarengalle *in Comitatu Sigiberti* situs, licet ipse in suo Patrimonio Comitatum non haberet. Similis denominatio occurrit in permultis Diplomatibus Cæsareis tempore non admodum diversis: Quæ ex Gewoldo collegit Auctor *Vitriarii illustrati lib.* 1. *tit.* 17. *voce: Pagus pag.* 575.

Pagus & Comitatus sæpius synonimice dicuntur, vid. *Struv. J. publ. cap.* 20. §. 2.

Die Stadt Saarbrücken und gegen über gelegene Stadt St. Johannis sind An. 1321. noch Dörffer und der Leibgenschafft unterworffen gewest, haben dicto Anno erst Jus Civitatis erlangt cum emancipatione. vid. [207]

Erat itaque Sigebertus Comes Comitatus nondum Dominus, sed Administrator. Huic donata fuit ab Henrico Rege Villa Wadegozingen An. 1080. quo tempore Henricus contra Rudolphum, Sueviæ Ducem, victoriam insignem reportaverat.

Tempus fundationis An. 1135. differt Annis quinque supra quinquaginta, & incidit in Regnum Lotharii Saxonis, quo imperante Comitibus Jura territorialia nondum competebant.

4. Quod dicitur in Diplomate fundationis exceptos fuisse à donatione *Ministeriales* solos, hoc etiam indicat plenariam abdicationem omnis Juris reliqui. Non vero cogitandum est, intelligi per Ministeriales Vasallos aliquos, vel nobiles Ministros, nam ea tunc temporis non erat neque Comitum neque incolarum conditio in ea Provincia. Omnes incolæ erant homines proprii. Et vocem Ministerialium in antiquis chartis etiam tribui Officialibus minoribus, censuum exactoribus, imo etiam infimæ conditionis hominibus, docemur ex *Cangii Glossario lit. M. pag.* 620. & *seq. Adde Tractatum J. G. Estorii de Ministerialibus pag.* 58. 80. *sqq.*

Ex donatione Henrici IV. & Diplomate fundationis non apparet, quod in Villa Wadegozingen magis quam in toto Comitatu habitaverint Ministeriales aliqui dignitate majore, sed erant pariter mancipia & servilis conditionis homines. Neque alios sciunt designare Consiliarii Saræpontani. Hinc in mentem venit ipsis designatas esse operas rusticorum vid. Except. [32] f. 31. Cum vero ex veteri quodam Documento des Völcklinger Jahr-Gedings [66] (qui est locus Saræpontani Dominii trans Saram, Fluvium, Monasterio Wadgassensi cis Saram vicinus) docerent Actores, non posse intelligi Ministeriales

 alios

alios, quam Officiales Venatorios, quibus A præstatio aliqua à Monasterio olim debita fuisset, Anno 1664. abolita, nihil deinceps in scriptis suis dixerunt Rei de omni Jure Ministerialium.

Venatorios Officiales intelligi in hoc Diplomate per Ministeriales jamdudum fuit creditum in Actis contra Veldentz vide [31] ubi dicit Abbas: Das Closter habe, Inhalts der Fundation, **vier Waldt-Förster** gehalten. Et [32] Comes Palat. in Veldentz dicit: Die Haltung der Saarbrückischen Waldt-Förster sey in ipsa fundatione gegründet; Atqui in literis fundationis nulla fit mentio Venatorum: Ergo hi intelliguntur per Ministeriales. Ceterum de reservationibus nonnullis à fundatoribus Ecclesiarum factis eum in finem, ut perpetua consisteret memoria benefactoris, vid. *Ziegler de Dote Eccles. cap. XII.* §. 18.

(5.) Ex dictis hucusque convellitur etiam Argumentum Auctoris scripti Saræpontani, a differentia Advocatiæ vel simplicis vel eminentioris desumtum: Illam forte renunciatam in Diplomate cum emolumentis Advocatiæ annexis, non vero hanc, quæ esset ipsa territorialis potestas. B

Erratur enim in principio, quod Jure Comitis Saræpontani fuerint eadem Seculo XII. quæ sunt hodie in Comitatu. Mancipia erant omnes incolæ, quibus imperitavit Comes tanquam hominibus propriis regiis. Imo locus habitationis Comitum, Saarbrücken, An. 1321. Jus civitatis primum accepit cum libertate, cum antea esset villa ein Dorff, & incolæ omnes homines proprii.

Et quod Tractatu de jactitata *Cistert. Libert. Sect. III.* §. 22. & §. *XII.* adde eundem de super. territ. §. 2. in fin. allegatur, huc pertinet. Agitur ibidem de diversitate Advocatiæ particularis, respectu unius alteriusve loci, quam distinguit Auctor ab universali, pertinente ad universitatem totam bonorum Monasterii. Vel etiam C de Advocatiæ a fundatore facta reservatione. Neuter ex his casibus ad nostrum quadrat. Deinde, quod ex *Mulzio* repetiit *Auctor* §. *XXI.* abdicationem Advocatiæ factam de utilitatibus quibusdam minoribus accipiendam esse, non de Jure sublimi territorii, hoc nullis ibidem confirmatur rationibus ad casum nostrum applicandis. Contrarium probatur hic ex Diplomate, in quo, exclusis omnibus Advocatis, Soli Archiepiscopo reservatur Advocatia, non particularis, sed universalis, & quidem omni exactione a fratribus penitus cessante. In Kaysersheimensi fundationis Diplomate, quod recenset Magerus, & a Monasterio VVadgassen tempore non multum differt, etiam occurrit formula similis abdicationis omnium Jurium, quæ haud dubie fuit inter rationes plures decidendi Sententiæ Cameralis pro exemtione Anno 1624.

Cap. 16. n. 41. seqq.

Ex scripto Kaysersheimensi contra Palat. Neob. etiam allegat locum notabilem *Hahnius*, JCtus celebris Helmstad. *de Jure & immunitate Ecclesiarum*: Keinem Stiffter der Kirchen, Clöster und dergleichen, kommen ex sola fundatione einige Superiorität oder Jus Patronatus zu, er habe dann sich solches mit Consens und Bewilligung des ordinarii gleich in limine der Stifftung ausdrücklich bedingt und vorbehalten Conclus. VI. Num. II. De Jure Patronatus tamen non est eadem omnium JCtorum Sententia, *v. Hahn.* dicto loco.

Frustra ergo Quæstio movetur a Nassovicis, an Monasterium tempore fundationis fuerit capax Jurium sublimium territorii? Ergo fuisse reservata Comiti Saræpontano. Totum hoc Jus dicitur ab JCtis recentioris Seculi fœtus, Seculo XVI. conceptus, Seculo XVII. vero ad perfectionem deductus. *Schilterum* si sequimur, sub Austriacis demum Impp. a Friderico *III.* initia, sed parva admodum, in Germania cœpit. Varia enim Jura, quæ hodie ipsi superioritati cohærent, regulariter Statibus nonnullis per Privilegia fuere concessa. *Schilt. J. Publ. L.* 1. *t.* 24. §. 6. *& Prax. Jur. Rom. Ex.* 6. §. 9.

Vocabulum *superioritatis* occurrit in Diplomate Ducis & Elect. Saxoniæ VVenceslai de An. 1377. ad Ecclesiam VVitteberg. pertinente apud. *Ziegl. de Dote Ecclesiæ cap.* 5. §. 23. *verbis: Salvo tamen superioritatis ac tuitionis Dominio, nec non supremo judicio in villis & earum hominibus, quod nobis & Successoribus nostris reservamus.* Verum hoc exemplum est admodum singulare in Electoratu Saxonico, & quod Zieglerus Cap. XII. & XX. ex *Thoma Michaelis de Jurisd. Conclus.* 25. *allegat*, in omnibus fundationibus reservatam intelligi superioritatem, licet expresse factum non sit, hoc, juxta *Thom. Michael*, de Jurisdictione Imperii verum est. Si de Principum & Statuum Imperii superioritate in universum, juxta hodiernum sensum accipias, minime hoc admittendum. *Schilterus* dicto loco scribit & ad Pandectas, per merum Imperium, Hoch- sive Halß-Gericht, cum Jurisdictione omnimoda denotatum Jus territoriale fuisse, antequam hoc acceperit nomen speciale. Sequitur Schilterum *Hertius* de super. territor. §. 2. ante utrumque hoc docuit *Lynk. de super. territ. pag.* 21. *de Relig. Obseq.* §. 12. *adde Struv. J. Publ. c.* 26. §. 14.

Criminalem Jurisdictionem Abbatibus Monasteriorum primis temporibus, (cum per fundationes tales animarum æternam requiem obtineri posse crederent Dynastæ opulentiores) non esse tributam, scribit *Magerus c. XI. n.* 65. *seqq.* Sed notandum est hic, Monasterium Wadgassen cum ipso Norberto non esse ex antiquissimis. Seculo XII. jamdudum erant de abusu potestatis Advocatorum querelæ: Non obstat ergo, quo minus per abdicationem omnis Juris, omnis potestatis, omnisque justitiæ, intelligamus etiam Jurisdictionem criminalem, dummodo certi esse possemus, quod ipse Comes tunc temporis merum Imperium exercuerit Jure non delegato sed proprio, magis crediderim quod delegato. Dabo rationes meæ opinionis per positiones sequentes historicas:

(1.) Rhenensis Provincia, olim ad Regnum Lotharingicum pertinens, (*v. Coccej. Jurispr. publ. c.* 3. *n.* 84. *c.* 5. *num.* 14. *seq. Bergerus in Notis*

Notis pag. 57. *Thuanus Hist. lib. IX. ad An.* A 1552.) post divisionem Regni Lotharingici in superiorem Mosellanam & inferiorem, accepit, Ottonum Impp. tempore, *Duces peculiares.*

(2.) Comitatus Sarengau s. Sarengalbiæ situs in VVestrasia, im Westerich v. Zeilleri Itinerar. & Europ. Herold rubrica: *Saarbrücken,* haud dubie fuit pars Regni, postea Ducatus, Lotharingici. Qui cum per vicissitudines rerum in varias partes esset divisus, mansit tamen aliqua pars Provinciæ in potestate Regis Germaniæ. Dedit enim Henricus IV Sigeberto, Comiti Saarengalbiæ, in proprium villam VVadegozingen in Comitatu ejus sitam. Ergo villa erat antea propria Regis Henrici. Insigne Patrimonium regium! nisi etiam totum Comitatum cum aliis pluribus Regis fuisse existimes.

Tempore interregni, cum variis in Ducatibus & Comitatibus hereditaria possessio inciperet, potentior Dux Lotharingiæ ad se B traxit etiam Comitatum sibi vicinum Sarengalbiæ. In quo si Comites Jus aliquod hereditarium obtinuerunt, necesse tamen fuit, ut comiter observarent Ducem Lotharingiæ. Confirmatur hæc mea opinio ex Diplomate *Lauretæ* Saræpontanæ, dato Monasterio VVadgassen An. 1267. ipso interregni tempore in Actis Veldenzianis [37.] pag. 288. lit. E. in quo dicit Ducem Lotharingiæ, qui *noster in nostra nobilitate Dominus est,* & propterea ejus Sigillo Diploma roborari fecit.

(3) Officium Comitum ante interregnum consistebat in administrando Jure *Lehm. Chron. Spir. l.* 2. *c.* 10. 17. 18. *Struv. J. publ. diss.* 20. §. 37. Tempus interregni fuit a morte Frid. II. An. 1250.

(4.) Possidebant Comites, præter officium, etiam allodialia, ex liberalitate Imperatorum, adquisita formula solenni: *In proprium tradidimus. Struv. de allod. imp.* §. *IX.* & 53. hinc successu temporis facti Comitatus integri allodiales. De Saræpontano mihi non constat. De *Sarvverdensi* affirmat *Gœddeus IV. Consf.* C *Marp.* 37. & Scriptum Nassovicum contra Ducem Lotharingiæ de An. 1664. ap. *Gastel. cap.* 31. *pag.* 861. *seqq. Burgoldens. ad Instr. P. Discurs.* 31.

(5.) Post Henrici IV. tempora multi ex Proceribus potestatem territorii affectarunt quidem, sed instabili successu, ita ut Jura Regis non desierint. Comitum vero potestas in Rhenensi Provincia ad eam potestatem non adspiravit, nisi ipso interregni tempore & quidem successive:

Nam quod scriptores nonnulli nostræ ætatis Jus hereditarium Comitum universaliter *ad Henrici I. & Ottonum* tempora referunt, v. Deduct. Anonymi von des Reichs-Graffen-Stands Würde und Gerechtsame An. 1721. passim, non probant testimonio aliquo idoneo, certe a quibusdam ad omnes male conclduntur, Cumprimis de Rhenensi Provincia, qui hoc scripserit Historicus, ego nondum inveni.

(6.) Ergo post interregnum demum Episcopis & Comitibus Imperii Regalia ab Imperatoribus fuerunt concessa, non omnia statim, sed sensim, *Coccej. J. publ. c.* 21. *n.* 10. 12. ubi observasse se dicit ex plurimis antiquis tabulis, ante duo vel tria Secula terras Episcopis & Comitibus tantum concessas fuisse cum reditibus & Jurisdictione, mit Ober- und Gerichtsbarkeiten, Regalia accessisse tempore recentiore. Facit huc Reform. Polit. Imp. *Sigismundi ap. Goldast. Tom. VII. constitut. apud Strav. J. p. cap.* 26. §. 17. Hohe Fürsten haben fast Kayserl. Rechte zu ihrem Theil, aber die Graffen und Freyen Zwing und Bann.

(7.) Hinc colligo, quod Saræpontani antiqui Comites, quorum familia extincta Seculo XIV. nondum gavisi fuerint superioritate territoriali cum effectibus Majestatis summæ æmulis.

(8.) Colligo etiam ex prædictis, quod Monasterio Wadgassen in prima fundatione ejusmodi Jus non fuerit datum, imo ne quidem merum Imperium, quia hæc potestas ne quidem Comitum fundatorum eo tempore fuit propria; Vivebant enim sub Duce Lotharingiæ. Unde, post successionem Nassoviæ Comitum in Comitatum Saræpontanum, variæ cum Lotharingiæ Duce controversiæ & bella, adscitis utrinque auxiliis, gesta. Positis aliquando armis interventu Transactionis de A. 1408. 25. Jul. quam recenset *Gœddeus dicto Consil.* 37. *in facti specie,* remansere tamen controversiarum semina usque ad compositionem An. 1581. in qua etiam cessit Dux Lotharingiæ Comiti Nassoviæ Jura, quæ ille sibi competere credebat in Monasterium Wadgassen.

(9.) Cum interim Comitatus Saræpontani proprietatem acquisivissent Comites qualicunque modo, ita, ut etiam Gynæcoeraticum admitterent Imperium & successionem, id quod satis docent Diplomata *Lauretæ* & *Mechtildis,* sororum, An. 1267. & 1268. crederem exercuisse Monasterium per delegatos aliquid meri Imperii, quod, cum tempore Nassovicorum etiam a Præfectis Nassovicis pleniori modo exerceretur, hinc querelarum Monasterii ea de re origo, quarum compositio facta in pacto de An. 1466. [6.] In quo nullum adhuc vestigium assertæ Domui Nassovicæ superioritatis territorii, am glaublichsten ist, daß das Closter vor alters nach der Fundation bey vielen eingefallenen Veränderungen, da der Ertz-Bischoff zu Trier sich selbst kaum schützen können, und der Respect gegen die hohe Geistlichkeit nicht allemal statt gefunden, sich, um Schutz zu haben, bald an Lothringen bald an Pfaltz-Veldenz, bald an Nassau-Saarbrücken gewendet, biß endlich Anno 1466. der Herr Graf zu Nassau als beständiger Schutz- und Schirm-Herr erkennet worden. Redeo jam in viam a digressione mea.

Si ergo Monasterium, per dicta hucusque, tempore

pore fundationis merum Imperium non accepit, multo minus suprema territorialia Jura: Si etiam Saræpontanis Comitibus hæc reservata non fuere, merito quæreres, penes quem ista Jura remanserint? Respondeo: Juxta Pontificum Rom. Jura, summa potestas remansit penes Pontificem Romanum, vel Episcopum. Sed ego non video quid obstet ut non statuamus, remansisse penes eum, a quo omnes Imperii Status acceptam referant, scil. Imperatorem, Augustissimum Germaniæ Regem *v. Mayer. cap.* 16. *n.* 55. Cui etiam omnium Ecclesiasticarum fundationum immunitates acceptas ferendas esse docet *Zieglerus* in sæpius laudato opusculo de *Dote* Ecclesiæ *cap. XII.* §. 49. *seqq. Böhmer J. Eccles. l.* 3. *t.* 49. §. 47.

Transitus ad sequentem trastationem. Confirmato sic Monasterii statu libertatis ab omni potestate civili Comitis Saræpontani ab ipso fundationis tempore, edisserendum jam est de mutatione, ejusque causis & effectibus. Variæ enim possunt existere causæ, per quas Regna & Principatus (quidni etiam Monasteria) vicissitudines subeant & libertatem amittant vel necessitate, h. e. vi majore, vel voluntate libera, vel etiam pactis & transactionibus Superiorum.

In controversia præsente fundamentum implorationis Actorum, per ea quæ dicta sunt, sufficienter esse probatum in Actis existimo; Cum autem omnium Exceptionum caput sit *Exceptio Transactionis publicæ Imperii & possessionis plurium Seculorum* in omnibus Juris territorialis partibus: De his Exceptionibus est videndum, an non per eas totum intentionis fundamentum, qualicunque modo probatum, elisum sit & peremtum, vel plene, vel saltem in partibus nonnullis petitionis.

Consideratio autem nostra procedet per distinctas temporum periodos, respiciendo semper non ad solam Monasterii Supplicam, per quam obtinuit Processus, sed etiam ad reliqua in Actis deducta utraque ex parte, prout in progressu causæ pars utraque domestica Documenta accuratius evolvit, & ampliorum materiam subministravit, publicatis etiam, pro meliore instructione causæ, Sententiis aliquot interlocutoriis.

Est autem totus Processus non nudi possessorii, sed cum petitorio mixti. Talem enim Processus formam requirit objecti natura, & indicat rubrica Actorum, cum *Mandati* tum *Citationis*. Dabitur a me opera, ut omnia ad justos redigantur fines.

Aphor. VI.

An & quatenus mutatio contigerit Status Monasterii Wadgassensis, speciatim Seculo XV?

Non est dubium inter tot calamitates patriæ ab An. 1135. usque ad An. 1466. Monasterio etiam adversa contigisse. Sed Chronicon aliquod ego non habeo. Loquor de his rebus secundum proposita Acta. In Actis præsentibus nihil a Saræpontanis probatum vel saltem allegatum invenio, unde possit colligi aliqua mutatio status Monasterii a prima fundatione Seculo XII. XIII. XIV. & toto Seculo XV. Unum est, ratione Advocatiæ, per Transactionem illam celebrem de An 1466. [6.] secundum quam etiam judicium esse faciendum de factis tempore sequente defendit Monasterium, ad eandem provocavit in Actis antiquis contra Comit. Palat. Veldenzianum. Typus n. 9. & 11.

Hanc Transactionem, quam in rerum natura non existere dixerant Saræpontani, tandem, cum produceretur Originale, agnovere recognito Documento An. 1726. [183.] Ex hac itaque Transactione, antequam Originale produceretur, in eventum, posito productum iri, ita argumentati sunt Nassovici:

(1.) Johannes, Comes secundus ejus nominis, filius Philippi & Nepos Johannis primi, nennet darinn seine Voreltern Graffen zu Saarbrücken Fondirer, Stifft- und Schirm-Herrn des Closters Wadgassen, gelegen in seiner Grafschafft, welches sie in Schirm gehabt und noch haben.

Ergo ist in Documento fundationis Advocatiæ nicht renunciret worden, sondern es haben die Graffen von Saarbrücken solche behalten, und zwar in excellentiori significatione, i. e. Jus territoriale.

(2.) Das hohe Gericht, sive criminalem Jurisdictionem, in der Pfarr Wadgassen, i. e. dem Dorff Hostenbach und beyden geringen Dörfflein Schaffhausen und Werbel, haben, besag dieses Documenti, des Graffen zu Saarbrücken Voreltern und Er biß ad Datum dieses Brieffs gehabt, und dem Closter cum conditionibus adjectis übergeben: Ergo hat das Closter vorher criminalem Jurisdictionem nicht, per consequens auch nicht exemtionem a territorio gehabt.

(3.) Auch solche Exemtion durch dieses pactum nicht erlangt, weil dieses in pacto nicht ausgedruckt, sondern vielmehr dem Herrn Graffen nebst der Schirmschafft auch seine andere Gerechtigkeit allda, i. e. juxta interpretat. Nassovicam, superioritas territ. ausgeschieden worden. Confer den Reversal-Brieff Abt Antonii auf diese Gräffl. Concession gegeben in Typo n. 11.

E contra Monasterium ex hoc Documento exemtionem suam stabiliri putat, quia tunc inprimis fuisset tempus & locus Jus sublime territorii reservandi, quod cum factum non sit agnitam videri exemtionem & libertatem. Quod vero Advocatia jamdudum fuisse dicatur Comitum Nassoviæ & Saræpontan. adfertur causa talis, quod antea varii protectores ex vicinis fuerint adsumti & requisiti contra injurias aliorum, Archi Episcopo Trevirensi officium suum non præstante, sæpius requisitos Comites Saræpontanos, tanquam fundatores & vicinos, qui etiam, hoc officio laudabiliter functi, titulo Protectoris Schutz- und Schirm-Herrn mactati fuerint, perinde ut alii, qui simile officium Monasterio exhibuerant.

Et

Et hoc sensu attribuere sibi Dominum Comitem Johannem Jus Advocatiæ, quod etiam in hoc pacto sit stabilitum cum cautione, ne unquam sese daret Monasterium in protectionem alterius cujusdam. Tantum vero abesse, ut hic intelligatur superioritas territorialis, ut potius de Advocatia & protectione in vulgari significatione verborum sit sensus apertus. Quid enim facilius, quam ut Jura territorialia, si ea Domino Comiti competiissent, reservata fuissent expresse.

Verba: Und andere Gerechtigkeit, declarari per sequentia immediate: Ita enim sonat textus connexio: Und ander unser Gerechtigkeit da, und in der Pfarr Wadgassen, als unser Voreltern und wir bißher gehabt haben, und unser Hof zu Völcklingen in dem Jahr-Geding weiset, ausgeschieden. Tenorem des Jahr-Gedings non produxere Nassovici, quod facere non neglexissent, si in eo Documento aliquid contra Monasterium extaret huc pertinens. Der [66.] befindliche Extract ist zwar vom Closter producirt, das Document aber selbst nicht des Closters, sondern Nassauisch, dahin auch B Völcklingen gehöret. Ita sonat: Alle Woche denen Förstern 3. Tage zu essen zu geben, und sollen es auch zum vierdtenmal nicht ausschlagen, und jeglichem ein paar Handschuhe.

De Jurisd. criminali nullum existere actum, quem exercuerint Saræpontani, sed potius Monasterium per delegatos a se Officiales Saræpontanos merum Imperium exercuisse. Hoc probari per Protocollum antiquius de An. 1464. [115.] n. 49. und durch die Weißthum in der Pfarr Wadgassen. Weil aber die Saarbrückische Beamte dem Closter allerhand Streit erreget, so sey es zu diesem Vergleich gekommen, und da das Closter wegen des Hochgerichts in der That Vergnügung erhalten, so seyen sie in verbis faciles gewesen.

Exposui partium ratiocinia; meum si addendum est judicium, non possum dissimulare, Argumentationes Nassovicorum ex hoc Documento petitas mihi videri, respectu superioritatis territorialis, non adæquata, cumprimis quod ne- C que Monasterii fundatio, neque protectio, inferat subjectionem territorialem. Accedit, quod in hoc ipso Documento repetierit Comes Johannes patris sui, Philippi, confirmationem supra Aph. IV. recensitam. Alle Gefährde hierinn ausgescheiden. Neque etiam absurda est ratiocinatio de Jurisdictione criminali, quia abdicaverant Saræpontani Monasterio omnem Juris potestatem, omnemque justitiam quam ipsi habebant. Vide quæ dixi Aphor. præced. n. 8. 9. & Documenta de An. 1464. in Rotulo Commissarii An. 1551. producto in Actis contra Veldenz, ex antiquissimo libro, einem Closter-Buch, desumto (qui liber etiam deperditus, & solum hoc superest monumentum in dictis Actis) non existimo nihili esse habenda. Sed de hac Jurisdictione nulla hodie est controversia, sufficit, quod ex hoc saltem Documento nulla, meo Judicio, fluat conclusio ad Jus territoriale Domini Comitis & subjectionem Monasterii und der Pfarr Wadgassen pro illo tempore: Quod enim in Quadruplica Nassovica f. 156. ex A voce Schirm-Herrschafft ad Jus territoriale fit Argumentum, notandum est, in Documento non legi Schirm-Herrschafft, sed Schirmschafft, Schirm-Herr vero est vox dignitatis, non Imperii.

Aphor. VII.

De mutationibus Seculo XVI. an, & quatenus?

Hic occurrit Protectorium Cæsareum An. 1521. [26.] Confirmatorium præcedentis ab Imp. Frider. II. An. 1235. impetrati, typus n. 5. in Originali productum An. 1551. in Actis contra Veldenz, ubi vide Copiam transsumtam p. 374. lit. L. in utroque Protectorio libertas & exemtio Monasterii non deminuta fuit, sed potius per confirmationem Privilegiorum & immunitatum stabilita. Utproinde si arguas, Protectorium Cæsareum non facere ut subditus a potestate Domini sui fiat liber. Gail. 2. Obs. 54. n. 7. Webnerus. voce Schirm-Brieff Deduct. Lindav. p. 874. 588. Respondebo verum hoc esse quidem, sed tamen confirmare libertatem & exemtionem, quam aliquis habuit antea, donec alius Jus superius suum probaverit. Typus n. 5.

Deinde accidit An. 1536. usque 1563. controversia cum Comite Palat. Veldenziano. In quibus Actis nullum ego reperi vestigium superioritatis Nassovicæ Saræpontanæ in Monasterium, speciatim die Pfarr Wadgassen. Dixi hac de re plura Aphor III. De pagis Buss & Enzheim inspectio est peculiaris Aph. sequente. Hoc loco tractabo Argumenta, ex contractu permutationis desumta, pro asserendo Jure territ. in der Pfarr Wadgassen. Contractus iste permutationis An. 1548. celebratus cum Philippo Comite. Hic erat nepos Johannis II. Pronepos Philippi I. Copia Documenti est [7.] in Typo num. 7. Originale etiam productum cum reliquis 19. Nov. 1725. adde den Gegentausch-Brieff [88] im Druck num. 16. Ex hoc Documento a Monasterio producto colligunt Saræpontani Jus territorii Domini Comitis in Monasterium & omnes ejus pagos in Comitatu sitos:

(1.) Weil darin der Abt genennet wird des Herrn Graffen angehöriger Hintersaß.

(2.) Ist darinn gemeldet, es liege das Dorff Buss in Saarbrückischer Landsfürstlicher Hoheit.

(3.) Im Gegentausch-Brieff nennet das Closter den Herrn Graffen ihres GOttes-Hauses rechten wissenhafften Grund-Stifft- und Lands-Herrn.

Crederem ego cœpisse hoc tempore Sarbrückianos uti titulis & denominationibus novis, quibus sequenti tempore effectus addi possent. Hos non metuebant Monachi, adquirendarum tantum possessionum studiosi, styli vero ignari, neque etiam ad effectus istos, qui Seculo seq. XVII. inceperunt, deventum fuit toto Seculo XVI.

Dicam breviter quid sentiam: Superioritas territorialis Nassovica, si ante hunc Contractum

ctum non fuit über das Closter und dessen Dotal-Güter, i. e. die Pfarr Wadgassen, (de his enim hic mea est tractatio) non etiam fuit acquisita mediante hoc contractu. Consequentia est bona, quia ad tale Jus acquirendum opus erat explicationibus directis id inferentibus, non tantum titulis enunciative, & suppeditante stylum absque dubio Consiliario quodam Saræpontano, prolatis. Non sane erat Objectum Contractus superioritas territorii, sed permutatio pagorum. Ergo hoc actum non est, ut acquireretur isto Contractu D. Comiti superioritas.

Antecedens vero Enthymematis mei probatur ex præcedentibus Aphorismis. Nullum enim vel minimum in Actis reperitur vestigium affectatæ, vel verbis vel factis, exercitæ superioritatis territorii.

Porro ein Hintersaß non statim indicat subjectionem territorialem, sed ordinem dignitatis, in quo Dominus Comes, fundator & protector Monasterii haud dubie erat potior, periculosam esse definitionem der Landsaßerey, multis Imperii Conventibus sollicite & curiose quæsitam, nondum tamen inventam, monuit celebris Saxoniæ JCtus *Carpz. Ziegl. ad Calvolum* §. *Landsasii n.* 15. Nominatio Lands Herr und respective Landsaß, nisi alia concurrant, per se subjectionem non infert. Idem n. 196.

Lands-Herr poterat appellari Dominus Comes tanquam Dominus Comitatus, in quo Monasterium erat situm, cujus ipse erat liberalitate Majorum fundator & protector, salva de cetero Monasterii exemtione & libertate a subjectione civili. *Landsassius* potest etiam aliquis dici solum respectu prædii intra territorii fines siti. Referens Cameræ in voto suo in causa *Ortenburg* contra *Beyern*, quod extat in Volum. Decisionum a pseudonymo *Gylmanno* collectarum *Vol.* 1. *Decis.* 46. *n.* 152. Facilius hoc intelligetur in Provinciis Rhenensibus, ubi Landsassiatus plenus non viget. *Mayer. cap.* 6. *num.* 681. Ergo conveniunt optime denominationes Lands-Herr und Landsaß absque tamen subjectionis qualitate. Ex *Saxonia* vero, *Bavaria* & *Austria*, aliisque Provinciis, ubi plenus viget Landsassiatus, argumentatio ad Rhenensem terram non valet, neque vocum significationes ex Principiis aliarum regionum sunt æstimandæ.

Pendebat eo tempore in Camera lis adversus Comitem Palat. in Veldenz, in quo Processu, (de quo absque dubio Saræpontani optimam habuerunt informationem, nulla tamen interventione indicarunt Jura sua) Cum Abbas Wadgassensis, Kilianus, non aliud Jus agnoverit Nassovicum quam protectionis, probabile non est, quod Abbas Successor, Leonardus, verbis hisce enunciativis subditum esse se & Monasterium profiteri voluerit.

Tandem, si Jus sublime territorii Nassovicum antea fuisset res certa & confessa, hoc absque dubio expressisset Comes Johannes, Philippi frater & hujus in Comitatu Successor, in Supplica ad Cameræ Imp. Judicem 19. Jan. 1572. [63.] & ad Procuratorem in literis [65.] ubi provocando ad Documenta fundationis in Actis contra Veldenz productis lit. A. B. darvon wahrhaffte Copeyen der Supplicæ beygelegt seyen, alio stylo loquitur: Das Gotteshauß Wadgassen sey eine frey abgesonderte Abtey in der Grafschafft Saarbrück und des Heil. Reichs Hoheit gelegen, und in derselben, nemlich Saarbrück und des Reichs, Schutz- und Schirm zu erhalten. Nihil hic von des Herrn Graffen Lands-fürstl. Hoheit dicitur, quod tamen poterat esse Argumentum stringentissimum. Conjungitur ubique in Supplica Jus Imperii Germanici in Monasterium, quod non opus erat ut adderet Dominus territorii, sed adversus exemtionem tentatam a Duce Lotharingiæ, qui etiam erat membrum Imperii, tota Supplica est composita. Composita, inquam, nomine proprio Domini Comitis, tanquam protectoris, & ipsius Abbatis, Adami Werbel. Notabilia sunt ibi verba: Das Closter sey sonst keinem Weltlichen, denn allein der Graffschafft Saarbrück und dem Reich zugethan, von Röm. Kaysern und Königen von aller fremden Jurisdiction und Obrigkeit höchlich befreyet. Typus n. 17. 18.

Porro: Es falle dem Graffen zu Nassau, ja dem Heil. Reich, zum allerbeschwehrlichsten, was Lothringen verübet, &c. keiner andern Meynung, als berührt Gottes-Hauß dem Heil. Reich und dem Herrn Graffen zu entziehen, dem Hauß Lothringen zu incorporiren, unterwürfig zu machen, und den Abt und Convent mit Gewalt zu dringen, daß sie sich ihrer Freyheit, auch Nassauischen Schutz- und Schirm begeben, und Lothringen zum Lands-Fürsten, Schirm-Herrn und Kasten-Vogt erkiessen sollen.

Quis quæso dubitare posset D. Comitem aliud Jus sublimius, quam protectionis, sibi hic non asseruisse, eadem enim ratione, qua distinguit Jus prætensum Lotharingicum eines Landes-Fürsten, asseruisset sibi hoc Dominus Comes, si tale quid affectasset. Imo designatur per hæc verba Monasterii exemtio, in qua turbaretur per Lotharingicos.

Ergo Contractus permutationis non declarat Dominum Comitem Nassovicum, pro Domino Territorii des Closters und der Pfarr Wadgassen, zum Lands-Herrn oder Lands-Fürsten. Principali enim titulo eines Gefürsteten Graffen ornatus erat Comes Nassoviæ post Saræpontani Comitatus adquisitionem ab Imp. Carolo IV. a quo tamen abstinuerant & ipse & Successores proximi v. Diplomata *ap. Lunig.* im Reichs-*Archiv. Rubr. Nassau.*

Transactæ fuere deinde variæ controversiæ inter Ducem Lotharingiæ & Comitem Nassoviæ Saræpontanum, Philippum III. An. 1581. In qua Transactione etiam cessit Dux Lotharingiæ Comiti Nassoviæ Jura, quæ crediderat sibi competere in Monasterium Wadgassen, juxta Extractum [57.] in Typo Nassov. n. 5 sed inconsulto, cum quo tamen antea gerebat litem communem, Monasterio.

Tunc temporis primæ radices jactæ videntur ad

ad subjugandum Monasterium, ita ut in A Transactione adhiberetur vox Gallica *Souverainitat*, die Lothringen hätte und vermeinte zu haben in- und an dem Closter und der Pfarr Wadgassen, und auf deren Dörffern und Unterthanen, welche dem Herrn Graffen cedirt und verziehen, reservato sibi Jure in bona Monasterii, sita in Ducatu Lotharingiæ. Atque ita Nassovici a Lotharingicis didicisse credo, quomodo utendum esset protectione Monasterii.

Im alten Closter-Register der Brieffl. Urkunden Original n. 19. stehet sub Rubr. Lothringen, daß An. 1465. Hertzog Johann zu Lothringen, auf Vergünstigung des Abten Antonii, von denen Wadgassischen eigenen Leuten in Lothringen eine Steuer gehoben, und ein Revers gegeben, daß es vor eine Gerechtigkeit nicht solle angezogen, und zu ewigen Tagen nicht mehr solte vorgenommen werden dat. 15. Maji, 1465. an etiam hodie hac libertate gaudeat Monasterium post dictum Recessum An. B 1581. ignoro.

Lento tamen passu ad effectus deproperarunt Nassovici. Transactio hæc Monasterio publicata non fuit, neque in suo tenore ad notitiam ejus pervenit, neque hoc Seculo XVI. quidquam aliud actum aut patratum fuit a Nassovicis, quo cessam dicta Transactione *Souverainitatem*, h. e. superioritatem territ. in ipso exercitio ostenderent.

Aphor. VIII.

Priusquam deveniam ad Seculi XVII. Historiam Monasterii Wadgassen, necessarium esse credidi, tractare statum pagorum *Buss* & *Enzheim*. Uterque pagus non pertinet ad dotem Ecclesiæ Wadgassen.

Hic observandum est, Ecclesiæ nomine etiam venire Monasterium in significatione latiore, licet differant in strictiore. vid. *Deduct. Lindav. p. 224.* Utrumque velis, Wadgassense Monasterium, Ecclesia dici potest, quia habet C curam animarum, & appellatur die Pfarr Wadgassen. Loquor hic & verbis & principiis Juris Pontificii interpretum.

Dixi supra Aphor. IV. bona dotalia Monasterii non esse alia quam villam Wadegozingen, die Pfarr Wadgassen i. e. Hostenbach cum pagiolo vicino Schaffhausen. Vicum Werbel comprehendi quidem unter der Pfarr Wadgassen, sed ad dotem non pertinere, An. 1244. a Theodorico milite & partim a Falckenburgiis An. 1372. adquisitum. Pagos *Buss* & *Enzheim* samt der Vogthey *Esbringen* esse acquisita bona aliunde a personis Comiti Saræpontano non subjectis.

Potest Monaster. esse exemtum a potestate civili Status alicujus Imperii quoad bona dotalia & tamen non esse exemtum quoad bona adquisita. Vicissim potest possidere bona adquisita libera, & esse subjectum quoad bona dotalia. Sicuti enim ab immunitate bonorum dotalium non valet consequentia ad immunitatem adquisitorum. *Deduct. Lindav. pag. 215.* ita nec contra, a subjectione illorum ad acquisita. Pagum *Buss*,

Cujus situs naturalis est e regione Monasterii trans Saram, fluvium, ita ut ipse fluvius distinguat situm Monasterii & hujus pagi, & est inclusus totus districtus pagi cum pertinentiis lapidibus terminantibus in fines, und gräntzet an Lothringen, Crichingen und Saarbrückische Lande. v. Ichnograph. in Actis de J. vectigalis [19.]

Pagum hunc, inquam, acquisivit Monasterium *partim*, h. e. pro semisse, a Baronibus & Dynastis de *Fleckenstein* titulo emt. vendit. An. 1489. v. Docum. in Typo n. 6. Originale reperitur inter reliqua productum 19. Nov. 1725. *Fleckensteiniorum* familiam exponit *Bucelinus Germ. Sacr. Stemmatogr. P. III. f. 32.* Mit aller Herrschafft, Herrlichkeit und Gerechtigkeit, Hoch- und Nieder-Gericht, Frohnen, Schatzung, Bussen etc. etc. Wie solches Verkäuffere vor ihr eigen Guth über Menschen Gedencken hergebracht, genossen und gebraucht haben.

Mihi videtur non esse dubium, quin denotetur hisce verbis plenissimum Jus cum omni libertate & exemtione: Fleckensteinios enim subditos fuisse Domini Comitis Nassoviæ, ratione partis hujus pagi, id vero nunquam probabunt Saræpontani.

Quod vero dicitur in Contractu altero permutationis, die andere Helffte des Dorffs betreffend, [7] Typ. n. 7. Es sey das gantze Dorff in des Graf *Philipps* Landsfürstl. Hoheit gelegen. Ad hoc Argumentum est responsio sequens:

(1.) Nihil aliud his verbis denotari, quam quod pagus situs sit in Comitatu, sive in territorio Comitis Saræpontani. Magnam vero esse differentiam in eines Herrn Landes-Hoheit und unter dessen hoher Obrigkeit gelegen zu seyn, agnovit Saxonicus JCtus præstantissimus *Casp. Zieglerus ad Calvoli Prax. Aur. §. Landsassii n. 32. pag. 104.*

(2.) Esse abusum verborum etiam exinde patet, quod Comites Nassovici tunc Principum titulo in Imperio usi non fuerint, ita enim hujus Diplomatis initium sonat: Wir *Philipp*, Graf zu Nassau und zu Saarbrücken. Et tamen dicitur in unser Landsfürstl. Hoheit.

(3.) In hoc ipso Contractu, per quem Monasterium acquisivit alteram partem Pagi Buss a Domino Comite, verba: Wie solches (nemlich Dorff Buss) in unser Landsfürstl. Hoheit gelegen, enunciativa aliqua parenthesi, ad denotandum situm pagi, inserta sunt, non dispositive, nulla enim in toto contractu mentio reservati Juris territorialis, sed talis plenissima abdicatio & traditio pagi in potestatem & dominium Monasterii, mit aller hohen und niedern Obrigkeiten, Rechten, Gerechtigkeiten, Frohndiensten und allem andern, zumahl daraus nichts ausgenommen etc. etc. ut dubium non sit permutatam esse hanc partem absque ulla reservatione Juris territorialis. Sane non scirem ego, quibus

bus verbis aliis plenissima libertas & potestas exprimi potuisset pro istius temporis stylo.

(4.) Posito, sæpe dicta verba denotare Jus Territoriale & esse æquipollentia, hisce, **unter unser Lands-Obrigkeit:** Verum hoc erat ante contractum de parte dimidia Saarbrückiana. *De altera* parte Fleckensteiniana Monasterio jamdudum Anno 1489. quæsita, hic non agebatur.

Sed per hunc ipsum contractum qualecunque Jus habuit Comes Nassoviæ hoc omne nullo plane excepto transtulit in Monasterium. Scil. wie der Herr Graf solches in seiner Hoheit liegend besessen, so solle es fürohin das Closter besitzen: Ergo etiam omne Jus territorii abdicavit, & in Monasterium transtulit, das Gottes-hauß damit geerbt, und frey zu ihren Händen gestellt aliaque verba & clausulæ plenissimam translationem indicantia.

(5.) Nihil in omnibus Actis allegarunt Saræpontani de exercita unquam Jurisdictione Territoriali in parte Fleckensteiniana pagi Buß, neque tempore possessionis Fleckensteiniorum, neque post, cum Monasterium An. 1489. istam partem acquisivisset usque ad tempus Contractus permutationis Anno. 1548. Jurisdictionem vel communiter vel divisim, utrinque Jure proprio & independenter fuisse administratam, est verosimile. Neque etiam post permutationem factam ulli Actus Juris Territorialis hic exerciti fuere, Exceptis iis, qui novissimo tempore occasionem litis dederunt.

(6.) Reciproca permutatio pagorum Monasterii similiter cum plenissimo Jure facta esse dicitur mit aller Herrlichkeit.

Unde colligitur, daß das Closter in denen an Saarbrück gegen die Helffte des Dorffs Buß vertauschten Dörffern auch alle hohe und niedere Obrigkeit und Herrlichkeit gehabt habe. Quo nomine juxta antiquum Diplomatum stylum plerunque intelligebatur Jus Territorii plenum cum effectibus pro statu illorum temporum usitatis *Hert. de super Territ.* §. 2. *p.* 188. *in med. Schilt.* 1. *jur. publ. t.* 24 §. 2. *Lyncker. supra dicto loco.* Permutatio autem debeat esse utrinque æqualis.

Das vertauschte Dorff **Hechen** hat das Closter schon An. 1262. theils von einem, *Wirich* **von Sienen**, titulo emti, theils von andern Annis proxime seqq. acquirirt, vid. Designat. Documentorum inter Originalia n. 19. rubr. **Hechen**, **Wepperswеiler** ist im Zweybrückischen gelegen An. 1240. & Annis seqq. ibid. rubr. **Wepperswеiler.** Beyde Dörffer sollen von Nassau an Pfaltz-Graf zu Veldenz wieder seyn vertauscht worden An. 1549. ibid. rubr. Buß. **Waldschied** hat das Closter von denen von Fleckenstein und Dachstuhl An. 1331. Jure pignoris und endlich pleno Jure acquirirt.

(7.) Quod de Jure Dominii directi dicitur in parte Fleckensteiniana, es sey der erbliche Verkauff an das Closter ohne Lehnherrlichen

A Consens geschehen, und der Herr Graf Ursach gehabt, wegen Heimfalls, Hand daran zu schlagen: Hoc confirmat antea dicta. Nam si Dominus Territorii fuisset Comes Saræpontanus in ista parte Fleckensteiniana, non est credibile, quod ad occupandam partem cum dominio directo consolidatam eo non fuisset usus. Sed tamen qualitatem feudalem Fleckensteinios non agnovisse patet ex Contractu Emt. vend. cum Monasterio inito Typus num 6. Et cum post hunc Contractum An. 1489. celebratum usque ad Contractum permutationis An. 1548. conclusum transierint fere septuaginta Anni, frustra allegabatur in posteriore Contractu facultas occupandi tanquam feudum apertum.

Tunc scil. Seculo XV. tempore vendit. Fleckensteinianæ non erat illa tempestas, ut Comites Saræpontani adversus Fleckensteinios aliquid susciperent.

(8.) Denominationes **Hintersaßen** und **Lands-Herrn**, in his contractibus permuta-
B tionis expressas, supra attigi. Quidcunque ex his prædicatis eliciatur, non pertinebit ad qualitatem pagi *Buß*, sed ad bona Monasterii Dotalia, die Pfarr Wadgassen. Si enim Jus Territoriale in pago Buß sibi asserere voluisset Dominus Comes, tunc erat tempus id exprimendi & reservandi. Jam de pago *Enzheim* und zugehöriger Vogtey *Eshringen* dicendum erit. Situs naturalis soll seyn, wie ich berichtet worden, ziemlich weit von Wadgassen, jenseit der Saar, und anstossen theils an das Hertzogthum Zweybrücken, theils an die Legische Herrschafft Bliscastell.

De origine & tempore acquisitionis non constat, esse tamen antiquissimam Monasterii possessionem & ipsi fundationi ferme coævam, probant in Actis contra Veldenz productæ & recognitæ Bullæ Papales An. 1152. & 1187. in quibus ita exprimuntur: In *Onesheim* allodium, quod fuit nobilis viri Reineri Baronis & Ditmari. In *Esbringa* allodium, quod fuit ejusdem Ditmari, & alia, quæ ibi habetis. Bulla Alexandri ita exprimit: In *Honsheim* allodium, quod
C fuit nobilis viri Comitis Friderici Reineri Baronis & Ditmari. In *Esbringa* allodium, quod fuit Ditmari &c.

Plura fuere prædia *in Onesheim*, quæ omnia successive acquisivit Monasterium An. 1293. Jus *Patronatus* von einem Conrad von Allben, aliud von Filmanno, Equite. An. 1300. aliud von Conrado, Rittern von Grumbach An. 1310. alia prædia von Hiegelo von Viebingen A. 1341. alia ab aliis An. 1424. vid. Regist. Docum. n. 19. rubr. Onsheim. Ist also dieses Dorff verschiedener Graffen und Ritter Eigenthum gewest, ehe noch die Graffschafft Saarbrücken in den Stand, wie sie jetzo ist, gekommen.

Hi Comites liberales erga Monasterium & reliqui possessores prædiorum, an subjecti unquam fuerint ratione horum bonorum Comitatui Saarbrücken, merito dubitandum erit. Certe hoc ne quidem allegarunt Nassovici, proinde de Saræpontano Jure Territorii in his locis plane nihil constat.

Antiquissima, quæ sunt in Actis Documenta, sunt

sunt confessiones & declarationes incolarum ibidem de Anno 1435. 1538. Daß der Abt zu Wadgassen sey obrister Herr, und sie niemand anders erkennen. Concordat recentius de An. 1702. in Typo n. 15.

Tales incolarum declarationes, die Weißthüme, publice factæ antiquo tempore sunt probationis loco. Principium vero petit Exceptio Nassovica, sie bekennten nur ihres Unterherrn Jura, salva territorii superioritate. Cujus initium ut probent, stante fortissima pro Monasterio exemtionis præsumtione, necesse erit. Nam neque possessionem probatam esse ex infra dicendis patebit.

De possessionibus Monasterii in pago communi diversis dominis Eshringen dixi supra aph. 4. in fine. Quemadmodum enim ordo Equit. Teutonicorum & Comes de Ley, condomini loci, jurisdictionem territ. Saaræpontanam non agnoscunt: (nullibi hoc allegarunt Saaræpontani) Ita nec Monasterium Wadgassen. Cujus subditi Eshringen ad pagum Enzheim referuntur.

Et quemadmodum allodium Eshringense Seculo XII. fuit acquisitum Monasterio per Comitem Dilmarum Saaræpontanensi Comiti non subjectum, ita & allodium in Onesheim.

Notatu dignum est, quod ante annum 1581. nullum plane indicium probatum sit in Actis assertæ superioritatis in omnibus Monasterii bonis.

Die alten Landschatzungs-Register, welche im Nassauischen Druck angezogen de Anno 1506. 1567. 1568. 1585. sind nicht producirt, und dörffen allenfals keine bessere seyn als das Blätgen Papier mit allerhand Correcturen, woraus die Landrettungs-Steuer de An. 1624. bewiesen werden sollen [53] Plura hac de re dicendi occasio erit in examine criteriorum superioritatis Nassovicæ. Posteaquam vero Lotharingiæ Dux Comiti Nassoviæ in Transactione supra dicta Anno 1581. cessit erga alios pagos & Jura in Monasteria alia Souverainitatem, quam putabat sibi competere in Monasterium ejusque pagos, qui tamen non nominantur Ab hoc tempore studuisse credo Saaræpontanos, quomodo res eo perduci posset, ut effectu istius transactionis & Jure, quo antea uti per Lotharingiæ Ducem non licebat, fruerentur erga alia Jura & pagos, quibus renunciarunt. Sed hæc ad Secul. XVII. potissimum pertinent, cujus historia, respectu Monasterii Wadgassen, jam recensenda erit & examinanda.

Aphor. IX.

De Actis inter D. Comitem Nassovicum Saræpontanum & Monasterium Wadgassen Seculo XVII. usque ad Annum 1624. inclusive. Ubi de possessione Nassovica ante & in Anno decretorio.

Lenta festinatione progressum fuere Saræpontani ad perficienda ea, quæ per Transactionem cum Lotharingiæ Duce An. 1581. cessa fuisse sibi existimarunt.

Commodam nacti sunt occasionem Anno 1607. post mortem Abbatis *Claudii Bisten, Johannes Berres*, antea Cellarius, ad Prælaturam adspirans commendatione & promotione Domini Comitis Ludovici, electus Abbas in literis datis 33. Mart. 1607. (ita legitur in typo Nassov. n. 17.) supplicasse dicitur pro consensu ad suscipiendam administrationem, weil Ewl. Gnaden des Gottes-Hauses Fundator Land-Grund-Schutz-und Schirm-Herr. Addendo: Weil dieselbe in Dero Obrigkeit über benannt Closter des Ordens Generali, oder dessen Vicario, nach dem Herrn Chur-Fürsten zu Trier keine geistliche Jurisdiction gestehen, ihme zuzulassen, daß er wegen der Closter-Gefällen, so unter andere Herrn Obrigkeiten fällen, die Confirmation und Benediction zu erlangen. Cum itaque juxta adjunctum [33] de dato 7 Mart. (in typo IV. n. 12. Nassov. n. 23.) consensum impetrasset ipse Abbas, als nunmehr erwehlt und von Ihro Gnaden bestättigter Abt, (notanda sunt hæc verba propterea, quæ dicenda venient de Abbate Livensi) Reversalibus literis sese obstrinxit, den Herrn Graffen, als dieses Closters von Dero geliebten Herrn Vorfahren wegen Fundatorn, zur Zeit Conservatorn Protectorn und Landes-Herrn, in Unterthänigkeit zu erkennen x. x. Ut in toto tenore Reversalium, quæ tantum per Extractum productæ [33] totus tenor in typo Nass. n. 23. Originale etiam productum cum aliis 30. Apr. 1726. [184] recognitaque subscriptio pro manu Abbatis [200]. Antequam ad reliqua progrediar hujus periodi Acta, dicendum erat de hac confessione Abbatis, & notandum:

1. Primum esse hunc actum Reversalium istiusmodi ab Abbate subscriptorum, antea nullus extitit, neque in Actis fuit allegatus. In antiquo Registro Documentor. Monasterii n. 19. stehet beym Catalogo derer Aebte Anno 1525. Instrumentum über etliche Puncte, so jeder Abt halten solle. n. 2. Daß ein Abt alle Oberherrlich-und Gerechtigkeit handhabe, und nichts entziehen lasse. Die Documenta werden allegirt unter denen Anno 1609. dem Closter ausgefolgten Brieffschafften n. 7. 8. ob nachhero eben solche Capitulationes gemacht worden, wie bey Kiliano und Claudio, Abbatibus, ist mir unbekandt.

2. Literæ supplices præcedentes hujus Abbatis neque in Copia in Actis, sed solum typo Nassovico n. 17. insertæ, neque in Originali productæ.

Datum literarum errore typographi stehet den 33. Mart. forte den 3ten, dann das Reversal ist gegeben den 7. ejusdem.

Posito extare has literas, non est obscurum, quod inter D. Comitem & istum neo electum Abbatem varii discursus intercesserint in istis literis expressi. Quo vero fundamento Dominus Comes negaverit, & Generali Ordinis & ipsi Archiepiscopo Trevirensi, tanquam ordinario Jurisdict. Ecclesiasticam, & iste neo,

electus, nonabsque insigni adulationis nota hoc repetat narrative, ego non perspicio. Credibile est ipsas has literas non stylo Abbatis conscriptas, sed præscriptas ipsi a Saræpontanis Consiliariis fuisse & ab ipso manus sua subscriptione approbatas.

